R·P· FRANCISCI
DE ROXAS
HISPANI, MINORITANI, TOLETANI,
SVPREMÆ INQVISITIONIS
IN REBVS FIDEI THEOLOGI MODERATORIS,
& Sanctæ Prouinciæ Castellæ alumni obseruantis,

CATENA AVREA
SANCTORVM ECCLESIÆ DOCTORVM,
Per maris abyssum Euangelicæ Historiæ nauigantium:

SECVNDVM ORDINEM A ROMANA CATHOLICA
Ecclesia præfixum, vt præstantiùs diuini verbi præcones per annum integrum gyrare possint.

TRANSLATIONES ANTIQVIORES ET NEOTHERICÆ etiam adducuntur quæ ad litteralem, & moralem sensum vtiliùs conducunt.

TOMVS TERTIVS.
Continens à Cap. X. secundum Lucam, de Diuite Epulone, & Mendico Lazaro, vsque ad Cap. XXI. Matthæi, de ingressu Christi in Ierusalem.



LVGDVNI,
Sumpt. PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD, & CLAVDII RIGAVD.
M. DC. LI.
CVM PERMISSV SVPERIORVM.

CENSVRA PATRVM LECTORVM Sacræ Theologiæ.

EX speciali mandato Reuerendissimi P. N. Fratris Ioseph Maldonado huius Cismontanæ familiæ, item & Indiarum Commissarij Generalis nos subsignati testamur attente legisse, & summa cum animi delectatione vidisse librum, cui titulus, *Cathena Aurea Sanctorum Ecclesiæ Doctorum per maris abyssum Euangelicæ historiæ nauigantium*, Authore R. P. Fr. FRANCISCO DE ROXAS, *Toletano, supremæ inquisitionis in rebus fidei Theologo, & alumno*, in quo perspicuitatem doctrinæ cum soliditate coniunctam, selectissimas sanctorum Patrum sententias, & quæstiones, ac legitimam variarum versionum, & expositionum concordiam deprehendimus. Nil est contra fidem, imò instat author opportune, & constanter pro Euangelij, & interpretum eius veritate dignoscenda, & concatenanda. Vnde poterit cum authoris laude, & Ecclesiæ vtilitate hoc opus typis mandari. Ita remur, & iudicamus. In Conuentu S. P. Francisci Matritensi die 2. Mensis Octob. anno 1648.

Fr. GREGORIVS GARCIA *Lector Theologiæ.*

Fr. IOANNES A CRVCE *Lector Theologiæ.*

FACVLTAS.

FRATER Iosephus Maldonado Commissarius Generalis, & seruus huius familiæ Cismontanæ, Ordinis Sancti Francisci, Facultatem facimus vt Liber, cuius titulus *Catena Aurea Sanctorum Ecclesiæ Doctorum per maris abyssum Euangelicæ historiæ nauigantium à Patre Fratre* FRANCISCO DE ROXAS *nostræ Seraphicæ Religionis Theologo*, in tres Tomos diuisus necnon Supremi Senatus Sanctæ Inquisitionis, Qualificatore conscriptus, & eiusdem Religionis Lectorum Theologiæ iudicio approbatus, typis mandetur: in quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, & sigillo munitas dedimus. Matriti in Conuentu Beati P. N. Francisci, die 20. Nouembr. anno 1649.

Fr. IOSEPHVS MALDONATVS
Commissarius Generalis.

D.M.S.R.P. Fr. PHILIPPVS DE LA TORRE,
Secretarius Ordinis.

FRATER Petrus Manero Vice-Commissarius Generalis, & Seruus Fratrum Minorum Regularis Obseruantiæ S.P.N. Francisci hac in familia Cismontana, &c. Facultatem facimus, vt Liber in tres Tomos diuisus cuius titulus, *Catena Aurea Ecclesiæ Doctorum per maris abyssum Euangelicæ historiæ nauigantium*, à P. Fr. FRANCISCO DE ROXAS nostræ Seraphicæ Religionis Theologo, & Prouinciæ Castellæ alumno, Visitatori nostræ Almæ Prouinciæ Valentiæ Commissario: necnon Supremæ Sanctæ Inquisitionis Qualificatore conscriptus, & eiusdem Religionis Lectorum Theologiæ iudicio approbatus, typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu nostra conscriptas, & sigillo munitas dedimus Matriti in Conuentu S. P. Nostri Francisci die 8. Mensis Septembris, anno 1650.

Fr. PETRVS MANERO *Vice-Commissarius Generalis.*

De mandato R.P.N. Vice-Commissary Generalis.

Fr. FRANCISCVS CLERRA *Secretarius Generalis.*

APPROBATIO DOCTORVM.

NOS infra subscripti Doctores Parisienses fidem facimus Librum cui præfigitur pro titulo, *Catena Aurea in Euangelia totius anni* Authore R.P. FRANCISCO DE ROXAS Minoritano, nihil quod aduersetur fidei, & bonis moribus continere quod testimonium syngraphis nostris muniuimus hac die vigesima-quarta Maij, anno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo primo. Lugduni.

Fr. IOANNES ROBE', *Ordinis Prædicatorum.*

Fr. FRANCISCVS LORNET, *Ordinis Prædicatorum.*

PERMISSIO.

VISA Doctorum Approbatione, Ego infrà scriptus Regio nomine non impedio, quin hic Liber inscriptus, *Catena Aurea in Euangelia, &c.* à PHILIPPO BORDE, LAVRENTIO ARNAVD, & CLAVDIO RIGAVD, Bibliopolis Lugdunensibus excusus in publicam lucem prodeat, cum defensione, tali casu requisita, & solita. Actum Lugduni 26. Maij 1651.

LORIN.

CONSENSVS.

ITA & me non dissentiente fiat. Lugduni die 26. Maij 1651.

CHARRIER.

INDEX TRACTATVVM, ET DIFFICVLTATVM,

Quæ in hoc tertio Tomo continentur.

TRACTATUS IV.
Ad mores.

TRACTATUS V.
Ad litteram.

TRACTATUS VI.
ad mores.

TRACTATUS VII.
Ad litteram.

pecca ui,

TRACTATVS VIII.
ad mores.

TRACTATVS IX.
Ad litteram.

TRACTATVS X.
ad mores.

TRACTATVS XI. Ad litteram.

TRACTATVS XII. ad mores.

TRACTATVS XIII. ad litteram.

TRACTATVS XIV. ad mores.

XVI.

TRACTATVS XV. ad litteram.

TRACTATVS XVI. ad mores.

TRACTATVS XVII. ad litteram.

TRACTATVS XVIII. ad mores.

TRACTATUS XIX.

Ad litteram.

TRACTATVS XX.

ad mores.

TRACTATUS XXI.

ad litteram.

TRACTATVS XXII.
ad mores.

TRACTATVS XXIII.
Ad litteram.

TRACTATVS XXIV.
ad mores.

TRACTATVS XXV.
Ad litteram.

II. Quare

TRACTATVS XXVI. ad mores.

TRACTATVS XXVII. ad litteram.

TRACTATVS XXVIII. Ad mores.

TRACTATVS XXIX. ad litteram.

TRACTATUS XXX.
Ad mores.

TRACTATUS XXXI.
ad litteram.

TRACTATUS XXXII.
ad mores.

TRACTATUS XXXIII.

Ad litteram.

TRACTATUS XXXIV.

ad mores.

TRACTATVS XXXV.

Ad litteram.

TRACTATUS XL.

Ad mores.

TRACTATUS XLI.

Ad litteram.

TRACTATUS XLII.

ad mores.

TRACTATVS XLIII. *Ad litteram.*

TRACTATVS XLIV. *ad mores.*

TRACTATVS XLV. *Ad litteram.*

TRACTATVS XLVI.
ad mores.

TRACTATVS XLVII.
Ad litteram.

TRACTATVS XLVIII.
ad mores.

TRACTATVS XLIX.
Ad litteram.

Quare

TRACTATUS L.

ad mores.

TRACTATUS LI.

Ad litteram.

TRACTATUS LII.

Ad mores.

IX. Qua

R. P. FRAN

R. P. FRANCISCI DE ROXAS MINORITANI,

CATHENA AVREA IN EVANGELIA TOTIVS ANNI.

Tomus Tertius.

PROOEMIVM OPERIS.

A Consiliis, non casu Tomum tertium Cathenæ aureæ Sanctorum, à Diuite Epulone, & Lazaro Egeno incipere decreui; quia reste Gregorio Magno: *Scriptura Sacra noui & veteris Testamenti quasi Mensa sacra pane Verbi nos reficit, & contra aduersarios Hæreticos diuites epulones sua refectione pauperes Euangelicos reficit.* Et *Sapientia ædificauit sibi Domum, posuitque mensam, & vocauit omnes, vt venirent, quia parata erant omnia*, id est, à Sanctis Doctoribus Ecclesiæ dispolita; quia reuelata sunt mysteria diuina paruulis & corde humilibus; flatis verò & epulonibus sapientibus abscondita. Hinc Athanasius: *Ad scripturarum indaginem, verumque intellectum opus est vita, animo puro, & virtute, qua secundùm Christum est accedere, vt mens per eius tramitem decurrens, ea quæ excepit adipisci possit quatenus fas est naturam humanam diuina intelligere: nam sine pura & humili mente, & Sanctorum imitatione nemo Sanctorum comprehendet verba.* Quasi dicat: Sapientes flati, & humanarum scientiarum epulones diuites, de cibis diuina Spiritus sancti gratia præparatis, nec buccellam gustabunt; quia pondere superbiæ suæ oppressi stare, neque bibere, aut manducare poterunt. Vnde Augustinus cupidus scientiæ diuinæ, quasi egenus Lazarus vlceribus humanæ ignorantiæ plenus humiliter clamabat dicens, *Heu mihi, quia in Scripturis Sanctis multo plura nescio, quam scio.* Et D. Gregorius. *Scriptura, quasi fluuius est planus & altus, in quo & Agnus ambulet, & Elephans natet,* &c. Quasi dicat: ambulat agnus, quia multa intelligit homo humilis, egenus, & se vlceribus ignorātiæ plenum recognoscens, & mendicans, ad ianuas sanctorum Doctorum Ecclesiæ, *& in versutias Parabolarum simul cum sententiis eorum ambulans.* Natat verò vt Elephans, vir sapiens, flatus, & inanis gloriæ cupidus, Diues, & epulo, qui omnes scientias deuorare præsumit, neque alteri cedit, cæteros non audit, sibi soli placet, & omnes contemnit.

Gregor. lib. 17. Mor. c. 17.

Prouerb. 9. num. 1.

Athan. lib. de incarn. & corporali aduentu in fine.

Scripturā superbi non intelligunt.

Aug. ep. 110. cap. 21.

Gregor. in præf. ad c. 4. mor.

Ecclef. 39. num. 2.

Elephans natans sapiens inflatus.

Vnde Chrysostomus loquens de Epulone ait: *Oblitus erat anima quam in corpore tanquam in monumento mortuam ferebat.* Et addit: *Non secus enim ille, quam si catena quadam temulentia, ac ventris ingluuie victus esset; sic otiosam animam ac mortuam reddiderat.* Et Titus Bostrensis Episcopus: *Anima diuitis perinde, ac in quodam monumento defossa iacebat.* Quasi dicant isti citati Patres sunt aliqui Epulones diuites Doctores, & Magistri, qui sibi solum placent, cæteros vilipendunt, & docere, & laborare non curant. Et quamuis pauperes vlceribus ignorantiæ plenos videant, & ad ianuam sapientium decumbant, vt viscera ferrea ad misericordiam inflectere possint; frustra panis doctrinæ præstare, de quibus lamentatur Ieremias: *Paruuli quæsierunt panem, & non erat qui frangeret eis.* Et Chrysologus. *Ad aperiendum cor diuitis corpus pauperis vulneribus Deus aperuit, vt in admonendo diuites tot essent pauperis ora, quot vulnera.* Quasi dicat, nihil erat vox vnius pauperis clamantis contra epulonem diuitem, & contra superbum Doctorem, & Magistrum, qui renuit animas pauperum consolari, frangendo panem scientiæ & diuinæ doctrinæ. Et D. Gregorius Magn. *Doctores & Magistros vocat canes mutos, non valentes latrare.* Quasi dicat, veh,

Chrysost. hom. 5. de Lazaro.

Titus Bostrens Episc.

Sapientes non docentes diuites sunt epulones.

Threnor. 4. num. 4.

Chrysolog. ser. 121.

S Greg. Mag. lib. Mor.

Doctoribus, qui vident lupos venientes, & agnos simplices & ignaros deuorantes, & renuunt laborare, & scribere, & docere, vt à faucibus eorum eripiant eos, & Galfridus.

Galfrid. in allegor. ad c. 16. Lucæ.

Lazarus esca desiderio affligebatur inopia, humano destitutus solatio. Sicque iacebat, vt non esset, qui eius non dico non tergeret vlcera vel curaret, sed qui saltem canes abigeret.

Scriptoris vlcera ignorantium abstergunt.

Quasi dicat scatet mundus erroribus Doctorum, hæreticorumque fallaciis peccantiumque ignorantiis, & Doctores Magistrique quasi epulones diuites renuunt canes latrabiles abigere, & Doctrinis eruditis scripta hæreticorum confundere: Vnde Chrysologus.

Chrysolog. ser. de diu. & Laz.

Vt non taceret & clamaret fames pauperi adaugetur, cupiens saturari de micis, quæ de mensa Diuitis cadebant. Quasi dicat, sicut terra arida, & sitiens desiderat rorem vt fluat super siccitatem suam: sic corda fidelium verba & doctrinam Doctorum, vt saltim de micis sapientiæ & doctrinæ quæ cadunt de eius mensa, saturentur. Et addit Chrysologus;

Idem sanct.

Ad ianuam suam Lazare sic iacente, purpura bysso epulis blandis, ferrea viscera crudelis animæ nutriebat, quæ Deus humana salutis auidus inquisitor emollire cupiens, non tam Lazarum quàm ipsum pietatis conflatorium eius proiecit ad ianuam.

Magistri in dignitatibus constituti non vacant litteris.

Quasi dicat viscera Doctorum epulonum ita incrassata, pingua, & ferrea dignitatibus conuertuntur. Quod quasi conflatorium ardens ambitione, & cupiditatibus inardescant, vt scientiæ egenos, & mendicos sapientiæ ad ianuam Ecclesiæ iacentes, neque respicere aut succurrere docendo, & scribendo dignentur,

Vnde Bernar. ait:

Ber. citat in alleg. s. telm. in Luc. 18.

Expergiscimini Magistri epulones & flete, quia terribilis in iudiciis est Deus super filios hominum: neque enim nos ad hoc de paradiso voluptatis animaduersio diuina eiecit, vt hic alterum paradisum adinuentio humana præpararet: homo ad laborem natus, si non facit, ad quod natus est, (si scilicet laborem refugit) ad quid venit in mundum.

Idem Ber.

Quasi dicat: quid respondebit Doctor egregius Diues in scientia, ingenio præditus, & propter litteras præmiatus. Quid respondebit Deo, qui vt laboraret instituit? Memento ô Diues ingenio, quod recepisti bona propter eum in vita tua.

Homo doctus ad laborandum in scriptura nascitur.

Vaca litteris, refoue flebiles, & poculis sapientiæ indigentibus plagis, & vlceribus ignorantiæ laceratis succurre. Nos igitur talia audientes, & recogitantes, & timentes, scientes quod iudex viuorum, & & mortuorum homo austerus sit, ne argueret nos, quod talentum simplex & inops absconditum habeamus cedentes audaciæ, & murmurationem non timentes, mensuram tertiam, quæ seruis Dei deseruit, apponimus ne de otiositate arguamur, quæ vitia ineffabilia producit:

Austeris per ornatu.

nam etsi difficile est nimium variis seruire palatis, accumbat vnusquisque mensæ sacræ scripturæ; etsi cibaria insipida videantur, sapida charitate palato apparebunt. Comedat quæ placuerint de cibis, qui in hoc tertio, volumine Cathenaro offeruntur ei, & vtinam omnia sale gratiæ Dei condita appareant, grataque Altissimo, cui omnia deseruiunt.

TRACTATVS

TRACTATVS PRIMVS,

Ad Litteram, *In cap. 16. Lucæ de Diuite epulone & Paupere ad ianuas eius clamante.*

TEXTVS.

19 DICEBAT autem, & ad Diſcipulos ſuos, Homo quidam erat Diues
qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide.
20. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam
eius vlceribus plenus. 21. Cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant
de menſa Diuitis, & nemo illi dabat, ſed & canes veniebant, & lingebant
vlcera eius. 22. Factum eſt autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab
Angelus in ſinum Abrahæ; mortuus eſt autem & Diues, & ſepultus eſt in in-
ferno. 23. Eleuans autem oculos ſuos, cum eſſet in tormentis, vidit Abraham
à longè, & Lazarum in ſinu eius. 24. Et ipſe clamans dixit; Pater Abraham
miſerere mei, & mitte Lazarum, vt intingant extremum digiti ſui in aquam,
vt refrigeret animam meam, quia crucior in hac flamma.

EXPLANATIO LITTERAE.

1. AN hiſtoria ſit, vel parabola narratio hæc de diuite epulone & mendico egeno ad ianuam eius clamante non clarè conſtat. Lucas enim Parabolæ titulum non ſolum huic negauit, ſed etiam paulo ante propoſitæ de homine diuite habente œconomum. Sed meo videri hic Chriſtus, ſiue ſit Parabola, ſiue hiſtoria inducit exemplum ad prouocandum homines ad opera miſericordiæ. Hæc Lyranus. Neque placet, quod Maldonatus de Tragicomedia dicit, *Reperiri in hac hiſtoria, ſcilicet, quod peteret Diues guttam aquæ, vt linguam in inferno refrigeraret; quia in inferno reprobi ſanctos non rogant.* Quia re vera ad oſtenſionem iuſtitiæ diuinæ ſolet Deus tormenta damnatorum ſanctis ſuis oſtendere. Et è contra ad augenda tormenta Damnatorum poteſt ad memoriam reuocare gloriam iuſtorum. Et poterat tunc rogare, & clamare diues flammis addictus, vt refrigeraretur eius lingua.

Quod Tragicomedia hic repræſentatur reiicitur.

Authoris mens.

2. *Homo quidam.* Nomen diuitis tacetur, quia teſte Chryſoſtomo, Deus humiles nouit atque probos, ſuperbos ignorat. Et ideo Lazarus pauper nominatur, diſtinctus à fratre Marthæ & Mariæ, qui etiam Lazarus nominabatur. *Qui induebatur purpura, & byſſo.* Purpura enim Regum, non cuiuſque diuitis veſtis eſt. Similiter byſſus lini molliſſimi genus Reginarum delitiis commodum, &c. *Erat quidam mendicus nomine Lazarus vlceribus plenus.* Dicitur autem *vlceribus plenus*, & ad ianuam diuitis iacuiſſe; quia proprium eſt miſerabilium pauperum clamare per vicos & plateas, & ad ianuas diuitum ſpectare, vt ad commiſerationem illos moueant. *Cupiens ſaturari de micis quæ cadebant de menſa diuitis.* Non eſt hic intelligendum, quod Lazarus ſtaret coram diuite, dum comederet, expectans micas quæ de menſa cadebant: nam etiam ſi pius & humanus eſſet, quia vlceribus plenus erat Lazarus, non conueniebat, vt ad menſam aſſiſteret: ſed exprimit Euangeliſta his verbis extremam paupertatem, famem, atque miſeriam pauperis.

Chryſoſt. & Greg. in hūc locum.

Coram diuitibus & potentatibus nō licet in menſa vlceratū apparere.

3. *Et canes veniebant, & lingebant vlcera eius.* Non parui momenti Doctores ſancti de prouidentia diuina hoc interpretantur, quod Deus, qui vulnera pauperi præſtauit, medelam linguis canum ſuauiter vlcera languentium donauit. Sed meo iudicio nuditas Lazari deſcribitur, ex hoc quod canes lingebant, & ſimul inhumanitas refertur ex officicio canum: nam ſemper famem patiuntur, & adhuc ſaturati de fragmentis, quæ de menſa diuitis cadebant quodam dono etiam de ſanguine vlcerum Lazari ſatiabantur.

Chryſoſt. & Chryſolog. ſup. citati.

Canes nunquam ſatiantur.

4. *Factum eſt autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis.* Metaphora eſt ad ſimilitudinem portantium mortuum ad ſepeliendum. Significatur autem per hoc meritorum Lazari oblatio coram diuino iudicio. Rationabile ſiquidem eſt Angelorum officio merita iuſtorum colligi in morte. Quum hic neſciamus, qui actus noſtri fuerint meritorij; congregatio itaque meritorium Lazari Angelico miniſterio producta portatio eſt Lazari ad quietis locum.

Locus quietum dicitur ſinus Abrahæ.

Verùm verbamnum ex sic possit moueri à corpore separata Theologorum est quæstio, sicut & de loco, & sinu Abrahæ vbi animæ iustorum requieuerunt ante Christi resurrectionem: nam aliqui Doctores paradisum fuisse putant, vbi Adamus fuit collocatus. Alij locum fuisse subterra distinctum a loco inferni, & à loco Purgatorij diuersum. Alij locum fuisse in quem nunc infantes sine Baptismo descendunt. Qui multa curiosè scripta de hoc legere gustauerit, legat Tostatum Hispanum insigni libr. de Paradoxis.

Paradisus fuit locus terrestris.

Tostat. lib. de Paradoxis.

6. *Mortuus est autem diues, & sepultus est in inferno.* Conuertit mors cogitationes hominum diuitum, qui nunquam de morte cogitant; etsi aliquando in memoriam eorum venit amara mors, ædificant sibi sepulchra marmorea, & sumptuosa: ideò dicit Euangelista, *Sepultus est*, quia pauper etiam si insepultum maneat corpus; anima super astra cœli lætabunda triumphabit. *Eleuans autem oculos suos vidit Abraham à longè & Lazarum.* Noster Sanctus Bonauentura asserit: *Impios non videre Beatorum gloriam intuitiuè, sed consideratione intelligentia; Beatos vero videre damnatos in speculo, & in Deo.* Quasi dicat, vi naturali cernunt damnati gloriam Beatorum; ipsam enim non intuentur; sed considerant. Gabriel asserit; *Quod arguitiuè, vel per coniecturam, aut reuelationem. Argentina tenet, quod videat, non simpliciter, aut naturaliter, sed per reuelationem.* Ego autem dicerem cum Caietano quod eleuatio oculorum diuitis fuit ordinario intellectus ad Abraham, & Lazarum, & ordinatio ista fuit permissio diuina effectrix huius discretionis; quia aliàs tormenta damnatorum non sinerent eum discernere, & cognoscere quempiam.

Memoria mortis diuitibus est amarissima.

S. Bonau. in Luc. 16.

Gabriel. Argentina. Caietanus.

Authoris mens.

7. *Pater Abraham.* Forsitan Patrem appellat Abraham, quia diues iste Israelita erat. Et ideo addit; *Miserere mei.* Quasi dicat filius tuus sum ego, & propter hoc ad misericordiam debes moueri. *Emitte Lazarum. Irrationabiliter* (inquit Lyranus) *petit illum ad se iuuandum mitti, cui micas panis noluit mittere esurienti. Vt refrigeret linguam meam.* Lingua & digitus metaphoricè dicuntur in animabus separatis, quales erant animæ Lazari, & Diuitis, sicut in Deo qui spiritus est, manus dicitur virtus operatiua, & similiter in Lazaro hic per digitum intelligitur virtus eius auxiliatiua. Per linguam diuitis virtus conceptus mentis expressiua. Vnde Caietanus ait: *Non habet anima corpoream linguam, nec eget corporea aqua: nec anima Lazari habebat digitos. Et similiter ibi non erat cruciatus flamma sed per maximam pœnam apud nos, qualis est cruciatus ignis significatur multo maior pœna, imò incomparabiliter maior pœna spiritus.* Aliter ego cum opinione plana & clara Theologorum intelligo, quod ignis & flamma materialis est in inferno, & agit in spiritualia; quia per diuinam potentiã eleuatur materialis ignis, & sic verè & realiter agit in spiritualia. Quod autem dicitur *Vror in hac flamma*, est, quia crudelius torquebatur ab igne in lingua; quia per illam plus Lazarum contempsisset. Hæc ad explicationem sufficiant, reliqua patebunt per quæstiones.

In inferno. Cognati mei pauperes à diuitibus cognoscũtur.

Lyranus noster, sua in glossa.

Metaphorica locutio.

Caiet. in Euang.

Ignis & flãma materiales in inferno.

TRANSLATIONES VETVSTAE & recentiores circa Textum.

n.19 *Vulgata Homoquidã erat diues.*	
Translatio ex Syriaca.	1. Porrò vir quidam diues erat & amiciebatur bysso & purpura & quotidie sese oblectabat magnificè.
Translatio Vatabli.	2. Epulabatur quotidie splẽdide.
Caietanus in Euang.	3. Homo quidam abundabat facultatibus rerum temporalium.
Lyranus sua in glossa.	4. Homo quidam diues ignotus Deo.
n.20. *Vbi Vulgata, & mẽdicus vlceribus plenus.*	
Translatio ex Syriaca.	5. Pauper quidam proiectus erat ad portam illius diuitis, quum esset affectus vlceribus.
Translatio Vatabli.	6. Mendicus quidam erat ad ianuam eius vlcerosus.
Tertulianus libr. de cibis Iudaicis fol. 1067.	7. Lazarus ipsa fame, ipsisque vlceribus canibus diuitis præferens carnifices salutis ventrem & gulam coërcebant exemplis.
Caietanus in Euang.	8. Abundantia vlcerum significatur.
n.21. *Vbi Vulgata, & desiderabat saturari de micis.*	
Translatio ex Syriaca.	9. Et desiderabat explere ventrem suum ex fragmentis, quæ cadebant de mensa, &c.
Maldonatus in Euang.	10. Cupiens vt eiusdem esset conditionis apud diuitem, sicut erant canes.
Caietanus in Euang.	11. In hoc apparet vrgens necessitas mendici.
n.22. *Vbi Vulgata, factum est autem, vt moreretur, &c.*	
Translatio ex Syriaca.	12. Factũ est autem vt moreretur pauper ille, & attulerunt eum Angeli in sinum Abrahæ.
Translatio Vatabli.	13. Accidit vt moreretur Mendicus, & deportaretur ab Angelis, &c.

Tertulianus

Tertulianus libro de idololatria. n.23. *Vbi Vulgata: Mortuus est autē & diues, &c.*	14. Lazarus apud inferos in sinu Abrahę refrigerium consequutus: contrà diues in tormento ignis cōstitutus alternas malorū, & bonorum vices æmula retributione compensant.
Translatio Græca.	15. Mortuus est diues & sepultus est; & in inferno eleuans oculos vidit Abraham.
Trāslatio ex Syriaca. n. 24. *Vbi Vulgata, exclamans dixit, mitte Lazarum.*	16. Cumque torqueretur in inferis eleuauit oculos suos eminus viditque Abraham, & Loozar in sinu eius.
Translatio ex Syriaca.	17. Et clamauit alta voce, aitque Pater mi Abrahā, mitto Lazarum, vt humectet mihi linguā meā, ecce enim crucior in hac flamma.
Translatio Vatabli.	18. Vt intingat extremum digiti sui in aquam, ac refrigeret linguam meā, quia crucior.
Chrysologus serm. 122.	19. Lazarum ait mitte, quò? ad infernum de gremio, de solio sublimi ad profundissimum chaos, ad tormentum, & stridorem de sancta quiete.
Caietanus in Euang.	20. Significatur aliqua remissio per refrigerationē quæ fieret per guttæ aquæ infusionem.
Tertulianus lib. de anima fol. 479.	21. Punitur in flamma, cruciatur in lingua & de digito, animę fælicioris implorat solatium roris.

DIFFICVLTAS PRIMA.

An Diues iste epulo fuerit in rerum natura, & quomodo vocabatur.

8 Euthymius in Lucā, 16. *Niuensius nomē diuitis.* D. Anton. 1.p.hist. tit. 5.c.2. Damascen. ab eo cit.

1. RESPONSIO sit Euthymij, qui ait: *Ex traditione Hebræorum refertur, quod iuxta illa tempora fuit diues ille, & quod appellabatur Niuensius, & mendicus iste Lazarus.* Et addit: *Adricomius in descriptione Hierusalem num. 38. quod illius domus adhocvsque temporis Hierosolymis ostendatur, & D. Antoninus refert ex Damascene fuisse consanguineum Zachariæ, Patris Ioannis Baptistæ.*

9 Dionys.

2. RESPONSIO est Dionysij Carthusiani, *Franc. de Rojas in Euang. Tom. III.* qui Auctores refert asserentes, quod verè fuit in rerum natura Epulo diues iste, & vocabatur *Nabal* maritus Abigailis, qui fuit subita morte à Deo percussus, vt dicitur 1.Reg.25. Sed meo iudicio hoc nullo nititur fundamento: nam si ante fores Nabalis iacuisset Lazarus, succurrisset tantæ miseriæ optima fœmina Abigail illius vxor.

Carthus. in Luc. 16. 1.Reg. 25. *Vxores piæ sunt etiam viris repugnantibus.*

10 Caiet. in Luc. 16. *Pauper non habet nomen in mundo.*

3. RESPONSIO est Caietani, qui ait: *apud mundanos siquidem diuitum nomina scimus, & quum de eis verba fiunt nominatim explicantur; pauperum autem nomina nescimus: nec si sciuntur digna æstimantur propria appellatione.* Quasi dicat Pauperes & infortunati, vix nominantur, sed cum aliquid patrauerunt, confusè nominatur; *pauper hoc dicit.* Sed secundùm ordinem spiritus è contra contigit, & propterea diues appellatur homo quidam; pauper vero nominatim Lazarus pronunciatur.

Authoris mens.

11 Cyril. citat. in Cath. S.Thom.

4. RESPONSIO Cyrilli cit. in Cath. S. Thom. *Præsens sermo de diuite & Lazaro similitudinarie scriptus est in parabola, vt innotescat, quod qui terrenis affluunt opibus, nisi velint opitulari necessitatibus pauperum grauem incurrunt sententiam.* Quasi dicat, sine sit historia, siue parabola præsens narratio, abundantia rerum temporalium, & finis earum designatur.

Abundantia rerum finem miserū habet.

12 Tertul. citatus in trāslationibus. *Nomina propria in Parabolis cadūt.*

5. RESPONSIO Tertuliani lib. de anima citat. in trāslationibus *Et quid illi Lazari nomen, si non in veritate res est?* Quasi dicat, respōdens ad quæsitum, non sunt dicenda nomina in parabolis, & sic tam Diues epulo, quam pauper Lazarus fuerunt in rerum natura verè & realiter.

13 Isidor. Pelusiota Ep. 376.

6. RESPONSIO Isidori Pelusiotæ Epist. 376. ad Cyrum de Lazaro & diuite. *Tanquam de veris hominibus loquitur, dicens, Lazarus in perpetuo regno versatur; diues vero gehennam habet, & igne pro indumento fouetur.* Quasi dicat, solatium esset misero epuloni non esse, neque fuisse in rerum natura, sed reuera fuit, & est in inferno flammis addictus.

Impiis solatium in inferno esset nō fuisse.

14 Chrisol. serm. 124.

7. RESPONSIO Chrisologi serm. 124. *Si (inquit) est Abrahæ sinus, si est Lazarus, in sinu Patris iacti; imò quia dubium non est, vbi & persona, & loca & nomina describuntur.* Quasi dicat, dubitari non potest, quod pauper, Diuesque epulo fuerunt in rerum natura, & nomina habuerunt, sed quare diuitis taceatur nomen, iam dictum.

Diues & pauper Lazarus fuerūt in rerum natura.

DIFFICVLTAS II.

Quare dicitur, quod Epulo diues induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidiè splendidè.

QVæritur quid sit purpura, & byssus, & quomodo diues quotidie epulabatur splendide?

15 D. Ambros. in c. 16. Lucæ.

1. RESPONSIO D. Ambrosij in Lucam 16. *Purpura color Regij habitus est, & conchis marinis ferro circumcisis emissa; byssus vero genus lini candidi, & mollissimi.* Quasi dicat purpuræ vsus Regum proprius erat, vel Principis alicuius. Vnde dicitur Prouerb. 31. num. 11. de fœmina prudente & nobilissima: *Byssus & purpura indumentum*

Prouerb. 31. num. 11. *Rex & Regina in vestimentorum*

coloribus cõformantur. dumentum eius. Quia Reges & Principes solent conformare se in vestimentis vxoribus suis.

16 Gregor.in Hom. 2. RESPONSIO S. Gregorij in Homil. *Si autem subtilium, pretiosarumque vestium cultus culpa non esset, nequaquam sermo Dei hoc tam vigilanter exprimeret: nemo quippe vestimenta pretiosa nisi ad inanem gloriam quærit vt honoratior cæteris esse videatur.* Quasi dicat, nemo vult pretiosis vestibus indui, vbi ab aliis non possit videri. lege multa ad hoc propositum 1. tom. nostræ Cathenæ ad c.11.Matth. (1.Tom. Cathenæ ad c. 11.Matth.)

17 S.Chrys.in Cath.S.Th. *Vestes prophana luxũ prouocant. Matth. 11.* 3. RESPONSIO Chrisostomi in Cath. S. Th. qui ait: *Cinerem & puluerem & terram purpura & serico protegebat secundum vestimenta eius, ita & epulæ.* Quasi dicat, quod epulæ & vestimenta correlatiua sunt; Vnde sequitur, *& epulabatur quotidie splendide, quia qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt,* & cibis delicatis, & poribus suauibus epulantur.

18 S.Greg.lib. 1. moral. *Epulones semper vitiosi.* Hieronym. 4. RESPONSIO Gregorij lib.1.Moral. *Solerter intendendum est, quod celebrari sine culpa conuiuia vix possunt, pene semper enim epulas comitatur voluptas: nam corpus in resurrectionis delectatione resoluitur, cor ad inane gaudium relaxatur.* Quasi dicat cum D. Hieronymo, *pinguis venter non gignit bonam mentem,* sed naturaliter in luxum inclinatur?

19 Caietan. *Prælati splẽdidè comedẽtes quotidie, peccant si immisericordes sint.* 5. RESPONSIO Caietani in Euang. *Hæc autem non ideo commemorantur, vt significetur peccata esse mortalia epulari secundum se, sed signa animi sunt dediti totaliter vitæ sensuali, quæ iuncta vim inhumanitatis versus Lazarum testatur, quod diues se ipsum tantum amabat, quod est manifestè mortale peccatum.* Quasi dicat congruit enim quandoque epulari, sed quotidie nimis est & periculosum, sed si epulando pauperibus non elargitur impia res est.

DIFFICVLTAS III.

Quare dicitur, quod Lazarus iacebat ad ianuam vlceribus plenus.

20 QVæritur, quare Lazarus iacebat ad ianuam Diuitis; & quare non lamentabatur de vlceribus.

Chrisost. in Cath. S.Th. 1. RESPONSIO Chrisostomi in Cath. S. Th. cit. *ideo iacebat ad ianuam, ne diues diceret, non vidi, nemo mihi nuntiauit, videbat eum exiens, & reuertens; ideò vlceribus plenus, vt crudelitatem diuitis suo corpore demonstraret.* Quasi dicat, mortem corporis tui vides iacere ante ianuam, & non misereris; si Dei præcepta non consideras saltem conditionis tuæ miserere, & time, ne ipse talis efficiaris. Sed de re ad mores plura. & addit Chrysostomus. *Quanta ergo insuo pœna est in quo inter tanta vulnera non meminit doloris plagarum, sed famis.* Quasi dicat, supra omnes dolores fames torquet inopes, quia stimulus doloris augetur pro instanti.

Fames plus torquet quã vlcera & crudelitas diuitum, plus quã necessitas.

21 Chrysolog. serm.121. 2. RESPONSIO Chrysologi serm. 121. *ante ianuam proposuit Deus diuiti misericordiæ materiam, vt de mammona iniquitatis amicum sibi faceret Lazarum, à quo in æterna tabernacula reciperetur.* Quasi dicat, iacebat vlceribus plenus pauper ad ianuam diuitis, vt viscera ferrea ad misericordiam posset inflectere, in quo *tot ora eleemosynam petebant, quot in corpore habebat vlcera,* & eleemosynis redimeret innumerabilia peccata, quibus cingebatur in anima, & faceret damna lucrum.

Vlcera pauperũ ora clamantia contra diuites.

3. RESPONSIO Gregorij in Homil. *Ex vna ergo re omnipotens Deus duo iudicia exhibuit, dum Lazarum pauperem ante ianuam diuitis iacere permittit, vt & diues impius damnationis augeret vltionem, & tentatur pauper, vt cresceret ad remunerationem.* Quasi dicat, quotidiè conspiciebat diues cui misereretur, & Pauperem videbat, de quo probaretur; quia patientia sua eum impassibilem fecerat. 22 Gregor. in Homil. *Diuites duriores fiunt quotidie erga pauperes: quia ab assuetis non fit passio.*

4. RESPONSIO Caietani in Euang. *Vlceribus plenus, id est, vlcerosus: abundantia enim vlcerum significatur magis, quam plenitudo: hæc enim contra purpuram & byssum.* Quasi dicat plenus erat Lazarus plagis à planta pedis vsque ad verticem capitis, ideo Græca lectio vertit, *proiectus erat ad ianuam vel vestibulum eius,* ideo sequitur, *sed & canes veniebant & lingebant vlcera eius,* quia semimortuus erat, & non poterat abigere canes, qui lambebant eius vlcera. 23 Caiet.citat. *Græca trãslatio.* *Semimortuus non potest manum mouere.*

DIFFICVLTAS IV.

Quare dicitur, quod cupiebat Saturari de micis & nemo illi dabat, sed & canes veniebant & lingebant vlcera eius?

QVæretur quomodo cupiebat saturari de micis, & quomodo nemo illi dabat, sed canes lingebant vlcera pauperis. 24

1. RESPONSIO Maldonati in Euang. *Cupiens eiusdem esse conditionis apud diuitem, cuius canes eius erant.* Quasi dicat condemnat Lazarus impias Principum proprietates, quod canes panes integros ad deuorandum emittunt, & pauperes perire fame non curant, vbi extremam Lazari necessitatem declarat textus. Maldonat. *Canibus cedunt Principes pauperes.*

2. RESPONSIO D. Ambrosij in Cath. S.Th. citati. *Insolentia autem & tumor diuitum in diuitiis competentibus subinfertur, cum dicitur, & nemo illi dabat.* Quasi dicat: quis horribilia talia audiuit, quod de multis diuitibus nemo vlcerato, & mendico Lazaro succurreret: ita enim sunt conditionis humanæ immemores, vt tanquam supra naturam siti; de miseriis pauperum incentiua suarum voluptatum capiant, vt rideant inopi, insultent egenti, & quorum misereri debeant, consolationem auferunt, vel aliter meo indicio lamentabatur; quia omnes eum contemnebant, ideo plus lacerabant. 25 S Ambr. cit. in Cath. S.Thom. *Egenis diuites insultant & rident mulsities.* Auctoris meos. Cõcẽptus vulnus crudele.

3. RESPONSIO Gregorij in homil. *Pauper videbat procedentem diuitem ab obsequentibus circumfulciri se in infirmitate & inopia à nullo visitari, neque eleemosynis subueniri.* Quasi dicat, non erat, qui faceret bonum, non erat vsque ad vnum, & hoc restantur canes, qui libenter vulnera eius lingebant, quia non erat, qui abigeret eos. 26. S.Greg.in Hom. *Solitariè esse infirmos tristitia plus quàm doloribus perit.*

4. RESPONSIO Theophilacti in Euangel. *Num in tantis malis blasphemabat Lazarus: num conuitiabatur; num incessebat luxum diuitis, num in* 27 Theophyl. in Euang.

inhumanitatem condemnauit? num prouidentiam Dei reprehendebat? Nil horum, sed fortis erat, & magnæ philosophiæ. Quasi dicat, nec patientiam amisit, cum videret, quod nemo illi dabat, nec micas quas exoptabat recipiebat, sed fame cum petisset gratias Deo agebat.

Patientia in aduersis probatur.

28 Chrisost. in hom. 1. de Lazaro.

5. RESPONSIO Chrysostomi homil. 1. de Lazaro. *Cum fluctus essent tam multi, non tamen demersum est Lazari nauigium, sed perinde, vt si in fornace positus, velut perpetuo rore refocillaretur.* Quasi dicat cum Poëta: *Est miser nemo nisi comparatus.* Hoc est, satis miseriæ Lazarus habebat etiam non comparatus; comparatus vero cum videret epulonem quotidie splendide epulari, & ille fame perire, & quod nemo micas eorum daret illi, accrescebant fluctus miseriæ, sed æquo & placido animo tolerabat.

Fortuna prospera comparata infaelicitatibus crescit, & contra.

29 Chrisolog. serm 121. *Canes vulnera curant lambendo.*

6. RESPONSIO Chrysologi Serm. 121. *canes non ad morsum dentes sed linguas ad obsequium sic producunt, vt in modum spongiæ non vexent vulnera, sed tergant.* Quasi dicat, experientia constat quod canes lambendo, semper vulnera curant.

30 Chrys. serm. cit. de diuite.

7. RESPONSIO est Chrisostomi serm. citat. de diuite: *Adeò erat Lazarus fractis viribus debilis, vt ne canes quidem posset abigere.* Quasi dicat cum Glossa interlineali, *Canes nec à se mouere poterat, nec visitator erat qui remoueret.*

31 Euthym. in Euang. *Canes lambendo vulnera recreantur & infirmus.*

8. RESPONSIO Euthymij. *Verisimilius fortè est eo non prohibente, nec prohibere valente canes hanc qualemcumque curationem illi præstitisse.* Quasi dicat; accedebant canes illi ad curanda vulnera suo commodo, sed commodo etiam Lazaro attulisse aliquod lingendo, non est dubium.

32 Titus Bostrensis in hunc locū. *Charitate carentes canis lambendo vicera refrendunt.*

9. RESPONSIO Titi Bostrensis: *Faciebant hoc canes, eo quo poterant sensu vicem dolentes Lazari, curamque illius, qui ab omnibus desertus erat amicè suspicientes.* Quasi dicat humaniores erant canes hominibus, quia comitabantur, & defendebant Lazarum, & lambendo vulnera mulcebant, more medicorum fouentes & circumligantes vulnera suis linguis.

DIFFICVLTAS V.

Quare dicitur, quod mendicus portatus fuit in sinum Abrahæ, & Diues sepultus in inferno.

33 Chrisost. in Cath. S.Th.

QVæritur, quid intelligitur per sinum Abrahæ, & quid est infernus? Prima RESPONSIO Chrysostomi in Cath. sanct. Thom. citati. *Sinus Abrahæ paradisus est; ideo Angeli ministrantes tulerunt Pauperem, vt palparet illum, & refocillaret.* Quasi dicat, Lazarus non ab vno Angelo, sed à choro Angelorum portatur ad paradisi locum, siue sit super terram, siue subter terram; erat autem locus refocillationis, lætitiæ, & voluptatis.

Paradisus quid est.

34 August. de Orig. animæ. *Sinus Abrahæ quid sit.*

2. RESPONSIO Augustini de Origine Animæ: *Si erras pueriliter non vis, sinum Abrahæ intellige remotam sedem quietis atque secretam, vbi fuit Abraham.* Quasi dicat, Abrahæ sinus dicitur, non quia corporeus vnius hominis sinus sit; quomodo enim in sinu vno animas omnium iustorum poterat capere? Sed quia sicut vocatur sinus maris recessus quidam tranquilli. Sic locus, ille vbi animæ iustorum detinebantur, tranquillitate plenus erat.

3. RESPONSIO Theophylacti. *Quidam sinum Abrahæ vocant continentiam bonorum, quæ reposita sunt iustis, qui à tempestate huius maris ingrediuntur in portus cælestes.* Quasi dicat, sinus Abrahæ est portus quietus, vbi requiescebant animæ sanctæ post naufragia huius sæculi. 35 Theoph. cit.

Sinus maris est locus tranquillitatis.

4. RESPONSIO. Sinus Abrahæ potest dici hodie ipsa gloria Dei, vbi animæ requiescunt, sicut ante ascensum Christi Paradisus erat, & in hoc sensu canit Ecclesia precans pro fidelibus defunctis, *Suscipiat te Christus, qui vocauit te, & in sinum Abrahæ Angeli perducant.* Nisi dicamus, quod Lazarus visus est requiescere in sinu Abrahæ quasi dilectus, quemadmodum Ioannes in cæna in sinu Christi recubuit. 36 *Authoris sententia.*

Gloria Dei sinus Abrahæ dicitur.

5. RESPONSIO Magni Basilij in Cath. citati. *Infernus est quidam locus communis in intimo terræ obumbratus vndique & opacus, cuius est quoddam orificium in profundum tendens per quod patet descensus animabus ad mala damnatis.* Quasi dicat, infernus est abyssus, & chaos omnium miseriarum, pœnarum & tormentorum. 37 Basil. in Cath. citat.

Infernorum descriptio.

6. RESPONSIO Chrysostomi in Cathen. citati. *Sicut Regum carceres extra terminos manent; sic & extra mundum foris alicubi est infernus, vnde & exteriores tenebræ dictæ sunt.* Quasi dicat, extra terminos terræ infernus existit locus miseriæ, & tenebrarum, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. 38 Chrisost. in Cath citat.

Infernus extra mundum est.

7. RESPONSIO Theodoreti citati apud S.Thomam in cath. *Quidam dicunt infernum esse transitum ab apparenti ad disparens & deformitatem animæ.* Quasi dicat; quandiu anima peccatoris in corpore est apparet per proprias operationes; vt autem euolat de corpore fit deformis; ita vt cognitio sui ipsius sit maius tormentum, & flagellum magis sensibile, quam omnia inferni tormenta. 39 Theodoret. apud. S.Th.

Animæ deformitas inferno superior.

DIFFICVLTAS VI.

Quare dicitur, quòd Diues eleuans oculos, dixit, Pater Abraham emitte Lazarum, &c.

QVæritur, quorsum Diues eleuauit oculos, & quo sensu dixit emitte Lazarum. 40

1. RESPONSIO Chrysostomi in cath. citati: *Eleuauit oculos vt illum inspiceret, non vt despiceret; Lazarus enim sursum erat, ille deorsum.* Quasi dicat, sicut panperi, dum viueret grauiorem pœnam reddebat iacere ante ianuam diuitis & aliena bona prospicere. Sic Diuiti mortuo augebat exitium accubitus in gehenna, & prospectus delectationis Lazari, ne solum tormentorum natura sed & collatione honoris illius intolerabilius sentiret supplicium, & ideò violenter oculos eleuauit. Chris. cit.

Inimicus torquetur bonoribus alienis & felicitatibus æmuli laceratur.

2. RESPONSIO Theophylacti in cath. citati: non dirigit sermonem diues ad Lazarum, sed ad Abraham; quia forsitan erubescebat, *& putabat Lazarum reminisci malorum ex propriis* 41 Theophyl. in Cath.

iudicans de illo. Quasi dicat nostro Hispano sermone, *Quien tiene las hechas, tiene las sospechas.* Ideo impius epulo Lazarum victricem memoriam habere putabat malorum ab ipso receptorum.

Hispana locutio.

41. Euthym. cit. 3. Responsio Euthimij in Lucam 16. qui ait. *Abrahamum Diues patrem suum putabat, ideo illum appellabat.* Quasi dicat idiomate Hispano, *La sangre sin frego hierbe*, ideo in laboribus & angustiis ad consanguineos recurrendum est, propter quod miser diues afflictus Abraham vocat, quia parentem putabat.

Consanguinei in laboribus quærendi.

43. Chrysolog. ser. 122. 4. Responsio Chrysologi serm. 122. *Adhuc*, inquit, *tu in Lazarum, & crudelis Lazarum ais mitte? Quò? ad infernum de gremio, de solio sublimi ad profundissimum chaos, ad tormentum, & stridorem de sancta quiete.* Quasi dicat non est nouelli doloris, sed liuoris antiqui, & odio magis incenditur quam gehenna; nam inimicorum rabies vsque ad inferos durat.

Inimicorum rancor inextinguibilis.

44. Lyran. sua in gloss. 5. Responsio Lyrani sua in glossa: *Irrationabiliter petis illum ad se iuuandum mitti, cui micas panis noluit mittere esurienti.* Quasi dicat varij sunt euentus fortunæ, & qui alium hodie neque aspicere dignatur, cras adorans eum petit & rogat, neque quod requirit, consequitur, sed de hoc plus ad mores postea.

Fortuna rota variabilis est.

45. Chrysost. in cath. citat. 6. Responsio Chrysostomi in cath. citat. *Erras miser Abraham mittere non potest, sed suscipere potest.* Quasi dicat quod diues in inferno positus volebat imperare, & sic dicebat mitte Lazarum, Pater Abraham, cui solum datum erat suscipere iustos in sinu suo, non mittere foras.

Prælati semper imperare vellent.

DIFFICVLTAS VII.

Quare Diues epulo plus in lingua cruciabatur.

QVæritur, quare damnatus plusquam in alio membro cruciabatur in lingua?

1. Responsio D. Augustini. *Ideo in lingua maiorem sentit ardorem, quia per eam superbè loquendo contemserat pauperem.* Quasi dicat superbia, diuitum per linguam ostenditur, omnes contemnendo, & sibi soli omnia vana, & maiestuosa tribuendo, & cum pœna culpæ correspondeat plus lingua vtebatur quia plus per illam peccauerat. 46. Aug serm. 227. de tempore.

Lingua innata est superbia.

2. Responsio Lyrani sua in glossa. *Ibi plus cruciabatur quia per eam plus peccauerat secundùm duo officia naturæ in quibus lingua deseruit, scilicet, gustus & loquela, vt habetur 2. de anima.* Quasi dicat, in multiloquio non deerit peccatum, & cum inter epulas splendidas magis relaxatur lingua ad loquendum inepta, & diues quotidie epulabatur splendide, ideo torquetur plus, vbi peccauerat. 47. Lyran. sua in glossa. Arist. 2. de anima.

Inter epulas linguæ relaxantur.

3. Responsio D. Basilij Magni in Cath. citati. *Condignum autem premium redditur diuiti illi ignis infernalis pœnæ lingua arefacta vice liræ sonantis gemitus, vice potus desiderium stillæ, vice speculatorum enormium caligo profunda, vice ambitus incessantis peruigil vermes, &c.* Quasi dicat, ardet lingua eorum, qui musicis in conuiuiis delectantur, stillam desideret aquæ, qui frigidissimis inuentionibus pocula incessanter quærunt vermibus scateat, quæ ambitus honoris anhelat. 48. Basil. in cath. citat.

Musica in conuiuio epulones delectantur.

4. Responsio mea videlicet. *Cruciatur in lingua, quia luxuriosus erat in loquela, & cum nimis loquax fuisset arefacta erat lingua eius, & non poterat totum id quod desiderat loqui, & ideo refrigerium aqua petit ad linguam, vt posset incessanter loqui*; quia vir linguosus etiam damnatos torquere potest. Sed de hoc plus ad mores. 49. Authoris mens.

Vir linguosus cum tacet, torquetur.

5. Responsio Augustini. *Damnatus linguam suam vult refrigerari, cum in flamma totus arderet, quia scriptum est, mors & vita in manibus linguæ.* Quasi dicat; miser epulo de sola lingua conqueritur; quia illa fuit causa suæ damnationis, & mortis æternæ, quia vir non refrenans linguam suam peribit. 50. August. de quæst. Euág.

Per linguam diues damnatus est.

TRACTATVS

TRACTATVS SECVNDVS,

Ad Mores, *In cap. 16. Lucæ de Diuite epulone, & Lazaro mendico.*

DIFFICVLTAS VIII.

An Diues iste fuerit in rerum natura, & quomodo vocabatur.

51. *Vanitas vanitatum propter posteritatem domus & ampliationem fatigari.*

QVÆRITVR, an vere fuit in rerum natura epulo diues iste, & quomodo vocabatur?

1. RESPONSIO fuit, quod vocabatur *Nineusis & quod reliquia & fundamenta cimentaria domus illius permanent usque ad nostra sæcula.* Quasi dicat, inexplicabile desiderium insitum est hominibus relinquendi posteritatem, vt domus sua à generatione in generationem celebretur. Vnde interrogat Oleaster quare permisit Sarra benedicta virum suum ad ancillam suam Agar ingredi, vt dicitur Genes. 16. *Ingredere ad ancillam meam.* Nunquid zelotipia cor non vrunt, *quia dura est sicut infernus æmulatio?* Et zelus est teste D. Thoma *amor intensus non admittens consortium?* Et respondet: *Ita naturalis est amor prolis in fœminis propter celebrationem domus suæ, vt cedat zelotypiis.* Vnde Rachel sterilis vociferabatur anxia & dicebat: *Da mihi liberos, alioquin moriar.* Genes. 30. Hinc Exod. 4. de obstetricibus, quæ timuerunt Deum dicitur, *Quod ædificauit illis Domos, idest familias earum multiplicauit.* Et 2. Reg. cap. 7. *Dixit Nathan Dauidi, Domum meam faciet Dominus*, id est, familiam tuam multiplicabit. Quasi dicat, istæ auctoritates, quod gigantes illi dixerunt turrim ædificantes, domos, & ciuitatem, *celebretur nomen nostrum in æternum.* Genes. cap. 11. Et propter hoc homines mare transfuerunt, vitam periculis exponunt, & curis infatigabilibus in perpetuum torquentur, cum solum post mortem cementaria, & fundamenta Domus remaneant, sicut de Domo epulonis testatur.

Oleast. in Gen. cap. 16. — *Zelotipia quomodo definiantur.* — D. Thomas. — Gen. cap. 30. Exod. 4. *Obstetrices familiam multiplicaverunt.* — 2. Reg. 7. — Gen. c. 11. n. 14. *Homines mare transeunt, propter ampliationem posteritatis suæ.*

52. Vnde interrogat Richardus de sancto Victore, quare dicitur Daniel. c... *quod somnium Regis fugit ab eo?* Et respondet, *quia somnium ab homine fugit, dum illam quam per mentis excessum videre consueuit, contemplationis lucem amisit.* Quasi dicat, Principes, Reges, & Diuites, qui machinantur in augmentatione domorum suarum somnium amittunt, & contemplationis diuinæ penitus obliuiscuntur.

Richard. de S. Victore li. 1. de erud. hom. intern. Dan. cap. — *Curæ & solicitudines fugiendæ: quia orationi & contemplationi aduersantur.*

53. Hinc interrogat Oleaster, Quare dicitur Deut. 19. *Quod Filij Israel castrametati sunt in deserto è regione montis?* Sic legit Pagninus, & respondet: *Exigit Doctrina secessum à mundanis curis in ædificandis, & ampliandis domibus, ideo Iudæos in desertum locum induxit, vbi expeditiores ab omnibus facti cælestis doctrinæ essent capaciores.* Quasi dicat, curæ & solicitudines ad celebranda nomina & cognomina Diuitum suffocant cogitationes cælestes; & nihilominus homines vanitates suas diligunt, cum audiant, reliquiæ fundamentorum magni ædificij Diuitis epulonis vsque ad cementaria periisse, neque memoria Regum, palatiorumque eorum permansisse. Et hinc discant Pontifices & Prælati Ecclesiastici à fundatione propaginis, & prosapiæ suæ fugere, quia scriptum est de similibus ædificiis: *periit memoria eorum cum sonitu;* quia ridiculosè post mortem de vanitatibus eorum, omnes transeuntes viam mouentes capita sua, dicunt, *stulte, quæ parasti cuius erunt.*

Oleast. in Deut. 19. — Tráſ. Pagn. — *Vanitates ædificiorū fugienda.* — *Ecclesiastici eleua edemos magna fugiant.* Luc cap. 12. n. 20.

54. 2. RESPONSIO Caietani, qui dixit, quod in mundo *infortunati vix nominantur proprio nomine.* Quasi dicat, afflicti, & opprobriati in hoc mundo (etiamsi iusti sint) in aduersis periclitantur, & pro eius fortitudine, & patientia precibus continuis Deum obsecrandum est. Vnde Tertulianus ait: *Sed quando Deus magis creditur, nisi cum magis timetur? nisi in tempore tribulationis.* Quasi dicat, cum persecutio crescit, tunc persecutus timendus est, ne cadat. Et addit Tertulianus loco citato; *Ecclesia attonita est tunc, & fides inexpedita est.* Quasi dicat, tremens, & suspensa est Ecclesia, cum perpetuas persequutiones, & opprobria videt superuenire super humilem pauperem, & timentem Deum. Et prosequitur Tertulianus; *Tunc fides in expeditione solicitior, & disciplinatior in ieiuniis, & stationibus, & orationibus.* Et concludit. *Non enim vacat nisi timori, & spei.* Quasi dicat: Ecclesia cum vidit iustum humilem ab impiis persecutum his duobus polis sustentatur, spe & timore; quia tantum sperat, quantum timeat, ne cadat persequutus, cuius nomen mundus audire dedignatur, quia semper remanet abiectus, pœnatus, incognitus, & innominatus.

Caietanus. — Tertulian. de fug. in persec. — *Persecuti timendi sunt, ne cadant.* — Tertul. cit. — *Pro afflictis opprobriatis oratio fit perpetua.* — *Spes & timor cælorum poli.*

55. Vnde interrogat Oleaster, quare dilectus populus Israel recens ab Ægypto, & de impio Pharaone liberatus *loquutus est in deserto contra Deum, & contra Moysem?* Num. 21. Et respondet *quia persequutor erat rigidus, & proteruus, (fames) inquam, quæ caret lege.* Et addit Oleaster: *Et qui Deo ob temporalia seruiunt, his deficientibus murmurare de eo coguntur, quos canibus similes*

Oelast. in num. 21. — *Fames constituitur persecutor rigidus.* — Eccl. 58. n. 7.

similes manifestat Psalmus, Conuertantur ad vesperam, vt canes &c. nam si à fame fuerint persecuti murmurabunt. Quasi dicat, quemadmodum canes, qui diligunt amicabiliter dominos suos, si rabidâ in famem patiuntur conuertuntur contra eos, vt Hispano axiomate dicitur, *El perro con rabia ay hambre a su amo muerde.* Ita multoties iusti, & humiles nimis persequuti, opprobriati, & infortunati conuertuntur ad vesperam tribulationis, & persequutionis; quia nomen eorum abominabile est apud superbos fortunatos, prosperatos, Diuites epulones, qui perpetuis honoribus, & dignitatibus satiantur.

Spirituales timidi. — *Axioma Hispanum.*

56. Hinc Chrysologus serm. de Diuite & Lazaro: *En fratres quam rerum lamentanda mutatio, pauperem portant Angeli, nomen eius exaltando, Diuitem deglutit infernus nomen eius in æternum perit.* Et addit: *in obsequium Diuitis migrat tota ciuitas, cum funus effertur, Pauper vadit solus: Pauperem portat duorum miseratio baiulorum. Nec quatuor vt mortuo, sed duo sub vno vecte, quasi proiiciendo oneri portitores addicuntur inuiti.* Quasi dicat tam extrema est miserorum fortuna in hoc mundo, vt non solum in vita, sed neque post mortem honorantur, & portitores feretri quasi inuiti proiiciunt cadauer in fossam fœtosam, & horribilem, vt nomen eius non memoretur amplius. Et concludit Chrysologus: *Meritò mox ei officia deputantur Angelica, cui tam crudeliter negata sunt ipsa extrema humanitatis.* Quasi dicat cum Boëtio. *Felix fortuna huius mundi à vero bono deuios blanditiis trahit;* Aduersa plerumque ad vera bona reducens vnio retrahit. Et Seneca. *Melius in malis sapimus, secunda rectum auferunt.* Et Chrysologus ser. de Diuite epul. *Diues diuitiarum captiuus, & ipsis censibus compeditus in morte visu, & auditu defecit.* Quasi dicat, en lamentanda mutatio, nomen, facies, & vox pauperis viuens non audiebatur, quia opprobriatus & persequutus, & in morte Angelorum canentium multitudo nomen eius in æternum celebrat, & Epulonis fortunati in hoc sæculo post mortem neque nominatur, neque auditur nomen, sed Euangelista dixit, homo quidam diues.

S. Chrysol. serm. de Diuite & Lazaro. — *Feretrū pauperū omnes fugiūt: diuitis verò pretiosis solis ornatur.* — Chrysolog. citatus. — *Vicissitudo erga pauperes & diuites necessaria.* — Boët. lib. 2. de Philosophicæ consolat. prosa 8. — Seneca lib. 14 ep. 95. — Chrysolog. citat. — *Nomen impiorum peribit.*

DIFFICVLTAS IX.

Quare dicitur, quod induebatur Diues purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide.

57 QVæsitum fuit, si vestes pretiosæ habeant conexionem cum epulis splendidis?

1. RESPONSIO fuit Chrysostomi citat. in littera. *Cinerem & puluerem purpura & serico protegebat; quia sicut vestimenta eius, ita & epulæ.* Quasi dicat, erat Diues iste epulo & volebat correlatiuè vestiri purpura, & splendide epulari; quia qui de mundo est, mundana diligit: non sicut epulones spirituales in dignitate constituti, qui vestibus ouium induti, intrinsecus sunt lupi voraces, & solis illis fauent, & in dignitatibus constituuntur, qui quotidie cibos spleudidos illis administrant, etsi hoc renuunt litterati, & virtutibus præditi, protinus abiiciuntur, neque de eorum nomine recordantur, tanquam si lacerati vlceribusque essent pleni.

Chrysost. in in litt. citat. — *Hypochrita epulones Deo odibiles.* — *Litterati pauperes nihil valent apud diuites epulones.*

58. Vnde interrogat Oleaster: Quare impius Rex Balac dixit Prophetæ Balam, *Fuge celeriter ad locum tuum?* Num. 24. Sic legit Pagninus. Et respondet, *Quia retributio impiorum superiorum talis est, quam iustis pro suo labore retribuunt; non enim reputant bona, sed mala ministeria; nisi enim in his, quibus ipsi epulantur ministraueris.* Quasi dicat, oleum, & operam perdes, etiamsi sexaginta annos in scribendo & studendo consumpseris, si cibaria delicata ad splendidas epulas nôn curaueris; serui vero Dei, qui verè spirituales sunt, non delectantur; imo fastidiantur in cibis, & potibus delicatis.

Oleast. in num 24. Transl. Pagn. — *Præsules epulones fugiendi.*

59. Et addit Oleaster. *Quare Martha quæ tam solicita Saluatori ministrabat, repulsam tam asperam audiuit, Turbaris erga plurima, cum vnum tantum sit necessarium?* Et respondet, *quia ministrabat et in his, quibus non delectabatur, nempe in cibo & potu.* Et addit. *Non sic præsules & Principes: nam eos ministros solum diligunt qui in his quæ ipsi diligunt, & in quibus afficiuntur, seruiunt.* Et quia gulæ deseruiunt, & eorum venter Deus est, splendide quotidie epulantur; etsi ab illis in hoc administrantur, honorantur. Hinc Chrysostomus in epist. ad Rom. 13. *E contra is, qui Christum induit, vnum hoc tantum quærit, vt sana sit carne, eo videlicet vsque ad curam illius habet, vltra vero nequaquam.* Quasi dicat, ornemus animum splendida virtutum purpura, & bysso cælestis meditationis epulis, sanctisque operibus saginemus. *Et ideo* Paulus 1. Timoth. 6. *dicebat, Habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti simus: nam qui volunt Diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum.* Quasi dicat epulones Præsules fuge, quia desideriis ciborum delicatorum pereunt, & anhelantes nunquam satiantur.

Luc. cap. 10. n 41. — *Qui ventri seruiunt epulonum vt optimi ministri honorantur.* — Chrysost. in ep. ad Rom. 13. — 1. Timot. 6. *Serui Dei abstinentes.*

60 Vnde Galfridus in allegor. ad cap. 16. Lucæ. *Quis nostrum hodie, si videret hinc Diuitem purpuratum, & splendidè epulantem quotidie, & Lazarum vlceratum, non magis alterum beatificaret, non alteri potius inuideret.* Et Bernardus ibi citatus: *Sed aduerte, quod terribilis in iudiciis est Deus.* Quasi dicat: *aduertant Præsules, qui bona receperunt in vita sua, ne splendidè epulentur, quia simulata sanctitas, duplex iniquitas.* Nam non erat mirum, quod Diues bysso & purpura indutus splendide quotidie manducaret: sed valdè mirum est, si sordidis vestimentis splendidè quotidie epulantur.

Galfridus in allegor. ad c. 16. Lucæ. — Bernard. ibi. cit. — *Religiosi sordidis vestimentis induti non sint epulones.*

61. 2. RESPONSIO fuit Gregorij in littera citati; qui ait; *Quod vix conuiuia sine culpa celebrari possunt, quia cor ad inane gaudium relaxatur.* Quasi dicat, conuiuia excessiua celebrata fere semper lamentabiles producunt effectus. Vnde interrogat Theodoretus, quare Daniel 5. cap. 1. dicitur, *Quod in conuiuio Regio, quod fecerat Balthasar optimatibus suis in eadem hora, apparuerunt digiti, quasi manus hominis?* Et respondet *quia in illo conuiuio non solum impietatis, sed etiā damnum ab intemperantia vini profectum apparuit.* Quasi dicat quod ferè semper in conuiuiis obruit rationem ebrietas & incontinentia parit insaniam. Vnde Hieronymus citatus in glossa ait: *Tradunt Hebræi, quod Rex irritam putans*

Greg. in litt. cit. — *Cor relaxatur in conuiuiis.* — Theodoret. in cap. 5. Daniel. n. 1. — *Ebrietates fugienda.* — Hieronym. in Dan. c. 5.

Dei

Zach. cap. 1 *Dei promissionem, quam Ieremias de libertate Iudæorum dixerat, eius & Zacharias cap. 1. meminit, quasi spei vana insultans captiuorum fecit grande conuiuium, & attulit vasa in medium, propter quod statim apparuit diuinum iudicium.* Et addit Lyranus sua in glossa: *Ex hoc patet, quod conuiuia ingentia, & immoderata inducunt ad maiora mala: nam iste Rex non processit ad contemptum Dei eius vasa humanis vsibus applicando, donec fuit in conuiuio tumulatus.* Quasi dicat, expressè patet, quod potentes, & Epulones consumunt facultates suas in splendidis conuiuiis, & quoniam abyssus abyssum inuocat ad conuiuia sequuntur ebrietates, murmurationes, & aliquando iuramenta & blasphemiæ. Vnde sequitur in textu Daniel. 5. *Et laudabant Deos suos aureos, & argenteos.* Et addit Lyra. *Magna namque Dei blasphemia est diuinitatem attribuere idolis, & ista genimina viperarum solent conuiuia producere.* Et Oleaster in cap. 44. Genes. *Meritò sapiens conquestus dicit: veh terræ cuius Rex est iuuenis, & cuius Principes manè comedunt.* Hinc Dominus per Isaiam cap. 5. *Veh, qui consurgitis mane ad bibendum vinum.* Quasi dicat, infelix Regnum, cuius Rex in spectaculis, lautis conuiuiis, & ebrietatibus tempus consumit, quia populus eius & gentes sequuntur Pastorem, quasi oues errantes, & in luxuriis vitam agentes, neque militiam, & disciplinam militarem sequentes; quia à conuiuio, & spectaculis difficulter amouentur, quia in deliciis enutriuntur.

Lyran. in c. 5. Daniel. *In sensu morali.* — *Abyssus & conuiuium irrationale.* — Daniel. 5. Lyra. citat. — Oleast. in c. 44. Genes. — *Conuiuia, & spectacula histrionum fugienda.*

62 Vnde interrogat D. Ambrosius libr. 1. de Abraham c. 27. *Quare fecit Abraham conuiuium in die ablactationis filij sui Isaac?* Et respondet: *non enim quia à nutricis lacte subductus est puer, magnum conuiuium exhibuit Abraham: sed quia idoneus habitus est Isaac, vt fortioris gratia cibo, & iustitiæ alimento non adhuc vt Corinthij lacte potandus, sed epulis solidioribus mandatorum cælestium mentis suæ laceratos firmans.* Expende attentè quid significet, *epulis solidioribus mandatorum cælestium firmans mentem.* Quasi dicat, conuiuium grande fieri debet peccatori in die, quo ablactatus est à desideriis, & voluptatibus conuiuiorum mundanorum; quia qui assuetus est bibere & manducare splendidè quotidie, parcitatibus, ieiuniisque nutriri incipiens, festis & gaudiis ingentibus dignus est. Hinc sanctus Isaac Syrus libr. 1. de mundi contemptu ait: *Esus panis post ablactationem datur infanti, & homo qui vult delectari in diuinis, prius se debet à conuiuiis alienare.* Quasi dicat: non bene conueniunt spiritualis vita, & cibaria delicata manducare. Et Hugo Charensis in Ps. 59. *Quando* (inquit) *mater vult puerum ablactare, & repellere ab vbere respergit summitatem vberis, quam ponit in ore pueri aliqua amaritudine. Sic Dominus nos repellit ab vberibus mundi.* Quasi dicat, ipsa ingentia & inordinata conuiuia, dum tot aduersitates, contentiones, rixas & iras ingeminat, quid aliud quam abstineamus nos ab illis clamitat.

D. Ambros. lib. 1. de Abrahã c. 27. — *Consuetudo ciborum delicatorum difficilè amouetur.* — S. Isaac Syrus lib. 1. de mundi contemptu. — Hugo Carensis in Ps. 59. — *Amara res est à conuiuiis alienari.* — *Contentiones & rixæ ex ebrietatibus nascuntur.*

63 Vnde D. Antonius de Padua serm. in septuages. clamabat: *Misera anima, quæ quasi à mamilla Diaboli mundi fugit voluptatem.* Quasi dicat; quemadmodum si infans fame exhaustus mortuæ matris vbera sugeret, de isto potest dici quod mortem bibit: sic qui à conuiuiis & ebrietatibus enormibus satiantur lac exprimit Sathanicum, & mortem sempiternam bibit, & Carthusianus in meditationibus cap. 17. *Abstine te à continuis & splendidis conuiuiis quibus assuetus es; pudeat te non posse esse sine istis: & quia ista velis nolis quandoque es amissurus, fac modo volens cum magna mercede, aut gratia, quod etiam non sine magno supplicio, quandoque facturus es.* Quasi dicat voluntariè, & spontè à conuiuiis fuge, quia vix sine culpa celebrari possunt, vt Gregorius insinuauit, *vbi cor ad inane gaudium relaxatur.*

S. Anton. de Padua serm. in Septuag. — *Infans lac matris mortuæ sugens est conuiuium irrationale.* — Guido Carthus. in meditationibus, c. 17. — Greg. citat.

DIFFICVLTAS X.

Quare dicitur quod mendicus ad ianuam iacebat vlceribus plenus, &c.

64 QVæsitum fuit quare mendicus non conquerebatur de plagis sed de fame?

1. RESPONSIO fuit Chrysostomi in litt. citati qui ait. *Quanta ergo in isto pœna est, in quo inter tanta vulnera non meminit doloris plagarum, sed famis?* Quasi dicat, flagellum famis missum à Deo propter peccata nostra omnes imaginabiles dolores excedit. Vnde interrogat Oleaster. Quare tam desperata voce, & lachrymosis gemitibus Israëlitæ Moysi dixerunt Exod. 16. n. 40. *Vtinam mortui essemus per manum Domini, quando sedebamus super ollam carnium?* Et respondet *quia grauissimum est homini fame discruciari, & maximè cupit impletus mori.* Quare Ieremias Threnot. 4. *Praeferebat gladio occisos fame interfectis: Melius fuit occisis gladio, quam interfectis fame.* Quasi dicat, cum fames nimis vrget, non cedit morti amaræ.

S. Chrysost. in litt. citat. — *Fames omnes dolores excedit.* — Oleast. in Exod. 16. n. 40. — Threnot. 4.

65 Vnde interrogat noster Lyranus. Quare Rex Ioram filius Achab dixit Eliseo: *Ecce tantum malum à Domino est, quid amplius expectabo à Domino?* Et respondet: *quia fames ita valida erat; quòd mulier vna dixerat ei conquerendo se aduersus aliam mulierem,* 4. Reg. 6. n. 3. *dicens, mulier ista dixit mihi, da filium tuum, vt comedamus eum hodiè, & filium meum comedamus cras.* Et addit lachrymabiliter vociferando. *Coximus ergo filium meum, & comedimus & altera die abscondit filium suum.* Quasi dicat Ioram ad Eliseum, iam sum punitus vltima pœna à Moyse prædicta Deut. 28. de comestione propriorum filiorum in obsidione, & sic non restat, nisi quod omnes moriamur, vel tradamus nos hostibus, quæ omnia respectu famis talis consolationem portabunt; quia non est dolor, neque plaga, quæ cum valida fame possit comparari.

Lyranus sua in glossa in 4. Reg. 6. n. 12. — *Fames proprijs filiis nõ parcit & deuorantur à matribus.* — 4. Reg. 6. n. 3. — Lyr. citat.

66 Vnde Ambrosius 3. officiorum *Motus Rex, quod non solum humanis sed etiam parricidalibus cadaueribus mulieres pastæ viderentur, & tam atrocis calamitatis exemplo percitus Eliseo mandauit necem, cuius in potestate fortè credit, vt famem posset propulsare.* Pondera, *tam atrocis calamitatis exemplo percitus.* Quasi dicat, ita attonitus Rex remansit audiendo, & videndo exempla tam horrenda à fame producta, quod quasi amens, & iudicio priuatus necem Eliseo præfigebat, quærens remedium ad miserabiles, & stupendos casus. Hinc August. serm. 211. de tempore, *Dum à cultu Dei gens iniqua discedit horrenda*

S. Ambr. lib. 3. offi. — *Famis effectus crudeles Reges cõturbant nimis.* — Aug. serm. 211 de tempore.

Peccata famem fomentant. *horrenda fame comprimitur, & vestra necessitate turbatur.* Et addit; *cur famem ô miserrime pateris? cur tanta penuria laceraris? & respondet: crescit famis quotidie pœna; quia quotidie crescit & culpa.* Quasi dicat, perseuerant flagella Dei pestis & famis his nostris calamitosis temporibus, quia delicta perseuerant. Et ait Augustinus citatus: *Deinceps vita peccata, delicta compesce, ad Deum conuertere, relinque idolum; tunc poteris hostes diuino adiutorio vincere; nec quisquam nocere poterit vlterius, si damnato scelere diuinus in te germinauerit cultus.* Quasi dicat, si fames tam crudeliter te pungit, vlcera animæ munda, & Lazarum ab Angelis portatum sequeris. (Aug. cit. — Fames spiritualia vlcera tergit.)

67 Vnde Hieronymus interrogat. Quare præclara fœmina Ruth *fugit cum viro suo Elimelech de terra Iuda in Regione Moabitide?* Et respondet: *quia facta est fames valida, &c. vt dicit Ruth. c. 1. n. 1.* Et addit D. Hieronymus: *Hunc Elimelech fuisse in cuius tempore Sol stetit propter præuaricatores legis, vt tanto miraculo viso conuerterentur ad Dominum Deum suum, quod quia facere contempserunt; id circo fames inualuit, & ille qui in tribu Iuda prior videbatur famis inopia cum vxore, & filiis, non solum patria pelleretur, sed etiam in eadem peregrinatione cum filiis moreretur.* Et Lyranus addit: *Quod tempore famis exorta molestè ferebat petitiones suorum consanguineorum, qui fame coacti recurrebant ad eius auxilium, & ad declinandum petitiones fugit in Moab, & quoniam habuit malum motiuum Dominus puniuit eum morte amarissima famis.* Quasi omnes vnanimiter dicant, quod plus plaga famis dolet & homines consumit quam vlcera, & omnes terræ labores, vt patet in Lazaro egeno, qui ad ianuam diuitis proiectus, de fame conqueritur, non de vlcerum doloribus, vt Chrysostomus insinuauit. (Hier. lib. de tradit. Hebr. in 1. Paralip. — Ruth. c. 1. n. 1. — Hier. cit. — Sol stetit in signum flagelli Dei. — Lyr. sua in glossa. Ad mores. — Auari fatigantur petitionibus pauperum.)

68 2. Responsio fuit Chrysologi in littera citati, qui ait: *Ante ianuam proposuit Deus diuiti misericordiæ materiam vt de mammona iniquitatis amicum sibi faceret Lazarum, à quo in cælum reciperetur.* Quasi dicat eleemosyna est medicina vniuersalis ad redimenda nostra peccata, quæ à medicis vocatur *quid pro quo*, id est, Hispano more sonat *Sanalotodo*. Et ideo ante oculos, & ianuam diuitis Lazarus clamabat petendo remedium corpori suo & animæ Diuitis. (Chrysolog. cit. in lit. — Eleemosyna quid pro quo Hispanâ phrasi.)

69 Vnde interrogat Oleaster. Quare Leuit. 19. n. 20. *Præcipiebat Deus dicens, cum messueris segetes terræ tuæ, non remanentes spicas colliges?* Et respondet: *quia difficile est, fructus tuos, cum semel reclu[s]eris eos extrahere vt pauperibus largiaris; ideo pius Pater præcipit, vt in agro relinquas quæ pauperes colligere possint.* Quasi dicat; solent enim fructus in extremitatibus, & angulis esse meliores, vt ergo nobis occultè ostenderet meliora esse pauperibus tribuenda, agrorum extremitates relinquere eis præcepit, vbi docet pauperum esse rationem habendam. Et addit Oleaster: *Memento ex eleemosyna quam à Domino accipis proximo tuo eleemosynam dare, Quid enim sunt agrorum prouentus nisi patris Diuitis eleemosyna in te. Erubesce ergo, qui ex eleemosynis Domini viuis, eleemosynas aliis non facere.* Quasi dicat, sciant paupēres se in agro, & in vinea Diuitum suam habere portionem. (Oleast. in Leuit. 19. n. 20. — Auari, in cameris occultis seruāt triticum. — Oleast. cit. — Pauperes in agro & vinea diuitum suam habent portionem.)

70 Hinc Augustinus serm. 25. de verbis Domini *Fecundus (inquit) est ager pauperum citò reddit dominantibus fructum.* Quasi dicat, fructus fertiles terra producit propter miseriam pauperum subleuandam. Et D. Leo serm. de collect. *Idcirco (inquit) te abundare voluit Deus, vt per te alius non egeret, & per ministerium operis tui pauperem ab egestatis labore, te à multitudine peccatorum liberaret.* Quasi dicat; ô mira prouidentia, & bonitas creatoris, vt vno facto duobus vellet esset succurrendum. Et addit Diuus Leo citatus serm. 8. de ieiunio. *Pauperi posset Deus eas, quas vobis contulit tribuere facultates, nisi pro ineffabili prouidentia, & misericordia sua, & illos iustificare vellet de patientia laboris, & nos de opere charitatis.* Et D. Augustinus ser. 25. de verbis Domini, *Diues & pauper duo sibi sunt contraria; sed iterum duo sibi sunt necessaria, nullus indigeret, si inuicem se supportarent.* Quasi dicat, Diues propter pauperem factus est, & pauper propter Diuitem; pauperis est orare, & diuitis erogare, Dei est pro paruis magna pensare. Ideo ad ianuam epulonis Diuitis Lazarus iacebat, vt pauperem aleret Diues, & diuitem iuuaret pauper. (Aug. ser. 25. — de verb. Domini. — Fertilitas terræ propter pauperes ena[scitur]. — D. Leo ser. idē collect. — Vno facto duobus succurrit Deus. — Aug. ser. 25. de verb. Domini. — Pauperis & Diuitis obligatio.)

71 Vnde D. Gregorius hom. 40. *Etiam nunc Lazaros habetis, ante ianuas vestras iacent.* Quasi dicat, quotidie Lazarum si quærimus inuenimus, & etiamsi non quærimus, cernimus, quia importunè se pauperes offerunt. Et D. Bernardinus: *Quantos (inquit) videtis & ipsi Lazaros esurientes, nudos, ægrotos, vlceribus plenos, & plus de iumentis vestris, plus de eorum phaleris, quàm de istorum miseriis cogitatis.* Quasi dicat, non desunt ante ianuam, Lazari vlceribus pleni. Vtinam non desine misericordiæ viscera; semper enim pauperes habebimus nobiscum vt materiā exhibendæ misericordiæ habeamus. Et D. Chrysolog. serm. 24. *Prouexit ad Philosophiā paupertas, ad virtutem dolor, contemptus ad patientiam.* Quasi dicat, ex vi illius philosophia satis magnum solatium molestiæque lenimen capiamus, quia vlceribus plenus Lazarus erat, & prostratus inops neglectus, & canibus abiectus, præsidio destitutus neminem incusabat Diuites & epulones, & homines omnes docendo, gratias Deo agere quod non vlceratos & miseros, mendicos, & infirmos fecit illos, neque propter hoc materiam misericordiæ capere velimus. (Gregorius homil. 40. — Pauperes importunè se offerunt ante oculos Domini. — S. Bernard. super Ecce nos reliquimus omnia. — Chrysolog. serm. 24. — Paupertas philosophiam docens. — Pharaoni similes corde duratum habēt qui eleemosynam præstant.)

DIFFICVLTAS XI.

Quare dicitur, quod cupiebat saturari de micis & nemo illi dabat, sed & canes lingebant vlcera eius.

72 QVæritur, quare Lazarus quærebat sicut canis saturari de micis?

1. Responsio fuit Maldonati in littera citati, *quia desiderabat esse eiusdem conditionis apud diuitem, ac canes eius erant.* Quasi dicat, abiecti, & humiliati, neque terram, quam calcant mereri putant: elati, & in sublimioribus constituti existimant sibi omnia deberi. Vnde interrogat D. Ambrosius lib. de viduis, *Quare oculos cæci nati, vt Christus claresceret luto liniuit, vt dicitur Ioan. 9. n. 6.* Respondeo ex mente Ambrosij (Maldonatus in litt. citat. — Potentes omnia sibi putāt deberi. — Ambr. lib. de viduis. — Ioan. 9. n. 6.)

Humilis recognoscit suam vilitatem. Idem Ambrosius.

Ambrosij, vt videre possit mysteria fidei, cum sibi vilis, & de luto formatus videretur, hoc est, luto liniuit oculos cæci nati, vt recognosceret plus luto obcæcati mereri, quia miser, vilis cæcus mendicus, & contemptus natus erat. Verba Ambrosij sunt: *Luto oculos liniuit, vt videre posset.* Et addit; *Creator enim omnium docet nos nostra nos memores debere esse natura & corporis cernere vilitatem; nemo enim magis potest videre diuina, nisi qui humilitatis suæ conscius, nescit extolli.* Vnde Albertus Magnus, *Humilitas* (inquit) *est oculus animæ, per quam homo conditionem suam, ac esse totum suum verissime recognoscit.* Quasi dicat, humilitas est virtus, qua homo sui cognitione sibi vilescit.

Albertus Magnus. *Humilitas est oculus animæ.*

73 Vnde interrogat D. Gregorius hom. 12. in Ezech. *Quare Propheta Ezechiel, quoties sublimia conspiciebat filius hominis appellabatur?* Et respondet; *quia cum subleuabatur ad cælestia, & occultis, ac mirabilibus rebus eius mens pascebatur. necesse erat, vt inter occulta, quæ penetrabat filius hominis vocaretur; vt semper agnosceret quod erat vilis, & miser, & nunquam extolleretur de his, ad quæ ducebatur.* Quasi dicat, quoties Deus mirabilia per nos, quasi per instrumentum suum operatur, debemus cogitare, quod non sumus digni terram calcare, imo quod serui inutiles sumus, quia per humilitatem cælestium rerum cognitio acquiritur, & acquisita per eam conseruatur, propter quod Lazarus humiliatus, se eiusdem conditionis esse considerabat, desiderabat ac canes, qui apud mensam diuitis assistebant.

Greg. in Ez. hom. 12.

Instrumentum mysteriorum ea estium recognitio vilitatis propriæ.

74 Superbi omnia sibi semper debere putant, & si sint in dignitate constituti, omnes contemnunt, & vt nostro Hispano loquar modo; *Atodos miran por encima de los hombros, y piensan que les hazen la vida de merced.* Vnde interrogat Oleaster, quare dicitur Genes. 3. n. 10. *Quod adduxit Dominus ad Adam omnia animalia, vt imponeret eis nomina?* Et Respondet, *vt agnosceret Prælatos superbos, qui dedignantur respicere & loqui cum subditis, humilibus & abiectis.* Quasi dicat, si Dominus voluit Adam animalium, & pecorum nomina scire, quid debent facere homines in dignitate constituti. Quomodo debent se recognoscere, & humiliare amicabiliter, & familiariter tractando, amando, & conuersando, & non ad sydera se extollendo tanquam sapientes, cæteros tanquam ignaros contemnentes.

Superbi omnia sibi tribuunt.

Oleast. in c. 3 Gen. n. 10.

Prælati debēt familiariter se gerere cum subditis.

75 Vnde Gregorius Nazian. orat. 7. *Sapientia est seipsum nosse; sic autem, vt te non nimium efferas, neque vt idem accidat tibi quod vocibus quæ prorsus amittuntur, si propter visum immoderatum vltra modum contendantur.* Quasi dicat, qui nimium vocem effert, vocem perdit, & qui se, & qui sua nimium effert se perdit & sua: inania & vana omnia fiunt, vbi humilitatis aberit lumen. Hinc Hesichius Præsbyter cent. 1. n. 83. ait: *Vt absente lumine caliginosa, & tenebrosa sunt omnia. Ita si desit humilitas, omnia studia nostra quæ in Deo colendo impendimus, vana sunt & friuola.* Quasi dicat, quemadmodum, qui extincta luce in obscuris manet, & plagare se in pariete, vel columnis solet. Ita qui sine humilitate remanet, obscurus stat, etiam si ore sciat, litteris vacet, & virtutibus sit repletus. De quibus Christus per Lucam 6. n. 11. dixit *Ipsi au-*

Greg. Naz. orat. 7.

Superbia vocibus elatis similis.

Hesich. cent. 1. n. 83.

Humilitas lucerna ardens.

Luc. 6. n. 11.

tem repleti sunt insipientia. Vbi Carthusianus *superbus stultissimus est cogitationibus, errore, & inuidia.* Et Agellius in Ps. 21. ait, *Quod in Græco idem sonat superbia, ac insipientia.* Quasi dicat, qui superbia tumet verè sapientiæ expers est, fatuus & insipiens quamuis diues & potens sit. Vnde Lucæ cap... Diuiti superbo dictum est, *Stulte hac nocte animam tuam repetent à te.* Et B. Laurentius Iustinianus cap. de humilitate ait: *Superbia accipit corticem, humilitas nucleum, illa florem; ista fructum; illa opinionem, ista veritatem.* Quasi dicat, scientia superbi non habet fructum, sed marcida & gelu semper arescit; humilis verò fructus vberes producit, nunquam marcescit. Vnde constat quod infatuari, & superbire, idem est, vt patet Iob 15. n. 20. *Cunctis diebus suis impius superbit.* Theodotion habet pro superbit, *infatuatur, euanescit.* Et translatio septuaginta *in solicitudine*, & Aquila *in dolore.* Quasi omnes translationes dicant Epuloni Diuiti, impio, & superbo micas Lazaro neganti, & canibus panes integros exhibenti, & pauperi insultanti. O miser Diues, qui vt fatuus & superbus semper in solicitudinibus, & curis versabaris, doloribus animæ plenus; quia semper dolet superbus, semper ringitur, plenus molestiis, & vlceribus interioribus laniatus à canibus propriæ conscientiæ, & futuræ mortis, & gehennæ, quia Lazarum negabat esse eiusdem conditionis, ac canes, vt adnotauit Maldonatus.

Dion. Carth. Agell. sec. 21.

Græcè idem est superbus, ac stultus.

B. Laur. Iustinian. c. 3. de humilitate.

Superbia cortex, humilitas nucleum.

Iob. 15. n. 20.

Infatuari idē ac superbire.

Trāf Theod. Transl. 70. Transl. Aquilæ.

Superbi auari torquentur à vermibus cōscientiæ.

2. RESPONSIO est, quod plus dolebat Lazarus de contemptu quàm de vlceribus, quia nemo illi consolationem, sed vituperia dabant. Quasi dicat: incomparabiliter sunt maiores dolores despectionis alicuius, quam infirmitates, vlcera, & miserabilis fortunæ infelicitates. Vnde interrogat Oleaster, quare tam lamentabiliter conquesta est Sarai contra Abraham dicens: *inique agis contra me?* Genes. 16. n. 4 Et respondet *Quia vilipensa fuit Domina ab ancilla sua Agar.* Ita legit Pagnin. Et ideo lachrymosa addit Sarai; *Oppressio mea, seu subuersio mea super te.* Quasi dicat, ista tam grauis punitio mea procedens ex vilipensione, quam ancilla mea fecit, super te sit, idest, tu dabis pœnas oppressionis, & subuersionis, quia incomparabiliter plus sentio contemptum, quam carere liberis, & omnibus bonis fortunæ. Et addit Lyranus: *Nimis dissimulauit Sarai iniuriam talem sibi factam.* Ac si dicat, non semel, ac bis ancilla Dominam suam despexerat, sed multoties, & semper vulneribus dictis eam cruciabat, & Chrysostomus in glossa citatus. *Vide ancillæ crudelitatem, & ingratitudinem, videns se concepisse, despexit Dominam suam.* Quasi dicat, hucvsque dolor peruenire potest, vt ancilla ingrata despiciat Dominam suam, & plagis crudelibus feriat illam; quia non est dolor super dolorem contemptus, & despectionis.

76. Auct. mens.

Fortuna aduersa vsque ad contemptū potest peruenire.

Oleast. in Gen. 16. n. 4.

Transl. Pagn.

Lyran. sua in glossa.

Chrys. cit. in glossa.

Fortuna prospera generat contemptum cæterorum.

77 Vnde interrogat Iosephus citatus in glossa, *Quare pulcherrima nimis Thamar, aspergens cinerem capiti suo, scissaque thalari tunica, impositisque manibus super caput suum ibat clamans, &c.* vt dicitur 2. Reg. cap. 13. n. 7. Et respondet; *Quia despexit illam Ammon frater suus, postquam defloranit illam, præcipiendo seruo suo, vt foras eiiceret eam, & portam clauderet post eam* Et doloribus contemptus afflicta clamabat Thamar dicens cap. citato 2. Reg. *Maius ex hoc malum,*

Ioseph. cit. in glossa.

2 Reg. 13.

Ioseph. cit.

Defloratio virginis iniuria ingens.

malum, quod nunc agis aduersum me, quam quod ante fecisti. Quasi dicat, exosam tibi esse, ita vt repellas, & despicias me excedit dolores, & opprobria, quæ mihi ventura spero ex defloratione virginitatis meæ. Verba Iosephi sunt: *Illa dolens iniuriam contemptus magis quam violentiam disrupto, colobro, quo antiquæ virgines vtebantur, cinere asperso capite ibat per mediam ciuitatem clamans, & ingem scens iniuriam sibi illatam.* Et Rabbi Dauid citatus in glossa. *Amor post incestum opprobium despectionis non vitauit, & ob hoc mortem non euasit.* Quasi dicat, narrauit Thamar fratri suo Absalon despectionem, & contemptum Amnonis, & dolor illius affixus in corde Absalonis ità permansit, vt mortem pro vindicta contemptus semper cogitabat. Et Lyranus sua in glossa: *Maius malum sentit Thamar, quia expellit illam confusibiliter sicut meretricem, quam quod eam violenter deflorasset.* Et addit Rabbi Salomon, *quod Thamar videns se opprobriatam & despectam dixit Ammoni, habeberis vt stultus & insanus.* Quasi dicat, vulnerasti cor meum quasi stultus doloribus importabilibus, & sensibilibus nimis contemptionis, & vilipendij.

Contemptus cæterorum mala morte soluitur.

Rabbi Dauid citatus in glossa.

Lyran. sua in glossa.

Rabbi Salomon.

Stultus & insanus qui mulieres contemnit.

78 Lyranus citatus.

Vnde interrogat Lyranus, quare postquam Aman nuntiauerat Zares vxorem suam tam ingentia bona fælicitatis suæ, nempe, *quod Regina Ester nullum alium ad conuiuium vocata esset præter illum, quare tristis & iratus?* Addit, Ester 7. *Se cum hæc omnia habeam nihil me habere puto, quandiu videro Mardocheum sedentem ante fores Regias?* Et respondet, *quia secundum Philosophum c. 2. Rethoricæ paruipensio est causa iræ, & Aman putauit se paruipensum vltra modum, eo quod videt Mardocheum non solum ipsum non adorasse, sed nec etiam sibi assurrexisse.* Quasi dicat, nec diuitiæ, neque omnis felix fortuna æstimatur, cum aliquod vilipendium interuenit; quia omnia in dolores conuertuntur, in potionem amarissimam. Lazarus verò noster, cum nemo illi daret consolationem, sed opprobria innumerabilia, in summa patientia possidebat animam suam. Vnde Chrisostom. homil. 1. de Lazaro: *Iacebat ille in vestibulo diuitis inops neglectus, prostratus, pro nihilo habitus, vlceribus plenus, hominum præsidio destitutus, canum socius, se in summa miseria abiectum; Diuitem in magna felicitate collocatum aspiciebat. Atque hæc omnia æquo patiebatur animo, quia velut aurum in fornace probabatur.* Quasi dicat, consolationem non habere ab aliquo, & ab omnibus despici, probatio ingens dilectionis Dei est.

Ester. 7.

Fortuna amara nimis vel sordium.

Arist. c. 2. Rethoric.

Lazarus opprobria sustinuit.

S. Chrisost. 1. de Lazaro.

Probatio dilectionis Dei patienter vilipendi sustinere.

DIFFICVLTAS XII.

Quare dicitur, quòd mendicus portatus fuit in sinum Abrahæ, & Diues sepultus in inferno?

79 Chrisostom. in littera citatus.

QVæsitum fuit, quid intelligatur per sinum Abrahæ, & quid sit infernus? Prima Responsio fuit Chrisostomi in littera citati, *quod Paradisus intelligitur ibi per sinum Abrahæ, vbi anima Lazari deposita fuit, vt illo frueretur.* Quasi dicat, quia anima Lazari dum viueret, fuit paradisus Dei; ita post mortem Deus ipse fuit paradisus Lazari, vbi requiesceret, & refocillaret. Vnde interrogat D. Ambrosius lib. 6. exameron cap. vltimo. Quare Genes. 2. n. 2. dicitur, *quòd die septimo requieuit Deus ab omni opere, quod patrarat?* Et respondet. *Requieuit Deus ab omnibus mundi operibus; requieuit autem in recessu hominis, requieuit in eius mente, atque proposito.* Et addit, *fecerat enim hominem rationis capacem, imitatorem sui, virtutum æmulatorem, cupidum cælestium gratiarum.* Quasi dicat, iustus quilibet, pauper Spiritu & à peccatis immunis habet, vt requiem factori suo præbere possit; quia in eius anima, quasi in Paradiso delectatur.

D. Ambrosi. lib. 6 exameron. c. vlt.

Gen. 2. n. 2.

Iustus Paradisus est Dei.

80 Prou. 8. n. 3.

Hinc quæritur, quare Prouerb. 8. numer. 3. dicitur de Deo, *Et deliciæ meæ esse cum filiis hominum.* Quare non cum hominibus sed cum filiis hominum? Respondet Sanctus Petrus Damianus, *Quia iusti sunt filij hominum, qui sperauerunt sub tegmine alarum suarum.* Quasi dicat, non cum hominibus, sed cum filiis hominum, id est, non cum homine vetere, sed cum filiis eius gratia deauratis, iuxta quam intelligentiam, inquit Psalmista, *Quid est homo, quòd memor es eius, aut filius hominis quia visitas eum.* Ac si dicat, Deum hominem ita esse memorem, filium vero hominis visitare Ad filium igitur hominis pertinet, vt veterem exuat hominem, & induat nouum, vt suas in eo delicias habeat; quia Deus delicias cum filiis hominum habere proclamat. Et concludit citatus Sanctus Damianus: *Tunc filij hominum eximus, si protegat nos in abscondito faciei suæ à conturbatione hominum.* Quasi dicat, tunc anima iusti paradisus est Dei, cum eam custodit à conturbatione impiorum, sicut in Lazaro vlceribus pleno contigit, qui contemptus, & opprobriatus non conturbabatur, quia Deus requiem habebat in corde ipsius. Pondera quæso verba illa, *Si protegat nos in abscondito suæ faciei.* Quasi dicat, quod respiratio, in qua hominis vita consistit est in abscondito, & de interiore corde partis procedens, & sicut propter respirationem homo defessus requiescit. Ita Deus (si fas est dicere) postquam visibilia omnia mundi creauerat, & erat quasi defessus, *Inspirauit in faciem hominis spiraculum vitæ*, Genes. 2. n. 7. vt requiesceret, & deliciaretur cum Adamo, ab omni opere quod patrarat; quia homo iustus paradisus est Dei.

S. Petr. Dam. citat.

Ps.

Filij hominis quomodo ab homine distinguantur.

Sanctus Damian. citat.

Quomodo cor Lazari fuit Paradisus Dei.

Auctoris mens.

Respiratio est vita hominis.

Gen. 2. n. 7.

Requies Dei, anima iusti.

Econtra vero peccatores, impij, & scelerati Deum torquent, & laborare eum faciunt. Vnde interrogat Oleaster, quare dicitur Isai. 43. n. 24. *Seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis.* Vel vt ex Hebræo legit *Laborare me fecisti propter iniquitates tuas?* Et respondet: *Plus enim Dominus laborat peccatum nostrum, etiam minimum ferendo, quam sint omnes labores quantumcumque graues quos ferimus propter peccata nostra.* Quasi dicat, expende quantum malum peccatum sit, quod facit Deum laborare, & seruire, id est, Dominus laborare dicitur peccatis nostris, dum ea sustinet, neque statim punit, idest, laborat Deus considerans homines peruersitatibus impeditos, & implicatos, neque pœnas indicibiles inferni non considerantes. Quod autem iustus & amicus Dei paradisus eius (adhuc enim in hac

Oleast. in Isai 43. n. 24 Hæbræa transl.

Deus laborat peccatores spectando & non puniens.

Isai. 43. n. 24 transl. Hebr.

Gregor. lib. 12. moral. c. 3.

io hac vita) sit solus Deus, patet ex dictis Gregor. Magn. lib. 12. Moral. cap. 3. *Quis valet Deo recedente quiescere, cum solus ipse sit requies, & à quo quisque quante longe crescit, sit tanto & inquietus.* Et Petrus Cellensis lib. de panibos cap. 12. *Locus voluptatis in Deo est, & Deus est.* Quasi dicat delectationes spiritus & carnis noo habent eandem originem, & sic non possunt cohabitare summa illa voluptas cum nostra infima: oam illa mundat, ista ioquinat, illa Deo copulat, ista à Deo separat, illa semper sioe fastidio, ista plena tædio.

Paradisus iusti & quies solus Deus. Petr. Cellens. lib. de Panib. c. 12.

82. Rupert. in Gen. 3. n. 9.

Vnde intetrogat Rupertus in Genes. 3. n. 9. *Quare infinitus in scientia Deus Adamo præuaricanti interrogauit Adam vbi es?* Et respoodet. *Rectè dicitur vbi es? quia videlicet mouet pedem suum, & in loco suo non est.* Et addit: *Locus enim hominis Deus est extra quem nunquam bene est.* Quasi dicat, homo sine Deo inquietus, & vagus est. Cum vero Deo deseruit, quiescit & gaudet; quia anima iusti paradisus est Dei: anima etiam iusti io hac vita Deum portans paradiso repleta est, & fruitur voluptatibus ineffabilibus. Et quid mirum si Lazarus post mortem ab Angelis ad paradisum portetur, si eius anima paradisus fuit Dei, & Deo fruebatur sicut sinu Abrahæ, vbi requieuit. Vnde Chrisostomus serm. de Diuite, & Lazaro: *Non sufficeras ad portandum pauperem vnus Angelus, sed propterea plures veniūt, vt chorum latitia faciant.* Quasi dicat: Gaudet vnusquisqoe Angelorum tantum onus tangere, qoia libenter talibus ooeribus prægrauantur, vt adducant homioes ad paradisum, quia aoima iustroum paradisus fuit.

Homo sine Deo profugus & vagus.

Chrisostom. ser. de Diuite & Lazaro.

Angeli seruiunt iustis.

83. Theod. cit. in lit.

2. RESPONSIO sit Theodoreti citati in littera, qui ait: *Quidam dicunt inferuum esse transitum ab apparenti ad disparens & deformitatem anima.* Quasi dicat spes vana peccatorum post transitum huius vitæ, si frustrata apparet, statim pulchritudo, quam aoima ex se habet in horribilem figuram transformatur; ita vt à se ipso terreat peccator & fuisse qoasi noo esset desiderat. Vnde dicebat Basilius epist. 64. *Speculum si pollutum sit imaginum poterit impressiones recipere, neque anima si affectibus terrenis obtenebrata discesserit.* Quasi dicat, quemadmodum species, & facies hominis, si vmbris noctium ad obtenebratum speculum respiciaotur horrescunt prospicientes se, sic anima vmbris suarum culparum, & tenebris pœnarum se ipsam terret & à se fugere ad abissum desiderat. Et Theodoretus libr. 1. contra Calumoiatores Christianæ Religionis: *Vt speculum splendidum sic hominis animum purum & mundum esse oportet: nam si rubigo innaserit speculum, & si peccatum te occupauerit, caue, ne forsitan Deum iudicem horribilem conspicias.* Quasi dicat, multi de se, & suis operibus confidentes post transitum huius vitæ inanes & fallentes se recognoscunt. Vnde Augustinus lib. de Ouibus cap. 10. *Ouem te putas, hircum te forte inuenies.* Quasi dicat, nescit homo vtrum sit dignus odio vel amore. Et Bernard. serm. 2. de Ascens. *salutis & securitatis nulla sunt signa euidentia.*

Basil. ep. 64. *Speculū pollutum anima peccatoris.*

Theod. lib. contra calūniatores. *Vmbra mortis terrent impios.*

S. Aug lib. de Ouib. c. 10. *Hirci sunt multi qui se putant oues.* Ber. ser. 2. de Ascens.

84. S. Pasch. lib. 11. Matth. 24. n. 29.

Vnde interrogat S. Paschasius libr. 11. in Matth. 24. n. 29. Quare ibi dicitur, *Quod sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & virtutes cœlorum commouebuntur?* Et respondet, *Vt pateat incerta nostra saluationis sors; si enim sol iste qui nunc per totum rutilat, & resplendet, necnon & luna quæ secundum est luminare, atque stella, qua ad solatium noctis data sunt, seu & omnes virtutes calorum, quas Angelorum multitudines intelligimus in aduentu Christi, & ad fulgorem eius hac omnia assimilata, quasi pra nimia claritate in caliginem reputabuntur, quid putant qui supercilio erecto se sanctos arbitrantur.* Quasi dicat, quis non timebit à separatione animæ à corpore? Quis traositum illum non expauescet, vbi ab apparenti, ad dispareos, solet anima apparere? solum Christum mors accedere non audebat; ideo inclinato capite eam vocauit; omnes vero homioes etiam sanctiores timeot, & expauescunt. Hæc ex Athanasio citato à Beuxam. de pass. Domini. Et addit Ambrosius super Lucam. *Bene Matthæus ait, Et emisit spiritum; quod enim emittitur voluntarium est, quod amittitur necessarium.* Quasi dicat, solus Christus mortuus est, qoia ipse voluit, cæteri, quia coostitutum est hominibus mori, ex necessitate moriuntur, igoorantes, an sors bona, vel mala sit.

S. Athan. citat. in ser. de pass. Domini.

Ambr. in Lucam.

Sors prædestinationis ignota.

85. S. Aug. lib. soliloq c. 29. tom. 9. Apocal. 12. n. 4.

Vnde Augustinus lib. soliloq. cap. 29. tom. 9. *Vidimus multos Domine ex patribus nostris, quod vtique sine magno tremore non recolo, sine multo timore non confiteor ascendisse; siquidem quodammodo vsque ad abyssus cælos, & inter sydera nidum suum collocasse; postmodum autem cecidisse vsque ad abyssos, & animas eorum in malis obstupuisse.* Quasi dicat, nemo præsumat, nemo securus sit, quia vidimus stellas cecidisse de cœlo ab impetu ferientis caudæ Draconis, & multoties ille qui cogitat, quod est vnus de stellis, quas Deus laudat, quasi sub sigillo, vt Iob dixisse legimos, in die transitus huius vitæ ab apparenti ad dispareos cum horribili deformitate inueniri. qnod est ingens infernos, vt Chrisostomus insinuauit.

Iob 9. n. 6.

Chrisost. citat.

DIFFICVLTAS XIII.

Quare dicitur, quod Diues leuauit oculos suos, & vidit Abraham.

86. Chrisost. in lit. citat.

QVæsitum fuit, quare permisit Deus, quod epulo Diues leuaret oculos, & vidisset Abraham? Prima responsio fuit Chrisostomi in littera citati. *Leuait oculos, vt Lazarum inspiceret non vt despiceret, Lazarus enim sursum erat, ille deorsum.* Quasi dicat, coactus, & inoitus leuauit epulo oculos, vt respiceret effectus suæ impietatis, & crudelitatis, etiamque patientiæ Lazari honorati. Vnde interrogat Oleaster, quare minatus est Deus ingratitudinem populi Israëlitæ diceos Deut. 28. *Leuabit Dominus super te gentem à longinquo, gentem fortem, seu dura facie?* Et respondet: *Dicit leuabit, quia vt aquilam venire fecit Nabuchodonoser, vt flagellaret ingratos.* Et addit; *Vocauit autem gentem facie duram, gentem immitem, qua non flectitur, neque benignè aliquem respicit. Vnde sequitur qua non leuabit faciem suam ad eorum miserendum, & benignè suscipiendos.* Quasi dicat,

Oleast. in Deut. 28. *Vt dicta impiorum quasi aquila venit & olam lo.* *Faciem leuare est misericordiam parere.*

Damnati frustra oculos suos leuabunt post mortem misericordiam lamentabiliter petendo, quia iam non est tempus nisi vt videat faciem Dei contra se indignatam, & flagella iræ suæ supra se volando euenire.

87 Lyra. in lib. Esther. c. 7. n. 20.

Vnde interrogat Lyranus, quare dicitur, *Quod cùm Rex Assuerus ira succensus esset contra impium Aman, statim serui eius operuerunt faciem Aman?* Esther 7. n. 20. Et respondet, *Vt non leuaret oculos misericordiam petendo quia iam erat condemnatus ad mortem.* Quasi dicat, talis modus erat, & adhuc est in aliquibus regnis, quod pro aliquibus criminibus condemnatis ad mortem velantur oculi quodam vendello, insignum indispensabilis sententiæ. Hinc glossa: *Deprecatio Aman oppressio dicitur, quia in die iudicij iniquorum oratio irritatio est, quia scriptum est Ps. 108. Cum iudicatur, exeat condemnatus.* Quasi dicat, post mortem oppressio, qua humiles opprimebant Diuites superbi, ipsis improperabitur. Et interlinealis addit: *Confessio & pudor illis eueniet secundum illud, Induantur confusione, & reuerentia, qui volunt mihi mala.* Quasi dicat, impius & crudelis Epulo pudore & confusione repletus, leuauit oculos suos, vt videret quem contempsisse memorabatur, quod nostro Hispano sermone dicitur, *No se atreuo a leuantar los ojos, confuso y auergonçado amirar aquien tanto auia offendido.* Et Iosephus lib. 6. antiquit. cap. 12. *Hinc mihi contingit mirari sapientiam Dei, & iustitiam eius agnoscere, quod non solum maleuolentiam Aman, quem puniuit, sed quod excogitata contra alium tormenta in eum conuertit, & cæteros hoc sentire permisit.* Quasi dicat, audiant, & expauescant Dei iudicia Diuites epulones, qui pauperes despiciunt, neque de eorum inopia miserentur, & videant confusionem Epulonis erubescentis leuare oculos, ad aspiciendum Lazarum, quem toties tam crudeliter ipse despexerat, quia erat subleuatus in paradisum, & cum reuerentia, & pudore non sudebat eum aspicere, vt adnotauit Chrysostomus quia mala illi parauerat, dum viueret.

Gloss. ordin. Oratio Damnatorum inanis. — *Psalm. 108.* — *Interlineal. in gloss.* — *Confusio ingratos torquet.* — *Ioseph. lib. 6 antiq. c. 12.* — *Vicissitudo fortunæ, passim euenit.* — *Qui contra alium mala cogitat sibi male parat.*

88 Lyran. sua in gloss. 2. Reg. 2.

Vnde & addit Lyranus, quare dixit Abner ad Asael 2. Reg. 2. *Recede, noli me sequi, ne fortè compellar confodere te in terram: Et leuare non potero faciem meam.* Et respondet: *Quia cogitabat Abner, quod Dauid præualeret, & tunc indigeret gratia Ioab fratris Asael, & non poterat tunc leuare faciem suam ex pudore, & confusione, quia malum fecerat contra Ioab priuatum Regis.* Quasi dicat, qui malè, & iniquè operantur non audent leuare faciem suam ad respiciendum potentem quem offensi sunt, vt patet in diuite Epulone, qui confusus, & timore repletus leuauit oculos suos vt peteret, non despiceret, quem in sublimi collocatum videbat, ab illoque offensum, & opprobriatum, & fame, sitique vexatum.

Superiores offensi nō audent scelerati respicere.

89 Chrysolog. cit. in litt.

2. RESPONSIO fuit Chrysologi in litt. citati, *Quod Epulo dixit Abrahæ, Emitte Lazarum; fuerunt verba non nouelli doloris, sed liuoris antiqui, quia odio magis incendebatur, quam gehenna.* Quasi dicat, reprobi, & impij homines ita solent odio habere inimicos suos, vt vsque ad interemptionem, & in inferno sepolti semper vindictam inimicorum suorum desiderent. Vnde interrogat Oleaster, Quare Leuit. 17. dicitur *Dabo faciem meam contra comedentem sanguinē?* Et respondet; *Quoniam anima carnis in sanguine est; & idem est comedere sanguinem, ac comedere vitam: nam in Hebræo dictio Nephes halitum significat, & vult dicere vitam suum halitum esse in animali, quandiu est in eo sanguis.* Quasi dicat esum sanguinis prohibet Deus, quoniam idem est, sanguinem bibere, ac comedere vitam. Qui ergo sanguinem inimici sui bibere desiderat, morte moriatur, id est, non solum hic peribit, sed in æternum, quod nostro Hispano idiomate dicitur; *deseo beberle la sangre, y de quitarle la vida afulano.* Instè autem contra tales homicidas corde dicit Dominus loco citato, *Dabo faciem meam in animam comedentem sanguinem*, quia Hebraismus est, ac si dicat, vertam me iratum: nam dare faciem contra aliquem est nimis irasci; quoniam ira maximè in facie hominis relucet. Vnde Ieremiæ 21. dicitur; *Ponam faciem meam contra vrbem hanc.* Et addit Oleaster. *Solent enim homines iratam faciem vertere ad illum, ex quo vindictam sumere volunt*, sicut Epulo Diues, qui leuauit oculos suos contra Lazarum, quia plus dolebat, & furore incendebatur, eo quod vindictam sumere non poterat, quam de gehenna inferni.

Vindicta reseruata reprobationis signum. — *Oleast. in Leuit. 17.* — *Hebr. dictio Nephes id est halitus.* — *Hispana locutio.* — *Ierem. 21. Irasci est contra aliquem faciē ponere. Oleast. cit.*

Vnde interrogat Lyranus, quare de odio detestabili quod Esau conceperat contra Iacob fratrem suum dicitur Genes. 27. *Dixit Esau in corde suo, venient dies luctus Patris mei & occidam eum?* Et respondet; *Quia hoc dicebat machinationes contra fratrem suum concipiendo.* Quasi dicat, intus in corde vrebatur desiderio vindictæ. & dicebat; *Veniant dies luctus Patris mei.* Sic legit interlinealis, & Hieronymus in quæst. Hebraic. *Quia iniquitas odio inimica est iustitia, Esau in discordiam concitatus, & necem fraudulenter excogitat, in corde suo dicens, appropinquent dies passioris Patris mei, vt interficiam fratrem meum* Trāslatio Pagnin. legit. *Odio habuit Esau fratrem, & sese illum occisurum post Patris obitum desiderabat.* Vbi Oleaster: *Vides quanta mala sequantur odium detestabile, & reconditum: nam primo odiuit fratrem, postea ad homicidiū armabat se. & Patris mortem desiderabat.* 90

Lyr. in Gen. 27. — *Interlin. ibi.* — *Vindicta recogitata impia.* — *Hier. in q. Hebr.* — *Trans. Pag.* — *Oleaster in Gen. 27.*

Et Diodorus citatus in glossa addit: *Significat Esau mortem fratris, & Patris non subita ira, sed perfecto mentis consensu exoptasse.* Et glossa interrogat ibi, *Cum scriptura dicit Esau in corde suo de morte fratris tractasse, & necem Patris desiderasse, quomodo, vel à quo hæc nunciata sunt Rebeccæ?* Et respondet: *Debet intelligi, quod ei diuinitus hæc reuelabantur propter insanabile odium Esau.* Quasi dicat, vindicta iniquorum recondita, & abscondita in corde solus Deus potest illam mederi, quia sunt vulnera intrinseca, & incognita & durant vsque ad transitum infernorum; neque ibi curantur, vt patet in Diuite, qui torquebatur videndo inimicum Lazarum in supremis constitutum, vbi non poterat vindicare. Vnde Hieronymus in glossa citat. *Vrebatur Esau ne frater suus sibi præferretur.* Quasi dicat consolabatur Diues epulo malum Lazari desiderando & sic vociferabatur, dicens: *Emitte Lazarum de regno paradisi quo fruitur ad chaos inferni, vbi habito.* Vbi Oleast. *Commune semper est iratum inimicum vindicta delectari.* Vnde apud Isaiam legimus: *Heu vindicabor de hostibus meis, & consolabor de inimicis meis.* Hæc Oleast. loco Gen. citato. 91

Diodo. in gloss. — *Odium absconditum insanabile, curi?* — *Hieron. in gloss.* — *Inuidus de bonis alienis torquetur & malis delectatur.* — *Oleast. cit.* — *Isa c. 1. n. 24.*

DIFFI

DIFFICVLTAS XIV.

Quare Diues epulo plus torquebatur in lingua?

92 QVæsitum fuit, quare in membro linguæ plus diues torquebatur, cum totus ardeter. Et prima Responsio fuit D. Augustini in littera citati, *Quia per illam superbè loquendo contempserat omnes, quod nostro Hispano sermone sonat, porque auia sido hombre descortes y mal hablado.* Vnde interrogat Oleaster, quare Genes. 11. n. 1. dicitur; *Erat autem terra labij vnius, & sermonum eorumdem?* Et respondet, *Quia magna & grandia mala superbia peperit, ideo voluit vnam eandemque linguam esse in orbe, qua omnes vterentur, ne homines in Tyrannos vertantur.* Quasi dicat, propter dissonantiam linguarum exorta sunt mala in mundo; quia maxima inter homines esset vnitas, si lingua semper refrenaretur; discordiam enim superbia generauit, ex hominibus arroganter, & superbe loquentibus, & Chrisostom. hom. 3. in Genes. addit: *Vt nos doceat vnam linguam omnis hominum fuisse natura, erat terra labium vnum, & vox vna.* Quasi dicat labium vnum sermonem, & id ipsum verum per vsum, vt nos doceat omnes vsos eadem voce, & lingua: hæc enim est dissonantia verborum, & differentia vocum reprobos & superbè loquentes fecit. Et Lyranus sua in glossa *Sententia reprobationis hic notatur, & ad alios gratia electionis.* Quasi dicat: reprobi, ex differentia verborum cognoscuntur; electi vero ex vnitate labiorum; quia semper modestè loquuntur, reprobi vero superbè. Et addit in sensu morali: *Est autem homo laby vnius, quando similiter loquitur de proximo in præsentia & absentia eius, & lingua diuersa, quando bona loquitur in præsentia proximi, & mala ipso absente, & de tali dicitur* Ecclesiast. 28. *Susurro & bilinguis maledictus; multos enim turbant pacem habentes.* Quasi dicat: *Los Descorteses mal habla dos conturban la par de vna comunidad.*

[margin: August. citat in littera. Hispanum idioma. Oleast. in Gen. 11. Discordia filia est superbia. Chrisost. hom. 3. in Gen. Dissonantia verborum discordiam generauit. Lyran. sua in gloss. Modestè loquentes & vrbaniter prædestinationis signū. Eccles. 28. Hispana loquutio.]

93 Vnde interrogat Rupertus lib. 4. in Gen. cap. 41. Quare superbi loquaces contra Deum ædificatores turris inanis: *Habitauerunt in terra Sennaar?* Et respondet, *Quia Sennaar interpretatur excussio dentium, vel fœtor eorum.* Quasi dicat, excussio dentium est, idem quod excussio verborum, quæ sine dentibus non rectè fiunt, & tunc superbis dentes excussi sunt, quando solitam facultatem loquendi dentati, id est, superbi perdiderunt: nam multum loquaces, & malè loquentes excussionem dentium merentur habere. Et addit Rupertus: *Et rectè dicitur fœtor superbiæ eorum vsque ad nares Dei peruenit.* Vnde addit Oleaster in Gen. cap. 3. *Quæ & qualis, & cuius fuit lingua, quæ primum malè loquuta est in mundo?* Et respondet. *Serpentis, de quo scriptum est, Serpens callidior erat omni bestia agri.* Sic legit Pagninus. *Et si reinterroges*, an serpens loquelam habuerit? Respondet *crediderim etiam non sua naturali loquela loquutum, quoniam locutio solis illis natum est, quibus ratio est, & soli homini inter corporeas substantias creatas, hæc à Domino fuisse donata.* Quasi dicat, credendum est Dæmonem serpentis intrasse, & occupasse corpus ad malè, & fraudulenter loquendum & linguam ipsius mouisse; quia loquacitas immoderata à fœmina à Dæmone instructa principium habuit; quia faciles sunt ad nimis loquendum, quarum linguæ sicut Diuitis epulonis flammis inferni torquentur, vt Augustinus insinuauit.

[margin: Rupert. lib. 4. in Genes. cap. 41. Sennaar idem quod excussio dentium. Rup. citatus. Oleast. in Gen cap. 3. Transl. Pagnin. Mulier loquax à dæmone mouetur. Fœmina loquax serpentis instrumentum. August. cit.]

94 2. RESPONSIO est Lyrani citati in littera, *Plus in lingua cruciabatur, quia per eam plus peccauerat secundum duo officia naturæ, in quibus lingua deseruit, gustus scilicet, & loquela.* Quasi dicat, lingua, & edendi instrumentum est & loquendi, quia ciborum delitias ad stomachum transmittit, & verba ad auditorum aures dirigit, & iactat. Vnde interrogat Oleaster, quare Numeror. 23. n. 6. dicitur *quod posuit Dominus verbum in ore Balaam?* Et respondet, *Quia Hebraismus est, pro suggerere alicui quod dicat.* Quasi dicat, lingua loquimur, & comedimus; quia in Dei laudibus concinendis dulcedinem contemplationis dignoscimus. Et addit Sanctus Antonius de Padua serm. 2. in die Pentecost. *Sicut cibos amaros lingua non committimus, qui per ipsam ad ventrem transmittantur. Sic nec debemus impura, & amara verba linguæ committere.* Quasi dicat, sicut eliguntur cibi, sic eligantur verba, quæ dulcia, sapida, & multum auctoritatis, & vtilitatis afferentia sint.

[margin: Lyran. in litter. citat. Oleast. in Num. 23. num. 6. Lingua duplex officiū. Transf Hebræa. Transl. Pagn. S. Antonius de Padua. Serm. 2. de Pentecost. Verba amara non pronuntianda.]

95 Vnde Augustinus acutissimè in Ps. 51. *Cibos amaritudinis non das ventri, nec & cibos iniquitatis das linguæ tuæ.* Et addit: *Sicut eligis quo vescaris, sic elige quid loquaris.* Quasi dicat: quis adeo fatuus & emotæ mentis, qui venenum lubens glutiat, & mortem cum veneno traiiciat? Ergo nec venena verborum linguæ committi debent. Et S. Valerianus hom. 5. *Quis tibi locus inimicitiarum, vbi cessant venena verborum.* Quasi dicat, in verbis venenum time, quo times mortem, quia verba stultorum homini prudenti mortem causare solent, & loquaces fastidium omnibus præstant, & tormentum intolerabile. Hinc interrogat Gregorius lib. moralium. Iob. 6. n. 6. dicitur, Aut poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum? Et respondet; *Quia sicut insulsos, & insipidos cibos auersantur. Sic sermones imprudentes audire recusantur.* Hinc Translatio septuaginta vertit: *Nunquid potest sine sale edi panis, aut est sapor in sermonibus vanis?* Quasi dicat, prudens, & discretus non sapit cibos insipidos, & verba stultorum nimis fastidiosa sunt illi, quod Hispano sermone vocantur, *Hombres cansados, insulsos, y molestos que hablan sinque, ni paraque, atormentan aquien los oye.* Vnde Lyranus in c. 23. Numer. loquens de lingua loquaci Prophetæ Balaam: *Ad loquendum cum Dæmonibus, ait, quomodo malediceret populum Israel, si festinus progrediebatur? Et occurrit illi Deus impediens prædictum responsum, & ponens in ore eius contrarium.* Quasi dicat linguæ loquaces, ipsum Dæmonem quærent ad loquendum, neque in tormentis inferni cessabunt loqui contra iustos, vt patet in epulone, qui propter defectus linguæ torquebatur, & plus ardoris in lingua sentiebat, quia per illam nimis peccauerat, vt Lyranus insinuauit.

[margin: S. August. in Ps. 51. S. Valerian. hom. 5. Loquaces fastidiosi prudentibus sunt. S. Greg. lib. moral. Iob. 6. n. 6. Transl. septuag. Hombres insulsos y cansados. Lyran. in Num. 23. Lingua loquax cum Dæmone loquitur. Lyranus citat.]

3. RESPONSIO fuit Augustini, citati in littera, *In flamma inferni lingua diuitis ardebat,* quia

[margin: August. citat. in litt.]

Mors & vita in manibus lingua. *Theocritus.* *Cant.4.n.14* *quia mors & vita in manibus linguæ.* Quasi dicat, quemadmodum *linguam amoris mellem* vocauit Theocritus. Et in Canticis 4. n. 14. *Labia suauia & bene loquentia fauo mel distillanti comparantur.* Ita verba maledicta nomen Dei blasphemantia in hoc mundo ira & furore replentur, & in inferno igne cremantur. Et sic in glossa dicitur; *Amplius ardebat, vbi renuit linguam compescere; & quia verba legis Dei in ore non tenuit, neque opere seruauit.* Quasi dicant, qui nomen Dei iusiurando contẽnunt, in æternis suppliciis flammis concremantur. Vnde interrogat Lyranus in cap. 23. Numer. n. 10. quare Balam respondit Regi Balac petenti, vt malediceret populo Dei? *Quomodo maledicam, cui non maledicit Dominus?* Et respondet, *Quia diuersis maledictionibus, & iuramentis malum contra innocentes machinatur (Domino disponente) malum super eos reuertitur.* Et Origenes citatus in Glossa, *Non potest esse iusta maledicendi causa vbi peccantis ignoratur affectus.* Quasi dicat, iusto Dei iudicio periurantes & blasphemantes nomen Dei, & alios maledicentes in lingua igne cremantur, quia sine causa; & ex corrupto & deprauato more periurare, & maledicere non cessant & suis manibus mortem æternam acceperunt, vbi in inferno cum Diuite Epulone Lazarum despiciente, & maledicente in linguis cruciantur, & conqueruntur de tormentis vstionis æternæ, vt Augustinus insinuauit.

Lingua amoris mellea. *Lyr. in c. 23. Numer. n. 10.* *Malum super machinantes reuertitur.* *Orig. in gl.* *Iusiurantis lingua flammis cruciantur in inferno.* *Aug. cit.*

TRACTATVS TERTIVS,

Ad litteram, *In cap.* 16. *Lucæ de Diuite Epulone & Lazaro mendico.*

TEXTVS.

25 ET dixit illi Abraham, Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala; hic autem hîc consolatur, tu verò cruciaris. 26. Et in his omnibus inter nos & vos Chaos magnum firmatum est, vt hi qui volunt hinc transire ad vos non possint, neque inde huc transmeare. 27. Et ait: Rogo te Pater, vt mittas eum in domo patris mei? 28. Habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. 29. Et ait illi Abraham: Habent Moysem, & Prophetas; audiant illos. 30. At ille dixit, Non Pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos pœnitentiam agent. 31. Ait autem illi: si Moysem & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

EXPLANATIO LITTERAE.

97 FIli recordare, quod recepisti bona. Vrbanitas adhuc in Sanctis multum resplendet. Vocauerat Epulo Abraham Patrem, & vrbaniter respondet, dicens, Fili, (etiamsi filius non erat Abrahæ:) neque approbo irrisoriam responsionem, quam insinuat Maldonatus; quia afflictis non est danda afflictio, & irrisio ingens afflictio est, etiam damnatis data.

Vrbanitas in sanctis reperitur exigua. *Maldon. in Euang. Luc. 16.*

Recordare, quod recepisti bona. Commemorat præteritam mercedem, ac si apertè dicat, recordare, quod si quid meruisti boni, recepisti, antequam moreretis, vnde non superest tibi aliquid accipiendum. Hæc Caietanus. Sed meo videri, Recordare ait, quod innumerabilia bona sine meritis recepisti, & Lazarus plenus meritorum mala recepit, & vice versa omnia præterennt.

Caiet. ibi. *Author. sententia.*

98 *Nunc autem hic,* non est pronomen, sed aduerbium. Quasi dicat, in hoc loco quietis & paradisi Lazarus habet multam consolationem, tam ex parte loci, quàm ex consortio iustorum illic assistentium vsque ad aduentum Christi.

Paradisus locus consolationis.

Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est: Hiatus magnus legunt translationes aliquæ, vt postea apparebit. Non enim significatur confusio denotata per chaos, sed apertura, vorago magna, similis hiatui terræ firmata est, id est, talis, & tanta est distantia longitudinis, & profunditatis, quæ est inaccessibilis accessus, vt hi qui volunt hinc transire ad vos, quia in paradiso vel in limbo erant iusti, poterant habere naturalem propensionem & inclinationem ad misericordiam cum damnatis, quia tunc non erant beati, vbi hoc repugnat. Hæc Caietanus; Sed meo videri, neque qui in cœlo, neque qui in limbo, vel paradiso fuerunt, & sunt. Vellent in inferno descendere, sed est exageratio historiæ, vel parabolæ. Quasi dicerent,

Chaos idem quod hiatus terra, translationes antiquæ. *Caietan. in Euang.* *Auth. mens.* *Exageratio vel hypothetica locutio.*

dicerent, etiam ſi vellent, non poſſent ire.

99 *Damnati ad malum ſemper procliui.* *Rogo te Pater vt mittas eum in domum Patris mei*; quoniam damnati habent firmam voluntatem ad malum. Hæc verba non affectu charitatis pronunciantur, ſeu affectu nouelli liuoris, ſed antiquæ inuidiæ, & furoris contra Lazarum, vt de loco paradiſi remoueretur, vt ex Chryſologo retulimus. *Chriſolog. citat. infrà.*

Habeo enim quinque fratres. Hîc apparet, quod hoc ad ornatum hiſtoriæ pertinet, & ad conditionem noſtram; quia neque diues fratres habuiſſe conſtat; neque ſi haberet malum ſibi paratum ad ipſos recuſaret, quia ſolatium eſt miſeris ſocios habere pœnantes. *Solatium miſeroꝝ quale.*

100 *Ordo diuinæ prouidentiæ.* *Auctoris mens.* *Habent Moyſem, & Prophetas.* Optima reſponſio ſecundùm ordinem diuinæ prouidentiæ; *audiant illos*, ideſt aures habent vt audiant, etſi renuerint, ſua erit culpa.

Non Pater Abraham; ſed ſi quis ex mortuis, &c. Dementia & ſuperbia iſtius Diuitis apparet: nam ſi reſurrectionem ab Abraham poſtular, quomodo docere eum præſumit, dicendo: *Non Pater, ſed ſi vnus ex mortuis*, &c. Sed ſuperbi ſemper capite laborant. *Superbi capite laborant.*

Infideles miraculis non credunt. Ioann. c. 16 *Si Moyſem & Prophetas non audiunt*, &c. Quaſi dicat, impij incredulique, etiamſi miracula videant, non credenr, neque emendabuntur; imò multoties irritantur, vt in reſurrectione Lazari viſum eſt, vbi multi crediderunt, & Pontifices concilium contra Ieſum fecerunt. Et Iulianus Apoſtata, ex miraculis Chriſti plus ſicut Pharao indurabatur. Cætera per quæſtiones patebunt.

TRANSLATIONES ANTIQVIORES & neotericæ.

n. 25. Vbi vulgata.	Fili recordare quia recepiſti bona, &c.
Tranſlatio Vatabli.	1. Fili recordare te recepiſſe bona tua in vita tua, nunc autem ſolatio fruitur.
Tranſlat. ex Syriac.	2. Loazar mala recepit; nunc autem requieſcit hîc, & tu cruciaris.
Tranſlatio Græca.	3. Recepiſti non tantum bona ſed tua & Lazarus mala ſua.
Tranſ. D. Chriſoſt. citati à Ianſenio n. 26. vbi Vulgata Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnũ &c.	4. Non accepiſti, ſed recepiſti.
Tranſ. Vatabli.	5. Et ſuper hæc omnia inter nos & vos hiatus ingens formatus eſt.
Translat. ex Syriac.	6. Et cum his omnibus eſt ingens hiatus poſitus inter nos & vos.
Ianſenius in concordia ad hunc locum.	7. Chaos à verbo hio, & fundo deriuatur quod confuſionem ſignificat.
Auguſtinus epiſt. 99.	8. Hiatus in terræ motu ſolet apparere, vnde Græcè Chaſmaticus, terræ motus dicitur ex quo vorago oritur.
Caietanus in Euangel. n. 27. vbi Vulgata, Rogo te Pater Pater, vt mittas eum in Domo Patris mei.	9. Apertura & vorago magna per chaos intelligitur, & inacceſſibilitas declaratur.
Translat. ex Syriac.	10. Ego efflagito à te Pater mi, vt eum mittas: ſunt mihi quinque fratres, proficiſcatur teſtificaturus eis, ne & ipſi veniant in hunc locum cruciatus.
Translat. Vatabli.	11. Vadat Lazarus vt teſtificetur illis hæc.
Ianſenius in concord.	12. Admoneat fratres meos ne ſi ingrediantur meis veſtigiis veniant in hunc locum.
Caietanus in Euangel. n. 30. Vbi Vulgata: Habẽt Moyſem & Prophetas audiãt illos.	13. Ad cumulum fælicitatis temporalis iſtius Diuitis deſcribitur fultus quinque dilectis fratribus.
Translat. ex Syriac.	14. Habent Moſche & Prophetas audiant eos.
Translatio Vatabli.	15. Habent Moyſem & alios Prophetas.
Caietan. in Euang.	16. Optima Reſponſio ſecundum ordinem iuſtitiæ.
Ianſenius citatus n. 30. Vbi Vulgata: Non Pater Abram ſed ſi quis ex mortuis ierit &c.	17. Moyſis & Prophetarum libros audiant teſtificantes veritatem hanc.
Translat. ex Syriac.	18. Pater mi Abraham, ſed ſi quiſpiam ex mortuis proficiſcatur ad eos pœnitentiam acturi ſunt.
Tranſ. Vatabli.	19. Tunc verè pœnitebunt.
Ianſenius in	20. Audient illos: ſat ſcio;

concordia n. 51. Vbi Vulgata, Si Moysem & Prophetas non audiunt neque si quis ex mortuis, &c.

quia tunc pœnitebunt, & resipiscēt à vita quam modò degunt.

Translat. ex Syriac.

21. Si Mousche & Prophetas non audiunt, neque si quispiam ex mortuis proficiscatur credituri sunt ei.

Iansenius in concord.

22. Si non audiunt Prophetas cedendo & obediendo eis, neque si quis ex mortuis resurrexerit credent ei, quia certior est scriptura Sacra miraculis.

DIFFICVLTAS PRIMA.

Quare Abraham epulonem damnatum filium vocauit?

101 Chrisost. in Cath. S.Th.

QVæritur, cur damnato Diuiti Abraham tam verbis pacificis respondit?

1. Responsio Chrisostomi in Cath. citati: *Aspice Patriarcha bonitatem, quando mansuetudinem eius non potest exprimere, nullum tamen prabet auxilium ei, qui se remedio priuauerat.* Quasi dicat, ex parte iustorum nunquam datur occasio malis peccandi. Et ideo Abraham irritationem & desperationem damnato non auxit, neque remedium contulit pœnarum, quia non erat in statu merendi.

Occasiones peccandi nūquam danda.

102 Lyranus sua in glossa. *Verba ironicè dicta corda vulnerant.*

2. Responsio nostri Lyrani sua in Glossa: *Hoc sibi dicitur ad augmentum sue pœna, quia maximum infortuny genus est fuisse Beatum, vt dicit Boëtius lib. de consolatione.* Quasi dicat, blanda verba plus confundunt comprehensos suis in sceleribus, ideo ironicè loquitur Abraham, vt Diuitem vreret & cor eius vulneribus verborum mansuetorum transfigeret, vt Hispano dicitur modo; *Conessas palabras blandas me atramesas el corazon.*

Hispanalo cutio.

103. Glossa ordinaria. *Filiorum sceleratorū Parentes sancti in cœlis non miserentur.*

3. Responsio Glossæ Ordinariæ ad hunc locum Lucæ 16. Ecce *Abraham filium vocat, quem tamen à tormento non liberat, quia pracedentes Patres huius populi multos a sua fide deuiasse considerans, vlla compassione à tormentis eripiunt; quos tamen filios per carnem recognoscunt.* Quasi dicat; Parentes sancti in cœlis etiam si filios suos ardere propter peccata sua in inferno videant non condolebunt de tormentis eorum.

104 S. Greg. in Hom. *Memoria felicitatis perdita torquet miseris.*

4. Responsio Gregorij in Homil. *Filium illum vocat vt hinc malum crescat, vnde bonum augere renuerunt.* Quasi dicat filiationis nomine plus irritabatur epulo damnatus; quia recordabatur, quod propter scelera sua amiserat adoptionem filiorum Dei.

105 Iansen. in concord. ad c.16. Lucæ.

5. Responsio Iansenij in concordia ad cap. 16. Lucæ. *Non dedignatus est Abraham filium blandè Diuitem appellare, vt intelligamus, hunc sanctorum etiam pium erga damnatos affectum vt damnati plus sentiant.* Quasi dicat ad erudiendum homines hoc proponitur, vt discamus vicissim, & nos in hac vita afflictos (etiam iustè) non incessere, quibus digni sunt nominibus, etiam si aliàs mali sint; scriptum est enim Eccles. 4. *Non exasperes pauperem in inopia sua, & cor inopis ne afflixeris.*

Damnatorū non est cōdolendum. Eccl. 4 c. 2. *Nomina seruorū blandè tractanda.*

106. Auctoris sententia.

6. Responsio, filium epulonem vocauit, quia Israelita erat, & maiori pœna dignus erat, eo quod vocatus fuerat natus inter filios populi Dei, & propter debita commissa incertam & reprobam fecit vocationem suam, & fuit vnus ex multis vocatis, sed non ex paucis electis.

DIFFICVLTAS II.

Quare dicitur, Recordare, quod recepisti bona; Lazarus autem similiter, & mala?

QVæritur quare Diues bona hîc recepit, & pauper similiter mala? 107

Aug. de cōs. Euang. D. Brun. *Atheista immortalitatē animæ negat.*

1. Responsio Augustini de consensu Euangelistarum. *Hac igitur ei dicuntur, quia felicitatem dilexit sæculi, neque aliam vitam, in qua superbus tumebat, adamauit.* Quasi dicat: *Et sic viuunt homines Diuites quasi mors nulla sequatur Et velut infernum fabula vana ferat*, vt D. Brun. explicauit.

108 Chrisost. in Cath. citat. *Inaqualitas fortuna tolerabilis.*

2. Responsio Chrisostomi in cathena citati, *Recordare quod recepisti bona in vita tua quasi debita*, id est, si quid boni fecisti, vnde præmium daretur omnia recepisti in illo mundo epulans ditatus, oblectatus successibus prosperis. Hic autem quidquid mali commisit vniuersa recepit paupertate, fame, & extremis oppressus miseriis.

109. Gregor. in hom. *Differētia inter recipere, & accipere.*

3. Responsio Gregorij in Homil. *Mala Lazari purgauit ignis inopia, bona diuitis remunerauit felicitas transeuntis vita.* Quasi dicat reprobi in hac vita bona temporalia recipiunt, mercedem suam propter aliqua bona moraliter bona, quæ fecerunt, & electi accipiunt multa mala, vt à leuibus purgentur, ideo diuiti dicitur, *Recordare quod recepisti*, & non dicitur accepisti.

110 Iansen citat. Græca lectio.

4. Responsio Iansenij in concordia. *Græca lectio legit bona sua, nempe, quod ea pro bonis suis duxerit.* Quasi dicat, amor sæculi inordinatus, & in pauperes inhumanitas notata est, propter quæ vitia, æterno digna fuit supplicio. Sic & Lazari potentis satis insinuatur, dum dicitur recepisse mala; non enim propriè recipit mala à Deo immissa, quia ea patienter in se suscipit, tollendo crucem suam post Christum.

Patientia malos vel bonos labores facit.

111 Auctoris mens.

5. Responsio: dicitur recordare, quod recipisti bona quia ingrati sic in hac vita de bonis à Deo receptis obliuiscuntur, quasi ex debito illis darentur: Et isto sic lethargo sopitant immemores,

Ingrati vsq; ad inferos nō recordantur Dei. memores, quod vſquequo in inferno ſunt ſepulti, non recordantur; & quia vexatio dat memoriam, ſicut & intellectum, ideo dicitur recordare homo immemor Dei beneficiorum.

DIFFICVLTAS III.

Quare dicitur, Et in his omnibus chaos magnum firmatum eſt, ita vt non poſſint tranſire iuſti ad vos.

QVæritur quid ſit Chaos, & quomodo & quare iuſti, à reprobis tantum diſtent?

112. Theod. in Cath. citat. 1. RESPONSIO Theodoreti in Cath. citati. *Chaos magnum eſt vorago terræ profundiſſima, & ſignificat iuſtorum à peccatoribus diſtantiam: nam ſicut affectus eorum varij fuerunt: ſic etiam manſiones non modicum differunt.* Quaſi dicat: magis diſtant cogitationes reproborum & electorum quam profunditas, & vorago vel chaos terræ à ſupremo ſitu cælorum. *Inter electos, & reprobos locus & mores diſtant.*

113. Ambr. citat. 2. RESPONSIO Ambroſij: *Inter diuitem & pauperem Chaos magnum eſt; quia poſt mortem nequeunt merita mutari.* Quaſi dicat firmiſſimo & immutabili decreto Dei: ſic ſumus nos à vobis ſeparati, vt hi qui volunt hinc tranſire ad vos non poſſint. *Decreta Dei immutabilia.*

114 Ianſ. ſua in concor. 3. RESPONSIO Ianſenij ſua in concordia. Dicitur autem, *Vt hi qui volunt hinc tranſire ad vos non poſſint, aut propter naturalem voluntatem, qua ſancti cuperent ſubuenire damnatis cum alioqui reſpicientes ad diuinam iuſtitiam, & ei ſuam voluntatem conformantes, non velint, quod naturaliter volunt; aut potius, quia etiam, ſi vellent, non poſſent.* Quaſi dicat, non poſſunt beati tranſire ad ſubueniendos damnatos, de quorum cruciatibus compaſſione naturali mouentur; quia conformantur voluntati diuinæ voluntariè & amicabiliter obediendo; quia alioqui etiam, ſi non conformarentur (quod implicat) non poſſent. *Tormēta miſerorum naturaliter cōmouēt corda in hac vita.*

115. Chryſ. citat. 4. RESPONSIO Chryſoſtomi in Cath. citati; *Videre poſſumus, tranſire non poſſumus, & nos videmus quid fugerimus, & vos videtis, quid perdidiſtis, & noſtra gaudia cumulant, veſtra tormenta, & veſtra tormenta cumulant noſtra gaudia.* Quaſi dicat noſtro idiomate Hiſpano, *Ioſque noven, coraçon que nollora.* Et è cōtrà ideo videbunt à longè reprobi gaudia, quæ amiſerunt & electi tormenta, quæ euaſerunt. *Videre felicitatē amicā cordis tortura.*

116. Maldonat. in Euang. 5. RESPONSIO Maldonati; *Quamuis abſoluta videatur hypotetica locutio eſt.* Quaſi dicat; nemo vult à paradiſo, vel ſinu Abrahæ in infernum deſcendere; ſed ſignificat fore, vt etiam ſi vellent minime poſſent, & ſine velle quidem poſſunt. *Voluntas ſine conſenſu inefficax.*

* * *

DIFFICVLTAS IV.

Quare dicitur, Rogo te Pater, vt mittas Lazarum in domum Patris mei, ne & ipſi veniant in locum tormentorum?

QVæritur, quomodo & quare damnatus diues rogabat pro fratribus ſuis? 117. Lyranus ſua in gloſſa.

1. RESPONSIO Lyrani in ſua gloſſa: *Dixit hoc nō charitate ductus, cum illam non haberet, ſed timore ſeruili, ne in ipſorum conſortio eius pœna augeretur.* Quaſi dicat; fuerat enim eis occaſio peccandi, cum ratione diuitiarum, quas eis dimiſerant ad abuſum: tunc exemplo malæ vitæ, quod eis dederant, ad ſequendum illos. *Dānatis pœna augentur propter ſocios cōſāguineos.*

118. Auguſt. de Conſ. Euāg. 2. RESPONSIO Auguſtini de conſenſu Euangeliſt. *Lazarum petit mitti, quia ſenſit ſe indignum, qui teſtimonium perhibeat veritati.* Quaſi dicat, verecundia confundebatur, quaſi indignus prædicationis, quia reus, & reprobus erat. *Prædicator veretur reus.*

119. Chryſ. citat. 3. RESPONSIO Chryſoſtomi in Cath. citati. *Vide autem peruerſitatem, nec in ipſis pœnis conticet veritatem.* Quaſi dicat ſi Pater eſt Abraham, quomodo dicit, mitte eum in domo Patris mei, ſed non eſt oblitus Patris ſui, quia ille perdidit eum. *Mēdaces nūquā cōſuetudinē perdunt.*

120. Ambr. citat. 4. RESPONSIO Ambroſij in Cathen. citati. *Serius autem diues iſte magiſter eſſe incipit, cum iam, nec diſcendi tempus habeatur vel docendi.* Quaſi dicat, inflati ſcientia ſemper præſumunt docere, cum neque litteris ipſi didicerunt. *Ignorātes docere præſumunt.*

121. Auct. meus. 5. RESPONSIO meo videri: mitti Lazarum petit Diues, vt fratres ſuos moneat Lazarus, & fugiant ab inferis; quia iſte Diues erat Aulicus, & curialis; ſiquidem *Induebatur purpura, & epulabatur ſplendide.* Et per conſequens cautelosè petit à Patriarcha Abraham, vt mittat Lazarum; quia ab illo audierat, quod recordaretur de ſua impietate contra Lazarum, & modo finxit, quod zelo Charitatis mouetur, vt fratres ſuos liberet à pœnis inferni. Quaſi diceret forſitan credet Abraham mihi, & emendationem circa Charitatem exaudiet, & refrigerabit linguam meam, &c. Quia Aulici ſemper loquuntur cautelosè, & fraudulenter. Sed ignorant; quia conſilium prauorum diſſipat Deus, Iob. 5. num. 10. *Aulici cautelſi, & fallaces.* Iob. 5. n. 10.

DIFFICVLTAS V.

Quare dicitur, Si Moyſem & Prophetas non audiunt, neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent ei?

QVæretur, quare, qui ſcripturas non crediderit, non credet mortuis ſubſtituris?

1. RESPONSIO Gregorij in homil. *Quia qui* Gregor. in hom.

Fides sine operibus mortua. Epist. Iacob.

qui verba legis despiciunt Redemptoris præcepta, qui ex mortuis resurrexit quomodo adimplebit. Quasi dicat, *Fides sine operibus vacua est.* Et quid prodest credere, si præcepta Dei non obseruantur.

123 Chrisost. in Cathen.

2. RESPONSIO Chrisostomi in Cath. citati. *Quod autem verum sit, quod qui non auscultant scripturis, nec mortuis redeuntibus auscultant: ostenderunt Iudæi, qui nunc quidem volebant occidere Lazarum redivivum. Nunc vero inuadebant Apostolos; cum tamen à mortuis nonnulli resurrexerint hora crucis.* Quasi dicat, num Iudæi Christo crediderunt, quando mortui resurrexerunt in die, quo expirauit in cruce?

Mortui resurrexerunt in hora mortis Christi.

124 Auctor.mẽs. *Deus Auctor sacræ paginæ est.*

3 RESPONSIO est, quod *quisquis mortuus est seruus est, quæcumque verò dicit Scriptura, dicit Dominus.* Vnde etsi resurgat mortuus, etsi cælitùs *descenderit Angelus omnibus magis sunt digna scriptura: Nam Angelorum Dominus viuorum & mortuorum eas instituit.* Vnde addit Chrisostomus citatus: *Si autem sciret hoc Deus, quod mortui resurgentes prodessent viuentibus,* non hoc omisisset, qui pro vtilitate nostra singula quæque tractat.

Chrisost. citat. *Ne ne mortuis rediuiuis impij crederent.*

125 4. RESPONSIO Augustini de curis mortuor. habendis. *Dicet autem aliquis, si nulla est mortuis cura, de viuis quomodo Diues rogauit Abraham, vt mitteret Lazarum ad quinque fratres suos?* Et respondet. *Sed numquid, quia hoc ille Diues dixit; ideo quid fratres agerent, vel quid paterentur in illo tempore sciuit?* Quasi dicat, impij, & reprobi Diuites ita absorpti sunt deliciis hujus mundi, sicut & electi non timent mala tormenta perpeti, & per consequens etiam si mortui resurgerent, & prædicerent impijs, neque illis crederent, quia nec prædicatoribus quotidie latrantibus credunt.

Aug. de curis mortuor. habend.

Diuites absorpti delectationibus credunt.

126 Maldonat. in Euang.

5. RESPONSIO Maldonati in Euang. *Opinio eorum apertè refutatur, qui existimant in veteri testamento nullam de vita æterna mentionem fieri, cum & homines, vt de toto futuræ vitæ statu doceantur, ad legem, aut Prophetas mittantur ab Abraham, vel à Christo, qui gerebat eius personam.* Quasi dicat; negant Hæretici vitam æternam, & Purgatorium, quia dicunt; quod scriptura hoc tacet. Audiant ergo Prophetas & Sanctos Apostolos, Doctores, Prædicatores, qui hanc fidem Catholicam prædicant, & luce clariora dogmata vera circa hæc docent.

Hæreticorum error circa vitam æternam, & Purgatorium.

TRACTATVS QVARTVS

Ad mores, *In cap. 16. Lucæ de Diuite Epulone & Lazaro mendico.*

DIFFICVLTAS VI.

Ad mores.

Quare Abraham Epulonem damnatum filium vocauit.

127 Chrisost. citat. in litt.

QVæsitum fuit quare Abraham verbis pacificis diuiti responsum dedit? Prima Responsio fuit Chrisostomi in litter. citati: *Aspice Patriarchæ bonitatem, quando mansuetudinem eius non potest exprimere.* Quasi dicat ex parte superiorum iudicum & Prælatorum nunquam detur occasio peccandi, immò toto conatu, tam ex parte sui, quàm aliorum debent occasiones verborum euitare profanorum, & ad libidinem prouocantium. Vnde interrogat Oleaster quare Moyses cum descendit de monte ex consortio Dei confregit tabulas, *Et fregit eas sub monte* Exod. 32. Et respondet, *Quia vocem cantantium audiuit.* Vel vt Transl. Pagn. *Quia non erat clamor victorum.* Et addit Oleast. *Quia magis timenda est in populo lætitia inordinata quàm belli clamor aut tristitia.* Quasi dicat, iudices indefinenter debent occasiones à ciuitatibus euitare, maximè in canticis profanis. Vnde Symmachus lib. de Republ. ait, *Si voluptuosam musam in canticis, & carminibus acceptaueris voluptas ac dolor in ciuitate pro lege & ratione dominabuntur.* Idem habetur l.5. titul.10. & ibi Acebedo lib.8. de Rec. Quasi dicant, leges Reipublicæ, quod spectacula, & repræsentationes, vbi innumerabiles occasiones peccandi nunquam desunt, ministri Reip. nullatenus consentiant, legantur quæ lib. de spectaculis Tertulianus notat, & nos Primo tomo nostræ cathen. aureæ diffusè disputauimus.

Cantiones profanæ euitentur tanquam occasiones proximæ malorũ. Oleast in Exod. 32. Trãl. Pagn.

Symmach. lib. de Rep.

Musica profana mater voluptatis. Iphone, ia. l.5. tit.10. & ibi Acebedo lib.8. Rec. Tertul. lib. de spectac.

128 Arist. lib. 8. Polit. c.1. Herm. lib.3. de inst. Rel. Aceb. citat. Auend. in Resp. c.40. n.3. per tot. Ezech. c. 15.

Et Aristot. lib.8. Polyt. c.5. Hermes libro 3. de instaurand. Religione lib.5. Acebed. in d.l.5. n.3. & l.1. titul.29. p.7. l.1. 2. & 3. titul.16. lib.8. Recop. Et singulariter Auendano in resp. c 40. n 3. per tot. Et Ezechiel cap.15. ait *Pro eo quòd plausisti pede, & gauisa es toto affectu super terram Israel; idcirco ego extendam manum meam super te, & tradam te in direptionem gentium, & interficiam te de populis.* Quasi dicat væ terræ, cuius Principes & Ministri spectacula lasciua consenserint, ad quæ tanquam ad theatrum vniuersale malorum virgines & cõiugatæ, iuuenes

Spectacula Repræsentationis schola vitiorum.

iuuenes & ex omni genere congregantur, tanquam ad vitiorum scholam, & væ Principis, & Consiliorum eius, qui tot occasiones peccandi euitare non conantur, quia sunt causæ indignationis, & iræ Dei, quæ per bella & pestilentias quotidiè demonstratur, aliter autem Patriarcha Abraham, qui etiam Diuiti damnato occasionem blasphemandi abstulit mansuetè cum illo loquendo, etiam si fructum non poterat exprimere, vt adnotauit Chrisostomus.

Chrysost. citatus.

129 2. RESPONSIO sit Gregorij in littera citati, filium illum vocat, *Vt hinc malum crescat, vnde bonum augere renuerat.* Quasi dicat, multi filij propter scelera sua publicè puniuntur, quibus plus torquet memoria nobilitatis parentum suorum quam pœna supplicij, quia prosapiam suam inhonorauerunt, quod nostro Hispano idiomate dicitur *Hijos desdichados amargos que son deshonra desu linaze.* Et ita malum crescit, vnde bonum augere renuerunt, vnde interrogat Oleast. Numer. 17. n. 10. cur dicitur. *Dixit Dominus ad Moysem, Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonij, vt seruetur ibi in signum rebellium filiorum Israel?* Et respondet cum translatione Pagnini: *Ad seruandum in signum filiis amaritudinis, seu amaris.* Quia in Hebræo verbum *Marah*, idem est, *quod amarum*, seu *mutare*, vel *transgredi rem.* Vnde Hieronymus: *Filij qui transgressores sunt, & mutant nobilitatis prosapiam, vocantur filij amaritudinis & rebelles, seu non obtemperantes, quia amari sunt Patri vel Domino suo.* Vnde Nissenus lib. de orat. Dominica. *Patris vocabulum causam ex ipso procreati significat. Ergo si conscientia vitiosa quis est præditus suum Patrem vocat, nihil aliud quam suorum malorum auctorem insimulat.* Quasi dicat, merebatur Epulo rigorosè torqueri; quia Abraham sanctum Patrem vocabat; & ideo vt magis torqueretur filium illum nominat; quia memoria nobilitatis ingenitæ plus cruciabatur, & quia participem malorum suorum Abraham faciebat, ideo dicebat Apostolus 2. Cor. 6. n. 14. *Quæ communio luci cum tenebris*, hoc est, cum lumine lumen, sociatur cum iustitia, cum honestate honestas, sed non cum misero auaro Abraham, misericors nimis, & summè liberalis.

S. Gregor. cit. in litt. *Memoria nobilitatis filios nequam torquet.* Oleast. in Num. 17. Transl. Pag. *Filij nequam amari sunt parentibus suis.* Hieron. ibi. Nissen. lib. de orat. Dominica. *Filij nequam Parentes suos similes faciunt.* 2. Corint. 6. n. 14. *Abrahã liberalis Epulo auarus nõ sociantur bene.*

130 Vnde interrogat Philo Iud. in cap. 27. Gen. n. 33. quare dicitur, *Quod Sanctus Patriarcha Isaac expauit stupore vehementi, & vltra quam credi potest?* Et respondit: *indignatur namque quod Esau primo quidem filium se confiteri præsumpserit prauus, ne famuli quidem ordinem promerendo.* Quasi dicat, miratur, & stupore repletur Pater quisque nobili & illustri prosapia præditus cum filium degenerem audit, ideo filij nequam mærore consumuntur, cum tanquam scelerati puniuntur. Hinc Chrisolog. serm. 67. *Ille verè filius se probat, qui vitiis non obscuratur, sed virtutibus diuinis elucescit.* Et Basilius: *Explorentur filij perditionis, & gehennæ, ob hoc digni quos prosequamur luctu, pro eo quod non perseuerauerunt in illustri sua prosapia, sed semen nequam ex se facti sunt.* Quasi dicat, lachrymis sanguineis plorandi sunt tot filij ex illustrioribus prosapiis procreati, quos hodie scelestissimis & infestuosis criminibus implicari videmus. Vnde Gregorius Nissenus citatus; *Si filius meus esses meis bonis, prorsus etiam tuam vitam insignem esse oportebat, non agnosco natura mea imaginem in te, aduersariorum sunt ista insignia.* Ac si dicat confusio faciei cadit super adulterum filium, qui mores optimos prosapiæ suæ degenerauit. Et Bernardus serm. 60. in Cant. *Malè prorsus cum tua radice tibi conuenit arbor pusilla, tortuosa, nodosa.* Et addit: *Radix enim sancta, & quid dignum apparet tuis in ramis?* Et Ambros. lib. 3. exameron c. 7. *Hebra generi respondet suo, tu non respondes tuo generi; fruges non adulterant sui sinceritatem seminis, tu adulteras puritatem animæ.* Quasi dicat Epuloni Diuiti, vt erubescas, & confundaris à Patre Abraham filium vocaris; quia imaginem prosapiæ filiorum Israel delesti, & cum ex radice optima progredereris tuis tortosis moribus, & vitiis ineffabilibus infructuosam animam tuam fecisti, & sic malum tuum crescit, vnde bonum sumere renuisti, vt Gregorius adnotauit.

Philo Iud. c. 27. Gen. n. 33. *Filij nequam Patres inhonorant.* Chrysolog. serm. 67. *Filius est qui non degenerat à prosapia illustri.* Basil. citat. *Filij nequam plorandi sũt.* Nissen. cit. S. Ber. serm. in Cant. *Arbor tortuosa filius insipiens.* S. Ambr. lib. 3. exam. c. 7. Greg. citat.

DIFFICVLTAS VII.

Quare dicitur, Recordare quod recepisti bona; Lazarus autem similiter & mala?

131 QVæsitum fuit, quare immemor erat Epulo malorum quæ fecerat Lazaro?

1. RESPONSIO fuit Augustini citati in littera; quia Diues dilexit sæculi felicitatem. Quasi dicat, ingrati potentes & superiores inebriantur fælicitatibus, & facilè mala, quæ proximo fecerunt, obliuiscuntur; miser autẽ opprobriatus, & patiens, non tam cito iniurias obliuiscitur. Vnde interrogat Oleast. Quare Gen. 4. n. 10. dicitur. *Vbi est Abel frater tuus, quid fecisti?* Et respondit: *Credibile est Cain occisum occultasse fratrem, putans Deum facinus suum latere, & quia ipse iam oblitus erat mortis innocentis.* Ideo cum emphasi, & maxima indignatione à Deo dicitur. *Quare tam graue facinus perpetrasti.* Quasi dicat, quia maior potestate & viribus eras fratre tuo Abel, existimasti, quod tam ingens iniuria obliuioni traderetur à patiente, sicut à regente, sed non sic, *Quia vox sanguinum fratris tui clamat ad me de terra.* Sic legit Pagninus, & dicit: *Sanguines propter sanguinis copiam.* Ac si dicat, inquit Oleaster: *Abundantia sanguinis propter vulnerum multitudinem clamat ad me.* Quasi dicat: *Inmemorem iniuriarum me reputasti; sed tot linguæ clamant ad me contra perpetratam iniuriam, quot guttæ sanguinum ex tantis vulneribus transilierunt.* Et addit Oleaster: *Punitio è vestigio peccatum sequitur; quare sanguines effusi clamare videntur, & petere vltionem ab immemorato Cain, eo quod maior & potens esset.* Vnde interrogo, quare iam maledictus à Deo Cain dicitur, quin habitauit in deliciis. *Egressus itaque Cain à facie Domini habitauit profugus in terra ad orientalem plagam.* Vbi Transl. Tigurina & alij vertunt, *Ad Orientalem plagam delitiarum.* Quasi dicat; *Nulla maior voluptas Caino, & potenti diuiti euenit, quàm obliuionis locus propter delitiarum abundantiam.* Ideo Seneca optimè dicebat, *Sunt quædam nocitura impetrantibus, quæ non dare, sed negare*

Aug. in litt. citat. *Qui fecit mala facile obliuiscitur, non qui recepit.* Oleast. in Gen. 4 n. 10. *Emphasis in exaggerationibus verborum.* Transl. Pag. Oleast. cit. *Quot guttæ, tot linguæ contra fratricidas.* Oleaster. Auctoris dubium. Gen 4. n. 11. Transl. aliæ. Senec. ep. 115.

Ingratis non beneficia conferre ingens est beneficiũ.

negare beneficium est. Quasi dicat, potentibus, & superioribus beneficia non facere obsequium est; quia ingrati cum ipso beneficio pœnam obliuionis incurrunt.

152 Et in isto sensu intelligo Cyprianum epist. 2. *Non intelligit ingratus miser speciosa sibi esse supplicia auro se ligatum teneri.* Quasi dicat, omni infelicitate, & miseria plenus est potens & superior immemor beneficiorum, & mala pro acceptis beneficiis retribuendo. Et August. *Quid enim miserius misero non miserante seipso.* Et Tullius solebat dicere: *Miserum te si hæc intelligis; miseriorem si non intelligis.* Quasi dicat, si malum quod perpetrasti memor es, miser es; si non recordaris quia potens infelicissimus es. Et Hugo de sancto Victore: *Ecce morbus hominis, cor scilicet inquietum, immemor malorum quæ fecit, & causa huius morbi est amor mundi.* Et Gregorius Magn. lib. 25. moral. cap. 7. *Cunctis autem (liquet) quod in illa extrema requisitione, examen publicum est facturus omnipotens Deus vt alios ad tormenta deferat, alios ad participationem Regni cælestis admittat.* Quasi dicat, expectent iusti persecuti, opprobriati, donec veniat dies magna & amara valdè ingratis, superbis, & iniuriarum immemoribus, quia citò veniet, & non tardabit dies iudicij Dei, vbi in hora mortis dicetur instaris epulonibus. *Fili recordare, quod recepisti bona in vita tua; pauper vero & miser similiter mala.* Et concludit Greg. locu citato: *Aliquorum mentes Dominus ad superna erigit; aliorum vero per superbiam in infimis desideriis emergit.* Quod idem est ac dicere, quod D. Aug. citat; quia diues dilexit felicitatem huius sæculi; ideo dicitur, *Recordare quod recepisti bona*, &c.

Cyp. ep. 2.
Ingrati infelices immemores.
August. cit.
Tullius.
Miserrimus est immemor malorũ, quæ fecit.
Hugo de S. Victore in Alleg Tilm. cit.
Greg lib. 25. mor.
Dies indicij dies mortis amara valdè.
Greg. cit.
Aug. cit. in litt.

153 2. Responsio Gregorij in litt. citati: *Mala Lazari purgauit ignis inopia, bona diuitis remunerauit felicitas vitæ.* Quasi dicat, hanc à Deo accipient pauperes consolationem, quod qui plus patitur plura peccata sua purgat, vt pane tribulationis & lachrymarum nutritus, maiora præmia cælestia possideat. Vnde interrogat Oleast. Quare cum populus dixisset, *Quis dabit nobis ad vescendum carnes*, n. 10. sequitur. *Audiuit ergo Moyses populum flentem per familias.* Vel vt Pagn. legit Numer. 11. n. 10. *Et fuit populus sicut flentes, cum populus fleret?* Et respondet, *Quàm æquo animo ferendi sint labores, quos nobis Redemptor noster mittit. Pœna hinc Israelitis inflicta pulchrè ostendit.* Quasi dicat, Deus qui labores pauperibus mittit vulnerat & medetur statim, quia purgat ignis inopiæ commissa pauperum. Sed hæc est hominum natura, vt quam primum feceris eos plus solito laborare, vires experiri, vt Bernardus dicit, dicant tibi, ego quod possum possũm, hoc est nun plus doleas, ô Pauper, neque patientiã amittas, si aliquando plus solito te exerceat Deus vt te robustiorem reddat, & igne tribulationis purificeris, neque dicas impatiens: *Nadie predemas de lo que puede*, vt Hispani loquuntur, *Quia patientia impassibiles facit*, vt Sanctus Zenon citatus adnotauit.

Greg. in litt. cit.
Pauperes tribulationibus purgantur.
Oleast. Numer. 11. n. 10.
Transl. Pag.
Medicina peccatorum pauperũ paupertas & labor.
Patiẽtia impassibiles facit.
Hispana loquutio.

154 Vnde interrogat Lyranus sua in glossa, *Quare cum Mardocheus insidias Bagathan & Thares, qui iugulare Assuerum intentabant, reuelauit nihil mercedis, aut honoris, aut premij consequutus est, vt dicitur Esther. 6. n. 3.* Et respondet, *Quia licèt Rex fecisset eum commorari in palatio suo a tempore illo, quo nunciauit sibi paratas insidias; hoc tamen erat quasi peccata sua purgando mercedem expectando.* Quasi dicat, si Aulici pro amore Dei sustinerent labores, quos in consequendis mercedibus consequuntur, sufficientes erant, vt igne tribulationum peccata sua purgarentur. Vnde interlinealis ait: *Qui quotidie seruiunt, quo cupiunt dissolui & esse cum Christo.* Et glossa ordinaria ibi: *Gesta pauperis Mardochei memorantur coram Rege; quia bona opera Doctorum laborantium sine premio in vinea Domini nunquam obliuioni traduntur, quia In memoria æterna erit iustus, Psalm. 111.* Quasi dicat, mala quæ litterati sine præmio patiuntur, purgant defectus commissos peccatorum, & palmam & mercedem accipiunt in æterna Beatitudine.

Lyr. sua in gloss. ad c. 6. Esth. n. 3.
Mercede indicibili digni sunt qui insidias contra Regem renelant.
Interlineal.
Gloss. ord.
Litterati inhonorati quasi martyres persecuti.

Vnde Bernardus in allegoriis Tilmani citati super Ecclesiast. ait, *Quis est hic, & laudabimus eum; fecit enim mirabilia in vita sua.* Et addit: *Quid enim mirabilius, aut quod martyrium grauius esse potest, quam inter epulas deliciarum esurire, inter vestes multas & pretiosas algere; Opprobriis premi inter honores, quos mundus offert, & in suis membris ostentet malignus quos naturaliter desiderat noster appetitus. An non coronabuntur qui sic certauerit, mundum abiiciens promittentem, irridens inimicum tentantem, & quod gloriosius est de seipso triumphans, & crucifigens concupiscentiam prurientem.* Quasi dicat, qui talia ab insipientibus patiuntur, non ne mala, quæ per fragilitatem carnis cumiserunt igne tribulationum purgabunt? Vnde interrogat Galfridus in alleg. quare dicitur Prouerb. 8. *Mecum sunt diuitiæ & gloria, opes superba, & iustitia?* Et respondet: *Quia non incongrua connexio gloriæ, & diuitiarum, quas vtrasque pariter sapientia secum esse testatur.* Quasi dicat gloriam & diuitias, quas comitatur iustitia, non ad sinistram pertinet sapientis: sicut legitur de quibusdam, *In sinistra illius diuitiæ, & gloria.* Sed ad illos, de quibus dicitur: *Cor sapiẽtis in dextera illius.* Quia vt Christus dixit, *Vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum erit*, Quia vera sapientia consistit in effugandis diuitiis huius sæculi, quæ diuitibus dantur propter aliqua bona moralia, quæ operati sunt: iustus autem solas veras diuitias diligit, quia ibi cor suum est. Et Vvericus in citati Tilmani alleg. ait: *Bona opes prorsus diuitiæ salutis, in quibus superbia & iustitia non deseratur*: Et addit: *Fratres superbia ista est gloria exultantium in Domino, & insultantium mundo; quia nihil habet tam pretiosum, vt paupertati valeat comparari sanctorum.* Quasi dicat, quid pretiosius potest machinari quàm illud per quod mala & defectus humani purgantur in terra, & ad cœlestia perducunt? Et addit Vvarticus citatus. *O quàm pusillo animo estis cum superbitis mecum in opibus istis? superbiam istam non damnat, sed remunerat Magister humilitatis.* Quasi dicat magnanimus, & fortis Christianus, qui gloriam mundi, & diuitias eius despiciat, recogitans in corde suo, quod bona temporalia dantur a Deo hominibus pessimis & scelerans vt fælicitatibus remunerati transeant de hoc mundo ad inferos, sicut diuiti Epuloni dicitur, *Recordare quod recepisti bona tua in vita tua*, vt Aug. adnotauit.

S. Ber. in alleg. Tilmani super Eccles.
Inter insipientes sublimatos opprobria pati meritũ ingens est.
Galfrid. in alleg.
Prouerb. 8.
Optime superba diuitias contemnere.
Vvericus in alleg. Tilm.
Paupertas conflatorium vbi purgantur peccata.
Timidi sunt diuites diligentes diuitias.
Mores sunt diuitia pro diuitibus malis
August. cit.

DIFFI

DIFFICVLTAS VIII.

Quare dicitur, quod inter reprobos & electos est magnum Chaos firmatum.

136 Theodoret. citat. in litt.

QVæsitum fuit, quare tantum distant reprobi ab electis?

1. RESPONSIO fuit Theodoreti in litter. ait. *Quia sicut affectus eorum varij fuerunt, sic etiam & mansiones.* Quasi dicat cogitationes superborum altæ, vanæ & sublimes sunt, humilium vero exinanitæ, & in nihilum æstimatæ: sed post mortem tantum distant in situ quantum in cogitatu distarunt. Vnde interrogat Oleast. quare dicitur Gen. 3. n. 22. *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est.* Vel vt Pagninus legit, *Ecce Adam ferme vnus ex nobis factus est?* Et respondet: *Quia dignus est, quod irrideatur peccator, qui non est assequutus quod cogitat.* Et addit: *Ideo misit eum Dominus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram*, ibi n. 23. Quasi dicat: Nonne videtis quomodo distant affectus superborum in mansione sicut in cogitatu. Cogitabat Adam scire bonum & malum, sicut Deus in paradiso, & collocatæ sunt eius cogitationes in terram, vt laboraret, & in sudore comederet panem suum.

Cogitationes superborum euanescunt. Oleast. in Gen. 3. n. 22. *Irrisionē cogitationēs impiorū in his causant.*

137 Richar. cit. à Tilman. 3. Reg. n. 29.

Vnde interrogat Richardus citatus à Tilmano in allegor. *Quare Salomoni in præmio humilis suæ petitionis à Deo dictum est* 3. Reg. 4 n. 29. *Dabit tibi Dominus latitudinem sicut arenam, quæ est in littore maris?* Et respondet, *Vt tanta sit copia cogitationum bonarum, quanta fuit prius multitudo inutilium & vanarum.* Quasi dicat, nullum maius præmium Deus suis potest dare in hoc mundo, quam quod cor suum iuxta mare magnum huius mundi per desideria quiescat, & cogitationibus suis soli Deo inhæreat; quia solus Dominus scit cogitationes hominum, quam vanæ sint, & quantum in situ in futuro sæculo distabunt. Vnde Lyranus ad præfatum locum 3. Reg. 4. ait: *Dedit Dominus sapientiam Salomoni, idest, optimam cogitationem speculabilium.* Et in sensu morali addit Lyra. *Per hoc significatur, quod homini Christo ab instanti suæ conceptionis data fuit omnium notitia diuinitus, qua cognouit omnia, quæ Deus cognoscit scientia visionis.* Quasi dicat, cogitationes iustorum sic quotidie crescunt, quod solent hîc viuere, & in cælestibus conuersari, vt Apostolus *Conuersatio nostra in cœlis est.* Et ideo plus distant à cogitationibus impiorum, quam Oriens ab Occidenti; quia superbi, & inflati in terrenis semper meditantur, *Et populi inflatorum meditati sunt inania.* Ideo sicut affectus eorum varij fuerunt, & distincti, sic & mansiones; quia inter electos, & reprobos Chaos & Vorago ingens firmata est, vt Theodoretus insinuauit.

Cogitationes vanas hominū solus Deus agnoscit. Lyran. sua in glossa. Ad Philip. 3. n. 10. Ps. 2. Theod. cit. supra.

138 S. Ambros. citat. in littera.

2. RESPONSIO Ambrosij citati in littera. *Inter Diuitem & pauperem Chaos magnum est; quia post mortem nequeunt merita mutare.* Quasi dicat in hora mortis signa damnatorum incipiunt agnosci, qui reprobi fere semper mala morte moriuntur. Vnde interrogat Oleaster. *Quare dicitur* Numer. 16. n. 29. *Si consulta hominum morte interierint scilicet Dathan & Abiron*, Vel vt legit Pagninus: *Si vt moriuntur omnes homines, moriuntur isti rebelles?* Et respondet: *Quemadmodum Dominus suis seruat vitam bonam, ita consuetam mortem. Vnde coniecturare licebit, cum aliquem videris insolita morte perire, eum non fuisse Domino in vita sua gratum.* Quasi dicat fortissimum Chaos distat inter mortem iusti, & damnati; quia ibi merita vniuscuiusque nequeunt mutari, sed per signa ostentari coniecturaliter solent. Vnde Chrisostom. interrogat, *Cuius sunt illa lachrimosa verba, quæ per Psalmistam pronuntiātur* Ps. 43. n. 20. *Cooperuit nos vmbra mortis?* Et respondet: *Pericula dicit, quæ mortem pariunt & quibus mors est proxima, quemadmodum dolores mortis & infernorum portas vocat scriptura.* Quasi dicat ineuitabilia sunt mala, quæ per caliginem mortis malis demonstrantur, cum demetira, & vitam mortuam incipiunt agnoscere, neque respirationem, aut mutare illam possint. Hinc Gregor. lib. 4. moral. cap. 17. *Quos enim constat non spiritu, sed sola carne mori nequaquam se vera morte, sed vmbra mortis dicuntur operari.* Et sanctus Bruno explicans Psalm. 43. n. 20. *Et cooperuit nos vmbra mortis vmbram mortis vita istius transitum dicit, qui sanctis & à peccatoribus est communis.* Et sanctus Paschasius lib. 3. in cap. 4. Matth. *Mors eorum qui cum operibus mortis in inferno sepeliuntur lamentanda est, qui vero bene viuunt merita eorum in hora mortis relucent: nam viuere tota vita bene didicit, qui didicit tota vita mori.*

Damnati ferè semper mala morte pereunt. Oleast. in Numer. 16. n. 29. Transl. Pagn. Chrisost. in Ps. 43. n. 20. *Demerita impiorum in hora mortis ferè patent.* Greg. lib. 4. mor. c. 17. S. Bruno in Ps. 43. n. 20. *Mors omnibus communis.* S. Pasch. lib. 3. in cap. 4. Matth. *Mors bona quæ in vita discitur.*

139 Balduinus in alleg. Tilm. in c. 10. ad Hebr.

Vnde interrogat Balduinus citat. in alleg. Tilman. quare dicitur ad Hebr. 10. *Terribilis est expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios?* Et respondet. *Quia in moribus hominum futuri iudicis figura præcedit.* Et addit: *Qualis enim nunc est culpa, talis erit & pœna, vita enim malorum ignis, & pœna, eorum ignis erit: ardent enim iusti diuini igne amoris, quem venit Dominus mittere in terram, & quem vult, vt ardeat, & ardebunt, vt Seraphim, & fulgebunt sicut sol in conspectu Domini, & lucebunt in splendoribus sanctorum. Hæc erit eorum gloria qui sicut lucernæ ardentes, & lucentes per charitatem, sibi interius ardent, & ad exemplum foris aliis lucent.* Quasi dicat, attende fortitudinem, Chaos quod post mortem separat homines. *Mali quoque* (progreditur Balduinus citat. in alleg. Galfr.) *in furore ardebunt, sed dissimiliter, de quibus dicitur, Pones eos, vt clibanum ignis: ardent iam nunc, de quibus dicitur, Omnes adulterantes, quasi clibanus ignis corda eorum; & de malis dicitur etiam, Super cecidit ignis, & non viderunt solem.* Quasi dicat, ignis, quo mali ardent non illuminat, sed excæcat in tantum, vt solem videre non permittat, sed in hora mortis quasi cæci parietem palpantes peribunt; quia teste Ambrosio, iam approximat mors, & post illam inter Diuitem, & pauperem vorago & Chaos distat fortissimum, quia nequeunt merita mutare.

Iusti sibi interius ardent foris proximis lucent. Balduin. cit. suprà. *In hora mortis impij excæcantur.*

DIFFICVLTAS IX.

Quare dicitur, Rogo te, vt mittas Lazarum ne fratres mei veniant in hunc locum?

QVæsitom fuit, ao damnatusiste zelo charitatis, aot vindictæ boc dixerit?

140 Lyran. sua in gloss.

1. RESPONSIO fuit nostri Lyrani; *Quod non zelo Charitatis; quia ibi non est locus, neque status illius, sed hoc dixit timore seruili, ne ex eorum consortio pœna sua augerentur.* Quasi dicat, impij, & ingrati amicos, & socios solùm ad placitura diligunt, non vero, vt aliquid mali pro illis patiantur. Vnde interrogat Oleast. *Quare Adā Deo de crimine capitali eum accusanti respondit Gen. 3. n. 12. Mulier, quā dedisti mihi sociā dedit mihi de ligno, & comedi?* Et respondet. *Pulchrè hunc locum exponit D. Bernard. qui arguit hominem male amicitia erga coniugem, qui voluit propter eam peccare & noluit propter eam pœnam subire.* Quasi dicat, Bonum amico est non propter amicum peccare; pœnas tamen libenter date propter ipsum; Adam vero voluit propter vxorem Deum offendere; non tamen propter eam voluit pœna affici, sicut & Diuiti Epuloni contigit, qui cum amicis & fratribus luxuriosè, & voluptuose vixerat qootidie splendidè epulando, & luxuriando, & illos recusat videre, & rogat Abraham, vt mittat Lazarum ad monendum eos ne veniant secum, non zelo Charitatis, sed ne ex eorum consortio pœnæ suæ augerentur. Et addit Oleaster: *Quot sunt homines hodie in mundo, qui non solum propter amicos, sed propter eos qui solum ad malum inuitant mille peccata committunt; qui tamen illis propter quos tot peccata perpetrant, vnum obolum non darent, neque ad minimum periculum pro eis se offerunt, immo passim pro leuissima causa se ab illis expediunt, vel propter suas commoditates.*

Reprobi non possunt habere zelū charitatis. — Oleast. in Gen. 3. n. 12. Trans. Pagn. — Bernard. cit. in Oleast. — *Amicitia vera in quo consistat.* — *Amici huius temporis sua sola cōmoda prospiciunt absque vllo periculo.* — Oleast. cit. — *Ingrati amici excusationes quærunt contra amicos.*

141 Ariat. Mōt. in Isai. c. 1. n. 23.

Vnde. ioterrogat Arias Montanos in Isai. Quare ibi dicitur cap. 1. num. 23. *Principes tui infideles socij fuerunt, &c.* Et respondet: *Vtinam omnium locorum horum ex nostris moribus non esset adeo aperta explanatio.* Quasi dicat, multitudo amicorum ingratorum, qoi tempore felici dicuntur amici locum hunc & alios exponit. Verum, *Si fortuna rueda ni vno solo queda*, vt Hispani dicunt; quia socij, & amici tales similes suot hirundini, quæ tempore veris rutilat, volat, & canit; cum vero hyems venit, fugit & societatem relinqoit. Vnde Iob 30. dicitur num. 29. *Frater fui draconum & socius struthionum.* Quasi dicat, qui ex dignitate, & munere aliis benefaciunt: & opem ferre debent sibi solis consulant, atque prospiciaot, vt amicus Epulo, qui sua damna solum timebat, ne ex consortio fratrum pœnæ augerentur. Hinc Beroard. serm. 77. in Cant. *Non omnes sunt amici, quia pauci admodum sunt, qui non quæ sua sunt quærunt ex omnibus charis eius.* Vnde interrogat Lyranus quare dicitur 4. Reg. 4. oum. 19. *Quod cum Elisæo insiderunt se socij, vt comederent ex olla quam dulcissimam Propheta reddiderat post ingressionem amarissimam colloquintidarum?*

Amicitia infidelem scriptura declarat. — Hispana loquutio. — Iob. 30. n. 29. — S. Ber. ser. 77 in Cant. — *Pauci veri amici.* — Lyran. sua in gloss. 4. Reg. 4. n. 19.

Et respoodit io sensu morali; *Quia sunt multi, qui per Dei gratiam bonam societatem, vitamque religiosam quærunt; & quæ prius videbantur dura, suauia efficiuntur, colloquintidas amaras dulciter comedendo, eo quod sunt socij grati, & Deo seruire ingrediuntur.* Et addit Lyranus: *Per hoc autem è contrario, alij deberent confundi, qui fuerunt in sæculo satis durè nutriti, & tamen in Religione non sufficit eis victus illorum, qui fuerunt in sæculo dulciter educati.* Quasi dicat multi relaxati religiosi sunt, qui fugiunt societatem & victum vitæ comoiunis, ne ex eorum societate pœnæ & fames ventribus eorom augeantur, qoorum Deus eorum venter est; ad commoditates autem & priuilegia Ordinis primi nuncupantur Religiosi socij omnium qui coosortium in pœnis, sicut Epulo fugiunt, vt Lyra testatur.

Epulones in Religione qui sint. — Lyran. cit. — *Nobiliores & modesti Religiosi pauca contenti, quia multa relaxati quærunt, viliores è contra.*

142 S. Aug. cit. in litt.

2. RESPONSIO Augustini in littera citati *Lazarum petit mitti; quia sentit se indignum, vt testimonium perhibeat veritati.* Quasi dicat, qui prædicationis munus exercet si reus & conscius peccati est, oescio quomodo non erubescit narrare iustitias Dei, & testamentum eius per os suum affirmare, cum coodemnatus Epulo iodignum iudicauit, vt testimonium perhiberet veritati. Vnde interrogat Oleaster, quare dicitur Exod. 33. oom. 2. *Ego mittam præcursorem tui Angelum, vt eiiciam Chananæum, & Amorrhæum &c.* Et respondet, *quia non potest prædicationis munus accipere, qui non valet, aut vix potest peccata aliorum reprehendere, nisi vitam præcursoris, vel Angeli exerceat.*

Prædicator reprobus ossiciat aliquando. — Oleast. in Exod. 33. n. 2. — *Vita præcursoris, vita Prædicatoris.*

143 Galfrid. in alleg. Tylm. ad cap. 17. Exod.

Hinc Galfridus in alleg. Tylmani ad cap. 17. Exod. *Oportet sane eos, qui votum gerunt Ecclesiasticæ prædicationis, etiam accendentes cæteros inueniri.* Et addit. *Aaron autem & Hur manus Moysi sustentabant Exod. 17. quia boni auditores nimium Doctori, vel prædicatori tribuunt, quando venerabilis eorum vita conscripta, si quid in se infimum reperit, corrigit, & ibi calere, vbi alios prædicando à lapsu reuocat, erubescit. Quasi dicat, nimis ab auditoribus honorantur, & exaltantur Prædicatores, cum eorum vita & fama doctrina verborum correspondet.* Hioc Stepb. citatus in allegoriis Tylmani ioterrogat, quare Exud. 19. dicitur, *Quod totus mons Sinay fumabat?* Et respondet; *quia tam maiores, quam minores cum buccina prædicationis adest, debent emittere fumū compunctionis.* Quasi dicat, cum prædicator verba Dei prooontiat, & ignem in cordibus audientium emittit, erubescere debet, si prius ipse fumo compunctionis & contritioois non sit repletus, cum audiat Augostinum esponentem quod condemnatus vnus confundebatur prædicare fratres suos, testimonium perhibens de veritate pœnarum suarum

Erubescit Prædicator impius. — Steph in allegor Tilm. Exod 19. — *Buccina Prædicationis corda vrit.* — August. cit.

144 Chrys. citat. in littera.

3. RESPONSIO Chrysostomi io littera: *Vide autem peruersitatem, neque in ipsis pœnis continet veritatem.* Quasi dicat, consuetudo loqueodi mendacia irremediabilis est; quia adhuc epulo vexatus in inferno, & in iudicio positus mentitus est dicens, quod Patrem & fratres habebat, & Abraham Patrem etiam vocabat. Vnde interrogat Oleaster, quare Exod 23. dicitur; *Nec ponas manum tuam cum impio, vt sis testis mendax?* Et respondet, *Et si mendacium vbique malum sit, pessimum tamen est in iudicio.* Quasi dicat qui causam alicuius suo falso testimonio

Consuetudo loquendi mēdacia irremediabilis. — Oleast. in Exod 23.

testimonio iuuat eò perniciosior deprehenditur esse; quoniam magis quam patti in iudicio fit iudex, & iudex mendacium loqui quid turpius. Vnde interrogat Euthymius, quare Dauid afflictus de multitudine mendaciorum dicebat; *Saluum me fac Domine, quoniam defecit Sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates?* Et respondet: *Sancti quidem penitus defecerunt; quia veritates in terra admodùm paucæ sunt.* Quasi dicat, sancti absorti, & admirati defecerunt sensibus, stupefacti videntes terram tam arefactam siccam & aridam, vt pene vnum fructum veritatis producat. Hinc Ambrosius epist. 44. quasi stupefactus de sterilitate veritatis dicebat: *Nemo in dolo loquatur ad proximum suum, quia laqueus est in verbis nostris.* Quasi dicat cum Psalmista Psalm. 68. *Labia dolosa in corde & corde loquuti sunt.* vel vt Transf. Tygurina: *Labio blando, aut corde duplici, ac diuerso loquuntur.* Et Vatablus sic exponit: *in corde & corde loqui est duplici animo loqui, aliud dicere, & aliud sentire.* Vnde Chrisostomus ad hunc locum: *Et hoc est omnibus hostibus acerbius; hi enim sunt aperti, vnde etiam facilè caueri possunt; ij vero cum alienam personam gerant, quam sint ab iis, quibus tendunt non facilè deprehenduntur.* Quasi dicat, qui mendacia ore loquuntur, facilè cognoscuntur; qui vero verbis pacificis & irrisoriis subrident, & intus aliud sentiunt ab his insidiatoribus cauere debent mortales; quia mendaces primæ classis sunt. Hinc Philo libro de creatione Principis. *Est & aliud interdictum iustissimum, quo caueatur, ne Reipublicæ Princeps dolosè versetur inter subditos: Nam fallaces mores ad seruile ingenium pertinent, non ad Principes.* Quasi dicat, vitium mendacij non est annexum, imo nimis à nobilitate alienum; quia mendaces esse ad vulgares & miseros pertinet. Hinc Epulo iste damnatus, quia Diues & mendax Patrem Abraham vocat, & mentitur deinceps dicens, quod in domo Patris sui vadat Lazarus, vt arguit de mendacio Epulonem Chrisost. citatus.

Testis falsus iudex est. Euthym. in Ps. 68. n. 1. *Admiratio Sanctorum exagerationem generat.* Ambros. Ep. 44. *Mendacium est laqueus hominis.* Transf. Tigurin. Psalm. 68. Transf. Vatabl. Chrisost. in Psalm. 68. *Mendaces facilè cognoscuntur.* *Mendaces primæ classis.* Philo lib. de creatione Princip. *Nobiles mendaces vulgares efficiuntur.*

DIFFICVLTAS X.

Quare dicitur, Si Prophetas non audiunt, nec si quis resurgat, audient.

145 QVæsitum fuit, quare miraculis non cedat prædicatio diuini verbi?

1. Responsio fuit Gregorij in littera citati; *Quia qui verba legis despiciunt, praeceptis legislatoris non eredent.* Quasi dicat, prodigia & miracula possunt misceri cum leuibus imperfectionibus ex parte. Sanctorum operantium. At in sacris scripturis iota vnum, aut vnus apex imperfectionis esse impossibile est. Vnde interrogat Ambrosius lib. de fuga sæculi c. 6. *Quare dicitur, quod Elias post multa miracula ab eo operata, timuit Iezabel, & surgens abiit quocumque eum ferebat voluntas, vsque ad montem Horeb.* 3. Reg. 19. n. 2. Et respondit: *Fugit Elias mulierem Iezabel, idest, effusionem sanctitatis & fugit ad montem Horeb, quod significat excitationem, vt siccaretur in eo carnalis profluuium vanitatis, & cognosceret plenius Deum.* Quasi dicat, etiam operando Elias miracula non liberabatur ab aliqua leuissima vanitatis nota, & vt persecutione Iezabelis purgaretur, timuit & fugit. Vnde Theodoretus quæst. 47. *Ne miraculorum magnitudo Spiritum Eliæ nimis extolleret concessit gratia naturæ, vt timorem susciperet, vt suam agnosceret imbecillitatem.*

Greg. in litt. cit. *Sancti cum imperfectionibus leuissimis possunt miracula operari.* Ambros. lib. de fuga sæculi c. 6. 3. Reg. 19. n. 2. *Vana gloria subtilis est.* Theodor. q. 47.

146 Vnde interrogat Oleast. quare Numeror. 20. dicitur quod *Dominus dixit Moysi: Accipe virgam, & congregare fac cœtum?* Et respondet: *Pulchrè hoc in loco docentur Sancti viri, ad quid miracula facere debeant in conspectu omnium, non vt ipsi exaltentur à populo, aut glorificentur, sed ad gloriam Dei.* Et si interroges, si manus hæc Moysis fuit illa, quæ leprosa apparuit, vt dicitur Exod. 4. n. 6. Respondet Theodoretus citatus: *Manus fuit Moysis, quæ prius fuerat leprosa, vt agnosceret non superbire debere, cum miraculosa prodigia faceret, sed recordaretur, quod prius fuisset infecta lepra, vt radios vanæ gloriæ extingueret hac recognitione.* Vnde interrogat Richardus quare Matthæi 21. n. 21. dicitur, quod postquam Apostoli multa perpetrari fuerunt miracula, dixit illis Iesus: *Si habueritis fidem, & monti huic dixeritis, iacta te in mare, fiet.* Et respondet; *Quia si de tua virtute confidis, & in altum erigis, quasi adinstar montis intumescis, vbi te facere debuisses & submittere, velut vellem. Bonum est ergo huic monti dicere, tollere & mittere in mare.* Quasi dicat. *Propter montes istos turbabitur terra, & transferentur in cor maris, hoc est, in hominis iusti non appareant.* Exultationes montium superbiæ cum mirabilia & prodigia operentur, sed transferantur & submergantur in cor maris, hoc est, in abyssum cognitionis sui ipsius, quod est mare magnum annihilationis, propterea dicitur, *Quod commouebitur terra, cum montes transferantur in mare.* Quia pauor & ingens admiratio supremæ potestatis inuadit, cum vident Sanctos prodigia & miracula operari & aliqua minima nota, & fluctu vanitatis non adstringi, quia non repugnat mirabilia facere, & puluere protoplasmatis non sordesci, & coinquinari, quod alienum omnino est à doctrina Catholicæ Ecclesiæ & scripturæ Sanctæ, quæ miraculis Sanctorum non cedit.

Oleast. in Numer. 20. Trãs. Pagn. *Miracula eorum hominibus facta solum Deum aspiciunt.* Exod. 4. n. 6. Lepra symbolum superbiæ. Richard. de S. Vict. lib. 1. erud. c. 11. Matth. 21. n. 21. *Perfecti cum mirabilia faciunt montibus fluctuum maris superbia non demerguntur.*

147 Vnde interrogat Sanctus Bruno, in allegor. Tilmani super Exod. quare dicitur ibi. *Arcam verò de lignis Sethim compingite.* Et respondet, *Quia arca est cælestis Ecclesia, quæ cœli velamento transgressa iam inhabitat, & moratur in sancta Sanctorum.* Et addit: *De hac autem arca Ioann. in Apocalip. cap. ait: Apertum est templum Domini in cœlo, & visa est arca testamenti eius.* Quasi dicat, hæc arca, quæ est sacra Scriptura, quæ compingitur & construitur de lignis Sethin, hoc est, de lignis fortibus, de Prophetis & Doctoribus imputribilibus per Catholicam Doctrinam corona est Christi, quia Sancti corona sunt capitis eius, quia Christus sententiis, & scriptis Doctorum, scriptorumque coronatur, & honorificatur in toto terrarum orbe.

S. Bruno, in alle. Tylm, sup. Exod. *Arca testamenti Ecclesia Dei.* Apocalip. c. 11. n. 19. *Doctores corona Christi.*

148 Hinc Stephanus citatus in allegor. Tilmani super Exod. interrogat, quare Ieremias dixit ad Baruch, *Vt emeret vas fictile* (Et addit) *Sume librum signatum, & librum apertum, & repone in vase*

Stephan. citatus in alleg. Tilmani sup. Exo.

Alred. ibi citat. — *Scriptura solatium afflictionum humanarum.* — *Idem Alred.*

vasi fictili, vt maneant per multos dies? Et respondet: *Quia emptio ista est comparatio vitæ æternæ, quæ comparatur in nouo testamento, quod est liber apertus, & in veteri, quod est liber signatus, & dicitur, vt permaneant, quia eius doctrina imputribilis est.* Et Alredus ibi citatus: *Dico vobis fratres nil poterit aduersi contingere, nil tam triste, vel amarum emergere, quod non mox vt pagina nos sacra exceperit, aut euanescat citius, aut facilius toleretur.* Quasi dicat, quæcumque scripta sunt ad nostram eruditionem & consolationem sunt scripta, plus quam si mortui resurgant, & prædicent pœnas gehennæ. Et addit Alredus citatus: *Oneri sunt cuncta, quæ video, si quod loquitur vix audio, vix sentio, in modum silicis, cor obduretur, hæret lingua, oculorum vena siccatur. Quid tunc? Ex eo certè ad meditandum in agrum sacrum reuoluo codicem: Meditationes meas cordi imprimo, cum subito mihi occurrens Rebecca; scilicet, tua gratia, (Iesu bone) sua luce tenebras discutit, pellit fastidium, duritiam frangit; mox suspiriis cedunt lachrimæ, & lachrimas caleste gaudium comitatur.* Et subdit Doctor egregius: *Infelices, quos cum tristitia quæque perturbant, non agrum sacræ Paginæ ingrediuntur, vt gaudeant.* Quasi dicat, non vides quomodo prædicatio diuinæ scripturæ non cedit miraculis mortuorum resurgentium; quia ideo dicitur *Si Prophetis non credunt, neque si quis ex mortuis resurgat credent*, vt adnotauit Gregorius citatus.

Scriptura sacra medicina salutaris. — *Idem Auct. Alred. cit.* — *Idē Auctor.* — *Infelices nimis idiotæ Præsules.* — *Greg. citat.*

849 *Auct. sent.* 2. Responsio fuit meo iudicio, quia quisquis mortuus est seruus est; quæcumque vero dicit scriptura Dominus dicit, ergo plus scripturis, quam mortuorum resurgentium dictis credendum est. Quasi dicamus, non potest Respublica, vt Regnum conseruari, in quo serui, & priuati Principis plus auctoritatis habent quam Reges, & leges, & iura Regnorum. Vnde interrogat Oleaster, quare Exod. 4. num. 14. dixit Dominus ad Moysem: *Aaron frater tuus scio quod eloquens est*, Vel vt Pagnin. legit: *Nonne Aaron fratrem tuum noui quod loquendo loquitur?* Et respondit: *Quia sanctus Moyses non aquieuit quousque ei socium in legatione daret.*

In Scripturis sacris Dominus loquitur. — *Oleast. in Exod. 4. n. 14.* — *Transl. Pag.*

Et addit: *Qui Principibus singulares sunt societatem abhorrent nolentes consortium habere, & si datur egrè ferunt, non sic autem serui Dei, sed quia reputant ministerio Dei impares socios quærunt & petunt.* Quasi dicat, in Martha patet exemplum Lucæ 10. quæ conquesta est, eo quod sola ministrabat; serui vero familiares Regum, quoniam non tam bonum Principis, quàm priuatorum vtilitatem quærunt, non solum consortium, sed & dominari super voluntatem Principis conantur, ex quo omnia dissipantur. Hinc Matth. cap. 7. n. 29. loquens de Christo æternitatis Principe ait: *Loquebatur tanquam potestatem habens.* Vel vt translatio Syriac. *cuius sermo auctoritate pollebat.* Quasi dicat, *Qui docet & regit à se, & non ab alio debet gubernari.*

Priuati societatem abhorrent. — *Lucæ 10.* — *Familiares à Rege quæ sua sunt quærūt.* — *Matth. 7. n. 29.* — *Transl. Syr.*

Vnde interrogat Lyranus. Quare & quis tam inane consilium dedit Roboamo, vt responderet populo 3. Reg. 12. *Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei?* Et respondet. *Iuuenes qui dominabantur super cor Regis dederunt tale consilium, quod fuit valde fatuum, & præsumptuosum; quia Salomon fuit Rex excellentissimus; Roboam vero erat rudis, & corde pauido, vt habetur 2. Paralip. c. 13* Hinc Amb. lib. 2. offic. c. 18. *Egregie vires alicui præsidentes muneri commendat iustitia: è contra destituit iniquitas, atque impugnat.* Et Iosephus lib. 8. antiq. c. 8. *Iuniores qui cor Regis regebant, monuerunt eum, vt asperius loqueretur.* Quasi dicant, causa rebellionis Regni verba aspera fuerunt, quia Rex non habebat potestatem imperandi, nam pauidus, & timidus erat, & à priuatis familiaribus regebatur, de quibus dicit glossa Ordinaria. *Aduram vnus fuit de malis consiliariis Regis, qui postea lapidatus est.* Et addit glossa: *Iuuenes scriptura non semper iuxta ætatem appellat, sed iuxta instabilitatem animi: nam Roboam quadragesimo ætatis suæ anno regnare cepit.* Quasi dicat, qui corda Regum gubernare conantur ferè semper extrema vitæ eorum luctus occupat, vnde concludit Iosephus supra citatus: *Hæc voluntate Dei gerebantur, vt quæ Propheta Achias prædixerat, perducerentur ad terminum.* Quasi dicat, oportet adimpleri scripturas, quarum attestationi prius standum est, quam dictis mortuorum resurgentium: quia isti serui sunt, quæ autè Scriptura sancta narrat; Dominus dicit & sicut non est Discipulus super magistrum, ita neque seruus super Dominum suum, vt adnotauit Chrysostomus citatus.

850 *Lyran. sua in glossa ad c. 12. Reg.* — *c. 13.* — *Reges pauidi & timidi lagendi.* — *2. Paralip. 13.* — *Ambr. lib. 2. offic. c. 18.* — *Ioseph. lib. 8 antiq. c. 8.* — *Verba aspera Regna conturbant, & perdunt.* — *Gloss. ord.* — *Aduram familiaris à Rege Roboam lapidatus fuit.* — *Roboam 40. ætatis anno cepit regnare.* — *Ioseph. cit.* — *Chrys. cit.*

TRACTATVS QVINTVS,

Ad litteram, *In cap. 21. Matthæi de vinea ab Agricolis ingratis ablata.*

TEXTVS.

33 HOmo erat Paterfamilias, qui plantauit vineam, & sepem circumdedit ei,
& fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, &
peregrè profectus est. 34. Cum autem tempus fructuum appropinquas-
set, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. 35. Et
Agricolæ apprehensis seruis eius, alium cæciderunt, alium occiderunt; alium
vero lapidauerunt. 36. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis
similiter. 37. Nouissimè autem misit ad eos filium suum dicens, verebuntur filium
meum. 38. Agricolæ autem videntes filium dixerunt intra se: Hic est hæres, ve-
nite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. 39. Et apprehensum eum
eiecerunt extra vineam & occiderunt. 40. Cum ergo venerit Dominus vineæ quid
faciet agricolis illis. 41. Aiunt illi Malos malè perdet, & vineam suam locabit aliis
agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis.

EXPLANATIO LITTERAE.

151 *Defendit Christus suã doctrinam & personam.* HIc ostenditur, quod Principes sacerdotumque scribæ, & seniores impugnauerunt Christum in sua persona, cum supra enim impugnauissent in doctrina; & vtramque comprobat ea sacra scriptura, ideo dixit, *Nunquam legistis* &c. & ad confirmationem suæ veritatis & potestatis punitionem futuram super Iudæos ingratos agricolas parabolam dicit.

152 *Abulens. in c. 21. Matth. Rector iconomie quis apud Arist.* *Homo erat Pater familias*, idest, quidam homo, qui domum habebat & familiam: nam Abulense teste, si quis non habeat filios; habeat tamen domum, & familiam, vocatur Pater familias, quem Arist. vocat Ductorem iconomie.

153 *Adhuc propria manu plantata diligimus.* *Qui plantauit vineam*, non emit, aut hæreditauit, sed plantauit propriis sudoribus, vt amorem ad vineam aduertamus. *Sepem circumdedit eam*, id est, posuit ei vallum in circuitu. Sepes, turris & torcular, sicut omnia opportuna spectantia ad vineam optimam explicantur sigillatim. Tres factorum iniuriæ, scilicet, cædere, lapidare & occidere vniuersæ sunt iniuriæ illatæ sanctis Dei, ac Iudæis. *Verebuntur forte filium meum.* Non significatur quod erit, sed quod esse debet ex conditione personæ, quæ mittitur. Ita Caietanus, vel ex parte reddituum, qui non soluebantur. *Causa verecundia qualis. Caiet.*

154 *Gen. 37. Nuncios percusserunt agricolæ Heredem occiderunt.* *Venite occidamus eum*, Inter se ventilabant agricolæ istud consilium, sicut fratres Ioseph dixerunt. *Ecce somniator venit, venite occidamus eum* Genes. 37. *Apprehensum eum eiecerunt eum extra vineam*, Quia hæres erat intra vineam petens fructus annuales præteritos, & præsentes, & noluerunt coloni ibi eum occidere, sed eiecerunt de vinea, & foris occiderunt. *Non percusserunt tantummodum* (inquit Abulensis,) *Sed occiderunt quia erat hæres, & si superuiueret, repeteret hæreditatem; ideo occiderunt, vt nemo esset, qui peteret.* Vnde bene adnotauit Caietanus quod esse hæredem Iesum, esset credere Israëlitas in Christum. *Abulensis. Caietan. in Euang.*

155 *Inimici iudices culpam aggrauant.* *Cum venerit Dominus vineæ.* Parabolam narrauerat Christus & iudices ingratos agricolarum facit Iudæos Christus. Et dicit, cum venerit, quasi cum absens esset Dominus vineæ facta sunt hæc omnia. *Quid faciet*, id est, quam pœnam inferet agricolis ingratis. *Malos malè perdet*, id est, agricolas, qui mali sunt, perdet, id est, occidet malè, hoc est, pœnis, & tormentis exquisitis, quia culpa grauissima, & exquisita erat. *Et vineam suam locabit aliis agricolis*, hoc est, vineam agricolis gratis, & fidelibus tradet, qui eam colant, & non sint contumaces, & infideles, qui reddãt ei fructum temporibus suis, id est, annuam pensionem soluant. *Soluere bene pacis & amicitiæ vinculum conseruat.* Parabola, inquit Caietanus, vsque ad vindictam durat; Psalmi vero & Prophetiæ narrant; quomodo occiso hærede ab hæreditate vineæ non priuauit, sed in melius mutauit, vt suo loco narrabimus, literam paraphraseando. *Caiet. cit. Ecclesia vinea transplantata.*

TRANSLATIONES ANTIQVIORES & neotherica.

n. 33. *Vbi Vulgata.* Homo erat Paterfamilias qui plantauit vineam.

Translatio Vatabli. 1. Homo quidam est Paterfamilias.

Translat. ex Syriac. 2. Fuit vir quidam Dominus domus, qui plantauit eam maceria, foditque in ea torcular, & extruxit turrim.

Abulens. in Prologo Matth. c. 21. 3. Homo quidam qui domum habebat & familiam.

Iansenius sua in concordia f. 795. 4. Homo quidam, vel vt legimus apud Marcum pastinauit vineam.

n. 34. *Vbi Vulgata, Cũ autem tempus.*

Trans. Vatabli. 5. Misit seruos, vt ea petent fructus ipsius.

Translat. ex Syriac. 6. Misit seruos, vt ad se mitterent de fructibus vineę suæ.

Iansenius citatus n. 35. *Vbi Vulgata. Agricolæ apprehēsis seruis &c.* 7. Tempore quietis misit legatos suos.

Translat. ex Syriac. 8. Et apprehenderunt agricolæ seruos eius, & alium quidem percusserunt, alium lapidauerunt, alium denique trucidauerunt.

Tertulian. lib. aduersus Iudæos n. 36. *Vbi Vulgata iterum misit alios &c.* 9. Alios lapidauerunt, alios fugauerunt, plures vero ad mortis necem tradiderunt.

Translat. Vatabli. 10. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & tractauerunt illos similiter.

Translat. ex Syriac. 11. Et rursum misit seruos alios, & itidem fecerunt eis.

Abulensis citatus in prologo super 21. *Matth.* n. 37. *Vbi Vulgata Misit filium suum.* 12. Misit famulos, non suos, non libertos, neque libertinos, neque ancillarum filios sed seruos

Trans. Vatabli. 13. Postremo misit filium suum dicens reuerebuntur filium meum.

Translatio ex Syriac. 14. Iam erubescent propter filium meum.

n. 38. *Vbi Vulgata, hic est hæres &c.*

Translatio Vatabli. 15. Dixerunt, venite occidamus eum, & occupemus hæreditatem eius.

Translat. ex Syriac. 16. Venite trucidemus eum, & obtinebimus hęreditatem.

Tertullianus citatus 17. Filius à Domino mittitur ad cultores vineæ.

n. 40. *Vbi Vulgata, cũ venerit Dominus vineæ &c.*

Translat. ex Syriac. 18. Cum venerit igitur Dominus vineæ, quid facturus est agricolis istis.

Abulens. cit. num. 41. *Vbi Vulgata, malos malè perdet &c.* 19. Quam pœnam inferet agricolis suis.

Translat. ex Syriac. 20. Malos malè inquam perdet eos, vineamque locabit aliis agricolis; illi quidem reddent ei fructus in tempore suo.

Abulens. cit. 21. Agricolas, qui mali sunt perdet & destruet, & occidet male, idest, crudeliter per tormenta exquisita.

Iansen. in concordia. 22. Absit hoc nobis vt significat, id nobis eueniat, sed mali agricolæ malè perdantur.

DIFFICVLTAS PRIMA.

Ad quid Christus parabolam vineæ proposuit?

QVæritur ex quo motiuo, vel ex qua occasione Christus vineæ parabolas prædicauit? 156.

1. RESPONSIO Abulens. quæst. 178. super Matth. qui ait, *Quod ad increpationem Principum, sacerdotum, scribarum & seniorum.* Quasi dicat in fine parabolæ cognouerunt, quod de illis doceret, & ideo indignati dissecabantur cordibus. *Abul. q. 178. in Matth. Intentum Parabola qualis.*

2. RESPONSIO Chrisostomi in Matth. *Post priorem* 157.

Chrisost. in Matth. Deus Pater Dominus vineæ. Incorrigibiles omnes prelatos odio habent.

priorem parabolam aliam ponit, vt ostendat eorum accusationem esse maiorem & venia indignam, Quasi dicat in priore parabola dixerat Christus aspere iudicandos sacerdotes & Principes; quia Ioannis doctrinam non audiebant, nec executioni mandabant; nunc autem in præsenti parabola grauissimè puniendos ostendit, quia in persona sua veniens filius æterni Patris, vineæque Domini, occiderunt eum, & extra ciuitatem eiicientes, crucifixerunt.

158 Auctor. mẽs. Confusio ingens ex proprio ore iudicare se.

3. Responsio in meo videri. *Proposuit Deus parabolam agricolarum, & vinea, vt postea ipsis respondentibus, & iudicantibus ingratitudinem agricolarum ex suo ore se damnarent & adimpleretur, quod serue nequam alias dixit Christus, ex tuo ore te iudico serue nequam.*

159. Abulens. q. 179. Scandalum passiuum nõ est auferendum.

4. Responsio fuit Abulens. quæstione 179. *Vt maiorem indignationem contra Christum conciperent, nam ista parabola cognouerunt Pharisæi, quod de ipsis loqueretur, & tenere eum quærebant.* Quasi dicat, Christus non dedit occasionem indignationis, tanquam causa efficiens, neque formalis, sed materialis: quia sicut scandalum passiuum fuit eius passio Iudæis, & persecutoribus, ita & eius prædicatio parabolæ vineæ indignationem causauit; quia veritas semper malis amara fuit.

DIFFICVLTAS II.

Quid significet apparatus locationis vineæ plantatæ?

QVæritur, ad quid apparatus tam singulares vineæ collocantur?

160 abulens. q. 180. Apparatus vineæ magnitudine Domini significat.

1. Responsio Abulensis quæstione 180. *Hoc factum est ad ostendendum excellentiam vineæ, & ad ostendendam istam vineam fuisse electissimam.* Quasi dicat, diuitias & magnitudinem Domini vineæ, ostendunt apparatus locationis, curam & vigilantiam circa fructus eius.

161 Hieron. in Cath. citat. Isaiæ c. 5. Ierem. 2.

2. Responsio Hieronymi in Cath. citat. *Homo dicitur Deus non natura, sed nomine,* plantauit autem istam vineam, de qua Isaias loquitur cap. 5. *Vinea facta est dilecto in cornu filio olei.* Et Ierem. c. 2. *Ego plantaui te vineam electam, id est, populum Israel, quem Dominus de terra Ægypti in terram promissionis subplantauit vt Aug. serm. 59. de verb. Dom. vult. Sepem circũdedit ei. Per sepem intellige custodiam Patrum iustorum, qui tanquam murus facti sunt populo Israel,* Vt Chrysostomus insinuat. vel vt Origenes, *ipse Deus fuit eius custodia.* Torcular autem *locus libationum,* vel Torcular; *Prophetas, in quos multimode quadam vbertas spiritus sancti feruentis influeret,* Vt Hilarius adnotauit. Vt Torcular fuit, *verbum Dei quod torquet, & cruciat hominem contradicente carnis natura.* Vt Chrysostomus vult. Et ædificauit turrim, templum Dei; quia per Michæam dicitur. *Et tu turris nebulosa filia Syon,* vt Hieronymus ait, vel *in turre eminentiam legis extruxit* secundum Hilarij sententiam.

Chrisost. in Cath. Origen. Verbum Dei cruciat cor mirabiliter. Mich. ibi citatus. Hieronym. Hilar.

162 Iansen. in Concordia. Carsab Hebræum, idẽ quod lacum fodere.

3. Responsio Iansenij in concordia, *hic dicitur, quod Paterfamilias fodit in vinea torcular, vbi notandum est, quod lacunis olim effossis vinum recens expressum excipiebatur.* Vnde in Marco vertit interpres, *lacum fodit.* Quasi dicat, quod in Hebræo, *idem est fodere torcular, quod Carsab,* id est, *excidere, vel lacum effodere,* & per consequens idem fuit dicere fodit in ea torcular, ac dicere lacum effodit.

DIFFICVLTAS III.

Quid est quod locauit eam Agricolis, & peregrè progressus est?

QVæritur, qui sint isti Agricolæ, & quare absens Dominus vineæ fuit?

1. Responsio Chrysostomi super Matth. *Agricolæ fuerunt sacerdotes, & Leuitæ per legem constituti, qui procurationem regendi populum susceperunt.* Quasi dicat, sicut colonus quamuis de suo munere obtulerit Domino, non sic eum placat, sicut si de vinea eius redditus ei obtulerit. Sic & sacerdotes non tantum propter suam iustitiam Deo placent; quanto si populum Dei in sanctitate docuerint, quia tunc erunt veri Dei agricolæ fructum suo tempore dantes. 163 Chrisost. in Matth. Agricolæ sũt sacerdotes, Prælati, & Prædicatores.

2. Responsio Iansenij in concordia. *Benè quidem vinea non vendita dicitur, sed locata agricolis. Qui enim vendit Dominium rei amittit, qui vere locat Dominium sibi reseruat.* Quasi dicat conducenti relinquens fructum tamen aliquem ex sua re ab illo requirit. Ita Dominus agricolis, hoc est, sacerdotibus, & Principibus non tradidit populi sui Dominium, sed Dominio sibi reseruato, contulit eis decimas, & primitias. 164 Iansen. in concord. super Matth. 21. Qui locat nõ dat dominiũ, sed sibi reseruat.

3. Responsio Abulens. quæstione 181. *Peregre profectus est Pater familias: nam si maneret in regione illa, in qua erat vinea non auderent agricolæ occidere seruos qui uenerunt ad petendum fructum vineæ, & tamen occiderunt.* Quasi dicat. Timerent agricolæ mala seruis Domini facere, vel ideo fecerunt talia quia erat multum distans Dominus vineæ, vel quia erat homo sine valore, fortitudine & potestate. 165 Abulens. q. 181. Agricolæ absentem Dominum non timuerunt.

4. Responsio Origenis in Cathen. citat. *Peregre profectus est non loci mutatione, nec enim Deus alicubi abesse poterit, quo complentur omnia, sed abire videtur à vinea, vt vinitoribus liberum operandi arbitrium derelinquat.* Quasi dicat, absens est Dominus, quia non cogit voluntatem liberam agricolarum, sed relinquit eos, vt sponte operentur, vt plus præmientur. 166 Origen. in Cath. citat. Libertas voluntatis absentia Dei declaratur.

5. Responsio Iansenij. *Quod peregre profectus dicitur Pater familias, & fuisse peregre, id est, in extrema Regione multis temporibus significat Deum postquam in monte Sinai populo Iudaico, & Principibus præsentem se exhibuit, vinea sua cuncta necessaria distribuit.* Quasi dicat, Dominus agricolis locauit in monte Synai vineam, & peregre profectus est, quia expectauit tempus fructuum, quanto tempore fuit vinea in terra promissionis, vbi agricolæ fructum dederunt vt Prophetæ, & Patriarchæ. 167 Iansen. citat. Absētia Dei fuit à tempore datæ legis vsque ad Christum.

168 Rabanus in cath. citat. *Reprobi semper in peccato.*

6. RESPONSIO Rabani in cath. citati. *Vnde tempus fructuum posuit non peruenturum, nullus enim fructus est populi contumacis.* Quasi dicat, non signauit Dominus vineæ aliquod tempus, in quo agricolæ fructum cum benedictione donarent; quia reprobi serui nunquam Deo redditum debitum soluunt.

DIFFICVLTAS IV.

Quare dicitur, quod agricolæ apprehensis seruis eius alium ceciderunt, alium occiderunt?

169 Lyran. sua in glossa.

QVæretur, quare ingrati agricolæ seruos Domini vineæ tam crudeliter tractauerũt.

1. RESPONSIO Lyrani sua in glossa. *Quia Reges multi sacerdotes & Prophetas sibi missos à Domino turpiter comprehenderunt, & incarcerauerunt, ac occiderunt.* Quasi dicat: *Isaias serratus fuit ex præcepto Manasse Regis Iuda. Amos, quem Osias vecte per tempora transfixit. Zachariam, quem Ioas Rex Iuda lapidare iussit inter templum & altare. Et semper multiplicauit Dominus Prophetas ad populi correctionem, & fecerunt illis similiter eos occidendo, in tantum quod impleuerunt Ierusalem sanguine Prophetarum vsque ad eos, vt dicitur 4. Reg. 21.*

Nuntios Dei omni tempore malè tractatos à Lyra numeratos.

170 Chrisost. in Matth.

2. RESPONSIO Chrisostom. in cath. citat. *Seruos misit, id est, Prophetas, qui offerunt quasi sacerdotes Domini populi fructus & obedientiæ ostensionem per opera; agricolæ verò non solum malitia potiti in non dando fructum, sed etiam in indignando ad eos qui venerunt, & sanguine manus impleuerunt.*

Ingrati mala pro bonis reddunt.

171 Hilarius citat. in cath.

3. RESPONSIO Hilarij citati in Cath. *Missi autem plures prioribus illud tempus designat, quo post singulorum Prophetarum prædicationem, plurimus simul Prophetarum numerus emissus est.* Quasi dicat, multiplicata Dei misericordia væcordia, & impietas Regum contra Prophetas multiplicabatur, quia nimis misericors est Deus super malitiam hominum.

Misericordia Dei præstabilis super malitiã nostrã.

172 Iansen. cit. in concord.

4. RESPONSIO Iansenij citati in concord. *Mirè commendata est Dei lenitas & patientia, qui post iniuriam vni, aut alteri seruorum illatam, non statim vocauit ad suppplicium, sed expectans, vt resipiscerent non destitit diuersos mittere sua bonitate certans contra illorum malitiam.* Quasi dicat per singulos gradus malitiæ Dei misericordia, & beneficia exercebant, Vnde dicitur Ierem. 7. *Misi ad vos omnes seruos meos Prophetas per diem consurgens diluculo & mittens, & non audierunt me, nec inclinauerunt aurem suam, sed indurauerunt ceruicem suam, & peius operati sunt quam Patres eorum.*

Ierem. 7.

Impij filij malitiam Patrum multiplicãt.

DIFFICVLTAS V.

Quare dicitur, Verebuntur fortè filium meum?

173 Abul. q. 183.

QVæretur, quare cognita seruorum malitia filium suum misit Paterfamilias?

1. RESPONSIO Abulensis q. 183. *Quia à principio missi fuerunt serui, qui erant personæ nullius honoris, & ita non erat mirum, quod nullus eis exhiberetur honor; filius autem erat honorabilis; quia erat hæres, & filius Domini, ideo verisimile erat, quod erubescerent faciem eius, & honorarent Christum.*

Seruis non tantus honor sicut hæredi filio debetur præstare.

174 Orig. in Abul.

2. RESPONSIO Origen. in Abulens. citati, *Illud quidem quod dicitur, verebuntur filium meum, videtur esse impletum in illis Iudæis, qui intelligentes Christum crediderunt in eum.* Quasi dicat, multi viso Christo crucifixo, & signis quæ fiebant verecundia repleti, *reuertebantur percutientes pectora sua.*

Matth. 27. Iudæi multi crediderũt.

175 Chrisost. in Matth.

3. RESPONSIO Chrisostomi: *Filium autem misit, non quasi ad obnoxios pœnæ sententiam baiulantem, sed pœnitentiæ veniam misit eos confundere, non punire.* Quasi dicat, misit filium suum, non vt exactorem malorum, sed vt verecundia, ruboreque cõfusi absconderent se, sicut Adamus.

Ruborem peccatorum requirit Deus.

176 Iansen. cit.

4. RESP. Iansenij in concord. *Quia amor Dei inquietus est; ideo non permisit Dominum quiescere quin omnia tentaret, quibus ad resipiscentiam Iudaicus populus moueri posset.* Quasi dicat Dominus vineæ ex rubore in facie agricolarum ingratorum satisfiebat ab iniuriis cum seruis illatis, si saltem ex præsentia sui filij resipiscerent. Vnde dicitur Oseæ 6. *Quid faciam tibi Ephraim, quid faciam tibi Iuda.*

Rubor in facie satisfactio peccatorum.

Oseæ 6.

DIFFICVLTAS VI.

Quare dixerunt Agricolæ, Ecce hæres, venite occidamus eum?

177

QVæretur, quare ex inspectione hæredis mortem machinauerunt?

1. RESPONSIO Abulensis q. 185. *Quia putauerunt coloni, quod absentia Domini vineæ erat longissima, & si hæredem occiderent, non erat alius successor, ad quem ius vineæ pertineret, & per consequens occidendo illum nullus peteret mortem illius.* Quasi dicant, Cupiditas cæca est, & peccatum excæcat corda & oculos. Et ideo meditati sunt coloni inania talia cogitando circa occisionem hæredis.

Abul. q. 185.

Cupiditas cæcas cor. Impiorum cogitationes euanescunt.

178 Hieronym. cit. in cath.

2. RESPONSIO Hieronimi in Cath. citati. *Per hoc autem quod dicitur, hic est hæres, manifestè Dominus probat Iudæorum Principes, non per ignorantiam, sed per inuidiam Dei filium crucifixisse.* Quasi dicat, intellexerunt clarè eum esse illum, cui Pater per Prophetam dicit Psalm. 2. *Postula à me, & dabo tibi gentes in hæreditatem.* Hæreditas quippe filio sancta Ecclesia data est, quam non moriens Pater relinquit, sed ipse sua morte mirabiliter acquisiuit.

Christus hæres legitimus Ecclesiæ. Ps. 2.

179 Rabban. in cath. citat.

3. RESPONSIO Rabbani in Cath. citati, *Hæreditatem occiso eo præripere moliebãtur Iudæi, cum fidem, quæ per eum est extinguere, & suam magis, quæ ex lege est iustitiam ac gentibus imbuendis conabantur inserere.* Quasi dicat de hoc blasphemabant Iudæi, & ad cælum clamabant contra Christum quod legem Moysis abolere conabatur, & vocare gentiles prætendebat eos præferendo & ciuitatem, templum & honorem ab eis auferendo. Sed Christus, qui fecit vtraque vnum aliud intentabat, non diuisionem, sed vnionem, quia ipse est pax nostra.

Iudæi ambitiosi sæui.

Christus fecit vnire gentiles cum Iudæis.

DIFFI

DIFFICVLTAS VII.

Quare dicitur, quod occiderunt eum, & eiecerunt eum extra vineam

180. Abul.q.186. Lucæ 20. *Malitiosi fallitur ideo Hæres prius fuit eiectus, postea occisus extra vineã.* Marci c.12.

QVætitur, an primo eiecerunt hæredem, & postea occiderunt eum, aut è contra?

1. RESPONSIO Abulensis q.186. *Verum est quod prius eiectus est de vinea, & foris occisus. Primo, quia hoc videtur verisimilius. Secundo, quia Lucas concordat cum Matthæo; Dicitur enim Lucæ 20. Et eiectum illum extra vineam, occiderunt. Tertio quia omnes Doctores conantur reddere causam, quare extra vineam occisus fuit. Quod autem Marcus dicit, quod apprehendentes eum, occiderunt, & extra vineam eiecerunt, non intendit dicere, quod prius occiderunt, sed quod occiderunt, & eiecerunt.* Quasi dicat narrando lamentabiliter crudelitatem seruorum, qui hæredem occiderunt, & eiecerunt extra vineam suam.

181 Hilarius cit. in Cath. *Christus extra vrbẽ passus est.*

2. RESPONSIO Hilarij citati in Cath. *Christus enim extra Hierusalem, in sententiam damnationis eiectus est.* Quasi dicat ad litteram, agricolæ ingrati, Pharisæi, & Pontifices Christum condemnauerunt, & extra ciuitatem eiecerunt, & crucifixerunt.

182 Origen. in Cath.cit. *Odium inimicorum in corde meditatur die noctuque.*

3. RESPONSIO Origenis in Cath. *Quod autem dicit eiecerunt extra vineam, alienum eum esse iudicarunt à vinea, & colonis.* Quasi dicat, odium detestabile Pharisæorum hic declaratur, quia neque in cordibus suis, neque in Synagoga vinea electa Dei volebant esse, sed renuebant Christum admittere, sed semper mortem suam meditabantur, & à cordibus eiiciebant.

DIFFICVLTAS VIII.

Quare dicitur, malos malè perdet, & vineam suam locabit aliis Agricolis.

183. Chrisost. in Matth.

QVæretur quare ex ore Pharisæorum voluit Christus sententiam pronuntiari?

1. RESPONSIO Chrisostomi in Matth. *Quod autem verum responderunt, non est illorum, qui iustè iudicauerunt, sed ipsius causæ; veritas enim ipsis violentiam fecit.* Quasi dicat, magna & insuperabilis est vis rationis, & veritatis, quæ etiam ipsis inimicis violenter repugnantibus cogit, vt exalretur. *Vis rationis magna dissipans corda inimicorum.*

2. RESPONSIO Theophilacti. *Dominus vineæ est Pater filij interempti; & ipse filius interfectus perdet colonos tradens ipsos Romanis & vineam, id est, populum dabit aliis colonis, id est, Apostolis.* Quasi dicat, legantur Acta Apostolorum, & ibi constat, quod tria millia, & quinque millia repentè crediderunt, & fructum copiosum fidei fecerunt. 184 Theoph.cit. in Abulen. q.188 *Romani Agricolas perdiderunt.* Acta Apost.

3. RESPONSIO Augustini de concord. Euangel. *Hac audita sententia Lucas narrat, quod aliqui dixerunt, absit; quia intelligebant, quod contra ipsos parabola loquebatur.* Quasi dicat potest enim putari omnia hæc cum Principibus & sacerdotibus Christum loquutum fuisse; Sed Matth. breuitaris causa tacuit, Lucas vero non tacuit, scilicet, quod ad plebem etiam dicta sit parabola, & quod aliqui responderunt, *absit*, quia intellexerunt clare contra Iudęos dictam fuisse Parabolam. 185 S.August.de cõcord. Eu. Luc. c.2. *Plebs sana intentionis sentit contra potẽtes malè.*

4. RESPONSIO super Matth. *Lucas quidem secundum responsionem oris eorum narrauit; Matthæus secundum responsionem cordis.* Quasi dicat, lingua dixerunt *absit*; in conscientia vero dixerunt malos malè perdere iustum est. 186 Chrisost.super Matth. *Conscientia perhibet verũ testimoniũ etiã malis.*

5. RESPONSIO meo iudicio, ipsi responderunt non intelligentes parabolam malos malè perdet; aliqui vero de vulgo intelligentes, dixerunt, *absit*. Quasi dixissent super Principes sacerdotum odientes & occidentes Christum veniat sententiã iusta ista, super vos verò *absit* quia turba diligebat Iesum. 187 Auth. mens. *Simplicibus reuelata sunt parabola & Mistteria Dei.*

6. RESPONSIO Aulensis quæst.188. *Malos malè perdet, idest, agricolas, qui fuerunt mali in occidendo filium & seruos: Ideo Dominus seruos perdet, & occidet malè, & crudeliter quia multis erant digni cruciatibus, cum talia egissent.* Quasi dicat, Ideò Iudæi crudeliter opprobriis in sempiternum cruciantur in omni ratione, quia tanquam ingrati coloni hæredem vineæ Sabbath occiderunt, & in oculis eorum fructus copiosos maiestatis & sanctitatis Ecclesia Dei, vinea electa, in toto orbe terrarum producit. 188 Abul.q.188. *Qui malè agit malè peribit. Iudæi coloni ingrati semper opprobriati.*

7. RESPONSIO Origenis in Cath. citati. *Sicut Caiphas sic & isti non ex se prophetauerunt contra se, quia tollenda ab eis erant eloquia Dei, & danda gentibus fructum in tempore daturis.* 189 Origen. cit. *Mali contra se nõ ex se dãt sententiam.*

TRACTA

TRACTATVS SEXTVS

Ad mores, *In cap.* 21. *Matthæi de Vinea ab ingratis Agricolis ablata.*

DIFFICVLTAS IX.

Quare Christus Parabolam vineæ proposuit?

190 Abul. citat. in litt.

QVÆSITVM fuit de motiuo principali, quo Christus hanc vineæ Parabolam proposuit?

1. RESPONSIO fuit Abulensis citati in littera; *Quod ad increpationem Scribarum & Pharisæorum.* Quasi dicat sub parabola odium sacerdotum reprehendit, & postea exasperatur, quia malitia eorũ insupportabilis erat. Vnde interrogat Oleaster. Quare Deus Leuit. 4. præcipiebat; *Pellem iuuenci, & totam carnem eius comburi.* Et respondet, *Quia iuuencus pro peccatis sacerdotum offerebatur, & peccata publica persona non sunt diuidenda, sed simul cremanda; quod enim diuiditur, diuulgatur, & detegitur, quod non est in peccatis propter scandalum faciendum.* Quasi dicat peccata personarum indignitate cõstitutarum non publicè corrigenda sunt, sed prius leniter, suauiter, & secretè, postea aspere, si non emendentur.

Oleast. in Leuit. 4. Trãs. Pagn. *Peccata persona grauis non publicè detegenda.*

191 Hinc interrogat D. Basilius Seleusius orat. 17. quare Natan Propheta, quando Dauid ex parte Dei grauiter reprehendere conatur propter magnum suum commissum de adulterio peccatum parabolam de oue ab inope ablata & furata proposuit, vt 2. Reg. patet? Et respondet: *Quia aciem sermonum suorum tegit, & narratur, ferrum celat sub lingua medicamentum gerit, & sensum fallit, vt sensum excitet.* Quasi dicat, increpationes, & effusionem sanguinis prius lentæ fricationes præcedere videmus vt venæ sanguine repletæ suauiter expellant. Sic prædicatores non turbulenter, & rigorosè increpare peccata debent, sed prius suauiter disponere. Propter quod D. Hilarius interrogat, quare in tabernaculo Dei habitaturus prohibetur, *Qui proximo suo malum non fecit, & opprobium non accepit aduersus proximos suos?* Et respondet, *Vt admonitio non sit contumelia, & ne emendatio sit opprobrium, ne sit Doctrina conuitium.* Quasi dicat, in tantum reprehensionis est emendatio delictorum, & hoc non cum rigida statim admonitione consequitur, sed cum blanda & suaui. Vnde Theophilactus queretur aduersus impium seruum, qui suffocabat debitorem suum: *Dicens, redde quod debes Matth.* 18. *n.* 38. *acutissimè ait, Egressus ille, qui veniam obtinuerat, strangulat, ac premit conseruum; nullus enim qui in Deo manet compassionis expers est, sed ille egressus erat, & à Deo iam alienus erat.* Quasi dicat, etiam si debita soluere petamus à peccatoribus, non tamen rigoroso strepitu verborum & impetu reprehensionis statim petere licet, sed benignè prius, & sub parabolis, & metaphoris, vt Christus docet parabolam vineæ proponens, vt malitiam Pharisæorum, & sacerdotum increparet, vt Abulens. adnotauit.

Basil. Seleu. orat. 17. 2. Reg. *Suauizare venas ante sanguinis effusionem cõuenit.* S. Hilar. in Ps. 14. n. 4. *Prædicatoris documentum vtile.* Theophil. Matth. 18. n. 38. *A conspectu Dei separatur qui furiosè recuperat debita.* Abul. citat.

2. RESPONSIO fuit Chrisostomi in litt. cit. *Post priorem parabolam, aliam ponit, vt ostendat eorum accusationem esse maiorem, & venia indignam.* Quasi dicat, abutuntur patientia Dei, qui admonitionibus suauibus plus exasperantur & quasi non audientes de antidoto animarum venena odij faciũt quod nostro Hispano sermone dicitur; *No ay peor sordo que el que no quiere oyr.* Et Tertulian. lib. aduersus gentes fol. 25. *Malunt nescire, quia iam oderunt.* Quasi dicant teste Pamellio in eodem loco citato. *Ne fateantur, aut verũ dissimulent, rei ipsius certiores fieri nolunt.* Quasi dicat increpationibus diuinis reprobi tacendo peiores fiunt, quia verbum Dei, gladio penetrabilius ancipiti est. Vnde Tilmanus in allegoriis super epist. ad Hebræos: *Non enim deest disciplina verbi in magisterio, nec disciplina est expers, cum nomen trahat à verbere verbum Patris.* Quasi dicat, verba sapientis Magistri Christi contra ingratos, & rebelles, quasi stimuli, & quasi *claui in altum defixi*, quia vulnerabat increpationibus & reprehensionibus rebelles ingratos dolosè tacentes. Hinc Cassianus in allegor. Tilmani ait: *Sectio vel vstio salutaris, quæ illis, qui vlcerum contagione putrefacti sunt pie infertur à medico mala tolerantibus existimatur.* Quasi dicat, nec equo calcat, nec emendatio suauis est delinquenti. Et Balduinus in alleg. cit. ait: *Omnis enim disciplina in præsenti videtur non esse gaudij sed mæroris; postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ.* Quasi dicat, qui post suauem reprehensionem, asperam spernit, & in odium conuertit, nucleum salutis animæ suæ non gustabit, sed deteriores semper fient, vt Chrisostomus de agricolis vineam malè operantibus adnotauit.

192 Chrisost. citat. in litt. *Venena ex antidoto facere quid.* Tertul. lib. aduersus gẽtes fol. 25. Pamell. ibi. Hisp locut. Tilm. in allegor. sup. epist. ad Hebr. *Mal tiesta cent & odiũ generant.* Cassian. in allegor. Tilman. Balduin. ibi citat. *Reprehensio prius amara postea dulcis. Reprehensio aspera non spernenda.*

DIFFI

DIFFICVLTAS X.

Ad quid apparatus vineæ collocantur.

193 Abul. citat. in littera.

QVæsitum fuit quare Christus vineam suam tantis & talibus circumstantiis ornauit?

In cordibus iustorum magnificatur Deus.

1. Responsio fuit Abulens. in litt. cit. *Ad ostendendam excellentiam, & magnitudinem munerum suorum vt vinea magnificaretur*: Quasi dicat nimis honorati sunt amici Dei, & viles nimis inimici eius apparent. Vnde interrogat Oleaster quare Exod. 6. dicitur: *Accipiam vos in populum, & scietis, quia ego Dominus, qui educo vos de oneribus Ægypti?* Et respondet: *Attende quæso quales nos accipit Deus, & quales reddat nempe seruituti obnoxios oneribus detritos miseros, & miserabiles.* Quasi dicat, considera qualem vineam synagogam elegit, vt Isaias depingit cap. 16. *Proiecta eras super faciem agri in abiectione animæ tuæ in die qua nata es*, &c. Ideo refert modò ingratitudinem Iudæorum, qui vineam, quam ipse sic magnificauit, cum eam plantauit illi suis peccatis, & abominationibus eam fœdauerunt, & quasi aper de sylua exterminauerunt. Ideo sequitur Exod. 6. *Scietis quia ego Dominus qui educo vos de oneribus.* Vbi Oleaster ait: *Vult Dominus nos scire beneficia eius, & hac pœna punire solet ingratos, scilicet, ignorantia beneficiorum suorum. Ideo Psalmista enixe petebat Illuminet Dominus vultum suum super nos & misereatur nostri vt cognoscamus in terra viam tuam.* Quasi dicat sola cognitio beneficiorum diuinorum sufficiens est ad aperiendos oculos, & veritatem diuinam cognoscere confundendo nos tanquam ingratos & cæcos ad apparatus, & magnificentiam Dei videndos & gratificandos.

Oleast. in Exod. 6. Transf. Pag. *Vinea animæ sine cultura Dei misera.* Isaiæ 16. transf. Pag. *Aper rapax animal immundum.* Exod. 6. Ps. 66. n. 2. *Cogitatio beneficiorum Dei aperit oculos animæ.*

194 Vnde interrogat Bernardus in allegor. Tilman. citat. quare Marci 21 dicitur de parentibus Præcursoris Domini, *Erant autem iusti ambo ante Deũ in omnibus mandatis & iustificationibus Dei sine querela.* Et respondet: *quia Zacharias memoria Domini; Elizabeth Dei mei saturitas interpretatur.* Et addit: *Merito tales iusti interpretantur, & sine querela diuina & humana, quos diuinarum rerum memoria à malis cogitationibus, & dulcedinis superna satietas ab omni praua delectatione reddebat immunes.* Quasi dicat hominibus gratis, & memoria semper beneficia Dei retinentibus, multiplicat indesinenter Deus honores, & magnificentiam suam cum illis. Hinc Oleaster citatus in Exod. 6. ideo dixit Euangelista Lucæ 1. *Et audierunt vicini & cognati eius quod magnificaret Dominus misericordiam suam cum illa.* Quasi dicat, gratis animis in brachio extenso, & in iudiciis magnis ostentat Deus apparatus magnificentiæ suæ. Et Bernard. loco cit. *Zacharias apparitionis Angelicæ honoratur conspectu, Elizabeth Dominici aduentus in virginem cognitione dignius sublimatur in merito.* Quasi dicat, Animæ iustorum gratæ quasi vinea Sabbaoth in cogitationibus suis Deum magnificant & ornant, & flores, fructus, & foliorum pulchritudo earum quasi in apparatu Regio exaltant Dominum; propter quod ab Angelorum custodia amplificè muniuntur; quia in cordibus gratorum, & suorum iustorum requiescit Deus, & ab exercitibus Angelorum custodiuntur, quia ibi dormit, & requiescit in memoria eorum, quia sua beneficia recolunt.

Bern. in alleg. Tilman. cit. Marci 21. *Memoria beneficiorum Dei causa maiorum.* Oleast. in Exod. 6. Lucæ 1. *Apparatus Dei cor gratum.* Bern. in alleg. cit. *Grata anima requies Dei sunt.* *Angeli custodia gratorum.*

Vnde interrogat D. Ambrosius, quare Genes. 2. n. 2. dicitur. *Quod requieuit Deus ab omni opere, quod patrarat?* Et respondet, *Quia requieuit in recessu hominis, requieuit in eius grata beneficiorum memoria.* Et addit: *Fecerat enim hominem rationis capacem imitatorem sui, virtutum æmulatorem.* Quasi dicat, non requieuit Deus, cum cælum & terram produxisset, cum animalia omnia, aliasque creaturas omnium conditor condidisset, non requieuit quia nondum hominem fecerat, qui solus Dei requies est, suique imitator in gratitudine, quia magnus est Dominus, & laudabilis nimis, quod de minimis nostris operibus gratissimus est. Et ideo non in creatione vniuersi orbis magnificari voluit, sed in apparatu microcosmos, id est, parui mundi, qui est homo gratus, cuius cor de quasi vinea Sabaoth nobilitatur, magnificatur, & honoratur, vt adnotauit Abulensis citatus. 195

D. Ambros. lib. 6. exameron c. vltimo. *Capax gratitudinis requies Dei. Microcosmus mundus paruus.* *Cor gratum Dei apparatus.* Abul. citat.

2. Responsio Chrysostomi in litt. cit. *Per sepem custodiam Patrum intellige, qui tanquam murus facti sunt Israel. Per torcular, verbum Dei, quod torquet corda hominum, & cruciat impios.* Quasi dicat, prædicatores, & scriptores Sacræ paginæ doctrinis & scriptis vineam Dei custodiunt, id est, Ecclesiam defendunt, & propagines nouellas peccatorum quotidie plantant. Vnde interrogat Oleaster, quare dicitur Numer. 23. quod *Posuit Dominus verbum in ore Balaam & leuauit similitudinem suam, vel parabolam*, vt alij legunt: Et respondet, *Quia Hebraismus est pro sugerere alicui, quod dicat.* Quasi dicat, Prædicatores & scriptores ex fontibus sacræ scripturæ, vbi diu noctuque laborant, quasi infantes ad vbera matris suæ sugentes; fontes dulcedinis & lactis doctrinæ sacræ hauriunt, & fiunt quasi murus æris candentis contra hæreticos, & peccatores tela ignea spuantes. Vnde Cant. 2. Ecclesia quasi exaltans se de filiis scriptoribus & Doctoribus ait: *Ego murus & vbera mea sicut turris.* Et addit Oleaster. ideo dicitur Numer. 23. *Leuaui similitudinem, vel parabolam meam, quia cantando Balam prophetauit, & benedixit populo Dei, sicut Isaias prophetizans dicebat, Cantabo dilecto meo canticum nouum.* Quasi dicat Prophetæ & Prædicatores dulciter pronunciando verbum Dei, sepem vineæ Ecclesiæ Dei circundant; & custodiunt, quia sunt murus, & scutum eius. 196

Chrysost. in litt. citat. *Scriptores murus Ecclesia Dei. Torcular verbum Dei corda premens.* Oleast. in Numer. 23. Transf. Pag. *Hebraismus sugerere verba quasi dicere.* Cant. 2. *Scriptores contra Hæreticos fulgura proiiciũt ignea.* Oleast. in Num. 23. Transf. Pag. Isaiæ cap. 5. num 1. *Prædicatores scutum & murus.*

Quod autem torcular vineæ sit verbum Dei, quod cruciat peccatores, & lætificat iustos, audi Bernardum explicantem responsum, quod Christus fœminæ laudanti vbera, quæ ipsum lactauerunt, cui Dominus: *Beati, qui audiunt verbum Dei*, &c. Et addit Bernardus: *Vultis nosse, quàm Beati? Primum quidem sonans in auribus animæ, vox diuina conturbat, terret, diiudicat. Sed continuo, si non auertis aurem diiudicat, liquefacit, calefacit, illuminat, mundat, denique & cibus noster est, & gladius, & medicina, & confirmatio, & requies, & resurrectio, & consummatio nostra.* Quasi dicat, audiat illud peccator, & conturbabitur venter eius, à voce illa carnalis anima contremiscet. Et addit: *Omnia namque cordis secreta rimatur sermo viuus & efficax* 197

Bern. in alleg. cit. Galf. sup. Lucam. Bern. cit. *Proprietates verbi diuini.* Ber. cit. *Verbum Dei rimat secreta cordis.*

efficax, si cor tuum induratum est, emittet verbum suum, & liquefaciet illud. Si tepidus es, & euomi formidas, non discedas ab eloquio Domini, & inflammabit te, quia Ignitum eloquium eius vehementer. Quod si tenebras ignorantiæ plangis diligenter audi, Quid loquatur in te Dominus Deus tuus, & erit lucerna pedibus tuis verbum Dei & lumen semitis eius. At forte tanto amplius doles, quanto clarius etiam peccata minuta illuminatus agnoscis. Vides quomodo verbum Dei est torcular, vbi corda peccatorum calcantur, & vinum compunctionis, & doloris exprimitur.

Torcular verbum Dei.

198 Repara verbum illud, *Quanto amplius doles tanto illuminatus peccata minuta agnoscis.* Quasi dicat, quod sicut in torculari, quo lignum plus ponderis habet, & torquet, exprimitque racemos plus vinum purificatum exit, sic verbum Dei, quo plus corda peccatoris vrget & premit plus corda purificata relinquit, & odore suauitatis incensa, & à Deo benedicta ascendunt.

Compunctio exprimit cor & odores suauiores effundere facit.

199 Vnde interrogat Oleaster, quare dicitur Genes. 2. n. 2. quod *Benedixit Deus diei septimo, & sanctificauit illum?* Et respondet: *Sanctificare in Hebræo idem sonat ac separare, aut separari appellationibus, & applicare cultui diuino.* Quasi dicat, nulla maior benedictio, nullum beneficium maius Deus homini potest conferre, quam vt efficacia verbi diuini separet eum de mundo & lachrymis cordis expressis, & gladio ancipiti prædicationis cultui diuino, & seruitio eius se dicare; quia ideo Prædicatores torcular vineæ Dei sunt, quia premunt, & cruciant peccatores, vt Chrysostomus in littera adnotauit, & solent mundum relinquere, & Religionis habitum recipere.

Oleast. Gen. 2. n. 2. *Hebræa significatio. Benedictio diei est separari ab illicitis.* Chrys. citat. *Verbum Dei premit & vrget & Religiosos facit.*

DIFFICVLTAS XI.

Quare dicitur, quod locabit eam agricolis, & peregrè profectus est?

QVæretur, quare dicitur, quod vineam suam Pater familias agricolis locabit, & non vendidit?

200 1. RESPONSIO fuit Iansf. sua in concordia. *Quia qui vendit dominium suum tradit ementi; qui vero locat partim fructuum dat locanti & partim reseruat sibi, vt redditus soluat suo tempore.* Quasi dicat Decimas & primitias, & facultates, quas Episcopi, & sacerdotes accipiunt, attendant, quod illis non tanquam proprietariis, sed tanquam administratoribus tribuuntur. Vnde interrogat Oleaster, quare dicitur Leuit. 5. *Munera dantur sacerdoti.* Et cap. 6. *Et pecuniam in manu eius negotiationis gratia,* vt Chald. legit? Et respondet; *Quia sacerdotes ita hæredes Dei sunt, vt pecunias & diuitias in manibus accipiant negotiationis gratia.* Quasi dicat, facultates, & Ecclesiasticæ diuitiæ, tanquam in depositum exhibentur, vt sacerdotes & Episcopi pauperibus distribuant. Et addit Oleaster in Hebræo. *Depositum per* Gazal *deriuatur; quod etiam rapinam significat.* Et vult significare, quod qui depositum accipit pro pauperibus, caueat ne in rapinam conuertat prodige & male reddituus Ecclesiasticos distribuendo. Et addit Oleaster *Quod in Hebræo* Gozal, *idem etiam est, quod* Pipio, *quod est rostrum auis;* Et erit sensus, *Quod à rostro matris, aut patris cibum rapit, qui decimas, & primitias Ecclesiasticas malè & profanè distribuit.* Quasi dicat, Veh sacerdotibus & Episcopis: qui decimas, & diuitias Ecclesiasticas, quæ de ore & rostro matris pauperis auferuntur, vt illis dentur in vanitatibus, & consanguineis dilandis, redditus tales consummant, quasi essent proprietarij & Domini decimarum, cum verè & realiter sint agricolæ, quibus vinea Domini locata est, non vendita, vt Iansenius adnotauit.

Iansf. sua in concord. *Proprietariorum non datur locanti sed ementi. Episcopi non sunt proprietarij facultatum.* Oleast. Leuit. c. 5. & 6. Trãs. Pagn. Trãs. Chald. *Gazal idem quod depositum.* Oleast. citat. *Hebræa dictio gazal idem quod depositum. Pipio seu rostrum auis. A rostro vel ore matris decima auferuntur male destributa.* Iansf. citat.

201 2. RESPONSIO fuit Abulensis citati in littera: *Peregre profectus est: nam si maneret in regione illa, non auderent mala facere, vel quia sine valore agnoscebant Patrem familias.* Quasi dicat ita præsentia ad regimen subditorum est necessaria, sicut & valor & fortitudo, & e contra, quia vnum sine altero nil valet. Vnde interrogat Chrysost. hom. 47. in Genes. Quare Iacob socero suo Laban dixit Genes. 31. num. 40. *Die noctuque æstu vrebar, & gelu, fugiebat somnus ab oculis meis?* Et respondet, vt se à querimonia soceri sui tueretur, & torpentium Prælatorum argueret negligentiam. Verba Chrysostomi sunt: *Vidisti Pastoris vigilantiam, vidisti intentum studium.* Et addit Doctor egregius; *Qualem habebunt excusationem ij quibus rationales greges crediti sunt, & magnam præferunt negligentiam.* Quasi dicat, si die, noctuque gelu, & æstu debent assistere boni Præsules, quid iudici respondebunt Pastores, qui neque oues visitant, neque gregibus, & communitatibus assistunt; sed via illorum in Regione longinqua semper stat, voluptuosè viuendo, & splendide epulando, subditis vero pereuntibus fame verbi diuini.

Abul. cit. in litt. *Præsulis præsentia necessaria.* Chrys. hom. 47. in Gen. Genes. 31. n. 40. *Pastores querelas neglegentia excusant. Vita Prælatorũ longè distat à subditorum vita. Pastores negligentes in admonendo oues perdunt.*

202 Hinc interrogat Petrus Blesensis, serm. 40. quare cum Lucæ 12. num. 35. Christus dicat *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris,* Cum de Dragma perdita & à muliere inuenta, sic idem Dominus, & Magister noster ait Lucæ 15. num. 8. *Quæ mulier habens dragmas decem, si perdiderit dragmam vnam, nonne accendit lucernam.* Quare igitur tunc plures lucernas Apostolis præcipit habere, & nunc vnam tantum indigere testatur, vt perditam dragmam inueniat mulier? Et respondit: *Non sine causa dictum reor; lucernæ ardentes sint in manibus vestris, subditis sufficit lucerna in manu, quia per se tantum reddituri sunt rationem iudici cuncta cernenti, Prælatis verò non sufficit, nisi in vtraque manu ferant.* Quasi dicat, audiant, & vigilent indesinenter Præsules ignaui & torpore imbuti, quod in vtraque manu decem digitos habentes lucernis totidem ardentes gestare debent huc illucque progredientes, & semper vigilantes super gregem sibi commissum: nam si longe progressus est Pater familias, agricolæ neque redditus, neque debitum animarum suarum soluere dignantur, quia absens est Dominus vineæ, vel quia valore carere agnoscunt agricolæ, vt Abulensis adnotauit.

Petr. Bles. serm. 40. Lucæ 12. n. 35. Lucæ 15. n. 8. *Prælati vtraque manu lucernas plures accendũt. Digiti manus lucernæ ardentes ex Platonis sententia. Prælati mali non valentes latrare damnantur.*

DIFFICVLTAS XII.

Quare dicitur, quod agricolæ apprehensis seruis alium ceciderunt, alium occiderunt?

QVæritur, quare serui Patrisfamilias legatos & nuncios crudeliter tractauerunt?

Lyran. in litt. citat. 1. RESPONSIO fuit nostri Lyrani in litt. citati, *Qui Reges Prophetas occidentes propter verba diuina contra eos pronunciantes, enumerat.*

103 Reges facillimè fastidium capiunt. Quasi dicat, multi Reges audiendo veritates complacent sibi, & de colloquiis familiaris, & priuati solent delectari. *Sed maledictus homo, qui confidit in homine*, Sed in Deo, qui verè amicus est solus: nam pro minimo Reges fastidiantur, & amor in odium conuertitur. Vnde interrogat Oleaster.

Oleast. in Gen. 22. Trãs. Pagn. Quare dicitur Genes. 22. *Et recordatus est Dominus Sarai, quemadmodum dixit*, Sic legit Pagnin? Et respondet, *Quia inter cætera, quæ in Deo relucent, præcipuum est, vt non solum quæ promiserat, compleat, sed quod permaneat in promissis.*

Reges inconstantes crudeles sunt. Et addit: *aduerte, quod non obstante visu Saræ, & Abrahæ Dominus quod promiserat, adimpleuit, vt in hoc suam ostenderet veracitatem.*

Pauli axioma. Quasi dicat cum Apostolo: *Est autem solus Deus verax Rex & Princeps; omnis autem homo mendax & inconstans in promissis.*

Tilman. in alleg. sup. Ps. Ioan. 18. Hinc Tilmanus in allegor. super Psalmos ait: *Rex solus verus, atque sublimior Christus quia regnum non habet terrenum vt Ioan. 18. patet, quia magis regno potitur in animas credentes suo permanenti, & vero verbo.*

Amor verus nì est varius. Quasi dicat gloriosus est Deus in sanctis suis qui eum indesinenter diligunt; quia verax & permanens est in suis promissis, & multum patiens, & benignus non sicut Reges terræ, qui pro minimo fastidiantur, & si in aliquo familiares sui deficiunt, exterminantur.

104 Oleast. in Gen 40. Trãs. Pagn. Hinc interrogat Oleaster, Quare dicitur Gen. 40. *Iratus est Pharao contra Principem pincernæ, & pistorum?* Et respondet, *Quia hoc communiter seruis Principum euenire solet, vt propter facilem causam in carcerem detrudantur, & vna hora perdãt, quod tota vita sua meruerunt.*

Fauor Regũ inconstans. 4. Reg. c. 21. Marci c. 6. Quasi dicat, attendant priuati, & familiares à Regibus, quod varia, & iniusta res Principis animus est, vt qui pro re minima hominem summè euehat pro nihilo deprimat, vt in Manasse patet, qui primum diligebat Isaiam, & pro veritate vna prædicata serrare eum iussit.

Prædicatores facilè exulantur à Tyrannis. Et Amos propter aliud vecte tempora Osiæ transfixit, & Ioas lapidauit Zachariam, & Herodes propter saltatricem Præcursorem, quem diligebat, & eo audito multa faciebat decapitari permisit; quia omnes agricolæ crudeles serui Dei verba veritatis prædicantes & redditus vineæ Domini quærentes atrociter exulant, verberant, opprimunt, & crudelitatibus occidunt.

105 Iansen. cit. in littera. 2. RESPONSIO Iansenij in litter. citat. *Mirè commendata est lenitas, & patientia, qui post vnam, & alteram iniuriam expectauit, vt resipiscerent, nec destitit alios seruos mittere.*

Patientia impassibiles facit. Quasi dicat per patientiam Sancti impassibiles fiunt, & impij propter eximiam Dei tolerantiam deteriorantur. Vnde interrogat Oleaster, quare

Oleast. in Exod. 11. Trãs. Pagn. Exod. 11. dicitur, *Quod Moyses egressus ab ira & odio Pharaonis orauit Dominum?* Et respondet, *Quia mirabilis est Sanctorum patientia, quam à Domino didicerunt, vt quoties prouocantur, toties indulgeant, & pro inimicis orent, & nihil iniuriarum meminerint.*

Oratio immemor iniuriarum. Quasi dicat, prædestinati semper ex patientia Dei motiuum amoris diuini hauriunt, & sequentes exemplum. Christi iniuriarum immemores sunt, impij autem reprobi è contrà, à malo cessare non desistunt; imò plus peccant, & licentiosiùs, quia tempus punitionis dilatare conspiciunt.

Gen. 16. Vnde Gen. 16. dicitur, *Nondum completa est punitio Amorræorum.*

Cogitatio Peccatoris peribit. Quasi dicat huc vsque patientia Dei peruenire potest, vt ad pœnitentiam spectet ingratos, qui semper meditantur, quod punitio peccatorum suorum non perueniet, quia Deus nimis spectat, ideòq; Tertulianus lib. du fuga in perseq. c. 1.

Tert. lib. de fug. in perseq. *Sed quando Deus magis creditur, nisi cum magis timetur tempore tribulationis.* Et addit: *Ideo videtur persecutio à diabolo euenire, à quò iniquitas agitur.*

Iustitia iniustia persecutionis perficitur. Quasi dicat, iustitia in iniquitate persequutionis perficitur, sicut & virtus in infirmitate: nam qui iniuriis afficitur quotidianis, & non desistit persequutoribus benefacere ab iniquitatibus persequutorum, quasi per ignem aurum resplendens, & purificatus apparet, & tunc iniquitas à Diabolo commota videtur, & virtus perfectissimæ patientiæ per Dei gratiam demonstratur.

106 S. Aug. in Psal. 108. Vnde Augustinus in Psalm. 108. *Quando aliquos sentimus ingratos, non solum non reddentes bona, sed insuper reddentes mala pro bonis, oremus vt animum nostrum Deo opitulante vincamus.*

Animum offensum opitulari ingens virtus. S. Basil. orat. 9. Et D. Basilius orat. 9. *Quale spectaculum quàm graue, & admirandum ipsam naturam humanam exuperans, animum mansuetum præfigere pro eo qui iniuriam continuam pertulit.* Quasi dicat non desistere à beneficiis illis eos, qui non semel, sed semper meditantur iniustitiam, & operantur mala, contra patientem, Dei virtus est, non humanæ naturæ opus.

S. Chrisost. Serm. Deum laudemus. Et D. Chrisostomus ponderans patientiam illorum, qui quoties prouocantur ad vindictam, toties indulgent, ait in sermone, qui intitulatur *Deum laudemus fide formata exemplo Sanctorum. Fuit tibi quisquam (ait) iniurius, aut malo affecit, ingemisce, ne maledictis incesseris; funde lachrymas non iniuria gratia, sed ob iniuriam inferentis interitum.*

Iudæ mortem æternã Christus plorauit. *Quemadmodum & Dominus tuus Iudam deplorauit; non enim quod cruci suffigeretur deflebat, sed quod se ille esset ad sui perniciem proditurus.*

Plato in Gorgia. Vnde Plato dicebat in Gorgia. *Semper eum qui intulit, eo qui sustinet iniuriam esse miseriorem.*

Ingrati beneficiis deteriores praciti, & reprobi. Quasi dicat, plus lugendi sunt peccatores ingrati, qui beneficiis deteriorantur, quam qui iniuriam patiuntur; quia impij abutuntur patientia Dei, eo quod apprehensis seruis suis ab ingratis agricolis non destitit alios, & alios mittere, vt redditus sibi debitos nuncuparent, vt Iansenius adnotauit.

Ians. citat.

DIFFICVLTAS XIII.

Quare dicitur Verebuntur fortè filium meum.

207. Abul. in litt. citat. *Inuerecundi non timent offensam Dei.*

QVæretur, quare Paterfamilias existimauit filium suum venerari? 1. RESPONSIO Abulensis citati in littera. *Quia serui non digni tanti honoris, sicut filius heres Patrisfamilias.* Quasi dicat famuli qui Dominum suum offensum non erubescunt inuerecundi sunt: nam serui Dei fideles & honorati plus ruborem vnius delicti, quam mortem timent. Vnde interrogat Oleaster, Quare cum Adam & Eua in gratia Dei perstiterunt in paradiso collocati, dicitur de eis: *Erant autem vterque nudus, Adam scilicet, & vxor eius, & non erubescebant*, Gen. 2. n. 25. vel vt legit Pagnin. *Erant ambo nudi, & non pudebat eos?* Et respondet, *Quia fatum peccati constat esse verecundiam.* Quasi dicat, Parentes nostri in paradiso iusti & innocentia præditi non habebant peccatum; & ideo non erubescebant, quia verecundia in facie iustorum plus torquet, & trucidat quàm dolorosa ipsa mors. Hinc Tertulianus monens Christianos, ne timore tormentorum fidei confessionem abnegarent, quia plus verecundiam negationis postea quam ipsam mortem sentirent, ait, lib. 10. de fuga in persequ. *Moriatur quoquo modo aut victus, aut victor: nam etsi negando ceciderit, cum tormentis tamen præliatus malo miserandum, quàm erubescendum.* Quasi dicat ingenti martirio, & longiori tormento cruciabitur qui verecundiæ rubore confunditur.

Oleast. in Gen. c. 2. Transf. Pag. Gen. 2 n. 25. *Verecundia plus morte torquet.* Tertull. lib. 10. de fuga in pers.

208 Rupert. lib. 3. in Cant. *Duplex verecundia statu.*

Vnde Rupertus. *O verè laudabilis verecundia, vbi & intus conscientia munda, & foris facies verecunda est: nam vbi est aliquid, quo mens erubescat, non adeo laudabile est, si completam faciem rubor perfundat.* Quasi dicat, est verecundia, quam crimen gignit, altera quam sanctitas; & modestia parturiit. Prima honorificentiam indicat, secunda innocentiam; carere vero vtraque insolentiam, & inuerecundiam denotat. De prima inquit Ambrosius lib. 1. de pœnitentia c. 13. interrogans, Quare Apostolus 1. Cor. 7. n. 9. dicit, *Melius est nubere, quam vri?* Et respondet, *Quia est flamma, quæ interna vrit.* Et addit; *Ignem igitur non alligemus in sinu mentis, & recessu pectoris, neque interioris nostri vramus exuuias, & forense hoc nostræ animæ vestimentum, velamenque carnale edax libidinis, flamma consummat.* Quasi dicat, ignem & flammam habes, quæ omnia depascitur: velum modestiæ, ac verecundiæ tegmen quære, quo his flammis occurras; *Quia pro multis inverecundis sceleribus sola verecundia sufficiebat, dixit Chrisologus de filio perdito & luxurioso.* De secunda autem verecundia ex honestate procedente ait Benard. ser. 7. in cant. *Quare honestissima illa virgo, quam Ioannes in Apocalipsi vidit cap. 12. gestabat in capite eius coronam stellarum duodecim?* Et respondet; *Quia gratissima sane gemma in diademate.* Et addit: *Micans in capite stella rubor in facie animæ verecundæ.* Quasi dicat, splendores, & fulgores, qui ex corona gemmis

S. Ambr. lib. 1. de Pœnit. c. 13. 1. Cor. 7. n. 9. *Velũ est modestia quæ in facie nascitur.* Chrys. serm. de filio prodigo. Bern. ser. 7. in Cant. Apoc. 12. *Verecundia faciem pulchriorẽ facit.*

imbuta procedebant, non aliunde nisi à verecundia, & rubore exibant, eo quod tanto honore, & gloria coronata virgo apparebat; Et quia omnes vultum eius splendentem, & pulchrum respiciebant admirantes. De anima vero, quæ vtráque verecundia caret, audiatur vetus epitalaminm.

Quæ verecunda esse non vult se lupanari parat. Quod nostro Hispano sermone dicitur, *Qui en no tiene mesura, toda la villa es suja.* Vnde Gregorius Nazianzenus oratione in laudibus Gorgoniæ: *Audite mulieres quæcumque ad ostentationem, nimirum comparatæ estis, nimiumque præcipites pudorisque velum aspernamini. Quanam oculis aquè frænauit.* Quasi dicat, aspernatur tanquam impudica, & enormis, quæ puritatem non amat, quæ castitatis naufragium non timet, quia pudoris tegmen magis necessarium est, quam capitis velamen. Et D. Ambrosius citat. lib. de pœnitent. *Tegmen caput velat, ne temerè videatur, aut videat, vultus absconditur.* Et addit: *Quanto magis celare se debet, pudoris tegmine, vt etiam in publico habeat suum ipsa secretum.* Quasi dicat, qui velo pudoris carere contemnit inuerecunda, pessima est, nihil trepidat. Vnde Hispani de meretrice inseparabili dicunt, *Si perdio la verguença rematada esta.*

Inuerecunda lupanari comparatur. Hispana iis quæ te. Greg. Naz. orat. in laud. Gorgoniæ. *Pudor mentis virum velamen.* Ambr. cit. lib. de Pœn. *Moniales pudorem velo manifestant.*

209 Chrysolog. serm. 115.

Vnde Chrysologus de agricolis, quibus vinea synagogæ tradita fuit, vt redderent fructus tempore suo, & tanquam ingrati inuerecundi, neque filium hæredem verebantur, ait: *Occurrit tanto viro (id est, hæredi Patrisfamilias) Synagoga non compta moribus, non monilibus ornata virtutum, non ingressu grauis, non vere illo flammeo virginalis verecundiæ operta velamine lasciua oculis soluta, gressibus prauenta illecebris, & tota dolis, & simulationibus perfucata.* Quasi dicat, agricolæ inuerecundi, non solum filium hæredem reuerebantur sed pleni dolis dixerant; *Ecce hæres venit, occidamus eum tota dolis, & simulationibus perfucata*; Quia absque verecundia imo inuerecunda dicebat, *Occidamus hæredem, & eiiciamus eum extra vineam*, cum Dominus filium suum misit, dicens *Verebuntur fortè.* Sed serui inuerecundi, & sine honore offensam contra Deum, & Dominum suum, non verentur vt adnotauit Abulensis citatus in littera.

Synagoga & filij eius dolosi inuerecundi. *Inuerecundi nil timent.* Abul. cit.

210 Hilarius citat. in litt. *Inimici nihil mereri alios reputant.*

2. RESPONSIO Hilarij in littera citati: *Eiecerunt eum extra vineã, quia alienum eum esse iudicarunt à vinea & colonis.* Quasi dicat, odium alienum, & totaliter indignum ab omni gradu honoris, quos abhorrent, diiudicant. Sed quo plus vilipendio exhonorantur, solet Deus nimis eos exaltare vt gradatim ascendant, vt gradus patienriæ coronentur. Vnde interrogat Oleaster, quare dicitur Genes. 37. *Ioseph pascebat cum fratribus suis pecudes?* Sic legit Pagninus, Et respondit.. *Quia finit Dominus electos suos ad infima deiici, vt postea ab illa vilitate eos ad suprema extollendo gloriosior appareat.* Quasi dicat, hoc testatur Psalmista Ps. 80. *Testimonium in Ioseph posuit illud, linguam quam non nouerat audiuit; diuertit ab operibus dorsum eius manus eius in cophino seruierunt*, id est, in canistro, quo lateres ad opus deseruiunt, quod nostro Hispano sermone dicitur: *Lleuana las piedras y barro en las angarillas, en los hombros.* Et addit Oleast. *Ioseph cum filiis ancillarum posuit, vt postea faceret inter Principes sapientiam loqui.* Quasi dicat

Oleast. in Gen. 37. Transf. Pag. *Tyranni indignos fastidio sos vocant, quia eos odiunt.* Ps. 80. *Cophinũ idest quasi angarillas do se lleuan piedras.* Oleast. cit.

Valde periculosum animæ viuere inter odientes suprema occupantes loca.

dicat, vide quam periculosum est inter eos viuere, qui nos odio prosequuntur; quia tanquam vilem filium ancillarum tractant, qui super capita eorum meretur honorari.

211 *Tertul. lib. de fuga c.8.*

Vnde Tertullianus; consolationem tribulatis benemeritis sub potestate tyrannorum sine honore existentibus tribuens dicebat lib. de fug. in persec. c.8. *Hoc sentire & facere omnem seruum Dei oportet etiam minoris loci, vt maioris fieri possit, si quem gradum ex persecutionis tolerantia ascenderet.* Quasi dicat, qui in infimis locis plenus studiis & laboribus ab ignorantibus supremis collocatur, patienter sustineat, quia ex persecutionis tolerantia (solet & fere semper) ad sublimia ex infimis collocat Deus patienter sustinentes opprobria aliorum, qui existimant, sicut coloni ingrati eiicere hæredem de vinea, occidere, & sepelire extra eam; quia alienum ab omni honore iudicarunt, quem abhorrent, vt Hilarius adnotauit.

Studiosi inhonorati patienter expectent misericordias Dei.

S. Hilar. cit.

DIFFICVLTAS XIV.

Quare dicitur, Malos malè perdet, & vineam suam locabit agricolis.

212 QVæsitum fuit, quare ex ore inimicorum agricolarum voluit Dominus sententiam pronuntiari?

S. Chrisost. in litt. citat.

1. RESPONSIO fuit Chrisostomi in littera citati; *Quia veritas ipsis violentiam fecit.* Quasi dicat, cum iudices arbitri suot inimici, tunc veritas magis ac magis elucescit. Vnde interrogat Oleast. Quare Exod. 18. cum Moyses socerum suum gentilem, & idololatram iudicem constituisset suarum afflictionum, eo iudicante dicitur n.24. *Quibus auditis verbis Moyses fecit omnia, quæ ille suggesserat.* Vel vt Pagninus legit: *Paruit Moyses voci soceri sui?* Et respondet; *Quia hinc admonentur homines, ita præsentare debent causas, quod ab inimicis ethnicis, & gentilibus iustificati videantur.* Et addit: *Docentur hic sapientes alterum audire consilia, & sic diiudicare, quod qui ex aduerso est vereatur aliquid in contrarium dicere.* Quasi dicat, magna est veritatis vis, quæ etiam inimicos torquet, & facit eam proclamare, & pro afflictis, & persecutis in fauorem proferre sententiam.

Arbitri iudices, inimici veritati plus auscultant. *Oleast. in Exod. 18. n. 24. Transf. Pagn.* *Veritas in ore inimicorum plus elucet.*

213 *Tertul. de fuga in pers. cap. 1.*

Vnde Tertulianus ait: *Arbitrium Dei est ad iudicandum causas eorum Christianorum, & in manibus inimicorum collocare permittit, asseuerans, quod Diabolus, qui persecutiones contra fideles exurgit ipsos Ministros detestabiles cogebat, vt veritatis instructiones violenter pronuntiare facit:* *arbitrium enim* (inquit Affricanus de fug. in pers. cap.1.) *Domini persecutio propter fidei probationem, ministerium autem iniquitas Diaboli propter persecutionis instructionem.* Quasi dicat, ipse Diabolus, qui instruebat verba & corda Iudæorum contra Doctrinam à Christo prolatam iudices eos fecit arbitros, & suo ore se iudicarunt, dicentes, *Malos malè perdet, & vineam suã aliis locabit.* Quasi dicat, crudelitas agricolarũ meretur, vt vinea transferatur, & aliis locetur.

Diabolus ad mala prouocat & cogit bona pronuntiare.

214 *Oleast. in Exod. 19. Trãs. Pagn.*

Vnde interrogat Oleast. quare Exod. 19. dicitur. *Et portans vos super alas aquilarum?* Et respondet, *Quod dictio* Canaph *in Hebræo idem est, ac Latine Ala, vel fimbria.* Quia in modum Alæ fimbria extenditur, & colligitur. Et addunt Hebræi: *Quod Aquila nidum multoties mutat cum à sagittariis malè tractatur.* Nunc respondet Oleast. *Portauit vos super alas aquilarum; quia Iudei in Ægypto erant quasi pulli, sed afflicti, occisi, malè tractati: Dominus vero quasi Aquila, qua ex malo loco suos pullos in bonum transfert, ab Ægypto, vbi tam malè vexabantur, transtulit in terram opulentam.* Quasi dicat teste Dauid *Vineam de Ægypto transtulit.* Deut. 32. *Expandit alas suas, portauit eum super eas.* Et addit Oleast. *Quod aquila alis suis pullos tegit, & quando eos fessos videt, alas extendit sub eis, vt sic eos teneat; si vero solem pulli renuant videre eos præcipitari desinit, & nidum suum in præruptis silicibus collocat.* Quasi dicat in figura, quod Iudæis hodie contingit, quia propter improbitatem, & crudelitatem eorum tanquam malos malè perdidit, & in præcipitium occasionis suæ ceciderunt, & vineam suam Ecclesiam electam in præruptis silicibus gentilium collocauit, vt ex ore Iudæorum indicatum est, cum dixerunt, Et vineam suam aliis collocauit, vt Chrisost. adnotauit.

Chanaph dictio Hebræa. Ala idẽ quod fimbria. *Aquila multoties nidum mutat.* *Oleast. cit. Ps. 79. n. 9. Deut. 19.* *Aquila pullos probat in sole.* *Ingrati in præcipitium collidentur Deo permittente.*

Chrisost cit.

215 *Auctoris meus. Luc. cap. cit.*

2. RESPONSIO *Linguâ, dixerunt Absit*, vt Lucas insinuat; *Ore vero Malos malè perdet.* Quasi dicat, confusi Iudæi, attoniti, & conuicti permanserunt, & ore dixerunt, *absit*; corde vero ex verecundia sub centro terræ vellent abscondi, quia conclusi fuerant ex propria sententia dicentes, malos malè perdet. Vnde interrogat Oleaster, quare cum plagam aquarum in sanguinem conuersarum Ægypti viderunt confusi, & stupefacti dicitur Exod. 6. n. 24. *Quod foderunt omnes Ægypti per circuitum fluminis, vt aquam biberent; non enim poterant bibere de aqua fluminis sanguinea.* Et respondet. *Quod verbum* Chaphar *in Hebræo idem est Latinè quod fodere, & ex consequenti erubescere: nam erubescens ex verecundia vellet se infodere seu sub terra abscondere. Vnde in Ps. 17. dicitur Chaprei idest, erubuerunt, quærentes animam meam, aut infodire voluerunt se sub terra.* Quasi dicat, quod contingit Pharisæis conclusis suis verbis, quia ex verecundia protulerunt contra se sententiam, Malos malè perdet, & vineã suam locabit aliis agricolis. Sed in cordibus suis mortem hæredis Christi meditati sunt; quia impij nunquam lingua pronuntiãnt quod in corde meditantur, & vindictam confusionis, & verecundiæ, quam patiuntur semper machinantur. Vnde Vveticus in alleg. Tylman. ait. *Quare autem veritate confunderis cordis tui.* Et addit, *Si cor tibi pietate mollesceret, non erubesceres.* Quasi dicat, plus soliditas veritatis quam vanitas mendaciorum, vel oleum adulationis iustis placet; ideo corde indurati Iudæi dixerunt tanquam impij absit, vt vinea Dei transferatur à nobis.

Oleast. in Exod. 6. n. 24. Transf. Pagn. *Chaphar idem quod fodere vel erubescere.* *Ps. 17.* *Lingua impiorum distat à corde.* *Vveticus in alleg. Tylm. citat. sup. Ioan.* *Corde indurata erubescunt contra se.*

216 *Aug. in litt.*

3. RESPONSIO Augustini in litt. cit. *Hac audita seu dixerunt, absit.* Quasi dicat, non pro nobis hoc potest intelligi, & vt Hispano sermone loquar: *No se daban per entendidos que hablaua Christo con elloze.* Sed turba bene intellexit, quod de Pharisæis loquebatur & Christum amantes dixerũt Absit vt à nobis vinea Domini auferatur. Vnde interrogat Oleaster, quare

Turba Christum diligebat *Hispana loquutio.* *Oleaster Exod. 4.*

Trist. Pagn. Pharao prodigio viso de multiplicatione ranarum dicitur Exod. 6. *Non posuit cor suum etiam ad hoc?* Et respondet, *Quod est Hebraismus dicere non posuit cor suum, ac noluit aduertere ad hoc: nam in sacris litteris sæpius cor pro intellectu seu cogitatione sumitur, vt Psalmista ait Diuitiæ si affluant nolite cor apponere, id est, intellectum seu cogitationem.* Quasi dicat impij Iudæi renuebant cor apponere, seu intelligere aspera Verba, quæ ipsimet contra se pronunciauerant; turba vero, quia sanæ intentionis erat aliter & bene intelligebat.

Cor apponere est intelligere.
Ps. 61. n. 11.
Humiles sana intentione fidem penetrant.

217 Hinc Bernardus citat. in allegor. Tilman. in Ioann. interrogat, quare Discipuli audientes Christum de mysterenò edendi corpus, & bibendi sanguinem suum, dixerunt, *Durus est hic sermo, & paulo post dixerunt, Ad quem ibimus, verba vitæ habes. Varia enim sunt, durus est sermo, & verba vitæ?* Et respondet; *idem cibus apponitur, sed non idem sapere videtur* Quasi dicat, vsque hodie partis vtriusque successio non cessat inuenire: est etiam in Ecclesia, quibus manifestum est, quia verba quæ Iesus loquitur spiritus & vita videntur; ideoque sequuntur illum quocumque ierit? aliis durus videtur sermo, neque possunt audire eum, & si audiunt erubescunt, & confunduntur, neque intelligere conantur, vel manifestant, quia conuenit eis non intelligere, nec conscios intellectionis se facere.

Bernard. in alleg. Tylm. sup Ioan.
Ioan. c. 6. n. 60.
Dura verba vita quid.
Impij audientes verba Dei confunduntur.

Et Vvericus citatus supra; *Esto durus seruus Dei est, numquid non verus non est? lapis durus est, numquid non pretiosus est?* Et addit: *Durus est aiebant, hic sermo, quia quasi lapis virtus erat probatio sapientiæ.* Quasi dicat, ideo Iudæi audientes parabolam istam de ablatione vineæ ab ingratis agricolis non sunt demorati proiicere verba Dei, & retrò abire. Et addit Vvericus citatus: *Nec ob aliud pretiosum & electum à Deo lapidem reprobauerunt, nisi quia durum putauerunt.* Quasi dicat; petra autem erat Christus, sed virtute non duritia erat petra, sed quæ conuerti posset in stagna aquarum, vbi mollia, & homilia, quibus influeret innocenti corda fidelium, vt ipse Christus in parabola testatur: *Non audistis Lapidem quem reprobauerunt, hic factus est in caput anguli. Ad quid factum est istud.* Quia Christus hæres vineæ occisus extra ciuitatem sui eum receperunt, & crucifixum adorauerunt, & super capita imperatorum & Regum lapidem quem reprobauerunt posuerunt, & laudauerunt omnes populi & nationes, & est mirabile in oculis fidelium; quia sola Dei omnipotentia operari potuit, vt lapidem reprobatum, opprobriatum Agricolæ fideles adorent, & dent illi fructus omnium virtutum temporibus sempiternis.

Vverric. cit.
Sapientia & scientia durus sermo videtur.
Vverric. cit.
Christus petra dulcis pro fidelibus.
Matth. 21.
Omnipotentia Dei sola fecit vt crucifixum adoretur vt Deum.

TRACTATVS SEPTIMVS,

Ad litteram, *In cap. 15. De filio Prodigo, qui dissipauit substantiam paternam.*

TEXTVS.

11\. HOMO quidam habuit duos filios 12. Et dixit adolescentior ex illis: Pater da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit, & diuisit illis substantiam, 13. Et non post multos dies congregatis omnibus adolescentior filius peregrè profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè, 14. Et postquam omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa, & ipse cœpit egere, 15. Et abiit; & adhæsit vni ciuium regionis illius, & misit illum in vineam suam, vt pasceret porcos, 16. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat 17. in se autem reuersus dixit: Quanti mercenarij in domo Patris mei abundant panibus; ego autem hîc fame pereo, 18. Surgam & ibo ad Patrem meum, & dicam ei: Pater peccaui in cœlum & coram te, 19. Iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum de mercenariis tuis, 20. Et surgens venit ad Patrem suum; cum autem adhuc longè esset vidit illum Pater ipsius & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum, 21. Dixitque ei filius, Pater peccaui in cœlum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. 22. Dixit autem Pater ad seruos suos, Cito proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius

eius & calceamenta in pedes eius, & adducite vitulum saginatum & occidite, & manducemus, & epulemur. 24. quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est, & cœperunt epulari.

EXPLANATIO LITTERAE.

218 *Benignitas Dei in filio perdito.*

HOme quidam habuit duos filios. Tertiam parabolam addit Dominus cæteris duabus vberiorem, in qua statum peccatoris deplorandum; postea benignitatem Dei erga illum proponit ante oculos pœnitentia mediante, in parabola vero reperiuntur multa ad ornatum & sensum, sicut in aliis parabolis. *Homo quidam Deus est.* Duo filij genus iustorum perseuerantium sine peccato & lapsorum, per pœnitentiam tamẽ adoptatorum: & propterea vterque adnotatur filius non solũ natura, sed adoptione.

Diuitiæ sunt substãtia patrimoniales. Caietan. in Euang.

Et dixit adolescentior, id est, pronior ad peccandum, quia via adolescẽtium periculosa & difficilis ad salutem est: *Pater da mihi substantiam*, id est, partem diuitiarum, quæ iure naturali; quia filius tuus sum, mihi contingit, nolebat enim viuere sub paterna cura inquit Caietanus, & ideo libertatem, quæ non pro toto venditur auro desiderabat.

Libertas gemma pretiosa.

Apparatus parabolæ diuisio filiis facta.

Et diuisit illis substantiam. Hæc ad ornatũ Parabolæ dicta sunt: nam solus filius iunior petiuit substantiam suam neque alter Frater cum quo diuisionem diuitiarum Pater demonstraret, sed dedit illi suam substantiam, id est, libertatem & diuitias, quæ ex Paterna hæreditate illi contingebant, hoc est, dona naturalia, & sufficientem gratiam, & liberum arbitrium, & non remansit sub tutela paterna; quia ipse in se confidebat, neque auxilium sufficiens illi negatum fuit, quia omnibus datur.

219 *Congregatio diuitiarum ad iter agendum.*

Et post multos dies congregatis omnibus suis bonis personalibus, & hæreditati debitis, & supellectili domus suæ, omnibusque in pecuniam redactis cœpit, & finiuit componere sua, quia in regionem longinquam proficisci decreuerat. Vel vt Maldonat. ait, nihil aliud est, quam iuuenem illum fuisse perditum, quapropter, cum inter cognatos, & amicos iam cognitus esset, & ab eo fugerent quia omnia prodigè, & sine ratione consummabat, & hoc est, à se recedere, id est, à moribus, & rectitudine separari.

Maldonat.

Iuuenes perditi nullibi capiunt.

220 Auctoris mens.

Et ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè. Dissipare substantiam est sine pecuniis manere, quia pauper incipiebat fieri viuendo luxuriosè; quia principalis dissipatio substantiæ, diuitiarumque inter lascluas delectationes reperitur. Vel luxuriosè viuendo, hoc est, indulgendo appetitui delectabilium, vires animæ & corporis minuuntur. Vnde Caietanus ait; *Ea enim quæ sunt scientia bene viuendi, & ea quæ sunt affectus ad rectitudinem continue per peccatum debilitantur.* Vnde Scotus peccatum definiuit, *Quod est carentia rectitudinis actus secundo debita inesse.*

Meretrices substantiam consumunt. Caietanus citatus.

Scotus noster. *Definitio peccati.*

221 *Consuetudo est altera natura.*

Et postquam omnia consummasset. Malis habitibus iam habituatus omni consumpta bona inclinatione, facta fuit consuetudo altera naturæ, quia geniti sunt habitus ad malum à quibus difficulter separatur.

222 *Fames vbi contingit.*

Facta est fames in regione illa, Quia hoc ferè semper in omni regione superuenit, vt aliquibus annis fames appareat, vel fames fuit inclinatio ad actus virtutis; quia quo quis delectationibus assuescit, plus minuitur inclinatio ad virtutes, & consuetudo peccandi fastidium generat ad omnia cælestia bona.

Fastidium virtutis consuetudo peccati.

Et cepit egere; Quia sicut qui fame perit, postulat eleemosinam: Sic peccator lumine rationis extincto angustiis & clamoribus suspirando solet fauorem & auxilium Sanctorum inuocare. 223

Et adhæsit vni ciuium Regionis illius, id est, subiecit se Dæmoni, qui vere est ciuis regionis peccati. Vel literaliter, quæsiuit remedium, vt seruiendo famem possit extinguere. *Misit illum vt pasceret porcos.* Miseria consuetudinis peccati describitur, quia absorta ratione ad brutales luxurias inclinatur *Et cupiebat emplere ventrem de siliquis, id est, ad summam miseriam peruenit.* Ita quod sicut porci satiabantur de siliquis, ita ille cupiebat, & non poterat; quia non est cibus aptus ad saturitatem hominis.

224 *Dæmon ciuis peccati.*

Luxuriosi in brutales turpitudines prosiliunt.

Cibus porcorum non est aptus ad saturitatem hominis.

In se reuersus, id est in rationalem intellectionem aduertens, dixit: *Quanti mercenarij in domo Patris mei abundant panibus.* Suspirando ex cognitione veritatis dicebat, me miserum, vbi habito? vbi sto? Si cognouissem requiem, & saturitatem seruorum Patris mei, non fame perirem, sed ad eum festinarem, ideo dicitur, *Ibo ad Patrem meum.*

225 *Cogitatio super se hominem in se vertit.*

Peccaui in cælum & coram te, Id est contra Deum, qui cælum fecit. Et dicit, *Non sum dignus vocari filius tuus.* Ac si dicat, degenerauit à filiatione tua. *Vidit illum Pater à longè*, Quia amor desiderium auget, & expectabat eum Pater, & sic semper respiciebat à longè si iam accederet.

226 *Humilitas indignos in cognitione facit.*

Dixit autem Pater Afferte stolam primam, id est, vestis pretiosa & longa vsque ad pedes. *Date annulum*, id est, ornate manus eius. *Et calceamenta*: id est, à planta pedis vsque ad caput ornamentis pretiosis induite eum. *Et adducite vitulum saginatum*, id est, pinguem, *& occidite*, id est, bene dispositum & sapidum præparate, *Vt manducemus, & epulemur*, id est, lætemur, quia gaudium est in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente. *Quia hic est filius*, creatione, redemptione, & adoptione. Et dicitur, *Quia mortuus erat*, quoad vitam gratiæ, *Et cœperunt epulari*, id est, sonis & cantibus Quasi dicat, intentum Parabolæ est significare gaudium cæli & terræ super conuersionem peccatoris, ideo dicitur cœperunt lætari, quia nunquam finietur gaudium tale in cælestibus regnis, dummodo peccatores conuertuntur in ecclesia Dei. Cætera per quæstiones explicabuntur.

227.

Amanti semel aspexisse non sufficit.

Lucæ. 15. *Angelorum gaudium ex conuersione peccatoris.*

Gratia inchoatio gloria.

TRANSLATIONES ANTIQVIORES & neotherica.

n. 11. *Vbi Vulgata.* Homo quidã habuit duos filios, & dixit adolescẽtior.

Translat. ex Syriac. 1. Vir quidam habebat duos filios, & dixit ei filius eius minor natu, Pater da mihi partem, quæ mihi contingit ex domo tua.

Translatio Vatabli. 2. Diuisitque eis possessionem suam. Pater da mihi portionem substantiæ quæ mihi cecidit, & diuisit illis facultatem.

Iansen. in concordia. 3. Da mihi portionem substantiæ quæ mihi obuenit, & ad me pertinet, & partitus est Pater vnicuique assignans suam portionem.

Maximus Victorinus. 4. Pater da mihi essentiam meam, quia substantia, & essentia idem est, vt patet contra Arrianos, qui negabant Christum cõsubstantialẽ esse Patri.

Maldonatus in Euangelia. 5. Pater da mihi substantiam, vel facultatem, quę ex iure naturæ mihi contingit.

Translat. ex Syriac. 6. Et dilapidauit substantiam suam dum profusè viueret.

n. 13. Vbi Vulg. Dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè.

Iansenius citatus. 7. Agendo cum meretricibus in omni luxu vestiũ, & conuiuiorum, quæ ad libidinem pertinent.

Translat. ex Syriac. 8. Et concupiscebat implere ventrem suum ex siliquis illis, quas edebant sues.

n. 16. Vbi Vulgata, Cupiebat saturari de siliquis.

Transl. Vatabli. 9. Cupiebat implere ventrem de siliquis quibus porci vescebantur, neque quisquam illi dabat.

Iansenius in concordia. 10. Et cupiebat saturari de folliculis leguminũ, quas porci manducabant.

n. 17. Surgam & ibo &c. Translat. ex Syriac. 11. Cumque ad se redisset ait: quot sunt nunc mercenarij in domo Patris mei, qui abundant pane &c.

Translat. ex Syriac. 12. Surgam proficiscar ad Patrem meum &c.

Iansenius. 13. Resumpto animo confidẽter resurgam & ibo.

Translat. ex Syriac. 14. Cumque adhuc longe abesset vidit eum Pater ipsius, & accurrens incidit in collum eius, & eum deosculatus est.

Transl. Vatabli. 15. Misericordia motus cõiecit in collum eius.

Tertulian. 16. Prodigus benigne à Patre recipitur.

Cayetanus in Euang. 17. Miseriam filij tanquam propriam æstimans.

n. 22. Vulg. Pater mi &c. Translat. ex Syriac. 18. Pater mi, peccaui, neque sum dignus qui vocer filius tuus.

n. 22. Vulg. Cito proferte stolam. Trãsl. Syriac. 19. Depromite stolam primam, & ponite annulum in manum eius, & calceate eum soleis.

Iansenius citatus. 20. A Græcis additur duplex articulus Proferre stolam illam, stolam primam, id est, de singulari stola.

23. Vulg. Adducite vitulum &c. Translat. Vatabli. 21. Mactate bouem saginatum, & edamus & oblectemur.

Translatio Græca. 22. Et eductum vitulum illum saginatum mactate, sumptisque epulis lætemur.

Translatio Syriac. 23. Vitulum illum, vitulum illum inquam saginatũ certum & insignem capiamus, & domus tota lætetur.

Translat. Vatabli. 24. Quia iste filius meus mortuus erat & reuixit, perierat, & inuentus est, cæperuntque oblectari.

Iansenius suam concordia. 25. Perditus erat filius meus, & inuentus est, & cæperunt lætari.

Cayetanus in Euang. 26. Perierat enim mihi, sicut mortuus erat mihi, & mihi reuixit.

DIFFI

DIFFICVLTAS PRIMA.

Ad Litteram.

Quare dicitur, quod homo quidam duos habuit filios.

228 QVæritur, quis sit iste homo, & qui sint duo filij eius?

Lyran. noster sua in glossa. *Iusti & peccatores fily Dei sunt.* 1. RESPONSIO Lyrani sua in glossa: *Homo iste est Deus pro nobis humanatus; filij autem sunt duo populi gẽtilis, & Iudaicus, vel duo filij iusti & peccatores.* Quasi dicat, peccatores, in quantũ ad eius imaginem, licet non sint filij Dei per gratiã.

229 gloss. ord. *Gaudium de pœnitentia ingens.* 2. RESPONSIO glossæ ordinariæ. *Duabus præmissis parabolis quantum Deus cum Angelis gaudeat de pœnitentium salute insinuat & in hac tertia non solum gaudium ostendit, sed etiam murmur inuidentium reprehendit.*

230 Ambrosf. cit. à Maldonato in Luc. 15. 3. RESPONSIO Sancti Ambrosij, qui ait: *Christum Dominum esse hominem istum; ipse quippe erat, qui peccatores non reuertentes sicut perditas oues Pastor quærebat, reuertentes vero lætus excipiebat.* Et addit Maldonatus, *Et iste homo Deus est, qui semper de salute hominum lætatur.* *Christus est homo qui duos filios habet iustum & peccatorẽ.* Quasi dicat, cum dicitur homo tacitam quandam in Deum & homines antithesim insinuat; quia si homo, qui iniuriarum memor esse solet hoc fecit, quid Deum natura sua benignum, ac misericordem facturum putas? quanta lætitia redeuntes ad se per pænitentiam peccatores amplexurum.

231 S. Chrysost. in cath. cit. 4. RESPONSIO Chrysostomi in Cath. citati. *Sunt qui dicant de duobus filiis istis, seniorem Angelos esse; iuniorem vero hominem ponunt, qui in longinquam peregrinationem abierit quando in terram de cœlis, & de paradiso cecidit, & aptant consequentia respicientes ad causam, vel statum Adæ.* *Duo filij Angeli & homo, sed hæc opinio displicet.* Sed hic sensus pius, sed non aptus videtur, quia iunior filius ad pœnitentiam venit sua sponte recordatus præteritæ abundantiæ patris sui; Dominus autem veniens ad pœnitentiam vocauit humanum genus, dum sponte sua regredi, vnde ceciderat, non cogitaret. Deinde Senior filius in reditu & salute fratris sui tristatur cum Dominus dicat gaudium esse in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente.

232 Cyrillus in cath. citat. *Israel & gẽtilis populus duo filij.* 5. RESPONSIO Cyrilli in cath. citati. *Quidam vero per seniorem filium dicunt significari Israel secundùm carnem: per alium vero, qui discessit à Patre describitur multitudo gentium.* Quasi dicat, primus & maior filius fuit populus Dei Israel, secundus gentilis, qui per idololatriã fugit à Deo. sed neque hoc placet, quia populus Israel non fuit semper cum Patre, quia tanquam ingratus recessit ab illo quia velamen est in cordibus Iudæorum.

233 August. de q. Euang. 6. RESPONSIO Augustini, de quæst. Euang. *Hic homo habens duos filios, Deus habens duos populos intelligitur, tamquam duas stirpes generis humani, vnam eorum qui permanserunt in Dei cultu, alteram eorum qui vsque ad colendum idola deseruerunt Deum.* *Filij duo Dei obedientes, & idololatræ.* Quasi dicat ab ipso exordio creaturarum mortalium; maior filius ad cultum vnius Dei pertinet; minor autem renuit obedire Deo vero; quia iugum obedientiæ aufugerat gentilitas.

DIFFICVLTAS II.

Quare dixit adolescentior filius, Pater da mihi substantiam, quæ mihi contingit.

QVæretur, quæ est ista substantia, quam filius prodigus petiuit? Prima Responsio Teodoreti in cath. cit. *Hominis substantia rationabilitas est quam comitatur libertas arbitrij.* Quasi dicat in libertate arbitrij cælum & terra, & omnia, quæ in illis continentur dantur homini rationali, si bene vtatur libero arbitrio. 234 Theod. in Cath. *In voluntate omnia sũt posita.*

2. REPONSIO Ambrosij in cath. citati *Vides quam diuinum patrimonium petentibus datur, nec putes culpam patris quod adolescentiori dedit. Nulla Dei Regno infirma ætas, nec fides grauatur annis.* Quasi dicat quicumque fidem & gratiam Dei poposcerit idoneum se potest iudicare per gratiam Dei. Et addit Ambros. *Vtinam non recessisset à Patre impedimentum nescisset ætatis.* 235 S. Ambr. cit. *Nulla ætas caret gratia Dei.*

3. RESPONSIO Theophilacti in glossa ordinaria citati: *Olim humanæ naturæ possessio erat iustitia, ideo & filius senior non insolescit, peccatum postea natum est. Vnde filius iunior insolescit, qui cum peccato, quod postea natum est crescit.* Quasi dicat ex quo Adam peccauit dissipauit homo substantiam, id est, diuitias gratiæ cum iustitia orginali datas. 236. Theoph. in gloss. citat. *Adam in sta. tu innocentia maior filius peccans dissipauit iustitiã originalẽ.*

4. RESPONSIO Caietani in Euang. *Velle sui ipsius curam habere est petere substantiæ portionem; nolebat enim sub paterna cura viuere in communi cum fratre.* Quasi dicat hoc petit, qui confidit in propriis viribus ad vtendum donis naturæ & gratiæ, quod tunc fit, cum non recurritur ad curam Dei, vt patris vt gratuita cura specialiter custodiat, seruet, illustret, & cætera, quia nemo potest dicere Dominus Iesus nisi in Spiritu sancto, quia Dei gratia speciali mouemur & sumus ad actus meritorios. 237 Caiet. in Euang. *Cum gratia cõmuni non singularissima possumus.*

5. RESPONSIO Glossæ. *Sicut Deus non habet alium, à quo formetur aut à quo regatur, sic iste vult sua potestate vti, vt nullo formante, nullo regente viuat.* Quasi dicat, creatura ex quo in libertate posita fuit, fugit Dominium alterius. Et ideo semper quærit independentiam ab alio, sed non inuenit. 238 Glossa ordinata. *Libertas pignus diuinitatis est.*

6. RESPONSIO Iansenij in concord. *Pater da mihi substantiæ portionem, quæ mihi obuenit, & ad me pertinet.* Quasi diceret, experiri cupio quid ex hoc lucrifacere possum meo Marte, perlustrare volo regiones, vt ex multarum rerum vsu prudentiam mihi comparem. 239. Ians. in concord. *Prudentia laboribus acquiritur.*

DIFFICVLTAS III.

Quare dicitur Et peregrè profectus est, & ibi dissipauit substantiam viuendo luxuriosè?

QVæritur, quæ & qualis sit ista separatio à Patre, & quare dissipauit substantiam filius Prodigus? 240

Chrisost in Cath.citat. *Peccata tantum distans à Deo quantum grauiora.*

1. Responsio Chrisostomi in cath.citati. *Minor filius in regionem longinquam profectus est, non localiter à Deo discedens, qui vbique est, sed affectu; fugit enim à Deo peccator, vt à longinquo stet.* Quasi dicat, tantum distat peccator à creatore suo, quantum peccata grauiora sunt.

141. Theophilactus. *Absentia Dei causa omnium malorum, & è contrà.* Psalm. 15. Psalm. 72.

2. Responsio Theophilacti in Glossa citati. *Quando egreditur homo à Deo, & se à timore Dei elongat, omnia diuina expendit.* Quasi dicat; Propinqui enim Deo existentes nihil tale, quod interitu dignum sit, faciunt, iuxta illud Ps. 15. *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper; quoniam à dextris est mihi ne commouear;* Illo autem longè à nobis absente efficimur apostatæ facientes & ferentes pessima quæque, iuxta Psalmistæ dictum Psalm. 72. *Illi qui elongant se à te peribunt.*

142 Aug de verb. Domini. *Ociosi vitam prodigam quærunt.*

3. Responsio Augustini. *Dissipauit prodigus substantiam suam viuendo luxuriosè, quia vacantem, ociosam, & luxuriosam vitam amabat, cupiens fundere se, & spaciari pompis exterioribus; intus vero inanescentem.* Quasi dicat. Cum ea quisque sequitur, quæ ad vana procedunt, & derelinquit eum, qui sibi est interior. Ideo sequitur, quod postquam omnia consumasset, &c.

143 Lyranus sua in glossa. *Luxuria bona gratiæ, & naturæ amittit.*

4. Responsio Lyrani; *Et ibi dissipauit bona sua viuendo luxuriosè, quia per peccata mortalia tolluntur bona gratiæ, & peiorantur bona naturæ.* Quasi dicat, luxuriosi, qui vitam prodigam viuunt, non solum spiritualia bona dissipant, ita vt à gratia Dei remoti sint, sed etiam bona naturæ perdunt, quia salutem & potentias naturales amittunt, quia obcæcatæ, & offuscatæ sunt ad omnia ex consuetudine luxuriandi.

144 Iansen. in sua concordia. *Meretrices causa omnium malorum & dissipationis diuitiarum.* *Comedia causa malorum.*

5. Responsio Iansenij in sua concordia. *Dissipauit substantiam suam, idque non infelicibus negotiationibus, aut aliis infortuniis, sed viuendo luxuriosè, hoc est, agendo cum meretricibus in omni luxu vestium, & conuiuiorum.* Quasi dicat, Filius qui prodigè dissipat substantiam suam nullum est pratum, quod non fruatur luxuria sua, quia societas malorum, & conuiuia, vestes, spectacula repræsentationum, & omne genus peccati, die, noctuque ludendo, ridendo, & peccando includitur in verbo viuendo luxuriosè substantiam dissipauit.

DIFFICVLTAS IV.

Quare propter famem magnam Prodigus porcos custodiuit, neque saturabatur de siliquis?

145 Ambros. in litter. citat.

QVæritur, quare dicitur, *Quod cœpit egere, & porcos custodire, & de siliquis non satiari?*

1. Responsio Ambrosij in cath. citati: *Meritò egere cœpit, qui thesauros sapientiæ & scientiæ Dei diuitiarum cælestium altitudinem dereliquit.* Quasi dicat, qui cœpit de diuinis fastidium assumere, paulatim omnibus auxiliis diuinis priuatur, & fame diuini verbi perire se sentit.

146 *Qui fastidiunt diuina miseri, & valde egeni.*

147 Lyran. sua in glossa.

2. Responsio Lyrani sua in glossa. *Per defectum verbi diuini, & sacra scriptura, fames valida efficitur, quia egentibus non est data lex veteris, nec oracula Prophetarum, secundum illud Psalmi 147. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.* Quasi dicat gentilibus & peccatoribus in peccatis existentibus, verbum Dei audire renuentibus fames valida quotidie crescit, & fame tandem pereunt.

Verba Dei & libros deuotos audire, & legere vtile valde. Psalm. 147.

148 Glos. ordin. *Insatietas maior voluptatum non satiat.*

3. Responsio Glossæ, cœpit egere Prodigus; *Quia nihil fatum est prodiga voluptati, quia voluptas semper habet famem sui, merito ergo eget, qui thesauros sapientiæ, & consolationis diuinæ reliquit.* Quasi dicat cum peccator voluptatibus non fastidiatur, miseria ingens est, & omnium infelicitatum statum superabit.

149 Beda in cath. *Porci sunt qui voluptantur in luxuriis.*

4. Responsio Bedæ in Cath. citati. *Porcos pascere est ea quibus immundi spiritus gaudent operari.* Quasi dicat luxuriosi & meretrices ita carnalibus vitiis traduntur, quod sola varietate luxuriarum delectantur, sicut porci in luto vno, & cœno altero voluptantur.

150 Lyra sua in glossa. Timoth. 6. *Cupiditas vi irrum in luxuriosis apparet.*

5. Responsio Lyræ sua in glossa, *Vt pasceret porcos, id est vitia, quæ fœtida sunt, & immunda. Vnde Timoth. 6. Radix omnium malorum est cupiditas, quia sicut radix ministrat nutrimentum omnibus ramis arboris: Sic abundantia temporalium, circa quam versatur mundana cupiditas administrat materiam, & fomentum omnibus vitiis.*

151 S. Ambros. in Cath. citat. S. Greg. super Euang. 1. Cor. c. 7. n. 15. *Vsus fornicationis voluptatem auget, oblatio vero extinguit.*

6. Responsio Ambrosij in Cath. citati: *Siliqua genus est leguminis intus inanis, foris mollis, quo corpus non reficitur, sed impletur, vt sit magis oneri, quam vsui.* Quasi dicat, qui voluptates quærunt nunquam appetitum satiant, iuxta dictum Gregorij super Euangelium explicantis Apostolum 1. ad cor. cap. 7. n. 28. *Tribulationem autem carnis habebunt huiusmodi (id est qui nubent) quia vsus fornicationis tribulationes, & voluptates auget,* inquit Gregor. citatus.

152 S. Aug de quæst. Euag. *Sermones artitici & culti, vani, inanes & sine substantia.* Rupert. in 1. lib. Reg c. 2.

7. Responsio Augustini de quæst. Euang. *Siliquæ quibus porcos pascebat sæculares doctrina sunt steriles vanitates personantes, de quibus laudes idolorum, fabularumque ad Deos gentium pertinentium vario sermone, & carminibus præbebant, quibus Dæmonia delectabantur.* Quasi dicat peccator, qui viuendo luxuriosè vitam consumpsit, quærit in sermonibus res futiles, & inutiles, criticas & cultas, quibus Dæmones delectantur, quia fructum salutarem non proferunt. Et ideo Prodigus saturari cupiebat, *Et nemo illi dabat*, quia sermo Domini verè & fructuosè prædicatus *Pretiosior est in mundo, idest, singularis, rarus & multum æstimabilis* (vt Rupertus ait). ideo sequitur, *Et Nemo illi dabat.*

Sermo rarus quare pretiosior.

153 Iansen. in concord. Transl. Græc. *Iudæi suillā carnē abhorrent.*

8. Responsio Iansenij in concord. Græcè *Idem sonat, quod non pasceret oues, aut boues, sed porcos, quos pascere dedecorissimum est officium apud omnes homines, sed maximè apud Iudæos abominantes carnem suillam.* Quasi dicat cum filius prodigus tam nobili genere esset natus, & in tam fœtidam seruitutem se admisisset, insuper & cum nutritus delicatis cibis, & potibus esset, & res absque substantia comederet, cupiebat nimis saturari, & nemo illi dabat.

154 Auctor. sententia. *Dæmō impedit peccatores saturari de peccatis.* Tertul. lib. de Specta-

9. Responsio meo videri, qui vescebatur de siliquis porcorum cupiebat saturari, & nemo illi dabat; *Quia Dæmon in vitiis nunquam saturari permittit, vt appetitus peccandi non extinguatur.* Quia si saturarentur peccatores, non peccarent: nam teste Tertuliano: *Nulla maior voluptas,*

voluptas, quàm fastidium voluptatis. Ideo nemo illi dabat, quo saturaretur Dæmone sic disponente vt fastidium ei non superueniret malorum.

DIFFICVLTAS V.

Quare dicitur Et in se reuersus dixit, quanti mercenarij in domo Patris abundant, &c.

255 QVæretur, quid denotent verba cogitata, & pronunciata lachrimosè in se reuersus?

Lyran. in gloss. *Amēs est, qui peccat, carēs ratione.*

1. Responsio Lyrani sua in glossa. *Homo autem peccando extra se egreditur, quia limites rectæ rationis transgreditur; & ideo pœnitendo ad se reuertitur.* Quasi dicat extra rationem existit peccator, cum omnipotentem offendit, & se tantis sempiternis periculis exponit, sed misericordia Dei rationem ad suum locum vertit peccator flendo vitam præteritam.

256 S. Greg. Niss. *Infelicitates & aduersa fortuna, & vexationes dant intellectum.*

2. Responsio Gregorij Nisseni citati in Cath. *Contempserat Patrem in primo recessu adolescentior filius, & opes paternas perfuderat: at vbi lapsu temporis est attritus laboribus, dum mercenarius fieret, & eodem cum porcis pabulo pasceretur, rediit in domum paternam castigatus. Vnde dicitur, In se reuersus.* Quasi dicat multoties labores, & afflictiones, & infelicitates aduersæ fortunæ homines etiam nimis perditos ad Deum perducunt, vt nostro sermone Hispano dicitur: *Los trabajos bueluen ensi almas trabieso mozo.*

257 Ambros. in Cath. citat. *Centrū animæ Deus est & sine Deo homo amens est.*

3. Responsio Ambrosij in Cath. citati. *Bene in se reuertitur, qui à se recessit: etenim qui ad Deum reuertitur, se sibi reddit, & qui recedit à Christo, se sibi abdicat.* Quasi dicat centrum animæ rationalis est ipse Deus quia ad imaginem eius creata est, & cum extra Deum est, extra se est; quia totum suum esse rationale à Deo est, & sine ipso quasi amens, & sine iudicio homo est, & cum in se reuertitur ad centrum suum rediit.

258 Iansen. in concord. *Meretrices homines maleficiis ad se trahunt.*

4. Responsio Iansenij in sua concordia. *In se,* inquit, *reuersus, hoc est, iam tamen per summam inopiam, & miseriam ad sui considerationem conuersus, qui prius per illecebras huius mundi, veluti mēte captus erat, & extra se raptus, vel eorum, quæ ad suam expectabat salutem, considerans, dixit, quanti mercenarij &c.* Quasi dicat, luxuriosi, quasi maleficiis affecti, ambulant attoniti vsque quo paupertas & opprobria mundi eos docet: nam meretrices cum pauperes illos considerant, quos spoliauerunt contemnunt, & à se reiiciunt, & tunc miseri homines vexationibus, & ingratitudinibus allecti in se reuertunt pœnitentes de præteritis, & cum mundus eos expellit, ad Deum conuertuntur; neque illos expellit, sed cum gaudio Angelorum recipit.

Peccatores expulsos à mundo Deus alacriter recipit.

259 Ambr. citat. in Cath. *Peccator cōtritus pignus gloriæ sentit in corde.*

5. Responsio Ambrosij in Cath. *Filius qui habet Sancti spiritus pignus in corde secularis mercedis lucra non quærit, sed ius seruat hæredis.* Quasi dicat, cum contritio & dolor vitæ præteritæ corda peccatorum attingit, iam desideriis hæredis filij adoptiui Dei inflammantur, & incipiūt, non siliquis, sed pane Angelorum satiari desiderant.

260 S. August. de quæst. Euāg. *Prædicatores pœnitētes nō mercenarij corda peccatorū conuertunt.*

6. Responsio Augustini de quæst. Euang. explicans, *Quanti mercenarij,* &c. *Vnde autem hoc scire potest, in quo erat tanta obliuio, nisi quia ista recogitatio resipiscentis est, cum Euangelium prædicaretur.* Et addit: *Iam poterat talis Prodigi anima aduertere multos prædicare veritatem, inter quos quidam essent non ipsius amore veritatis ducti, sed cupiditate comparandorum sæcularium commodorum; qui tamen rectè mercenarij nuncupantur.* Quasi dicat, peccatorum corda tunc inflammantur, & conuertuntur, quando prædicatores pœnitentes, & non mercenarij cupidi honoris & vanitatis agnoscuntur, quod Prodigo dissipatori diuinorum contingit.

261 Iansen. in concord. cit. *Fœlicitatibus indignos videre seu nimia infelicitas.*

7. Responsio Iansen. sua in concordia: *Ego autem tam diuitis Patris filius, qui olim mercenariis Patris mei longe eram felicior, iam in extera regione, etiam mercenarius effectus longe sum infra illorum fælicitatē effectus, cum fame hic peream.* Quasi dicat, causa sufficiens peccatorum cordibus inseritur, vt efficaciter ad Deum conuertatur, cum mercenarios viles, miseros, ignaros, illiteratosque considerant abundare panibus, potibusque delicatis, vti honoribus, & dignitatibus annexis, quibus sine meritis fruuntur; cum docti nobiles hæredes honorum Religionis fame pereant, de quo multa ad mores dicenda.

DIFFICVLTAS VI.

Quare dicitur, Surgam, & ibo ad Patrem meum & dicam peccaui?

262 Greg. Niss. in Cath. *Peccatores cœlum adire voluns, non surgentes à peccatis.*

QVæretur quare necessarium fuit surgere, antequam iret Prodigus ad Patrem?

1. Responsio Gregorij Nisseni in Cath. citat. *Non prius autem rediit ad primam felicitatem, quàm in se rediens sentiret opprimentis ærumnæ præsentiam, & meditaretur pœnitentia verba, quæ subduntur: Surgam* &c. Quasi dicat, imperfecta, & inualida conuersio est, quæ cogitat de mirabilibus æternæ fælicitatis, si prius de pristino, immoderato, & infelici statu non resurgit; ideo Prodigus prius dixit, surgam, postea ibo ad Patrem.

263 Ians. citat. *Mæror & tristitia fugienda cum periculum desperationis imminet.*

2. Responsio Iansenij in concord. *Deposito mœrore, qui me in terram prostratum detinet, resumpto animo, qui in summa infelicitate hac, totus iacet, reiecta segnitie istius sordidæ Pastoralis curæ, Surgam & ibo.* Quasi dicat, non restabat, nisi Prodigus tristitia & mærore, aut fame periret, aut desperaret, sed confidens in misericordia Dei viriliter egit, & confortauit cor suum, dicens, surgam, & ad misericordiam paternam adibo, quia maior est eius misericordia, quam delicta mea.

264 Ambros. cit. *Confessio oris ad salutem necessaria*

3. Responsio Ambrosij in Cath. citati; *Quàm misericors qui offensus, nec paternum nomen dedignatur audire.* Et addit. *Peccaui: hæc est prima confessio apud auctorem naturæ, præsulem misericordiæ, arbitrum culpæ.* Quasi dicat, etsi Deus nouit omnia, vocem tamen tuæ confessionis expectat, ore enim confessio fit ad salutem; quia

alleuat

alleuat pondus erroris, quisquis ipse se onerat, & accusationis excludit inuidiam, qui accusatorem præuenit confitendo.

265 Lyra in glossa. *Inter infideles oris cõfessio fidei necessaria.*

4. RESPONSIO Lyrani sua in glossa. *Dicam ei, Pater peccaui*, &c. *Per veram fidei confessionem, quantum ad populum gentilem, secundum illud ad Rom. 10. Corde creditis ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Et addit, *Quantum ad catholicum peccatorem per integram peccatorum contritionem, & puram confessionem.* Quasi dicat, inter Paganos non sufficit in corde fidem profiteri, si necessitas, & occasio defensionis fidei occurrerit, quia est necessaria oris confessio; in peccatoribus autem Catholicis, contritio, vel confessio cum attritione vera requiritur ad salutem animæ.

266 Glos. ordin. *Orbis terræ contra insẽsatos pugnat.*

5. RESPONSIO Glossæ Ordinariæ, *Peccaui in cælum & coram te., id est, à peccato anima cælestia significantur dona Sancti spiritus imminuta.* Quasi dicat, dona Sancti spiritus, tunc paulatim diminuuntur, cum peccatores peccata multiplicant, & hoc est peccare in cœlum; quia iratus Deus & offensus cælum & terra, & orbis terrarum contra insensatos pugnat.

DIFFICVLTAS VII.

Quare dicitur, quod Pater dixit ad seruos suos Cito proferte stolam primam & induite illam.

267 QVæritur, qui sint isti serui, quæ stola, quis annulus, quæ calceamenta?

Theoph. citat. in glos. ordinaria. *Angeli ministros Dei, & sacerdotes significant.*

1. RESPONSIO Theophylacti cit. in Glossa: *Per seruos intellige Angelos, qui ministrant omnibus, quæ propter nos fiunt, & quibus mediantibus sanctificamur., vel etiam sacerdotes, qui conuersos per Baptismum, vel verbum doctrinæ induunt.* Quasi dicat per Baptismum sacerdotes induunt Christianis stolam primam gratiæ Baptismalis, per quam omnia peccata delentur.

Ad Gal. 3. *Gratia Baptismalis omnia peccata delet.* *Annulus signum operis.*

Vnde dicitur ad Gal. 3. *Quicumque enim baptizati sumus in Christum, induti sumus Christum.* Et annulum in manum significat signaculum Christianismi, per quod opera habemus. Quasi dicat manus signum operationis est, annulus vero signaculi.

268 Greg. Nyss. *Peccator iugũ legis Dei abiicit à se.*

2. RESPONSIO Gregorij Nysseni in Cath. citat. *Confessionis meditatio placuit ei, & ideo obuiam fuit ei, vt oscula collo conferret, quod significat rationale iugum ori impositum per Euangelicam traditionem.* Quasi dicat, qui abiecit obseruantiam legis iugum ex humeris expellit; cum vero conuertitur ad Deum iugo legis diuinæ subiicitur, & suaue onus illi videtur.

269. Ambr. cit. in Cathen. *Amor nescit aulicas ceremonias.*

3. RESPONSIO Ambrosij in Cathen. citati. *Occurrit igitur tibi, qui audit te intra mentis secreta tractantem, & cum adhuc longe sis occurrit, ne quis impediat, complectitur quoque; in occursu enim præscientia est, in complexu clementia.* Quasi dicat, affectus amoris permittit cadere super pectus Patris, vt iacentem erigat, & afflicto miseroque, & imbecilli succurrat, & super humeros tanquam ouem errantem supportet: nam quando ouis à Pastore reperitur, tanquam filius à Patre honoratur.

270 August. de quæst. Euãg. *Cõuersio peccatoris opus manus Dei omnipotẽtis.*

4. RESPONSIO Augustini de Quæst. Euang. *Annulus in manu pignus est spiritus sancti propter gratiæ participationem quæ digito bene significatur.* Quasi dicat, Conuersio vnius peccatoris à Deo per gratiam singularem designatur tanquam opera manuum suarum.

271 Sententia Auctoris. *Prodigia citra Pharaõ in peccatore conuerso renouantur.*

5. RESPONSIO meo iudicio: *Annulus digito imponitur, quia cõuersio vnius magni peccatoris tanquam prodigium inauditum designatur; nec plus omnipotentiam suam in hoc ostentat Deus quam in prodigiis & plagis contra Pharaonem factis, de quibus dictum est, digitus Dei est hic.* Eodemque modo cum perditum & prodigum conuersum ad Deum videmus, dicamus, *Digitus Dei est hic.*

272. Chrys. citat. in Cath. *Mortificatio in peccatore conuerso.* Lyra sua in glossa. *Exempla sãctorũ sequenda.*

6. RESPONSIO Chrysostomi in Cath. citat. *Mandat calceamenta pedibus imponi, aut propter cooperienda vestigia, vt per lubricum mundi istius fixus incedat, aut propter mortificationem membrorum.* Vel vt Lyra, vt Sanctorum exempla sequatur. *Quia calceamenta fiunt de pellibus animalium mortuorum.* Quasi omnes dicant, cum prodigus peccator ad Deum conuertitur, gressus & cogitationes dirigi à prudente & docto Patre Confessario debent, vt in viam salutis firmiter incedat; quia incursus meridiani à Dæmone passim obiiciuntur.

273 Ians. sua in concordia. *Contritionis dolor superat gradus antiquæ gratiæ.*

7. RESPONSIO Iansenij sua in concordia. *Est autem stola vestis genus ad talos vsque demissa, quæ non seruis, aut mercenariis conuenit, sed filiis. Cum autem dicitur, Cito proferre, stolam primam induite, significat stolam pristinam, vt intelligamus filium exutum stola, qua in domo Patris indui solebat, cum abiret à Patre.* Quasi dicat, contritionis vis talis potest esse quod gradus gratiæ superiores sint in peccatore contrito ad illos, quos ante quam peccaret habebat.

DIFFICVLTAS VIII.

Quare dicitur, Adducite vitulum saginatum, & occidite & manducemus, & epulemur?

274. QVæritur, quare ad celebrandam conuersionem Prodigi vitulus occiditur?

Interlineal. in glossa. *Sacramentũ Euchariſtiæ omne delectamẽtũ causat.*

1. RESPONSIO interlinealis in glossa; *Quia Christus vitulus saginatus est figuratus, omni spirituali virtute opimus, ita vt pro totius mundi salute sufficiat.* Quasi dicat, Christus in sacramento saginatus & mortuus pœnitentibus datur, quia est cibus omne delectamentum in se habens.

275. Augustin de quæst. Euãg. *Conuersi peccatores nõ saciantur apud Christum cõmedẽtes, quia sẽper esuriũt.*

2. RESPONSIO Augustini in Cath. citati. *Quod autem imperat vt adducant vitulum, quid aliud est, nisi vt prædicent Christum opprobriis saginatum, & annuntiando faciant venire inexhausta fame viscera filij esurientes.* Quasi dicat, peccatores conuersi, ita de rebus mundi fastidiantur, quod perpetua fame cibi panis Angelorum delectabiliter cruciantur, & quo plus Christum sacramentatum manducant plus

esuriunt,

Communio continuata agni cælestis famem multiplicat cælestium

eſuriunt, quia ineffabiliter eſt ſale gratiæ ſaginatum & lapidum, & mirificè conditum.

3. RESPONSIO Ambroſ. citati *Bene carnem vituli, quia ſacerdotalis eſt victima, quæ pro peccatis fiebat; epulantem autem inducit, cum dicit Epulemur, vt oſtenderet, quoniam paternus eſt cibus ſalus noſtra, & Patris eſt gaudium, noſtrorum redemptio peccatorum.*

176 Ambroſ. in Cath.

Sacerdotes gaudiũ Trinitati offerẽdo hoſtiam cauſant.

4. RESPONSIO Chriſoſtomi in Cathena. *Ipſe enim Pater gaudet in reditu filij, & conuiuatur in vitulo, quia miſericordiæ ſuæ fructum in immolatione filij ſui gaudens creator in adquiſitione populi credentis epulatur.* Quaſi dicat cum peccatores ad pœnitentiam conuertuntur in cœlo Regale conuiuium præparatur; quia populus acquiſitionis creſcit & fructus agni Dei ſacrificati multiplicantur, & gratiæ redemptionis Filij Dei relucent, quia peccatores perditi lucrantur. Et ideo dicitur *Manducemus & epulemur.* Vnde interlinealis ait; *Semper Chriſtus credentibus immolatur, & fit gaudium in cœlo.*

177 Chriſoſt. in Cath.

Sacerdotes populus ſunt acquiſitionis.

Interlinealis in gloſſa.

278 Lyran. ſua in gloſſa.

Quotidie corpus Chriſti olim laici communicabant.

Sacramẽtum vita & lætitia hominũ.

5. RESPONSIO noſtri Lyrani dicitur, *Et manducemus, & lætemur, quia in primitiua Eccleſiæ ſumebant hoc ſacramentum, ſed etiam totus populus quotidie vt habetur Actor. 2.* Quaſi dicat contra perſecutiones, & afflictiones Eccleſiæ in primitiua Eccleſia quotidie laici ſacramentum Euchariſtiæ manducabant, quia ipſum eſt antidotum contra triſtitias humanas, & vitam in nobis lætam, & quietam ſine cibo iſto, & vitulo ſaginato habere non poſſumus.

DIFFICVLTAS IX.

Quare dicitur, quia hic filius mortuus erat & reuixit, perierat, & inuentus eſt?

279 Ambr. cit. in Cath.

QVæritur, quis eſt filius, qui mortuus fuerat, & quomodo cæperunt epulari?

1. RESPONSIO Ambroſij in Cath. citati *Poteſt hic vna ſpecies accipi generis humani, fuit Adam, & in illo fuimus omnes: periit Adam, & in illo omnes perierunt. Homo igitur in illo homine, qui perierat, reformatur. Poteſt & de agente pœnitentiam dictum videri; quia non moritur, niſi qui aliquando vixerit.* Quaſi dicat, in Adamo lapſo omnes fuimus mortui, in Chriſto ſecundo Adamo reuiximus, & gentes quidẽ, cum crediderint, per gratiam viuificantur. Et ſimiliter, qui lapſus fuerat per gratiam reuiuiſcit.

Omnes in Adam mortui fuerunt, & in Chriſto reuixerunt.

2. RESPONSIO Theophilacti in Cath. citat. *Prodigus quantum ad vitiorum conditionem mortuus fuerat, & quaſi deſperatus; ſed quantum ad humanam naturam, quæ mutabilis eſt, & poſtea de vitio ad virtutem conuerti deperditus dicitur.* Quaſi dicat, minus eſt perdi quam mori, & nunquam de ſalute deſperandum eſt peccatoris, dum viuit, etiam ſi ſceleratiſſimus ſit, & quo periculum maius eſt in tempeſtate, in maris tranquillitate recuperatur deſperata lætitia etiã per perdita vitæ gaudia. Ita quilibet reuocatus & mundatus à crimine ſaginati vituli particeps; cauſa lætitiæ fit Patri & famulis eius, ideſt, Angelis & ſacerdotibus, qui pro peccatoribus ſemper orant, & de bonis eorum ſucceſſibus lætantur.

280 Theo. cit. in Cath.

Minus eſt perdi quàm mori.

Tranſacta tẽpeſtate recuperatur perdita lætitia.

3. RESPONSIO Ianſenij in concordia. *Perierat autem mibi ſcilicet ſicut & mortuus erat mibi, & reuixit.* Quaſi dicat, mirabilis quidem clementia Patris non ſolum ſuperans ſpem filij, ſed & omnium opinionem, quia ſalus recuperata filij propriam ſuam reputat, & reſurrectionem æſtimat, & de aliena, ſicut de propriis lætari incipit; quia pignus gloriæ peccator accepit, quod eſt gratia.

281 Ianſen. in concord.

Pignus gloriæ gratia eſt.

4. RESPONSIO interlinealis in gloſſa; *Et cœperunt epulari hoc in primitiua Eccleſia, ſed epulæ huius feſtiuitatis dilatata Eccleſia in orbe terrarum celebrantur.* Quaſi dicat, gaudium pro conuerſione peccatorum incepit, cum Eccleſia fundata eſt ſed in cæleſtibus Regnis quotidie epulæ celebrantur; quia peccatores conuertuntur; & cum fiat vnus Pactor, ouile vnum, vnum tunc completum erit in cœlo gaudium.

282 Interlinealis in gloſſa.

Epulæ & feſtiuitates Eccleſiæ conuerſio peccatorum.

TRACTATVS OCTAVVS

Ad Mores, *In cap. 15. Lucæ de filio Prodigo, qui ſubſtantiam paternam diſſipauit.*

DIFFICVLTAS X. Ad Mores.

Quare dicitur, quod homo quidam habuit duos filios?

283 Ambr. in litt. citat.

QVÆSITVM fuit quis fuit iſte homo, Et qui ſunt duo filij eius?

1. RESPONSIO ſit quam Ambroſius in litt. citat. dixit, *Quod homo iſte erat ipſe Chriſtus, qui peccatorem ſicut ouem errantem quærit, & reuertentem ſuſcipit.* Quaſi dicat, amor ſemper eſt inquietus, & neſcit modum & tempus, donec inueniat rem amatam, vnde interrogat Oleaſter, *Quare Iacob ſeparari à Beniamin filio dilecto ſuo, plus quam mori ſentiret; quia vis amoris non permittit diuelli ab amato.* Quare igitur acquieuit precibus Iudæ, qui dixit Patri ſuo, *Mitte precor puerum mecum?* Gen. 43. n. 8. Sic legit Pagninus. Reſpondit, *Quia amor impediebat ſenem,*

Amor inquietus nunquã quieſcit ſine re amata.

Oleaſt. in Geneſ. 43. Tranſ. Pagn. n. 8.

Amor & timor in amāte luctantur. Oleast. cit. *Amor aliquando timori cedit fugiens maius damnum.*

senem, ne malum quod sibi imminebat, attenderet, opus fuit de eo admoneri. Quasi dicat, amor & timor luctabantur cum Iacob, amor desiderans videre Ioseph cruciabat cor illius, vt Beniamin mitteret cum fratribus; & timor perdendi Ioseph cruciabat viscera eius. Et ideo addit Oleaster; *Erat enim moriturus senex, si non irent, & sic perditurus amatum quod ille agnoscens, annuit.* Quasi dicat, cedit amor retinendi Beniamin amori videndi Ioseph; & ideo acquieuit precibus filiorum, & misit illum cum eis; quia desiderium videndi rem perditam & amatam mortis angustiis cōparatur & cū adimpletur desiderium, & desiderata, amataque inueniuntur in lætitia recuperantur dolores præteritæ absentiæ.

Gloss. ordin. in Paralip. 20. *Peccator cōuersus corona Christi.* Psal. 64. Ambr. citat.

184 Vnde interrogatur in Glossa ordinaria, Quare dicitur Paralip. 20. *Quod Dauid tollit coronam Melchon de capite eius fecitque sibi inde Diadema?* Et respondit. *Quia mysticè significabatur, quod Christus coronam, quam Diabolo abstulit sibi aptauit peccatorem scilicet Prodigum, ouem perditam, qui quasi corona eum ambit, vnde dicitur Psal. 64. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ.* Quasi dicat vis amoris Christi, ita cor eius vrit, & flammescit quod quasi inquietus non quiescit vsquequo ouem, quam perdiderat, inueniat, & de capite Diaboli eripiat, & sibi diadema quasi coronam pretiosissimam facit, quia peccatores reuertentes ingenti gaudio recipit, vt adnotauit Ambrosius.

Chrisost. in litt citat. *Angeli Apostata natura inflexibiles.* Oleast. in Gen. 3. Trāsl. Pagnin. S. Damasc. lib. 2. de fide c. 4. *Homo flexibilis naturæ.* Chrisost. lib. contra Gentiles. *Pœnitentia perfectionem portat peccatoribus.*

185 2. RESPONSIO fuit Chrisostomi in litt. citat. *Qui seniorem filium Angelum asserit, iuniorem vero hominem, qui in Regionem longinquam abiit, quando de Paradiso cecidit.* Quasi dicat, Angeli Apostatæ natura inflexibiles sunt: Peccator vero etiam si scelestissimus natura medicinalis. Vnde interrogat Oleaster. *Quare tantopere suadere nititur Dæmon homini appetitum scientiæ boni & mali, aut astutiam, & calliditatem, vt patet Gen. 3. scit Deus quod in die, qua comederitis aperientur oculi vestri, & eritis sicut Deus?* Sic legit Pagninus. Respondet: *Nouerat quippe malignissimus insidiator nulla esse deteriora peccata, quæ penè inflexibilia sunt, quam quæ ex astutia, & malitia fiunt, ideo voluit homines ex malitia peccare, vt minus digni venia essent.* Quasi dicat, ideo Angelica natura inflexibilis permanet, quia quotidie in astutia, & malitia perseuerat. Hinc Damascenus lib. 2. de fide cap. 4. ait: *Quod hominibus est mors, hoc est Angelis lapsus.* Et addit. *Post lapsum non est illis pœnitentiæ locus, vt nec post mortem hominibus.* Quasi dicat, Dum homo viuit natura flexibilis est, & qui hodie prodigus perditus est cras super choros Angelorum exaltatur. Vnde Chrisostomus lib. contra Gentiles. *Animus salutis nostræ inimicus; ita in hanc potissimum insaniam agit, vt medicos repellant quo destitutas à medicis grauioribus, & pluribus malis diuexet, cum vero morbus non ingrauescit, tunc sanitatis initium fit. Sic in ipsa vitiositate, si vlterius ne processeris, & tibi malitia finem habueris salute fortissima corroboraberis.* Quasi dicat qui conuersus ad Dominum pœnitentiam fortiter amplectitur robustior, & perfectior solet existere, quam ante peccatum extiterat.

Origen. super 1. Cor. 30. *Imbecilles peccatores & infirmi multi differunt.* *Cogitationes imperfectionē causant.* *Aquila aucupes non timet.* Origen. hom. 1. in cap. 1. Ioan. *Peccator quomodo fiat Deus.*

186 Hinc interrogat Origenes quare 1. Cor. 30. dicitur: *Ideo inter vos multi infirmi, & imbeciles, & dormiunt multi?* Et respondet: *Nam qui propter imbecillitatem animi proclives sunt ad labendum in quoduis peccatum, etiam si non toto animo fuerint obnoxij alicui peccato peculiari; hi tantum infirmi sunt. Porrò qui pro Deo, quem diligere debent tota anima, toto corde, tota mente diligunt pecuniam, aut vanam gloriam, aut mulieres, hi ægroti sunt. Dormiunt autem, qui cum debeant attendere, somniculosi sunt cogitationibus; anima vero peccatoris conuersi, veluti volucris, quæ in altum volauerit, secura est aucupes, aut nocentes bestias nihil timens; quia cum supra sit omnes habet risui.* Quasi dicat, anima, quæ verè conuersa est ad suum creatorem, & spirituales alas adepta est, ac in sublimes cæli partes euolans, cum sit excelsior omnibus Dæmonibus deridet, quia ipsi inflexibiles in sua malitia permanent; peccator vero, quia flexibilis natura est ad suprema euolauit, Vnde Origenes hom. 2. in c. 1. Ioann. *Non aliter peccator conuersus potest ascendere ad Deum, nisi prius fieret Deus per participationē.* Quasi dicat, sicut Angeli mali malitia sua deteriores quotidie fiūt: sic peccatores conuersi, quia flexibiles sūt, & mutauerttū, se, ad plenitudinem gratiæ, & gloriæ peruenire possunt.

Origen. in Ecclesi. 27. *Stultus & sapiens quid sit.* 1. Cor. c. 1. n. 11. *Dæmones fortes in apprehensione.* Chriso. cit.

187 Hinc idem Origenes interrogat, quare Ecclesiastici 27. dicitur, *Stultus vt luna mutatur.* Et respondet; *Quia cùm luna videatur vna per substantiæ immutationem, tamen à semetipsa, alia est semper diuersa, & constat, quod vna multæ sint. Sic & nos insipientes sumus, & imperfecti, si mutamus sententiam bonam in malam, non è contra.* Quasi dicat, qui cum mali, & peruersi sint sententiam mutant, & legem Christi quærunt, & illi credunt, hi stulti sunt, de quibus Apostolus ait: *Stulta mundi elegit Deus, vt confundat fortia*: Quia per mutationem de malo ad bonum, confunduntur fortes in natura Dæmones inflexibiles; homines vero vsque ad plenitudinem gratiæ & gloriæ peruenire possunt, quia flexibiles, & mutabiles. Ideo Chrisostomus duos filios Patrisfamilias Angelos & homines insinuauit, adolescentior prodigus varius & mutabilis; maior agrestis, & indomabilis.

DIFFICVLTAS XI.

Quare dixit filius Prodigus, Pater da mihi substantiam, quæ mihi contingit?

188 QVæsitum fuit, quæ & qualis sit substantia petita à filio Prodigo?

Theodoret. cit. in litt. *Voluntas est substātia hominis rationalis.* Oleaster in Genes. 22. Trāsl. Pagn. *Volūtas eius amoris.*

1. RESPONSIO fuit Theodoret. citat. in littera. *Hominis substantia rationalitas est, quam comitatur libertas arbitrij.* Quasi dicat, in voluntate & libero arbitrio consistit totum esse rationalis Patrimonij. Vnde interrogat Oleaster; *Quare tam ingentes mercedes promisit Deus Abrahæ super numerum arenæ maris & stellarum cæli.* Et respondet: *Quia non prohibuisti filium tuum vnicum tuum à me.* Sic legit Pagninus, vbi nostra vulgata, *Quia fecisti rem hanc*, Genes. 22. Et addit Oleast. *Non dicit, quoniam voluisti immolare filium tuum mei causa, sed quia fecisti rem hanc.* Et insuper interrogat Oleaster; *Quam quæso Domine?* Et respondet: *Non inuenio nomen operi dignum, vbi aduerte, quanti faciat Deus voluntatem bene operandi efficacem vt*

properè

propere reputet. Quasi dicat, Deus ita recordatur nostræ bonæ voluntatis, vt remuneret, quasi iam opera omnia, quæ præcipit, impleantur. Hinc Bernardus: *Sed & ex hoc quoque firmiter teneamus prodesse quidem opus sine voluntate, non tamen contra volnatatem, vt vnde saluantur infantes, inde magis damnentur ficte accedentes.* Quasi dicat, infantes eum Baptismo saluantur, & sine propria voluntate: sed in adultis non sine voluutate, opera sufficiunt bona. Et addit Bernardus: *Nihilominus sane in quibusdam sine opere voluntas sufficiens, non autem contra opus.* Quasi dicat: potest martytium voluntati deficere, sed non meritum, cum voluotas martyrio non deficiat. Et Hugo de Sancto Victore. *Totum meritum hominis in voluatate, quia quantum vis tantum mereris.* Et addit: *Sed ne dicas: quid ergo opus est operari; non est enim voluntas si non operatur quod potest: si autem non potest, sufficit ipsa sibi: sed ideo post voluntatem etiam opus requiritur, vt ipsa eo opere augeatur.* Quasi dicat, tale est cor hominis, vt opere suo amplius inardescat, siue ad bonum, si rectum est, siue ad malum, si peruersum; quantum ergo voluntas crescit, tantum & meritum. Vnde Galfridus in allegor. interrogat, quare dicitur Prouerb. 30. *Sanguisuga duæ sunt filia?* Et respondet, *Quia pessima mater voluntas propria, cuius sunt duæ filia, non degeneres: iniquitas scilicet, & voluntas, hac animam inquiaat, illa contrahit, & quodammodo rugat.* Quasi dicat, tota substantia hominis rationalis, quæ coosistit in libero arbitrio. Si pestifera propriæ voluntatis, & amoris proprij macula fædatur, dissipata remanet, quia propria volnntas est quasi sanguisuga, quæ totum sanguinem venarum sugere non cessat, vsquequo anima carnis, quæ in sanguine est, extinguatur. Ideo dicitur, quod Prodigus substantiam à Patre periuit, id est, rationale esse, quod in libertate proprij arbitrij consistit, vt Theodoretus insinuauit.

S. Bern citat. in alleg. Tilm.
Infantes sine voluntate saluantur.
S. Bern. cit.
Volūtas martyrio non deficiens meritorie nimis
Hugo de S. Victore.
Voluntas sibi sola gaudet.
Crescat meritum si voluntas crescit.
Galfrid in alleg. in c. 30. Prouerb.
Sanguisuga sanguinem sugit & voluntas omnem animæ substantiam destruit.
Theodoret. citat.

189 2. RESPONSIO Ambrosij in littera citati. *Vtinam non recessisset à Patre impedimentum nescisset ætatis.* Quasi dicat adolescentia effrenata est, & cum diuitiis peior. Vnde interrogat Chrysost. Quare Genes. 44. numer. 2. dicitur. *Quod Princeps Sichen adamauit Diaam, & dormiuit cum illa; vt opprimens virginitatē.* Et respondet: *Quia iunctus malū est, quod recta rationis caret.* Quasi dicat. Vidit Sichen Dinam, & totus propter aspectum capius factus est, & concupiseentiam opere compleuit. Et addit Lyppomanus: *Ecce quomodo vincitur cupidine iuuenis, qui sensibus non imperat.* Hinc interrogat Rupertus. Quare Genes. 4. dicitur de Lamech: *Quoniam occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum?* Et respondet: *Quia Cain, qui à Lamech occisus fuit erat iuuenis per stultitiam, & per ætatem vir.* Quasi dicat, fratricidium vt stultus adolescens commisit. Et Ambrosius: *Grauior quidem culpa Lamech est quàm Cain; quia nec post lapsum se correxit alterius. Vel quia Cain impetu quedam impreuido ante peccauerat tanquam adolescentior; Lamech vero prouecta ætatis cauere debuerat, quod in altero reprehensum erat.* Theodoretus dicit: *Non occidisse Lamech Cain, sed alium: nam ait: Lamech se occidisse adolescentulum; Cain autem tunc temporis senior erat.*

Ambr. citat. in lit.
Adolescentia effrenata est.
Lypom. in gen.
Qui sensibus non imperat in luxuriam cadit.
Ropert. in gen. cap. 4.
Adolescentia stulta dicitur.
Ambr. cit.
Impetus impreuidi refrenandi.
Theodoret.
Cain prouecta ætatis occidit fratrē.

190 Sanctus Chrysostomus, & S. Efren dicont: *Lamech occidisse duos, alterum virum, & alterum adolescentulum.* Idem Caietanus, & ait sanctus Ephren, *Quod vxores interfectorum a se sibi copulauit, apud quas crimen suum confessus est.* Rabbanus autem refert. *Hebræos dicere Lamech diu viuendo caliginem oculorum incurrisse, & adolescentem ducem & rectorem itineris habuisse; exercens vero venationem, sagittam direxit, que adolescens indicauit, casuque Cain inter fruteta latentem interfecit, & ideo dicit, occidi virum in vulnus meum id est, vulnere, quo infixi, non bestiam, sed hominem. Vade & furore accensus occidit adolescentem ducem suum.* Et addit Straboo: *Dicitur Occidi virum, id est, Cain in vulnus meum, quia pro illo vulnerabor, & adolescentulum meum id est, qui me senem regebat; quia pro illo quoque damnabor.* Sed meo iudicio, Verba contritionis in Lamech sunāt, in vulous meum, id est, eum dolore cordis mei. Quasi diceret, quod dolor, de malefactis vulnerat viscera, & cor eum contritio aduenit, quæ est pœna delictorum. De adolescentia vero eum diuitiis copulata loquit Chrysostomus in Genes. 33. *An nescis, quod iuuentus per se ipsam ad ruinam procliuis est, & ad malitiam leui momento inclinatur.* Et addit: *Quando autem, & opum affluentiam acceperit multo magis ad malum proruit.* Et addit; *Sicut ignis cum fomitem inuenerit validioribus flammis exurgit. Ita quando in iuuentute materia pecuniarum incoderit tantum ascendit fornacem, vt animam iuueais totam flagrare faciat.* Quasi dicat eum Ambrosio: vtinam iuuenis prodigos portione diuitiarum recepta, impedimentum nescitet ætatis: quia quasi stultus audax adolescens ignorauit, quæ cito misera illi contigerūt.

S. Chrysost.
S. Ephren.
Caietanus.
Lamech duos occidit.
Rabbanos.
Hebræorum traditio.
Lamech senio tactus ducem habebat.
Strabon. sup. cit.
Auct. mens.
Chrysost. in Gen. 33.
Adolescentia cum diuitiis peior.
Ambr. cit.

191 3. RESPONSIO Ianseni in concord. cit. in litt. *Pater perlustrare volo regiones, vt ex multarum rerum vsu prudentiam mihi comparem.* Quasi dicat, experientia mater est prudentiæ, quia qui experientiæ non credit, nimis insanus, & stultus est. Vnde interrogat Oleast. Quare dicitur Deuteron. 20. *Nullum omnino permittis viuere, sed interficies in ore gladij, ne forte doceant vos facere cunctas abominationes, quas ipsi operati sunt diis suis?* Et respondet. *Audi quid dicit Apocalip. 2. Angelo Pergamo, habeo aduersum te pauca; quia habes illic tenentes doctrinam Balac mittere scandalum coram filiis Israel. Et Angelo etiam Tyatira dicit: Habeo contra te pauca; quia permittis mulierem Iezabel, quæ se dicit Prophetam docere, & seducere seruos meos fornicare, & manducare de idolotytis.* Quasi dicat: proh Dolor! quia totus Cristianismus habet experientiam suppliciorum omnipotentis manus Dei propter vitia impudica, & enormia, qoibus mundus scatet. Et nemo est, qui tot, tantisque Magistris flagellis scilicet, & experientiis famis & pestis, bellorumque, & seditionum prudens fiat, cum adhuc Prodigus perditus experientiam exoptet, vt prudentiam adquirat. Et addit Oleaster, super illud Deuter. 21. *Non permanebit cadauer in ligno, sed in eadem die sepelietur. Terret me re vera locus iste, asserens impium etiam mortuum contaminare terram; Quid enim viuus faciet, qui mortuus non permittitur super terram esse, etiam in suspendio.* Quasi dicat, si experientia suppliciorum, quæ in suspendio patent, homines non corriguntur, & emendantur, & prudentio

Iens. cit. in litt.
Experientia mater prudentiæ.
Oleast. in Deut. 20.
Apoc. 2.
Fornicationes ponienda nimis.
Pestes & bella per impudicitias deformes.
Suspendia terrere debēt. Monstra, & reges incorrigibiles vsque ad consummationem Regnorum nō cessant peccare.

dentiores fiunt quomodo si es correctionis, & emendationis habenda est.

291 Ambros. in Gen. 9. *Memoria punitionis Dei experientiã generat.* Vnde Ambrosius ponderans prudentiæ conditiones, quæ filia est experientiæ, interrogat: *Quare filij Noë videntes Patris verenda incedentes retrorsus operuerunt verenda Patris, Genes. 9.* Et respondet: *Quia insipiens non recordatur de præteritis, & futura non respicit, quæ præ oculis sunt; sapiens autem, & præterita recordatur, & futura.* Quasi dicat, quia experientiam præteriti diluuij mala memoriæ tradiderunt: ideo incedentes retrorsum, operuerunt verenda Patris, quia experientia laborum est mater prudentiæ. Et Ambr. citat. addit Ambrosius citatus: *Omnis ergo mens sapiens retrorsum ambulat, hoc est, præterita spectat, & non solum spectat, sed & operit, nihil vacuum, nihil nudum, suorum patitur esse gestorum, operit, quæ aliter gesta sunt amictu quodam & gratia, vel præsentis sæculi, vel futuri, vt nihil indecorum prætereat, nihil inornatum relinquat: Beati enim illi* Ps. 31. n. 1. *Exe..a sem per præoculis.* *quorum tecta sunt peccata.* Quasi dicat, prudens homo sic præterita videt, sicut & ante omnia, & experientiis docetur, & fit prudens sui ipsius gubernator, memoria præteritorum peccatorum se humilians, & experientia damnorum præterita fugiens.

293 Lypomanus in Gen. 25. *Prudentia & simplicitas germanæ.* Vnde interrogat Lyppomanus, quare Gen. 25. dicitur, *Quod Iacob vir simplex habitabat in tabernaculis?* Et respondet: *Nota quòd simplicitas vera connexam habet serpentis prudentiam, sicut vera prudentia coniunctam habet columbæ simplicitatem. Prudentia, inquam, ad cognoscendum bonum, illudque peragendum: simplicitas ad sciendum malum idque declinandum, mediante experientia. Sic & sanctus Iob simplex fuit, & timens* Iob. c. 1. *Deum, & recedens a malo.* Ideò Prodigus adolescens perlustrare volebat Regiones, vt experientia multarum rerum prudentiam, & veram simplicitatem adquireret, & à malo separaretur Iansen. cit. vt Iansenius insinuauit.

DIFFICVLTAS XII.

Quare dicitur, quod abiit in Regionem longinquam, & dissipauit substantiam viuendo luxuriosè?

294 QVæsitum fuit, quare peccatores, quo plus luxuriantur à Deo plus separantur?

Theophil. cit. in litt. 1. RESPONSIO Theophilacti in liter. citati *Quia qui se a timore Dei elongat omnia diuina* *A timore Dei non separandum.* *expendit.* Quasi dicat, timor Dei nunquam amittendus; *Quia scriptum est Beatus vir qui* Ps. ..n. 1. *timet Dominum.* Ergo qui timorem Dei contemnit non est amicus Dei. Vnde interrogat Oleast. in c. 11. Leuit. Oleaster quare Leuit. 11. dicitur. *In propinquis* Transl. Pagn. *meis sanctificabor.* Et respondit: *Quia non sinit Dominus se habere ministros impios, & sine timore, sed a domo sua iudicium incipit, in quo se sanctum ostendit esse, qui ministros suos timoratos Dei habet.* *Ministri sine timore expellendi.* Quasi dicat, etiam Beatissima virgo Maria Deo tantum placuit, quia timida fuit. Et ideo Gabriel Angelus dixit ei, *Ne timeas Maria inuenisti* Lucæ c. 2. *gratiam apud Dominum* Quasi dicat, non habes vllam timendi causam, quoniam totius orbis Domino grata es. Et addit Oleaster: *Qui enim Principibus sunt grati timorem deposuerunt, sed seruus Dei, quemadmodum offendere Deum timent, ita & puniri, quia etsi perfectissimi sint, semper timorem non seruilem, sed reuerentialem habent*

Hinc interrogat Lypomanus, quare dicitur Genes. 19. *Misit nos vt perdamus illos?* Et respondet: *Misit Dominus Angelos, vt Sodomam vreret.* Et addit *Nam si damnati sunt homines secundum animam Deus scit, nostrum tantum est timere, & timere à similibus flagitijs.* Et Chrisostomus in Gen. 7. explicans, *Ego pluam super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus,* Ait; *Poterat quidem Deus vno die, imò vno momento totam pluuiam inducere, sed edita operâ duraturam dicit, vt timorem incutiat, & simul occasionem præstet qua possent pœnam quæ in foribus erat effugere.* Quasi dicat, qui timore Dei caret, neque pœnas æternas timebit. Ideo August. sup. Ps. 75. *Tamdiu est aliquid homo, quandiu hæret illi à quo factus est homo, idque nobis timor sanctus præstat, vt hæreamus ei à quo sumus, vt simus.* Quasi dicat, qui se à timore Dei elongat, omnia diuina expendit, viuendo luxuriosè, & substantiam paternam consumendo. Et addit Aug. de verb. Apost. serm 18. *Est quidem iustus timor quasi pedagogus legis.* Quasi dicat *Qui fugit timorem libere & sine chamo, & freno viuere desiderat.* Et Basilius super Prouerb. *sicut qui clauos corpori infixos habet dolorbus pressus, non facilè quidquam agere potest. sic Dei timore confectus, non oculo vis prater decorem, non manus ad nefarias mouere actiones potest.* Quasi dicat, parum, aut nihil agere poterit, qui timore itæ Dei astrictus est, quia mæstitia quadam suppliciorum inspectione vinctus, ac oppressus viuit. Qui vero dissolutus & sine timore dormit substantiam, vitam, essentiam, & animam, viuendo luxuriosè consumit.

295 Lypom. ad cap. 19. Gen.

Chrysost. in Gen. 17. *Timor Dei semper in corde.*

August. sup. Ps. 75.

Timor hæreri Deo nos facit. Aug. ser. 18. de verb. Ap. *Chamus & frenum timor Dei.* Basil. super Prouer.

Timor fixit actiones hominis.

Vnde Nazianzen. in orat. ad sancta Lumina ait *Vbi timor est illic quoque mandatorum obseruantia; vbi autem mandatorum obseruatio, carnis quoque purgatio.* Et August. serm 6. *Timor Domini expellit peccatum. per timorem Domini nascuntur multa dona.* Quasi dicat amisso timore Dei omnia mala homine inuadunt vnde Lypomanus in Exod. 19. explicans. *Omnis qui tetigerit montem morte morietur. (ait) Huius terribilis comminationis, & aliorum terribilium causa erat populi rudis inscitia, cui tanquam adolescentulo petulanti, qui primo Patrem revereri nescit seuerum pedagogum adhibere oportebat.* Quasi dicat, qui venas cupiditatis, & libidinis laxant, & viuere luxuriosè prætendunt timore non astringuntur, ideo sequitur inquit Lypomanus, *Vt probaret vos Dominus, & vt terror illius esset in vobis, & non peccaretis.* Quasi dicat, docendus erat populus, quod Deus Patrum eius non esset talis vt Dij Ægyptiorum, quorum in sacris, imò sacrilegiis ludere, & Choros ducere, & manducare, & bibere solemne erat; quia qui timore Dei carent, omnem substantiam & essentiam animæ viuendo luxuriosè sine fræno dissipant, vt de Prodigo adnotauit Theodoretus.

296 Naz. ad sancta lumina. *Timor purgatio carnis.* Aug. serm. 6.

Lypom. in Exod. 19.

Timor seuerus pedagogus.

Lypom. cit.

Timor vt chamus vitia reprimit. Exod. 19. *Timoris expulsio vitulum Deum fecit.* Theod. cit.

297 S. Aug. in lit. cit. 2. RESPONSIO fuit Augustini in littera citati. *Prodigus dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè, quia vacantem, otiosam & luxuriosam vitam amabat, cupiens fundere se & spatiari.* Quasi dicat, enormes impudici, qui non *Luxuriosi variando delectantur.* satiantur

ſatiantur luxurioſis voluptatibus, ferè ſemper malè moriuntur, ſi in ſe non reuertuntur, vnde interrogat Oleaſter, *Quare Phinees filius Eleazari arrepto pugione ingreſſus eſt poſt virum in lupanar, & perfodit ambos ſimul, virum ſcilicet, & mulierem.* Numer. 25. n. 8? Et reſpondet: *Quia intrauit inſolenter ad ſcortum Madianitidem, vidente Moyſe, & omni turba.* Et addit: *Diſce quàm ſit fera libido, quod eo tempore peccata admittat, quo viderit ea in aliis caſtigare, & qui flagellis debuerat aliorum cohiberi, is vice verſa audacior fit.* Quaſi dicat; quis horribilia talia audiuit; obſtupeſcite cæli ſuper hoc. quod vidente Moyſe, & turba omni vehemens ſcandalum obiiciens omnibus, Princeps populi, & nobiliſſima Madianita luxurioſè coirent. Audiatur textus Num. 14. n. 14. *Erat autem nomen viri Iſraelitæ, qui occiſus eſt cum Madianitide Zambri filius Salu Dux de cognatione & Tribu Simeonis. Porro mulier Madianitis, quæ pariter interfecta eſt, vocabatur Corbi filia Sur Principis nobiliſſimi Madianitarum.* Vnde Lippomanus. *Cacitas mentis & corporis ſequela eſt immoderata libidinis.* Quaſi dicat, quis non miratur, quod Princeps, aut Rex, & nobiliſſimæ fœminæ cum ſcandalo torius Reipublicæ immoderatam libidinem exequatur. Quid ergo præter ſupplicia, peſtis, famis, belli, bellorumque innumerabilium expectatur niſi repentinam mortem, & ſubitaneas infœlicitates eſſe.

Oleaſt. in Num. 25. n. 8. Luxurioſi Principes intolerabiles propter ſcandalum. Numer. 14. n. 14. Corbi filia Principis impudica. Lyppoman. in gen. Peſtis & bella propter ſcandala Principum.

298 Hinc interrogat Ambroſius, *Quare dicitur, quod iuuenes illi Sodomitæ impudici oſtium inuenire non poſſent?* Geneſ. 19. Et reſpondet: *Quia omnis libido cæca eſt, & ea quæ ante ſe ſunt, non videt.* Quaſi dicat: impudentes Principes, neque portam, neque voces populi audiunt, ſcandala murmurantes. Vnde Chriſoſtomus: *Quoniam mentis Sodomitarum oculus excæcatus erat propter hoc & viſu priuati ſunt.* Et addit: *Vt diſcant Principes & iuuenes quod nihil ſibi proſint corporales oculi; ſi oculi mentis fuerint excæcati, & non ſolum iſti excæcati ſunt, ſed & viribus corporis deſtituti, quandoquidem potiorem hominis partem, ſcilicet, animam corrumpunt.* Quaſi dicat, qui luxuriæ venas fluxerunt, etiam Principes viliores, & ſine æſtimatione fiunt apud Plebeios, quia corpore & anima corrupti ſunt. Hinc Chriſoſtomus in Geneſ. 8. interrogat, quare dicitur, *Quod Noe dimiſit coruum, qui egrediebatur, & non reuertebatur?* Et reſpondet: *Forſan cum ſit immunda auis incidit in cadauera hominum & brutorum, quibus inuento ſibi congruo cibo inſedit.* Et ibi Auguſtinus. *Columba autem reuerſa eſt, quia naturaliter refugit huiuſmodi cadauera.* Et D. Iſidorus: *Coruus emiſſus & non reuerſus ſupernatante cadauere illectus, ſignificat homines in munditia cupiditatis deterrimos, & ob hoc ad ea, quæ foris ſunt in hoc mundo intentos.* Quaſi dicat, luxurioſi, quia vacantem vitam, & ocioſam amant ſemper cupiunt ſe nouis luxuriis ſpatiari, vt de Prodigo dixit Auguſt. citat.

* * *

S. Ambroſ. in gen. 19. S. Chriſoſt. in gen. 19. Luxurioſi Principes non æſtimantur à populo. Chriſoſt. citat. gen. cap. 8. Corui immundi corporibus cibantur mortuis. Auguſt. Iſidor. Luxurioſi vitam latam tenent. Aug. citat.

DIFFICVLTAS XIII.

Quare dicitur, quod Prodigus cuſtodiebat porcos, neque ſaturabatur de ſiliquis.

QVæſitum fuit, quare cepit egere Prodigus, & de ſiliquis Porcorum non ſaturabatur? 199

1. Responsio fuit Ambroſij in litt. citati; *Quia diuitias ſapientiæ, & ſcientiæ Dei dereliquit.* Quaſi dicat, homines brutales, & carnales de ſcientia diuina, neque humana curant, quia voluptatibus abſorti ſunt, prudentes vero, & omni laude digniſſimi, de vtraque ſcientia tractant, & in ſacris ſcripturis perpetuo vacant. Vnde interrogat Oleaſter, Quare Moyſes fauoribus diuinis repletus dixit Domino Exod. 23. *Si inueni gratiam in oculis tuis, ſcire fac me nunc viam tuam?* Sic legit Pagninus. Et reſpondet: *Docet nos ſanctus Moyſes, quid præcipuè à Domino petamus, nempe modum ſcire quo gratiam apud eum inueniamus.* Quaſi dicat, cum in multis, omnes frequenter Deum offendamus, nulla ſcientia eſt homini vtilior, quam ſcire, qua via ſe poſſit Deo ſuo reconciliari, aut Deum ſibi, quod fit oratione, lectione, ſcientia ſcripturarum mediantibus: quibus ſcientiis ambitioſi carent; & luxurioſi pœnitus obliuiſcuntur.

Ambr. cit. in litt. Luxurioſi nõ curant de ſcientia. Oleaſt. in Exod. 23. Transf. Pagn. Vera ſcientia ſcire Deum. Ambitioſi nõ curant litteras ſcire.

Hinc Bernardus exclamat contra inſenſatos: *Ad ſcientiam non attendentes, quare non auditis, ſpiritum ſanctum clamantem,* Prouerb. 3. *Beatus homo, qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentia.* Et addit Bernardus: *Quare ergo dum inueniri poteſt, non inuocas illum. Vis audire quam prope ſit: prope eſt verbum in corde tuo, & in ore tuo tantum ſi recto illo quæris corde. Erige cor, ſurge de lectulo.* Quaſi dicat, vade piger ad fornacem, ſi vis honorem, & fructum ſcientiæ diuinæ, labora die noctuque in ſacris litteris, quia ibi ſacra ſcriptura, & Doctores ſancti docebunt te ab otioſitate fugere, & ad Deum peruenire, & videbis, quomodo verum ſit, *Quod conſuetudo eſt altera natura.* Et ex multo in ſcientiis labore, quæ prius præ anguſtia tangere anima tua abortebat tunc præ dulcedine cibi delicatiſſimi tibi ſunt, vt Iob teſtatur, c. 6. n. 8. Vnde Bernard citatus. *Sic enim corde inuenies ſapientiam, & ore afflues prudentia. Sed affluere, non effluere fiat. cura, vel euomere.* Quaſi dicat: tu ea inueniſti dando operam litteris; ſi inueniſti ſapientiam, tamen ne multum comedas, ne ſatiatus euomas illud. Et addit Bernardus; *Sic comede, vt ſemper eſurias: nam & ipſa ſapientia dicit Qui edunt me, adhuc eſurient.* Quaſi dicat, noli repetere multum quod habes, ne euomas gloriando & ſuperbiendo; quia hoc ipſum quod videris habere; auferetur à te. 300

Bern. citat. Prouerb. 3. Prou. 6. n. 6. Religioſi otioſi libros ſanctos abſorbentes infælices nimis. Conſuetudo eſt altera natura. Iob. c. 6. n. 8. Scientia inflat. Ber. citat. Sap. 4.

Hinc interrogat D. Thomas; quare Diabolus dixit Parentibus primis noſtris; *Eritis ſicut Dij ſcientes bonum & malum* Geneſ. 3. Et reſpondet opuſc. 2. c. 189. *Vt ad tranſgreſſionem præcepti facilius inclinaret Diabolus: illa promiſit, quæ homo naturaliter appetit ſcilicet vitationem ignorantiæ. Ideo dixit aperientur oculi veſtri ad excellentiam dignitatis dicens, eritis ſicut dij, & perfectionem ſcientiæ, cum dixit Scientes bonum & malum.* 301

D. Thom. opuſc. 2. c. 189. Gen. c. 3. Homo naturaliter ſcire deſiderat.

Ignorantes ambitiosi méorum dia boli.

Quasi dicat homo naturaliter ex parte intellectus fugit ignorantiam, & scientiam appetit, & ex parte voluntatis appetit celsitudinem. Ex quo patet, quod qui litteras, & scientias refugit discere, vel caret intellectu, vel sic celsitudines dignitatum cupiens membrum diaboli factus est. Vnde interrogat Rupertus, *Quare dicitur Gen. 3. Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ?* Et respondet, *Quia antequam serpens fieret organum Diaboli ad perditionem hominis, sapiens vel prudens poterat dici; postquam autem prudentia eius malitiæ Diaboli coniuncta est, callidus & nequam, siue versipellis rectius potest nuncupari.* Quasi dicat, organum Diaboli sunt homines, qui reptant super terram luxuriis & libidinibus in perpetuo motu, & fluxu quærentes; cum vero isti carnales, & versipelles Dæmones possunt nuncupari, quia scientias Dei ignorantes diuersis figuris & modis ineffabilibus loca suprema consequuntur.

Rupert. in Gen. 3. Canillosi fugiendi.

Ambitiosi versipelles dicuntur & muneribus colores vel is ignorātis mutant in scientificos.

302 Vnde interrogat Lypomanus, quare dicitur Exod. 3. *Ego portabo vos ad terram fluentem lac & mel?* Et respondet. *Non de lacte caprarum, aut ouium, & melle apum est sermo: Sed per lac intelligunt sancti sapientiam rerum diuinarum; per mel vero gustum ipsarum.* Quasi dicat peccatores, qui de dulcedine diuinæ sapientiæ gustare non intentant fame peribunt; quia de cibis porcorum, scilicet siliquis non satiantur. Et addit Lypomanus, *Cum huiusmodi lacte & melle præcipuè Christus est cibatus vt per Isaiam prædictum erat Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. Nec enim per butyrum pecudum, vel mel apum, quis vnquam discet bonum à malo secernere.* Et addit. *Lacti autem comparatur sapientia quia passit illos, de quibus dicitur Matth. 18. Nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in Regnum cælorum.* Quasi dicat qui carnalibus luxuriis inhæret, & cibos porcorum insatiabiliter quærit, sicut Prodigus de siliquis non satiatur; quia thesauros veræ sapientiæ, & de dulcedine scientiæ cælestis fastidium generat, & gustum terræ fluentis lac & mel totaliter amittit, vt Ambrosius annotauit.

Lippoman. in Exod 3. Lac est sapientia doctis: mel verò gustus scientia. Isa. cap. 30. num. 33. Matth. 18.

Ignorātes siliquas porcorum quærunt & modos illicite ad c8-quutionē dignitatum.

303 2. Responsio Iansenij in 8. respons. citati: *Non pascebat Prodigus oues, aut boues, sed porcos, quod dedecorissimum officium est apud omnes.* Quasi dicat Peccatores, qui propter luxuriam, aut cibos, honorem suum contempserunt, irremediabiles fiunt. Vnde interrogat Oleast. *Quare Esau primogenituram vendidit?* vt dicitur Gen. 25. n. 34. Et respondet; *Quia accepto pane, & lentis edulio comedit, & bibit.* Et addit Oleast. *Non est honor paruipendendus; sed est expendendum, quid à te abiicias, ne forte postea abiecisse pœniteat.* Quasi dicat actiones humanas, sic homines (maximè nobiles) debent dirigere, quod nullo tempore honor amittatur.

Iansf. citat. Dedecorissimi vnt impudici. Oleaster in Gen. 5 n. 34. Honor non paruipendēdus.

304 Vnde Lyranus interrogat, *Quare Rex Aanon, filius Ammon seruis Dauid rasit dimidiam partem barbæ eorum, & præcidit vestes eorum vsque ad nates, &c.* Respondet: *Vt apparerent verenda eorum, quod dedecorissimum est.* Quasi dicat Peccatores qui publicè, & scandalosè luxuriantur verenda tractant, & manifestant, & honorem amittunt in iuuentute, quem postea in senectute irremediabilem, & irrecuperabilem sentiunt, quia non sunt digni, vt honorentur in Republica, vel sua communitate. Hinc interlinealis addit: *Diabolus castitatis dignitatem nudat, & turpia, quæ persuasit, reuelat.* Quasi dicat, idem Diabolus, qui ad luxuriosam vitam prouocat, statim senioribus, & magnatibus Reipublicæ, & communitatis in memoriam vertit, vt etiam emendatos non eos honorent, imò publicè inhonorentur propter luxuriam præteritam in detrimentum publicum. Vnde interrogat Cyprianus, quare Rex potens sicut Hærodes tam audaciter, & inconsideratè puellæ saltanti promisit cum iuramento dimidiam partem regni sui, Marc. cap. 6. *Etiamsi demidiam partem Regni petieris?* Et respondet. *Quia non cogitat de honore, qui turpiter luxuriatur.* Quasi dicat, luxuriosi ita absorti, & cæci sunt in voluptatibus suis, quod non cogitant de futuris, & sicut sues in cæno fœtido delectantur, & cum porcis manducant siliquas, quod dedecorissimum officium est vt Iansenius adnotauit.

Lyran. 2. Reg. c. .. Impudici verenda non tegunt & à dignitatibus priuantur.

Interlinealis in gloss. Æmuli præterita peccata detegunt & in capaces scandalosos probant. Lyran. Marc. c. 6.

Luxuriosi nō cogitant de dignitatibus. Iansf citat.

DIFFICVLTAS XIV.

Quare Prodigus in se reuersus dixit, quanti mercenarij &c.

QVæsitum fuit, quid sibi vult verbum in se reuersus? 305

1. Responsio fuit Lyrani in littera citati. *Homo autem extra se egreditur, cum limites rationis recta transgreditur; in se autem reuertitur pœnitendo de præteritis.* Quasi dicat ex defectu ponderationis grauitatis peccati offensæ Dei multiplicantur. Vnde interrogat Oleast. Quare Exod. 33. dicitur *Vos peccastis peccatum grande; ego vero orabo, si fortè expiem peccatum vestrum?* Sic Pagninus. Et respondet. *Ostendenda est peccati sui grauitas, nec facilè venia promittenda, vt sciat, quàm graue sit Deum offendere; ideo dixit Moyses, si fortè expiem peccatum vestrum, quia tam grande est, vt non sufficiat oratio mea ad veniam impetrandam.* Quasi dicat, homo cum peccat, quasi homo sine ratione procedit; quia si grauitatem peccati ponderaret, cito in se reuersus lamentaretur, veniam à Deo deprecans.

Lyran. cit. in litt. Grauitas peccati non considerata rideo cōmittitur. Oleast. in Exod. 33. Trāsl. Pagn. Grauitas peccati ponderanda.

Hinc interrogat Basilius lib. de vera virg. Quare dixit Ieremias cap. 4. n. 29. *Equi amatores, & emissarij facti sunt peccatores?* Et respondet: *Quia homo ex rationali, & irrationali, id est, animali parte iuxta gentilem Philosophiam, id est, Centaurum quendam creator effingens superiori parti à capite vsque ad pectus humana forma insignita, reliquum corporis ab vmbilico, & lumbis equina subiecit effigie, quæ ad ventris voluptatem brutorum instar prona, atque ad concubitus effrenatè procliuis est.* Quasi dicat ab irrationali parte per luxum rapi ratione præditam voluit, sed à rationali potius rationis expertem ad vsus necessarios regi sæpissime statuit, hoc est, actiones hominis rationalis, non ab animali parte, sed à ratione dirigi debent. Et addit Basilius. *Huius denique sibi indulta diuinitus potestatis, gratia si quādo rationalis pars peruerso ordine ipsa non regit improperat auriga sermo diuinus dicens Equi insaniētes, vel amatores luxuriarū in fœminas facti* 306

Basil lib. de vera virg. Ierem. c. 4. n. 29. Centaurum quare modo dicitur. Basil. citat. Actiones à ratione diriguntur.

Ierem. citat. *facti sunt, vt Ieremias testatur.* Quasi dicat, *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.* Quia lethargo mortali sopitant luxuriosi, & necessariæ sunt voces Prædicatorum clamantium, & dicentium; *Surge, qui dormis, & illuminabit te Christus.* Et soler in se reuersus peccator, quasi homo, qui extra se egressus est reuertere, & quasi extra rationis limites existens respicit, suspirat, tacet, luget, neque scit quomodo loquatur, quod nostro Hispano dicitur idiomate, *Queda como absorto y hombre espantadizo, que viene del otro mundo.* Et hoc est, in se reuersus, pœnitendo de præteritis, vt Lyranus dixit.

Luxuriosi equites sine ratione.
Psal. 6. n. 17.
Ad Ephes. 5. n. 14.
Contritus attonitus manet.
Hispana loquuno.

307 Hinc Macharius hom. 32. *Velut volucris vnam habens alam hac sola volare non potest, sic etiam natura humana si nuda per se maneat, & non misceatur per penitentiam, ac particeps fiat naturæ cælestis nihil præclarum efficit, sed nuda manet in sua natura, & sordibus multis reprehensioni obnoxia.* Quasi dicat, si pars coinquinata peccatis per multum tempus relinquatur, quasi brutum animal sine intellectu remanet homo. D. Hieronim. lib. 3 aduers. Pelag. *Dicimus posse hominem non peccare, si velles pro tempore, pro loco, pro imbecillitate corporea, quando intentus est animus quandiu chorda nullo vitio laxatur in cithara, quod si paululum se remiserit, quomodo qui aduerso flumine lembum trahit si remiserit manus statim retro labitur, & fluentibus aquis quo non vult ducitur. Sic humana conditio, si paulatim se remiserit discit fragilitatem suam, & multa se non posse cognoscit.* Quasi dicat, quo plus homines in peccatis dormitant plus grauantur, & cum graui pondere in profundum demerguntur. Cum autem in se reuertunt, quasi qui de profundis aquarum plenus aquarum egreditur, & actiones extra limites rationis ferè operantur, quousque paulatim Spititus Sancti gratia calefiat spiritus, & in se tota anima perdita reuertitur, vt Lyranus insinouauit.

Macharius hom. 32.
Homo sine auxilio Dei auis cum vna ala.
Hieronym. lib. 3. aduers. Pelag.
Homo per se quasi cithara dissonans.
Homo in se reuersus quasi qui de profundis aquarum exiit.
Lyran citat.

308 2. RESPONSIO fuit Gregorij Nisseni in littera citati: *In se reuersus fuit, quia laboribus, & infelicitatibus attritus mercenarium se agnouit.* Quasi dicat, mundus tot tantisque laboribus, & infælicitatibus plenus est, vt quasi coacti, quia mundus eos expellit, multi ad Deum conuertuntur. Vnde interrogat interlinealis in Glossa Quare Exodi 12. dicitur: *Nec poterant fermentari cogentibus exire Ægyptiis?* Et respondet, *Quia sicut cogunt filios Israel Ægyptij exire. Sic & mundus quandoque impellit fideles ad Deum & quemadmodum vrgent illi Hebreos nec sinunt pulmenti quidquam præparari dedisti, nec sic obstant Dæmones, ac Deum quæramus felicitatibus & delitiis præsentibus, mundana fugiamus, sed bonis, & diuitiis fruamur.* Hinc Augustinus in Psalm. 136. *Attendat vnusquisque ipsam felicitatem suam, qua exultant anima eius, & tremuit quodammodo gaudio, & extulit se, & dixit felix sum, attendat, si non fluat illa felicitas; si potest certus esse de illa quæ manet in æternum; Si autem non est certus videt effluere, vnde gaudet.* Et addit: *Flumius Babylonis est, sedeat supra, & fleat.* Quasi dicat cum D. Brunone.

S. Greg Niss. citat. in litt.
Infelicitates homines faciles in se reuertere.
Interlineal. in Gloss. Exod. 12.
Delitiæ & dignitates cōpedes peccatorum.
Aug. in Ps. 136.
Infelices qui felicitatibus sæculi viuntur.

Heu sic viuunt homines quasi mors nulla sequatur,
Et velut infernus fabula vana foret.

S. Brun. citatus.
Fabulosum impij infernum putant.

Quia diuitias & honores prosperitatesque nimis amant, & hanc laudem quærunt; de infælicitatibus vero lamentantur, quæ multoties ad Deum homines vertunt, vt in Prodigo, qui factus est mercenarius pcrcorum pastor.

309 Vnde interrogat Stephan. citat. in alleg. Tilm. Quare Iudith 13. dicitur, *Quòd castissima Iudith accessit ad columnam & pugionem exoluit? Et respondet; Quia pugio ligatus ad columnam est gloria mundi, annexa potentia sæculari, hoc gladio totus mundus ferè occiditur, sicut Holofernes gladio suo enagmatur cum gloria mundi apertè inspicitur per exempla mortuorum & infelicitatum huius mundi.* Quasi dicat, qui infelicitatibus mundi laboribus & miseriis quasi gladio transfigitur, in se reuertit, & à solicitudinibus huiusmodi cessat quietus, saltimque fallaciis, & mendaciis vanis in Principibus, & amicis confidens: Sic in se reuersus, per Dei misericordiam mundum relinquens, & dicens. *O quanti mercenarij in domo Patris mei abundant consolationibus.* Quanti, quasi diceret, qui minus ingenio præditi sunt sola simplicitate, & paupertate, & labore manuum suarum laborantes, & comedentes vitam quietam, & pacificam agunt, cum multi literati fame pereunt diuinarum consolationum, quia felicitatibus, & diuitiis, dignitatibusque repleti sunt, & gementes moriuntur, quasi belluæ necatæ.

Stephan. citat.
Iudith. 13.
Mundus ab immundis amatur, & à mundis relinquuntur.
Simplices paruuli humilesque quasi Angeli in pace viuunt, & requie, cum.

DIFFICVLTAS XV.

Quare dicitur Surgam & ibo ad Patrem meum &c.

310. QVæsitum fuit, quare surrexerit filius Prodigus & ad Patrem suum profectus fuit.

1. RESPONSIO fuit Gregorij Nilleni in litt. citati; *Non prius redit ad pristinam felicitatem, quin à peccatis resurgat.* Quasi dicat, ad veram conuersionem non sufficiunt ardores desideriorum diuinorum, & cogitationes diuinæ gloriæ, si prius occasiones peccandi non auferantur. Vnde interrogat Oleaster, quare Exod. 23. præcepit Deus. *Nomen aliorum Deorum non memoramini?* Sic legit Pagninus. Et respondet; *Quia oportet, qui ad terram promissionis pertinere cupimus, abiicere omnem peccatorum occasionem; Ideo voluit Dominus idolum non nominari, ne contingeret colere.* Quasi dicat, sicut eloquia praua corrumpunt bonos mores: Sic fidem & cæleste iter occasiones peccandi, ideo Apostol. 1. Cor. 15. dicebat: *Fornicatio, aut immunditia neque nominetur in vobis.* Et Christo dixerunt Discipuli iter agentes in Emaus, *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis.* Lucæ 24. neque per solos ardores, & desideriorum Dei Christum agnouerunt, & gloria resurrectionis potiti sunt, vsquequo omnem dubitandi occasionem à corde abstulerunt, neque sufficit cum Psalmista dicere, *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua*, nisi cum anima dilecta dicat, *Surrexi, vt aperirem dilecto meo quia anima mea liquefacta est*, vt dilectus locutus est Cant. 5. quia filius Prodigus prius surrexit quàm ad pristinam Patris felicitatem perueniret.

S. Greg. Niss.
Occasiones peccatorum prius abiiciendæ.
Oleast. in Exod. 23.
Trāsl. Pagn.
1. Cor. 15.
Lucæ 24.
Dulcedo verborum Dei non sufficit: sine operibus. Ps.
Cant. 5.

311 Vnde interrogat sanctus Gregor. 3. mor. cap. 17. quare Iudic. 6. *Angelus Domini extendit summi*

S. Greg. lib. 3. mor. c. 17.
Iudic. 6.

summitatem virgæ, quam tenebat in manu, & tetigit carnes & panes azymos, ascenditque ignis de petra, & carnes azymosque panes consumpsit? Et respondet; *Carnes hædi supra petram ponimus, cum corpus peccati in Christi imitatione cruciamus. Ius etiam carnium desuper effudit, qui in conuersatione Christi etiam carnales cogitationes exinaniuit, quæ tamen mox Angelus Virga tetigit, quia in cogitationem nostram potestas diuini auxilij adiuuat.* Quasi dicat: verè in se reuertit peccator cum occasiones tentationis per Dei auxilium superat. Et concludit Gregorius: *De petra autem ignis exit, & ius & carnes consumit, quia afflatus a Redemptore spiritus tanta cor nostrum flamma compunctionis concremat, vt omne quod in eo est illicitum & operis, & cogitationis exurat.* Quasi dicat in se reuersus peccator cogitans de cælestibus semper, surgit, & operibus & cogitationibus semper ad patriam festinat. Vnde interrogat Glossa ordinaria. *Quare Samson faces ligauit ad caudas vulpium, vt segetes inimicorum combureret* Iudic. 15. Et respondet, *Vt discamus & nos, si comburere volumus opera Dæmonorum inimicorum nostrorum faculas ardentes igne compunctionis, & pœnitentia alligamus in caudis vulpium, id est, post noxias subreptiones, ex quibus prolapsi sumus.* Quasi dicit, ab occasionibus peccandi fugere debemus ea celeritate, ac cum ignem in domo nostra ardere conspicimus.

Cogitationes prauas torquens conuersos ad Deum. — Greg. citat. — *Flamma amoris diuini cogitationes malas vrit.* — Glossa ordinaria. — Iudic. 15. — *Compunctio facula ardens. Vulpes sunt occasiones.*

312 Hinc interrogat Bernardus, quare Rex Saul Samueli dixit 1. Reg. 15. *Peccaui, sed honora me coram senioribus populi?* Et respondet; *Ad vnū peccaui David respondit Nathan, Dominus quoque transtulit peccatum tuum* 2. *Reg. cap... Saul autem bis dixit peccaui, & non est remissum peccatum eius. Prima enim vice noluit satisfacere pro peccato, imo addidit, sed nunc porta quæso peccatum meum, hoc est, satisfac pro peccato meo; altera autem vice non habuit contritionem, quia noluit haberi peccator. Sed dixit, Honora me coram senioribus populi.* Quasi dicat, compunctionem imperfectam habuit Saul & noluit resurgere à peccato, sed honorificari, & in peccato manere fœlicitatem huius sæculi & futuri desiderans. Prodigus autem non sic, sed vt redderet ad pristinam Patris fœlicitatem dixit: *Surgam & ibo ad Patrem meum, & corde perfecto dicam Peccaui.* Vt Gregor. Nissen. adnotauit.

Bernard. 1. Reg. 15. — 2. Reg. c. 12. num. 13. — *Peccatores duplicem fœlicitatem desiderant.* — Gregor. Niss. citat.

313 2. RESPONSIO Iansenij in litt. citati *Mærore & tristitia consumptus, dixit Surgam, & ibo ad Patrem meum, & dicam Peccaui.* Quasi dicat, tristitia solùm pro peccatis laudanda est; in cæteris autem expelli debet. Vnde interrogat Oleaster, Quare Exod. 5. dicitur: *Dimitte populum meum, vt festa celebret mihi in deserto?* Sic legit Pagninus. Et respondet; *quia non libenter accipit Dominus ministeria tristia, sed hilarem ministrum diligit. Hac de causa noluit populū suum sibi festa in Ægypto celebrare; quoniā cum esset captiuus, nō posset in hilaritate seruire.* Quasi dicat permittit Deus peccatores aliquando nimia tristitia circumdari, vt cognoscant, quia captiuitas peccati non sinit eos lætari, casibus, & infortunis successibus, vt sic reuertantur in se, & festis quibus in domo paterna vtebatur, consideret, & quam læti serui Dei ambulent, & viuant; quia Deus hilares seruos diligit in suo seruitio.

Iansf. citat. in litt. — *Tristitia expellenda ad seruiendum Deo.* — Oleast. in Exod. 5. — Trāsl. Pagn. — *Tristitia aliquando prodest peccatoribus.*

314 Hinc Chrisost. homil 7. ad popul. *Tristitiam Deus non ob aliud nobis indidit nisi propter peccatū, & hoc per ipsarum rerum experientiam manifestauit; in pecuniarum enim iactura, & morte, & ægritudine, & aliis nobis ingruentibus molestiis dolentes & mærentes, non tantum nullam consolationem capimus, verum & molestias augemus; peccatis vero, si doleamus & tristemur peccati magnitudinem minuimus, & quod erat maius reddimus paruum; sæpe vero & funditus ipsum totum delemus.* Quasi dicat, in fracasibus fortunæ tristitia & mæror exsiccant ossa, & plures cogitando mærore corda consumuntur; in dolore enim & tristitia peccatorum capita leuantur, & animæ lætificantur. Vnde interrogat Maximus lib. 2. de Charit. Quare Prouerb. 14. dicitur: *Extrema gaudij luctus occupat?* Et respondet: *Quia quemadmodum diebus succedunt noctes, & æstates suscipiunt hyemes. Sic inanem gloriæ cupiditatem, & voluptatem suscipiunt dolores, & tristitia, aut de præsentibus vicissitudinibus, aut de cogitatu futurorum.* Quasi dicat sola cogitatio finiendæ lætitiæ consumit potentes, cum audiunt prædicare quod *potentes patientur tormenta potentissima.* Mæror autem peccatorum cito transit, & in gaudium conuertitur; quia læti peccatores pergunt & festinant ad Patrem cælestē, vt Prodigus dixit, Surgam, & ibo ad Patrem.

S. Chrisost. hom. 7. ad popul. — *Tristitia in fracasibus fortunæ exsiccat ossa. Mæror peccatorum corda lætificat.* — S. Maximus lib. 2. de charit. — Prouerb. 14. — *Vicissitudo rerum infallibilis est. Potentes cogitatu sui cordis lætitiæ torquentur.*

Hinc Bernardus serm. de diuers. *Sicut lucerna & flamma nouissima fumus occupat & caligo, sic læta res in tristitiam commutantur.* Quasi dicat, sicut lucerna extincta necessario fumo torquet nares. Sic lætitiæ a fortiori finiendæ sunt, & solo fœtore futuro cogitationes torquentur. Vnde Chrisostomus Epistol. 8. ad Olimpiam. *Tristitia animarum crudele tormentum est, dolor quidem inexplicabilis, & iudicium omni iudicio, vindictaque deterius: nam & vermi est similis venenato, non solammodo carnem sed & animam perimens: & tinea non solum ad ossa, sed ad corda peringens, & perpetuus quidem carnifex, non animam dilacerans, sed vires animæ consumens, & iugis nox ac tenebra profunda, & tempestas & turbo, & pugna requiem non inueniens.* Quasi dicat, sicut qui in angustissima procella maris fluctibus emergitur, & descendit vsque ad profundum maris, & statim vsque ad cælum extollitur; sic qui fluctibus mæroris & tristitiæ animo concutitur: sed si portus salutis inuenitur à tempestate liberatur. Sic qui ex fluctibus tristitiæ surgit ad pœnitentiam inuenit portum salutis, quietis & pacis, vt Prodigo contigit.

Ber. Serm. 1. de diuers. — *Fumus lucernæ & cogitatio lætitiæ perdendæ torquent.* — Chrisost. epist. 8. ad Olymp. — *Tristitia vermis venenatus consumens cor.* — *Procella tristitiæ, & mæroris in peccatoribus manet.* — *Portus quietis & lætitiæ pœnitentia.*

315 Hinc Basilius hom. de gratiarum actione, *Vt vermes plurimi innasci soleat teneribus lignis, haud secus angor ipse deiectionis animi in eos homines se insinuat, qui molliores sunt nec constanti ingenio.* Quasi dicat, si mæror & tristitia in cordibus imbecillibus, & paruulis perseuerat, non cessat vsquequo ad terram mærore consumptos deiiciat; qui vero forti, & constanti animo sunt, surgunt confidentes, & in Domino sperantes, dicuntque cum Prodigo, Pater peccaui. Vnde Ambrosius Caim reprehendens ait, *Cur concidit facies tua* Gen. 4. *Quare tristis factus es, nisi quia in propria conscientia sacrificium tuum reprobas.* Quasi dicat, tuo gladio tristitiæ te perimis, quia ingens tristitia mater est desperationis: non sic prodigus, sed lætus & confidens in Domino dixit, *Surgam, & ibo ad Patrem meum*, & dicens *Peccaui* vt Iansenius insinuat.

S. Bas. hom. de grat. act. — *Paruulos occidit tristitia. Tristitia gladius paruulorum.* — Ambr. in Gen. 4. — *Cain tristitia desperauit.* — Iansenius citatus.

DIFFI

DIFFICVLTAS XVI.

Quare Pater dixit, citò proferte stolam primam?

Theophyl. in lit. cit. *Angeli & sacerdotes ministri salutis nostræ.* Oleast. in Exod. 13. Transl. Pagn. *Angeli festiuant celebrātes conuersionem peccatorum.*

316 QVæsitum fuit de seruis, de celeritate Patris recipientis filium, de veste, de annulo, &c.

1. RESPONSIO fuit Theophylacti in litt. cit. *Qui per ministros intelligit Angelos, vel sacerdotes qui peccatoribus salutem administrant.* Vnde interrogat Oleaster, Quare Exod. 13. Dominus dixit? *Mementote diei huius, quo egressi estis de domo seruorum*, Sic Pagninus. Et respondet, *Celebris valde nobis esse debet, dies qua ex seruis Diaboli in Dei seruos asciscimur. Et sic Angelis in cælo celebrare præcipit nostram conuersionem, vt gaudium in cælo sit super vno peccatore pœnitentiam agente.* Quasi dicat, celebrant Angeli in cælo & in terra conuersiones peccatorum, & turmatim exercitus eorum descendunt vt proferant conuersis signa pacis hominibus, iam ex mala voluntate in seruitium sui creatoris reuersis.

Lyra noster. *Angeli adiutores Dei.* *Psallunt Angeli cum peccatores conuertuntur.* Hilar. in Ps. 129. Rup. lib. 9. de vict. verb. c. 8. *Coram Angelis psallere debemus.* Chrys. hom. 46. *Sacerdotes gallinæ similes.*

317 Hinc interrogat Lyranus noster. Quare Tobiæ 5. dicitur. *Ego sum Azarias Ananiæ magni filius?* Et respondet: *Verum dixit Angelus, quia Azarias interpretatur adiutor Dei; Angeli verò sunt adiutores Dei, in quantum per eorum ministerium electi diriguntur in salutem.* Et addit: *Ananias interpretatur gratia Dei, vel gloria, quia Angeli sunt filij Dei, qui ad gloriam conducunt homines conuersos cohæredes suos.* Quasi dicat, lætissimi Angeli subueniunt peccatoribus, & cito, celeritet administrant eis, quia participes sunt hæreditatis Dei. Vnde Hylarius sup. Psalm. 129. *Intercessione Angelorum non natura Dei indiget, sed infirmitas nostra; missi enim sunt propter eos qui hæreditabunt salutem.* Et Rupertus lib. 9. de vict. verb. cap. 8. *Scire debemus sanctos Angelos inter Deum & homines seruos esse administratores, & nos in conspectu eorum psallere lætantes debere.* Quasi dicat, grati esse debent peccatores conuersi Angelis; quia ipsi cito, & lætantes proferunt stolam primam, cum ad Deum conuertuntur, vt Theophylactus insinuat Quod autem sacerdotes cito proferant stolam primam, patet; quia vt Chrisostomus hait hom. 46. *Quemadmodum gallina habens pullos, vocandos illos non cessat assidua voce vagacitatem corrigere pullorum suorum; sic sacerdotes in doctrina cessare non debent, vt studio suo, & assiduitate doctrinarum suarum negligentiam populi errantes, emendent, & de conuersis peccatoribus lætentur.* Quasi dicat, sacerdotes quasi Angeli custodes debent doctrina & exemplo huc illucque ambulare, vt acquirant animas, ouesque perditas humeris suis ad gregem Domini reducant.

S. Ambros. in Ps. 36. *Prædicatores culti & critici pauperes nimis.* *Prædicatores spiritu & zelo abundantes peccatores acquirunt ad Deum.* Prou. c. 10. n. 19. Theoph. cit. *Sacerdotes sicut Angeli lætantur.*

318 Vnde interrogat Ambrosius, quare Psalmista dixit Ps. 36. *Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas?* Et respondet: *Quia Philosophi in sermone diuites sunt; fide vero inopes, veritatis extorres, & sunt plerique simplices Domini sacerdotes; in sermone pauperes, abstinentia & virtute sublimes: illi multis loquuntur per idæam, isti paucis fidem afferunt, illi suos amittunt quotidie, sacerdos hic pauper populos acquirit Ecclesiæ, numeroque credentium. Qui ergo hos audierit, & viderit eorum qualitatem, dicit, Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas.* Quasi dicat peccatores scelerarissimi multoties conuertuntur, quia audiunt verba prædicatorum simplicium, & scientes, quod viuunt sicut Angeli Dei, & à verbis criticis, & cultis Prædicatorum vanitate redundantium aufugiunt, quia teste Salomone cognoscunt, *Quod in multiloquio non deest peccatum.* Propter quod dixit Theophylactus, quod Paterfamilias dixit seruis suis, sacerdotibus, inquam; *Citò proferte stolam primam*; Quia sciebat, quod sacerdotes sicuti Angeli Dei de conuersione peccatorum delectantur.

Auct. ment. *Prodigia Dei omnipotentiā ostentant.* Exod. 8. n. 19 Oleast. in Leuit. 9. Trāsl. Pagn. *Ranan Hebraicè idem quod clamor.* Thren. 2. Isaiæ 24. Rabbi Dauid. *Laudes ingentes in conuersione peccatoris.* *Omnipotentia coronatur in peccatoribus.*

319 2. RESPONSIO quinta in ordine littet. annulus digito Prodigi imponitur. *Vt prodigium peccatoris designaretur, & laudibus Deum extollamus plusquam Ægyptij cum prodigia inaudita videbant, & dicebant, Digitus Dei est hic.* Vnde interrogat Oleast. quare Leuit. 9. dicitur. *Vidit omnis populus gloriam Dei, & laudauerunt Dominum.* Sic legit Pagninus. Et respondet, *Quod verbum laudauerunt, Hebraice, idem est, quod* Ranan, *quod propriè significat clamare, seu vociferando laudare: quia Rana nocte clamat, cum super lignum vel foramen stagni, vel lacunæ, de profundis aquarum vociferatur, vt Threnor. 2. Pater surge* Rani, *clama in nocte. & Isaia 24. Ipsi eleuabunt vocem suam Ranè, id est, clamabunt vt cantent.* Et Rabbi Dauid dicit in lib. Radi, *Quod Ranan est fortiter clamare, siue lugendo, siue ob præconium, & laudem. Et facit hunc sensum, nullus debet miracula, & stupenda facta in conuersione peccatoris videre, quin in Dei laudes prorumpat, quia gloriam Dei vidit in conscientia peccatoris conuersi.* Quasi dicat, cum peccator de profundis aquarum (id est, peccatorum exiit) super petram pœnitentiæ lugens, & clamans peccata sua, die noctuque, tunc Angeli, & homines præconium Dei facti laudes Domino decantant dicentes, *Digitus Dei est hic*; quia potentiam Dei annulo coronatam respiciant.

Richard. de Laurentio in Cant. 1. n. 6. & 7. Transl. alia. *Hædi conuersi peccatores sunt, qui conuersantur in cælis.* Ps. 71. n. 18.

320 Hinc interrogat Richardus de sancto Laurentio. Quare cum sponsa Can. 1. n. 6. nimis anxia quæreret sponsum dicens, *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie.* Responsum accepit ab Sponso n. 7. *Si ignoras te ô pulcherrima egredere & abi post vestigia gregum, & pasce hædos.* Et Richardus ait cum alia translatione, quæ dicit, *Si ignoras me, abi post vestigia gregum, & passe cum hædis.* Quasi dicat; vide quam magna est magnitudo vnius animæ conuersæ ad Dominum quod ignorat se, id est, non cognoscit se, quia quasi cum sponso omnino par est quia imago Dei reformata est. Et si ignoras me, egredere post vestigia gregum, & pasce cum hædis, idest, abi post peccatores conuersos, passe cum eis, & passeris in deliciis æternis, *Quia conuersatio illorum in cælis est.* Et hinc cognosces me, id est, maiestatem, & omnipotentiam meam agnosces & prodigia inaudita laudabis, dicendo, *Digitus Dei est hic*, coronatus tanquam imperator omnipotens, *Qui facit mirabilia magna solus*; Ideo Paterfamilias dixit Angelis suis, citò ponite annulum in manum eius, vt supra adnotauimus.

Lyr. cit. in litt.

321 3. RESPONSIO fuit Lyrani nostri: *Iussit Pater pedibus filij sui calceamenta ponere, vt bona*

Exempla bona, non mala sequenda. Lyran. in lib. Num. 26.

exempla, & vestigia deinde sequeretur, & non mala, vt ante fecereat. Vt Lyranus in litter. insinuauit. Vnde interrogat idem, quare Numer. 26. dicitur. *Et factum est grande miraculum, vt Core pereunte, filij non perirent?* Et respondet; *Quia est magnum miraculum non sequi filios vestigia Parentum suorum; nam vt in plurimum qualis Pater, talis filius.* Et glossa Hebraica addit super Psalm. 45. *Quod quando terra aperuit os suum, & deuorauit Core cum multis alijs filij eius remanserunt stantes in aere diuina virtute, quousque terra fuit diuina virtute reclusa sub pedibus eorum, propter quod in gratiarum actionem tanti beneficij compositus fuit ille Psalmus, qui intitulatur in finem filijs Core pro arcanis.* Quasi dicat miraculum notum sit omnibus, & gratias Deo agere debent, quod filij non sequuti sunt vestigia, & puniriones Parentum. Ideo Ambros. lib. de Ioseph Patriarcha ait: *Sanctorum vita cateris norma viuendi est.* Et addit: *Discamus ergo & sanctorum inuidiam, vt parentum imitemur patientiam, & agnoscamus illos non natura præstantiores esse, sed obseruantiores, nec vitia nescisse, sed emendasse.* Quasi dicat filij Parentum in bonis sequi debent vestigia perfectionis, obseruateque, sicut & peruersa fugere. Ideo calceamenta Prodigo pedibus imponi iubentur, vt Lyranus adnotauit.

Gloss. Hebræa in Ps. 45. *Qualis Pater, talis filius.* *Filij Core in aere stantes permanserūt.* S. Ambros. lib. de Ioseph. Patriarch. *Vestigia bona Parentum sequi.* Lyran. citat.

DIFFICVLTAS XVII.

Quare Pater occidi vitulum sagitatum iussit, vt epularentur, & lætarentur.

322 S. August. citat. in litt.

QVæsitum fuit, quid significet vitulus occisus, & quare inceperunt lætari?

1. RESPONSIO fuit Augustini in litter. citati. *Vitulus saginatus Christum opprobrijs pro nobis unquam saturatum significabat.* Quasi dicat: amor Iesu Christi plus in opprobria sufferendo pro nobis ostentatus fuit. Vnde interrogat Oleaster, quare Ierem. cap. 31. n. 22. dicitur, *Quod fœmina lamentabantur dicentes: Tantum modo inuocetur super nos, aufer opprobrium nostrum?* Et respondet: *Quia plus doloribus opprobriorum cruciabantur, quam carentia filiorum, & sterilitatis punitione.* Quasi dicat, ad prouidentiam Dei pertinet opprobria iustorum vindicare, & patientiam portantibus illa præstare. Vnde Pagnin. legit: *Collige opprobrium nostrum.* Et ibi Oleast. *Patienter opprobria sustine, quoniam cura Deo est iniusta opprobria auferre.* Quasi dicat, consolationem opprobriaris tribuens, attende ad insatiabilem amorem Christi, de quo scriptum est: *Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.*

Christus vitulus, pro nobis saginatus opprobrijs. Oleast. in Gen. ibi cit. Iere 31. *Opprobria pati martyrium grande.* Oleast. cit. *Opprobria iniusta auferre ad Deum pertinet.*

323 Vnde interrogat S. Bruno, quare dicitur Gen. 17. quod *Rebecca pelliculis hædorum manus Iacob induit?* Et respondit: *Quia hoc fuit primum hominis indumentum, quando de paradiso eiectus est. Tali igitur veste indutus venit Christus ferens secum duos hædos optimos, alterum pro peccato, alterum in holocausto, carnem videlicet, & sanguinem suum. His enim peccatum originale soluitur, & Deus ab indignatione placatur.* Quasi dicat hos hædos coxit Rebecca, quæ interpretatur *multa patientia*; multa enim patientia hoc fecit Christus, quando pro nobis se quoque opprobrijs, & occidi vituperijs permisit, & tunc verè saginatus vitulus dicitur. Hinc interrogat Bernardus in alleg. Galfridi citat. Quare Marci 15. dicitur *Quod Christo opprobriantibus, & dicentibus: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Et ad hoc impotentia opprobrium non respondit Christus; quia oportebat* (inquit Bernardus) *non tibi dare occasionem surripienda perseuerantia, in sufferendis opprobrijs, qua sola coronatur.* Et addit: *Sine causa maligne Dæmon parasti sagitas tuas in pharetra, & discipulorum suspiria cumulas opprobrijs Iudæorum.* Quasi dicat, ad vltimum mortis Christi reseruasti ingentia tela tormentorum, vt Christum affligeres, & discipulos torqueres opprobrijs ineffabilibus. Sed per gratiam Dei, *Sagitta paruulorum facta sunt plaga eorum*. Quia Christus saginabatur opprobrijs, & Discipuli consolabantur patientiam Christi videntes, & cum illa carbones ignis super capita Iudæorum imponentes. Vnde Bernardus concludit. *Illi quippe desperant, isti improperant, sed Christo neutra tela nocebant: aliud tempus elegit confortandis Discipulis, & aduersarijs confutandis.* Quasi dicat ex tolerantia Christi ad talia opprobria aliqui ex Discipulis diffidebant, & aduersarij insultantes augebant opprobria. Sed cito plus confusi, & confutati extiterunt, cum vitulum opprobrijs saginatum, & coctum cum triumpho & victoria patientiæ surrexisse audierunt, & viderunt, & multi ex eis crediderunt, & lætari sine fine ceperunt vt Augustinus insinuauit citat. supra.

Christus opprobrijs saturatus quidē. *Caro & sanguis Christi cocta opprobrijs.* S. Bruno Gen. 17. S. Bernard citat. in alleg. Falm. sup. Marc. 15. *Perseuerātia in tolerandis opprobrijs coronatur.* Ps. 63. n. 8. *Alacritas patientia superat inimicos.* Ber. citat. *Victoria Resurrectionis Christi fuit triumphus patientia.* August. cit.

2. RESPONSIO fuit Ambros. citati in litter. *Dicitur opulemur & ceperunt lætari, quia gaudium Patris est nostrorum redemptio peccatorum.* Quasi dicat; Conformatur Deus cum gaudijs nostræ conscientiæ, & tota simul cælestis curia; *Quia Angeli pacis amare flent, cum tristitiam peccatorum auscultantur in cordibus hominum*, lætanturque ineffabiliter cum pura, & sana conscientia. Vnde interrogat Oleaster, Quare dicitur Leuit. 10. *Quod Aaron respondit, quomodo potui comedere victimam aut placere Deo in caremoniis mente lugubri?* Et respondet *Mauult enim Dominus te non administrare sibi, quam quod te videat tristem, & ad eius accedere ministerium.* Quasi dicat, ex affectibus cognoscitur, si conscientia tuta intus manet: nam vt Hispani dicunt: *El alegria del coraçon se muestra en la cara.* Et si tristitia repletum est cor, & peccatis grauatum cælum vt Publicanus aspicere non audet. 324

S. Ambros. citat. in litt. *Gaudium signum tuta conscientia.* Oleast. in Leuit. 10. *Vultus est index cordis.* Hispana locutio.

Hinc interrogat Lypomanus, quare Exod. cap. 4. n. 14. *Dominus Moysi dixit. Aaron ecce ipse egredietur in occursum tuum vidensque te, lætabitur corde?* Et respondet? *Quia bona conscientia in opere Dei affert gaudium, & est quasi iuge conuiuium.* Quasi dicat, sicut in conuiuio lætantur simul omnes conuiuæ cum cibis bene conditis saturati sunt. Sic Angeli, & conscientia bona simul hic incipiunt lætari, & desiderant iugem, & perpetuam animarum lætitiam. Vnde Bernardus quærit, quare Apostolus ad Rom. 14. dixit. *Non est regnum Dei esca & potus?* Et respondet; *Quia sicut exhibent Angeli iustitiam Deo pacem inter se, gaudiumque sibi. Sic* 325

Lyppomanus in Exod 4. n. 14. *Conscientia Aaron læta, quia bona.* S. Ber. in epist. ad Rom. 14.

&

& homines in tuta se collocati conscientia inci-
piant hic lætari cum Angelis assistentibus ad con-
Bern. citat. *uiuium spirituale.* Et addit Bernardus: *Numquid*
non orantibus nobis plerumque omnia viscera suc-
cutiuntur occulta ad memoriam gaudij illius, quod
est in Hierusalem, & lachrymarum vnda vultus
Gaudiū peccatoris conuersi ingens. *meditantium superfudit? O si duraret, si oblitus*
fuero tui Hierusalem, obliuioni detur dextera
mea, adhæreat lingua mea faucibus meis, si non
meminero tui, si non proposuero Hierusalem in
Ps. 126. n. 5. *principio lætitiæ meæ.* Quasi dicat Bernardus:
O quanti pro paruo tempore, & sola inten-
tione conuertuntur ad Deum & dicunt, Pater
peccaui. Et incipiunt Angeli lætari cum anima
quam lætam auscultant, & abominantem pec-
Lachrymæ stillæ de cælo cadentes. cata sua sed non durat propositum. Vnde Ber-
nardus pergit dicens: *Verè in principio lætitiæ,*
quia finis illis propositus est; principium enim
Ps. 136. cit. *gaudij illius, quod hic quandoque sentimus, stilla*
est, guttula est de flumine illo descendens, cuius im-
Memoria æternæ felicitatis permanens sit. *petus lætificat ciuitatem Dei.* Et addit: *Quando*
veniet tempus, vt perennibus gaudiis in ipso diui-
nitatis fonte profundius immergamur. Eia ergo,
Gaudia mūdi cito finiuntur. *eia ergo,* concludit sanctus. *Huic fælicitati ter-*
nario, feliciter insistamus, vt per iustitiam & pa-
cem ad gaudium æternum veniamus. Quasi dicat
sanctus, Benè Paterfamilias conuiuium filij per-
diti, & inuenti celebrauit dicens, *Epulemur, &*
cœperunt lætari: Quia gaudium iustorum hic Lucæ 15.
incipit, & qui perseuerauerit vsque in finem iugi
conuiuio cum Angelis fructur.

Vnde interrogat Lyranus, quare Tobias c. 15. 326
Respondit Angelo dicenti, *Gaudium tibi sit* Lyran. in Tob. 5. n. 13.
semper. Quale gaudium mihi erit, qui in tene-
bris sedeo, & lumen cæli non video. Hoc non di- *Qui visu carent semper tristantur.*
xit (ait noster Lyranus) *ex impatientia suæ cæ-*
citatis, sed contemnens gaudium præsentis vitæ
& sperans futura gaudium. Et addit Lyra. *Sic* Lyran. citat.
distribuit Christus: iustis quidem in præsenti vita *Sancti pro gaudiis æternis suspirant.*
lachrymas & luctus, sed mixtas cum ingenti gau-
dio æterna considerans. Quasi dicat, lachrymæ
& suspiria conuersorum peccatorum omnem
lætitiam, & gaudia mundana ineffabiliter exce- *Gaudia mūdi iustis fastidium causant.*
dunt; quia voluptates, & lætitiæ rerum visi-
bilium intrant in corde contrito, fastidiumque
ita generant in corde, quod protinus expellere
cogitationes mundi conantur, & dulcedine
gaudiorum æternorum solum lætificantur, quia
incipiunt intrare in gaudium Domini sui; non *Gaudia cælestia, non possunt omnia intrare in corda iustorum, sed iusti in gaudia intrant.*
vero iuge, & æternum gaudium potest intrare
in corde iustorum, sed ipsi incipiunt intrare hic;
postea in æterna vita possidebunt gaudia. Ideo
Paterfamilias dixit Epulemur, & lætari cœpe-
runt, vt Ambrosius adnotauit.

TRACTATVS NONVS,

Ad Litteram, *In cap.* II. *Lucæ de misero muto & cæco Dæmoniaco à Christo sanato.*

TEXTVS.

14 ET erat eiiciens Dæmonium, & illud erat mutum, & cum eiecisset Dæ-
monium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. 15. Quidam au-
tem ex eis dixerunt, in Belzebul principe Dæmoniorum eiicit Dæmo-
nia: 16. Et alij tentantes signum de cœlo quærebant ab eo. 17. Ipse
autem vt vidit cogitationes eorum dixit eis: Omne regnum in se diui-
sum desolabitur, & domus supra domum cadet. 18. Si autem & Sathanas in
seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? Quia dicitis in Beelzebu me
eiicere Dæmonia. 19. Si autem ego in Beelzebu eiicio dæmonia; filij vestri, in quo
eiiciunt? ideo ipsi iudices vestri erunt. 20. Porro, si in digito Dei eiicio Dæmo-
nia, profectò peruenit regnum Dei. 21. Cum fortis armatus custodit atrium suum
in pace sunt ea, quæ possidet. 22. Si autem fortior eo superueniens vinceret eum,
vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. 23. Qui
non est mecum contra me est, & qui non colligit mecum dispergit. 24. Cum im-
mundus spiritus exierit de homine ambulat per loca inaquosa quærens requiem
& non inueniens dicit: reuertar in domum meam, vnde exiui. 25. Et cum vene-
rit inuenit eam scopis mundatam, & ornatam. 26. Tunc vadit, & assumit septem
alios spiritus secum nequiores se, & ingressi habitent ibi, & fiunt nouissima hominis
illius peiora prioribus.

EXPOSITIO

EXPLANATIO LITTERAE.

327 Abul. in prolog ad c. 9. Matth.
Erat idē est ac permansit.

ERat autem Iesus eiiciens Dæmonium. Optimè Abolens. in prologu ad cap. 9. Matth. Quod verbum illud *erat* idem ac dicere remansit in eadem Domo, ex qua egressi fuerant duo cæci sanati, vt Matth. c. 9. testatur, & egressis illis obtulerunt ei hominem mutum. Dicitur autem, quod erat mutus, quia habebat duo mala, mutus erat, & Dæmonium habebat. Credo autem ego, non omnes Dæmones mutos aliquando esse, sed sunt Dæmones, qui delectantur talem vexationem hominibus inferentes, quod non loquantur & muti videantur. At ex Hieronymo colligo, qui dæmones esse ait obseruantes mutationes lunæ, vt homines vexent, & Dei creaturam infament.

Auct. mens.
S. Hieronimus.

328 Abul. citat.
Dæmoniacus cæcus & mutus erat.
Confirmata turba de miraculo audito admiratæ sunt ex visis.

Et cum eiecisset Dæmonium loquutus est mutus, non petiuit Christus fidem à muto, quia surdus erat, vt omnibus mutis contigit, & eiecit Dæmonium; quia ille erat causa faciens eum mutum. Vel vt Abulensis dicit, quia erant duo mala, & ab vtroque curatus est. Et admiratæ sunt turbæ, quia audito primo miraculo de duobus cæcis, quibus sanatis præcepit, vt tacerent, & non tacuerunt; tunc turbæ ingressi sunt domum vbi Christus erat eiiciens Dæmonium, & eo eiecto admiratæ sunt turbæ, quæ confirmauerunt, qood cæci sanati publicabant de Christo.

329 Quidam autem ex eis dixerunt, Pharisæi scilicet, qui semper miracula Christi calumniabant, & forte aliqui eorum sunt ingressi domum, vbi Christus erat eiiciens Dæmonium, vel melius cum Abulensi narrato miraculo à plebe Pharisæis, ex illis quidam dixerunt in Belzebu Principe Dæmoniorum eiicit Dæmonia: Quasi dicerent Princeps Dæmoniorum fauorabilis est Christo, & vt ei complaceat præcipit Dæmonibus inferioribus, vt obediant verbis Iesu, vt notauit Abulensis citatus. Belzebub Deus erat Accaronitarum, vt patet 1. Reg. 4. Et interpretatur teste Iansenio in concord. c. 39. idolum muscæ: Nam Zebub muscam significat.

Abul. citat.
Belzebub Deus Accaronitarum.
Zebub *Idem quod musca*

330 Auct. mens.

Ipse autem vt vidit cogitationes eorum. Cognouit Iesus, quod intentum Pharisæorum erat seducere turbas; ideo voluit conuincere illos, vt turba confirmaretur in fide, vt accidit, quia extollens mulier quædam vocem de turba laudauit vbera quæ Christus suxit, & ventrem, qui illum portauerat Omne regnum in se diuisum desolabitur. Quasi dicat, quomodo Sathan Princeps Dæmoniorum regnum suum destruere conatur; sed quotidie possessiones nouas in animabus hominum adquirere. Huc vsque Theophilactus citatus à Iansenio. Et Domus supra domum cadet, id est, super domum & est sensus. Domus aduersus seipsam diuisa cadet. Et addit Caietanus. Et cadit eadem ratione, quia diuisio domus contra se ipsam, est illius casus.

Theophilactus à Iansenio citat.
Caietan. in Luc. 11.

331 *Filij Iudæorū ex verba dæmones effugabant.*
Metaphora est manus in qua sunt digiti.

Filij vestri, in quo eiiciunt, appellat filios vestros Discipulos suos, qui eiiciebant Dæmonia, tamen non reputabantur magi. Ideo filij vestri iudices vestri erunt comparatione hoc dicitur, quia ipsi credentibus, vos non creditis. Porro, si in digito Dei eiicio Dæmonia, per digitum Dei specialem, & exactam operationem diuinam intendit, qualis fit digito proprio ipsius artificis. Ita vt digitus Dei intelligatur digitus ipsius Iesu; quia eadem fuit potestas Patris, & filij, non distincta. Profecto peruenit in vos regnum Dei, id est, per prophetas prædictum quia illi Messiam prædicauerunt venturum; qoia talia mirabilia facturus erat. Ergo si oculis vestris vidistis miracula, ergo regnum Dei peruenit ad vos: nam qui crediderit, saluus erit.

Messias regnum Dei prædicauit & donauit per fidem.

Cum fortis armatus custodit atrium suum. Christus comparat Sathanæ Principi forti, qui aulam custodit spoliis plenam longo tempore in pace; se vero comparat Principi fortiori; maior est enim, qoi est in vobis; quam qui est in mundo. Et Ioann. 1. n. 4. insinuauit, spolia autem, quæ Christus à dæmone eripuit, sunt vasa corporis, & animæ, quæ per eiectionem dæmoniorum munda relinquebant, vt Iansen. cit. Vel corda fidelium quæ per spacium orbis terrarum quotidie ad fidem relictis idolis reuertuntur. 332

Vasa & spolia animæ fidelium.
Iansen. cit.

Si autem fortior eo superueniens vicerit eum &c. Conficit (inquit Caietanus) Christus parabolam eorum, quæ fiunt inter armatos, quum alter vincit. Quasi dicat quod milites triumphatores lætantur, cum spolia diuiduntur. Sic omnes Christi fideles, & qui deuotè audiunt verbum eius exclamant victoriam, vt mulieri contigit de turba vocem laudando Deum exclamanti; quia vidit victoriam Christi contra diabolum, & fides, amor, charitas, & deuotio fidelium sunt spolia, quæ de corde exeunt, & à dæmone in possessione renebantur. 333

Caietan. cit.
Modus in exercitibus vsitatus cū prælia fiunt.

Qoi non est me cum contra me est. Neutralitas in actionibus humanis, quam Scotus renet, in diuinis non valet: Nam qui Christum non amat, necesse est, vt mundo, diabolo, & carni seruiat, & necessario aduersatur Deo, vt Iansenius insinuat. Sed meo iudicio contra diabolum Christus loquitur; quasi dicat Dominus, diabolus, cuius virtute dicitis me eiicere dæmonia, non solum non est mecum, sed aduersarius meus, quia non solum non colligit in horreum cæleste mecum, sed innumerabilibus modis intentat dispergere, & conturbare, quos doctrina mea edoceo. D. Augustinus ex hac sententia cōtra Pelagianos ostendit, paruulos nondum baptizatos esse aduersum Christum, quod fieri non potest nisi ratione alicuius peccati (originalis scilicet). 334

Actiones neutrales Scotus defendit.
Auct. mens.
In diuinis nō datur neutralitas.
Aug. lib. 4. contra Pelag.
Non baptizati ex parte Dei non sunt.

Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiem. Loca inaquosa sunt humano more inhabitabilia, vbi dæmones non inueniunt requiem, non quia in aliquo loco requiem habent, sed quia solatium est miseris habere homines secum pœnantes; ideo vexare illos desiderant, & reuertunt ad homines, à quibus eiecti erant. Et dicitur reuertunt, non quia vbicumque volunt, reuertunt; sed quia desiderant, & procurant perturbare animos, & vt Deus permittat illos introire iterum. Et cum inuenerit eam scopis mundatam, velut Caietanus legit, ornatam, id est, virtutibus Theologicis munitam. Assumpsit septem alios spiritus nequiores se, id est, maligniores: Quia contra homines legiones innumerabiles congregantur, quæ numero septem in scriptura assignantur. 335

Dæmones requiescunt in hominibus vexando illos.
Caietan. cit.
Numerus septenarius innumerabilis est.

Et

336 Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus, quia liberati à vexatione Dæmonis ad vomitum reuertuntur, & contra Diabolum viriliter non pugnant, iterum Deo permittente solent introire, & innumerabilibus peccatis, faciunt eos inuolui, & sic fiunt nouissima peiora prioribus, quia ingrati beneficiorum Dei pluries puniuntur. Vel vt Caietanus insinuat, Diabolus qui exiit à gente Iudæorum per Patriarchas, & Prophetas non inueniens requiem in gentilibus, in quibus per Euangelium regnauit Deus reuertitur ad nationem Iudæorum, tanquam domum scopis purgatam, & ornatam tanquam prouocatiuam Dæmonis, ad hoc vt inhabitetur, & erunt nouissima nationis Iudæorum peiora primis, vt experientia testatur; quia modo sunt Iudæi longè peiores, quia pertinaces sunt contra Messiam Christum verum Redemptorem generis humani. Reliqua per quæstiones patebunt.

Ingrati pluries puniuntur.

Caiet. citat.

Iudæi quotidie duriores, & peiores.

TRANSLATIONES ANTIQVIORES & recentiores.

n. 14. *Vulgata editio.* Erat Iesus eiiciens Dæmonium, & illud erat mutum.

Translat. ex Syriac. 1. Cumque eiecisset Demonium, quod erat mutũ factum est postquam exisset dæmonium illud vt loqueretur mutus ille, & mirati sunt cætus.

Transl. Vatabli. 2. Et eiiciebat Demonium, illudque erat mutum cumque eiicisset Dæmonium loquutus est mutus.

Tertulian. lib. 4. contra Marcionem. 3. Et erat expellens Dæmonium, & illud erat surdum.

Abul. in c. 12. Matth. 4. Oblatus est ei arreptitius possessus à Dæmone & erat cæcus & mutus, & Dæmonem habebat & perfectè eum curauit & stupebant omnes turbæ.

n. 15. *Vbi Vulgata in Belzebub &c. Transl. ex Syriac.* 5. Quidam vero ex iis dixerunt in Belzeboub Principe Dæmoniorum eiicit iste Dæmonia.

Translatio Vatabli. 6. Per Beelzebul Principem Dęmoniorum hoc facit.

Tertulianus citatus. 7. Quidam vero dixerunt in Beelzebul eiicit Dęmonia.

Iansen. in concordia. cap. 14. 8. Et cum impedimentum loquutionis curasset per eiectionem Dæmonis turba, & vulgus admirabantur, Pharisęi vero dicebant in Beelphegor Dęmone Amonitarum eiicit Dęmonia.

n. 17. *Vbi Vulgat. Omne regnum in se diuisum desolabitur. Transl. ex Syriaca.* 9. Omne regnum diuisum aduersum semetipsum vastabitur, & Domus, quæ in seipsam diuisa est, cadet.

Translat. Vatabli. 10. Omne regnum aduersum seipsum diuisum desolatur.

Tertul. cit. lib. 4. contra Marcionem. 11. Non potest Sathanas diuidi aduersus semetipsum, quomodo enim staret regnum eius.

num. 21. *Vbi Vulgata cum fortis armatus custodit atrium.* 12. Cum strenuus quisquam armatus custodit atrium, &c.

Translat. ex Syriac.

Translat. Vatabli. 13. Cum robustus armatus custodit salua sunt ea, quæ possidet; vbi vero robustior superueniens vicerit eum, spolia eius destruit.

Tertul. cit. 14. Parabola fortis armati, quem validior alius oppressit.

num. 23. *Vbi Vulgata qui non est mecum, &c. Translat. ex Syriac.* 15. Quique non colligit mecum contra me spargit.

Caietanus in Euang. ad c. 15. Lucæ. 16. Qui non congregat, & adiuuat regnum Dei mecum, contra me pugnat.

num. 24. *Vbi Vulgata cum spiritus immundus Translat. ex Syriac.* 17. Spiritus impurus cum exierit ab homine profectus perlustrat per loca aquis carentia quęrens requiem &c.

Transl. Vatabli. 18. Spiritus immundus ambulat per loca arentia quęrens requiem, & non inuenit.

Lyran. sua in gloss. ad c. 12. Matth. 19. Cum spiritus immundus exiit à populo Iudaico viuente sub lege naturæ,

tutæ, quia eiectus eſt per ſurreptionem legis Moſaïcæ.

n. 25. Vbi Vulgata cum autem venerit & inuenit eum ſcopis mundatam, & ornatam. Tranſlat. ex Syriac. 20. Si veniat autem, inueniat ſcopatam & ornatam.

n. 26. Vbi Vulgata aſſumpſit altos ſpiritus, &c. Tranſlat. ex Syriac. 21. Tunc profectus aſſumpſit ſeptem ſpiritus allos ſeipſo nequiores, & ingrediuntur ac degunt illic, fitque finis hominis illius longe deterior eius principio.

Translatio Vatabli. 22. Et ingreſſi habitant ibi, & fiunt extrema hominis illius peiora primis.

Lyranus ſua in gloſſa. 23. Septem alios intelligit per diuerſitatem vitiorum, & per ingratitudinem ſunt duplicia peccata.

Interlinealis in gloſſa. 24. Melius eſt vitam veritatis non agnoſcere quã poſt agnitionẽ retroire.

DIFFICVLTAS PRIMA, Ad Litteram.

Quare dicitur quod erat Ieſus eiiciens Dæmonium mutum.

337 QVæritur an iſte homo eſſet à natiuitate mutus, an per poſſeſſionem Dæmonis?

Theophyl. in Cath. cit. 1. Responsio Theophilacti in cath. S. Th. qui ait: *Dicitur autem mutus, vt in pluribus qui non loquitur. Dicitur etiam & qui non audit, ſed magis propriè, qui non audit, nec loquitur.* Quaſi dicat; poterat loqui, & non audire. Sed iſte neque loquebatur, nec audiebat; qui autem à natiuitate non audiuit, ex neceſſitate non loquitur; ea enim loquimur, quæ per auditum loqui docemur.

Qui non audiuit à natiuitate loqui tur.

338. *Gloſſ. ordin.* 2. Responsio Gloſſ. ordinariæ. *Promiſerat Dominus quod ſpiritus bonus daretur orantibus; cuius quidem beneficium ſubſequenti miraculo demonſtratur. Vnde ſequitur Erat Ieſus eiiciens Dæmonium.* Quaſi dicat, rogauerunt Chriſtum, & orationibus inſtabant Diſcipuli, & alij, vt curaret Dæmoniacum mutum, & cæcum, & quia promiſerat orantibus quidquid peterent, daturus; ideo executione promiſſa adimplet, & eiiciens Dæmonium.

Rationibus Chriſtus mouetur ad mirabilia facienda.

339 3. Responsio Titi Boſtrenſis Epiſcopi in Luc. 11. *Mutum autem vel ſurdum dicit Dæmonium, quod hunc ingerit paſſionem, quod non audiatur diuinum verbum: nam Dæmones auferentes aptitudinem humani affectus obtundunt anima noſtra auditum.* Quaſi dicat, ideo venit Chriſtus, vt impedimentum audiendi verba Euangelij auferat, Et ſic iſtum mutum & ſurdum ſanauit, vt vniuerſalem faciat prægustationem humanæ ſalutis.

Titus Boſtrenſ. Epiſt. in Luc. 11. *Verbum Dei impedire vt audiatur Diabolica artis eſt.*

4. Responsio Caietani in Luc. 11. *Eiiciebat Dæmonium quia erat cauſa, vt homo miſer nõ audiret.* Quaſi dicat: non erat à natura homo ille mutus, ſed cauſaliter hoc à Dæmone efficiebatur. 340 *Caietan. in Luc. 11.*

5. Responsio meo iudicio dicitur, quod *Erat eiiciens Dæmonium*, Vt difficultatem ex parte expedimenti oſtenderet, quia ita homo ille peccatis obnoxius erat, quod non facile remouere, & eiicere poſſet quiſquam: nam vt ipſe dixit Diſcipulis ſuis, *Iterum genus eſſe Dæmoniorum, quæ non niſi in ieiunio, & oratione expellebantur.* Ideo vt iſtam difficultatem oſtenderet Chriſtus, dicitur *erat*, non quia ipſe in momento non poſſet, ſed vt inſtrueret, eiicientes Dæmonia, quod orent, & ieiunent, ſi plurimum ſe reſiſtant Dæmones. 341 *Auct. ment. Difficiliter dæmones ali, qui expelluntur.*

DIFFICVLTAS II.

Quare dicitur, & cum eieciſſet Dæmonium locutus eſt mutus, & admiratæ ſunt turbæ?

QVæritur, quare turbæ, & non Phariſæi admiratæ ſunt de miraculo iſto? 342

1. Responsio Ianſenij in concord. cap. 49. *Quia turbæ craſſitudine peccabant magis quàm impietate, quod ſcilicet, nihil præclari de Ieſu ob familiaritatem ſentire poſſent; Phariſæi autem inuidia, & odio excæcati dolebant ſuam gloriam Chriſti gloria obſcurari.* Quaſi dicat, admiratio in turba procedebat ex ſubita, & inaudita poteſtate Chriſti; quia cum agnouiſſent, & tractaſſent eum quotidie, & in patria ſua ſtupebant magnalia videndo; Phariſæi vero liuore & inuidia excæcati, gloriam ſuam minus cogitabant, in alio mirabilia videndo, & ideo admiratio tacita odium & calumniam in perſona Chriſti generabat. *Ianſen. in conc. c. 49.* *Familiares domeſtici de mirabilibus proximi admirantur; æmuli vero calumnias imponunt.*

2. Responsio Cyrilli in Cath. citati. *Hoc antè miraculo peracto multitudo extollebat Chriſtum præconiis & gloria, quæ Deum decet.* Quaſi dicat, admiratio miraculi in cordibus ſimplicibus & rectis laudes Deo generauit ingentes; in Phariſæis vero taciturnitas odium peperit, & blaſphemias. 343 *Cyril. in Cath. cit.* *Taciturnitas odiũ generat in æmulis.*

3. Responsio Rhemigij in cath. citati. *Dæmoniacus iſte apud Matthæum, non ſolum mutus, ſed & cæcus fuiſſe narratur. Tria igitur ſigna ſimul in vno homine perpetrata ſunt, cæcus videt, mutus loquitur, poſſeſſus à Dæmone liberatur, quod quotidiè completur in confeſſione credentium, vt expulſo primum Dæmone, fidei lumen aſpiciant, deinde ad laudes Dei, tacentia prius ora laxantur.* Quaſi dicat, non eſt mirum, quod turbæ admirarentur; ſiquidem tria in vno homine miracula proſpiciebant: quia erat cæcus & mutus, 344 *Rhemig. in Cath. citat.* *Mutus erat & ſurdus, & Dæmoniacus iſte miſer.*

&

& Dæmoniacus, & quotidie in benè confessis, & contritis experitur ex intrinseca lætitia cordis peccatoris contriti laudes immensæ Deo decantantur.

345 Auctoris mens. 4. Responsio meo videri, Pharisæi plus sunt admirati quam turba, quæ rudis, & simplex erat & delectabantur ex visis & auditis Christi miraculis: æmuli vero, quo plus prodigia auscultabant, & virtutem eminentem cognoscebant, plus admirabantur, sed non applicabant cognitionem veritatis in bonum præ dolore liuoris, sed ad malum, vt dolosè agentes, simulque inuenientes inuidentes murmurarent, & respirarent: quia admirationibus populi, & turbæ torquebantur.

Famuli admira'i venena contra inuidentē moliuntur.

DIFFICVLTAS III.

Quare dicitur quod in Belzebub Principe Dæmoniorum Christus eiiciebat Dæmonia?

346 QVæritur ex quibus colligebant Pharisæi, quod Christus in virtute Belzebub Dæmonia eiiciebat?

Iansf. in concord. c. 49. 1. Responsio Iansenij in concord. cap. 49. *Solent enim furiosi & amentes noua, & insolita loqui, qua nunquam didicerunt, & à nouitate illa rudem plebem ad se trahere. hinc Pharisæi miracula apertissima calumniabantur, & quia negare non poterant, quod expellere Dæmonia erat maioris virtutis quam humanæ, cogitauerunt hoc delirium, vt plebem deterrerent, & Christo non crederent dicentes quod in Beelzebub eiiciebat Dæmonia.* Quasi dicat, ita confusi, & attoniti Pharisæi viso, miraculo remanserunt, quod à Dæmonibus agitati cogitauerunt Christum Dæmoniacum esse, & hoc modo turbam ab illo repellere.

Inimici inuidia cremātur, & fiunt amentes contra litteram.

347 Beda in Cathen. 2. Responsio Bedæ in Cath. citati. *Beelzebub Deus erat Acharon nam Beel quidem ipse Baal; Zebub autem musca vocatur. Dicitur autem Beelzebub quasi vir muscarum, ex cuius spurcissimo ritu Principem Dæmoniorum nominabant.* Quasi dicat, malitia Pharisæorum summa fuit; quia Acharon erat Deus Ammonitarum, cum quibus Iudæi inimicabantur nimis, & voluerunt Christum consortem Amonitis ideo vociferabant, quod Beelzebub implorabat, vt omnis turba repudiaret miracula visa.

Beelzebub Deus muscarum.

Malitia inimicorū semper crescit.

348 Caietan. in Euang. 3. Responsio Caietani, *vt colorarent dicta sua, dicunt quod virtute Principis Dæmoniorum eiicit inferiores Dæmones, & faciunt Iesum non solum virum malum, sed pessimum, Magum, diuinaque opera fingunt Diabolica.* Quasi dicat, opera religiosa negare impossibile erat & vt turba eos non lapidaret, non malignabantur aduersus miracula, sed aduersus Christum, dicentes quòd erat magus, qui incantationibus, sicut Pharaonis Magi ista faciebat.

Magi incantationibus mirabilia faciunt sed non durant.

349. Auct. mens. 4. Responsio Dæmoniacum Christum (meo iudicio) faciunt, quia falsa testimonia non certo possunt comprobari, & cōtra miracula euidentia probationes longinquas, & improbabiles dicunt, vt interim amor turbarum in odium conuerteretur.

Probatio falsi testimonij difficilis & longa.

Franc. de Rojas, in Euang. Tom. III.

DIFFICVLTAS IV.

Quare Christus visis cogitationibus Pharisæorum dixit Omne regnum in se diuisum desolabitur?

QVæretur, quare ad cogitationes Pharisæorum, Christus respondet, cum ipsi vocibus Dæmoniacum appellarunt. 350

1. Responsio Bedæ. *Non ad dicta, sed ad cogitata respondit, vt vel sic compellerentur credere potentia eius, qui cordis videbat occulta.* Quasi dicat ante quam malitiam, & blasphemiam pronuntiarent, ad cogitata respondit, vt mitescerent, & refrenarent linguas suas sed æmuli deteriores & maligniores quotidie fiunt. Beda cit. in Cath.

Lingua malignantiū nō refrenatur miraculis.

2. Responsio Chrysostomi in Cath. citati. *Cum Pharisæorum suspicio irrationabilis esset, metu multitudinis non audebant ea diuulgare, sed in animo suo eam vertebant; ideo dicitur Christus dum cognouit cogitationes eorum &c.* Quasi dicat multa meditantur inimici in cordibus suis, quæ feris crudelissimis excedunt. Sed ne vt irrationales habeantur tacentur, & suo tempore, vt mina sulfurea prorumpit, & venena expargit reseruata. 351 S. Chrysost. in Cath. cit.

Inimici crudelia meditantur.

3. Responsio Iansenij in concordia c. 49. *Discordia enim & priuatum, & publicum Regnum mox destruitur; si ergo quemadmodum vos calumniamini Sathanas Sathanam eiicit. Consequetur Dæmones inter se seditionibus diuisos esse.* Quasi dicat, si verū est, quod dicitis ipse egit quæ ad proprij regni desolationem faciunt; cum autem ipse callidissimè, & studiosissimè regnum illud confirmare laboret cum omnibus suis in hoc vnum conspirans, vt hominibus dominetur, eosque sibi subiectos detineat. 352 Iansf. in concord. c. 49.

Dæmon discordia communitates perturbat & regna.

4. Responsio Cyrilli in Cath. citati. *Non respondebat ex Scripturis, quia non attendebant falso eas exponentes, sed ex his respondet quæ communiter accidunt; Domus enim & ciuitas diuisa velociter dissipatur, vt etiam regnum quo nihil est validius; firmat enim regna & domos subditorum concordia.* Quasi dicat, si ego per Dæmonium Dæmonia eiicio, & dissentio inter eos est, & peribit virtus eorum, ideo dicitur, si Sathan diuisus est, quomodo stabit regnum eius; quia dicitis me in Beelzebub eiicere Dæmonia. Restat ergo, quod diuina virtute hoc fiat. 353 Cyril. in Cath.

Scripturas heretici falso exponunt.

Peruersi corroberanturin communibus ad electionē contra iustitiam.

5. Responsio Ambrosij in Cathen. citati. *In hoc etiam ostendit regnum suum indiuisum esse atque perpetuum, & ideo qui non in Christo spem gerunt, sed in principe Dæmoniorum eiicere Dæmones opinantur, eos regni negat esse perpetui, quod expectat etiam ad populum Iudaicum.* Quasi dicat, quomodo potest regnum Iudæorum esse perpetuum quando à legis populo Iesus negatur, qui ex lege debetur? Ita ex parte se fides Iudaicæ plebis impugnat: impij gloria diuiditur, diuidendo dissoluitur; & ideo regnum Ecclesiæ manebit in æternum quia indiuidua fides corpus est vnum. 354 S. Ambr. in Cath. citat.

Iudæorū lex quia diuisa ideo periuit & heretici non durant quia variantur in sectis.

6 Responsio Bedæ in Cath. citat. *Regnum etiam Patris, Filij, & spiritus sancti non est diuisum quod est æterna stabilitate mansurum.* Quasi 355 Beda in Cathen.

F dicat,

Trinitatis regnum esse vnum. cat, desistant Arriani iuniorem Patre filium; Filium vero Spiritum sanctum dicere, quia quorum vnum est regnum, horum vna est maiestas.

DIFFICVLTAS V.

Quare dicitur, Filij vestri, in quo eiiciunt Dæmonia.

356 QVæritur quare Christus affirmat filios Iudæorum eiicere Dæmonia?

Chrisost. in Cath. 1. RESPONSIO Chrisostomi in Cath. *Non dicit Discipuli mei sed filij vestri, volens eorum demulcere furorem.* Quasi dicat, filij vestri Sathan in nomine meo Dæmonia expellunt, quomodo non habet multam amentiam dicere me in Beelzebub virtutem habere.

Inimicos furores demulcere ingens prudentia.

357 Beda in Cat. 2. RESPONSIO Bedæ. *Filios Iudæorum exorcistas gentis illius significat, qui ad inuocationem Dei eiiciebant Dæmones.* Quasi dicat, si expulsio Dæmonum in filiis vestris Deo, non Dæmonibus deputatur: Quare in me idem opus non eandem habet causam? Ergo ipsi erunt vestri iudices, non potestare, sed operatione?

Passio scimicorũ cæca & ignorans.

358 Ianf. in cõc. c.49. 3. RESPONSIO Iansenij in concord. cap. 49. qui confirmans prædictam responsionem, ait: *Rectius autem per istos filios intelligũtur exorcistæ gentis Iudaicæ, qui ex institutione Salomonis Dæmones expellebant. Vnde Actor. 4. legitur de septem filiis cuiusdam, seruis Principis sacerdotum. Et de Salomone sic scribit Iosephus lib. 8. c. 2. Præstitit autem ei Deus, vt etiam contra Dæmones artem ad vtilitatem hominum, & eorum curas edisceret, & incantationes instituit, quibus ægritudines soleant mitigari. Modos etiam coniurationis, quibus astricti Dæmones, ne denuò redeant, effugantur, inuenit. Et hæc cura hactenus apud nos multum praualere dignoscitur. Et subiungit exemplum à se visum. Vidi etenim* (inquit) *quendam Eleazarum de gente nostra præsente me, Vespasiano, & eius filiis, & tribunis, alioque simul exercitu, curantem eos, qui à Dæmonibus vexabantur; modus autem medicinæ fuit huiusmodi: intulit naribus eius, qui à Dæmonio vexabatur annulum habentem subter signaculum radicem à Salomone monstratam; Deinde Dæmonium per nares odorantis abstraxit, & repente cecidit homo. Postea coniurauit eum iuramentum adiiciens Salomonis, ne ad eũ denuò remaneret, idest, cãtica, quæ ille composuit dicens super eum; volens autem satisfacere, atque probare præsentibus Eleazarum hanc se habere virtutem, ponebat ante eos calicem aquâ plenum aut peluim & Dæmonio imperabat, vt egressus ab homine, hæc euerteret, & videntibus præberet indicium, quod hominem reliquisset.* Hæc Iansenius loco citato. Ex quibus patet, quod Christus non his vtebatur, sed imperando exibant Dæmonia à corporibus vexatis, & in filiis suis Iudæi non ponebant dolum; in Christo autem; vt æmuli calumniatores blasphemando dicebant in Beelzebub eiicit Dæmonia.

Ioseph. lib. 8. c. 2.

Eleazarus expellebat Dæmonia radicibus herbarum à Salomone editis.

Annulus Salomonis Dæmonia eiiciebat.

Christus imperãs Dæmonia expellebat.

***

DIFFICVLTAS VI.

Quare dicitur, Cum fortis armatus custodit atrium in pace sunt omnia, quæ possidet &c.

QVæritur, quis sit & quomodo atrium suum seruet, qui fortis est? 359

1. RESPONSIO Chrisostomi in Cath. citat. *Fortem vocat Diabolum, non quia naturaliter huiusmodi sit, sed innuens antiquam eius Tyrannidem, quam pusillanimitas nostra causauit.* Quasi dicat Diabolus ex se vilis & miser est, & tam debilis vt vnus infans exorcista eum terret; sed peccatum facit homines subiectos, & infirmos, & non audaces contra eum. S. Chriso. in Cath. cit.

Diabolus timidus & pauidus.

2. RESPONSIO Cyrilli in Cath. citati; *Erat enim ante Saluatoris aduentum violentia multa rapiens alienos greges (scilicet Dei) & quasi ad proprium ducens ouile.* Quasi dicat Tyrannide Diabolus fere totus mundus ante Christum subiiciebatur. Sed venit Christus & Princeps huius mundi foras eiectus est, & ideo sequitur, quod fortior vniuersa arma tulit. 360 Cyrill. in Cath.

Princeps mundi erat Diabolus, Christus Principẽ mũdi spoliauit.

3. RESPONSIO Theophilacti in Cath. citati: *Arma Dæmonis sunt omnes species peccatorum, in quibus confidens inualuit contra homines.* Quasi dicat, Sanguis Christi Domini ita peccatores redimit, quod sit quasi gladius acutus ex vtraque parte contra potentiam adquisitam à Diabolo; & ideo non habet vires contra nos Quia (teste Augustino) latrare potest, mordere non potest. 361 Theoph. in Cath.

Sãguis Christi gladius acutus. Aug. citat.

4. RESPONSIO Bedæ in Cath. citat. *Atrium vero Dæmonis mundum vocat Dominus, qui in maligno positus est, in quo vsque ad Saluatoris aduentum potiebatur imperio; quia in cordibus infidelium sine vlla contradictione quiescebat.* 362

Dæmon canis latrabilis. Beda cit.

Atrium Dæmonis Curia & palatia Regum.

5. RESPONSIO Iansenij in concord. cap. 49. *Spolia Diaboli Dominus destruit suis militibus cum Angelis & Apostolis oues suas custodiendas, & prædicandas commisit.* Quasi dicat, sicut lætantur victores capta præda, quando diuidunt spolia. Sic Angeli & Apostoli læti fidem Christi prædicauerunt, & gratias cælitus acceptas distribuerunt. 363 Ianf. citat.

Spolia Christi dona Spiritus sancti vt partita hominibus.

6. RESPONSIO Bedæ in Cath. citati. *Victor etiam Christus spolia distribuit, quod est insigne triumphantis, quia captiuam ducens captiuitatem dedit dona hominibus.* Quasi dicat alios fecit Apostolos, alios Euangelistas, hos Prophetas, alios Pastores, ordinans Doctores. 364 Beda in Cath.

Dona sunt genera linguarum.

7. RESPONSIO meo iudicio, fortis armatus est peccator induratus, sicut Pharao, in quo Dæmon ingressus fortiter defendit atrium suum id est, cor peccatoris obdurati. Vbi verbum Dei efficaciter prædicatum solet introire, & atrium recipit, & potentias occupat virtus Dei, & spolia Diabolica impertiuntur; quia conuersione vnius Sauli ad Deum clamantis, & dicentis, *Domine quid me vis facere*, orbis terrarum intellectu & potentiis illius, alias à Diabolo occupatis, tanquam spoliis pretiosissimis ditatus est, & quotidie Ecclesia Dei opulentissima ostenditur. 365 Auctoris mens.

Atriũ est cor peccatoris indurati.

Actor. cap. 9. n. 3.

Paulus suo intellectu orbem terrarũ ditauit.

DIFFI

DIFFICVLTAS VII.

Quare dicitur, Quod spiritus cùm exierit ab homine ambulat per loca inaquosa quærens requiem.

366 QVæritur, quare spiritus immundus non inuenit requiem nisi in homine.

S. Ambr. in Cath. Iudæi proterui & terra inaquosa. Lucæ 12. n. 49. Dæmones nō possunt habere requiē, sed malefaciēdo.

1. RESPONSIO Ambrosij in Cath. citati. *In vno homine totius populi Iudaici comparatio est, à quo per legem spiritus immundus exierat, sed postmodum per baptisma rore spiritus humescebat, & propter Christi fidem Diabolus requiem inuenire non potuit.* Quasi dicat *Christus ignem venit mittere in terram*, vt incendio suæ doctrinæ spiritus immundos eleciisset ex cordibus gentilium, vbi habitabant & eiecti clamabant per loca inaquosa, & requiem quærentes reuersi sunt ad corda Iudæorum, vnde per legem Moysis exierunt. Dicitur autem, quod Dæmones inueniunt requiem, non quia semper non torquentur, sed quia hominibus nocendo quasi requiescunt.

367 *Caietan. in Euang. Dæmonis afflatio cū eiicitur ab anima.*

2. RESPONSIO Caietani: *Domus scopis mundata, & ornata prouocat ad hoc vt inhabitetur, & per hanc similitudinem insinuatur, quod Diabolus, qui exiit à gente Iudaica per Patriachas, & Prophetas, non inueniens requiem in gentibus in quibus per Euangelium regnabit Deus, reuertetur ad nationem Iudæorum.* Quasi dicat, nimis prouocabatur Dæmon cum se eiectum per sanctos Prophetas à cordibus Iudæorum videbat. Et ideò expulsus per legem Christi à cordibus gentiliū reuertitur, ad quos prouocauit, vt de Christo blasphemarent, & fecit vt essent nouissima Iudæorum peiora prioribus, quia hodie peiores sunt, quia plus ingrati, quàm ante legem Patriarcharum & Prophetarum.

Iudæi hodie peiores quam ante legem.

368 *Auct. mens. Anima iustorum torquēt Dæmonium.*

3. RESPONSIO meo videri dicitur. Dæmon requiem non inuenit in cordibus fidelium, cum callidus insidiator explorat; & gressus suæ nequitiæ figere potest, ex quibus abiecta culpa per gratiam Dei eiectus fuerat, & cum videt animas conuersas scopis & pignoribus gloriæ ornatas, circuit quærens, & fugit sicut leo si intrare non potest; & ideo timendum est, ne culpa quam in nobis extinctam credebamus per incuriam nos vacantes opprimat; quia tunc erunt nouissima hominis illius peiora prioribus.

DIFFICVLTAS VIII.

Quare dicitur, Et assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus?

369 QVæritur, quando spiritus malus assumit spiritus nequiores se, & quomodo nouissima fiunt peiora prioribus?

Beda cit. in Cath.

1. RESPONSIO Bedæ in cath. citat. *Potest hoc intelligi de hæretico quolibet vel schismatico, vel etiam de malo catholico, de quo tempore Baptismatis spiritus exierat immundus, locaque inaquosa peragrat, id est, corda fidelium, quæ à mollitie fluxæ cogitationis expurgata sunt, & spiritus malus omni conatu intentat iterum introire.* Quasi dicat animæ hæreticorum, quæ in Baptismo per gratiam Baptismalem à macula originali purgatæ remanēt, & ornatæ donis spiritus Sancti; statim cum ad vsum rationis perueniunt prauis erroribus & falsis doctrinis replentur, & tunc spiritus immundus septem spiritus assumit nequiores se; quia non solum tales hæretici septem vitia, quæ septem virtutibus sunt contraria, assumunt, sed etiam per hypocrisim ipsas se virtutes habere simulant.

Hæretici, & schismatici per Baptismū nequiores fiunt. Hypocritæ nequiores quotidie.

2. RESPONSIO Cyrilli in cath. citat. *Hoc de reprobis potest intelligi, de quibus potest dici illud Apostolicum; melius erat eis veritatis viam non agnoscere, quam post agnitam retroire.* Quasi dicat, quod animæ damnatorum fidelium, plus quam Pagani & Gentilis cruciantur; quia nouissima illorum semper fuerunt peiora prioribus, & melius fuerat eis si nati non fuissent, & si viam veritatis non agnouissent, quia propter hoc plus tormenta augentur eis. 370 *Cyrill. in Cath. Damnati fideles non fuisse desiderant, quia propter fidem plus cruciantur.*

3. RESPONSIO Ambrosij in Cath. citati: *Forensi enim, & perfunctoris specie compta; animo autem interiori pollutior; Neque enim sacri fontis irriguo, aut abluebat, aut restringebat ardorem, meritoque ad eum spiritus redibat immundus, adducens secum septem spiritus nequiores.* Quasi dicat illi qui propter formam; & honoris reputationem, quia officio forensi vtuntur, sacramenta recipiunt, vt à gremio Catholico non eiiciantur, cito ad vomitum reuertuntur, & spiritus immundus multiplicatis nequioribus iterum ingreditur in eis, & fiunt nouissima illorum peiora prioribus; quia vt eleganter Ambrosius concludit, vt in nobis multiplicatur septiformis spiritus gratia; ita illis immundorum spirituum omnis cumulatur iniuria. 371 *Ambros. in Cath. cit. Aulici, qui propter honorem tēporalem sacra recipiunt, cito peiores fiunt.*

4. RESPONSIO Chrisostomi citati in Cath. *Incolunt autem animas Iudæorum dæmones peiores prioribus: nam tunc temporis in Prophetas sæuiebant; nunc vero ipsi Domino Prophetarum iniuriantur; atque adeo à Vespasiano, & Tito peiora passi fuerunt, quàm in Ægypto, & Babylone. Vnde bene dicitur, quod fuerunt illorum nouissima peiora prioribus; quia tunc aderat eis diuina prouisio, & gratia spiritus Sancti; nunc vero etiam hac cura priuantur, propter quod virtutis maior penuria, nunc & ærumna intensior, & dæmonum exactio sæuior.* Quasi dicat bene propheta tum est de cæcitate Iudæorum, quod palpabunt quasi cæci parietem: nam quotidie flagella de cælo multiplicata contra eos experiuntur, quia abominabiles facti sunt omni nationi viles, seruiles, & mancipati; neque tamen mitescunt contra Christum. Et passim videmus Lusitanorum terram pullulare Iudaismum, vt testatur liber intitulatus *Funda Dauidis*, à Lusitano compositus; neque tamen tot, tantisque flagellis admissis super eos veritatem fidei nostræ agnoscunt; sed quotidie Peiores fiunt. 372 *Chrisost. in Cath. cit. Vespasianus, & Titus flagella Iudæorum. Lusitania Scatet pullulatque Iudaismū lib. intit. Funda Dauidis.*

5. RESPONSIO Bedæ in cath. citati. *Posset etiam simpliciter intelligi Dominum, hac ad distinctionem suorum; & Sathanæ operum adiunxisse; quod scilicet ipse semper polluta mundare, Sathanas vero mundata grauioribus sordibus contaminare* 373 *Beda in Cath. cit. Diabolus polluta crescere desiderat.*

minare festinet. Quasi dicat esse vniuscuiusque, in hoc agnoscitur, quod boni & perfecti, semper bona quæ incipiunt facere, multiplicare desiderant; impij autem & scelerati à malo incepto non cessant, sed semper nouissima peiora prioribus fiunt, quod nostro Hispano idiomate dicitur: *Cada vno haze, como quienes.* Sed de hoc ad mores postea latius.

Hispana locutio.

TRACTATVS DECIMVS

Ad Mores *In cap.* 11. *Lucæ de Dæmoniaco muto à Christo sanato.*

DIFFICVLTAS IX.

Quare dicitur, quod erat Iesus eiiciens Dæmonium, & illud erat mutum?

374 QVÆSITVM fuit, quomodo erat iste homo Dæmoniacus mutus an qui obsessus?

Theoph. cit. in Cath.

Qui non audierunt loqui non possunt.

1. RESPONSIO fuit Theophilacti citati in litter. *Quia surdus erat, non loquebatur: nam si aliquis à natiuitate non audiuisset, non loqueretur.* Quasi dicat, homo nascitur lingua ligata, & Dominus soluit illam, vt mediante auditu recta loquatur, non mala. Vnde interrogat Oleaster: *Quare dixit Dominus Moysi impeditiori lingua loquenti Quis fecit os hominis, aut quis fabricatus est mutum & surdum. Exod.* 4. *n.* 11. Et respondet; *quod in Hebræo* Alam *significat* ligare, *a quo* Ilem, *id est*, mutus, *quod sit quis ligatus ita, vt non possit loqui.* Quasi dicat. quis dedit homini surdo loquelam, nisi ego, hoc est, ego per auditum feci vt surdus, homo qui nascitur ligatus lingua, rectè loquatur. Ideo sequitur in Exod. 4. n. 12. *Perge igitur, & ego ero in ore tuo, doceboque te quidquid loquaris.* Vel vt septuaginta legunt, *Aperiam os tuum, & instruam te, quæ oportent loqui.*

Homo lingua nascitur ligato.

Oleast. in Exod. 4.

Hebræa vox Alam *idest, ligatus.*

Trans. 70. Exod. 4. n. 12.

Linguas infantiū Deus soluit.

375 Vnde Origen. in Exod. c. 4. *Beati quorum Deus aperit os vt loquantur.* Quasi dicat Prophetis & seruis suis Deus aperit os, & replet illud eloquio suo, vt Paulus testatur, *Vt detur mihi sermo in adapertionem oris mei.* Eorum ergo qui verba Dei loquuntur os Deus aperit. Et addit Origines citatus; *Vereor autem, ne sint aliqui, quorum è contrario os Diabolus adaperiat: nam qui loquuntur mendacium, qui falsum testimonium dicunt, qui scurrilitates, turpitudines, & cætera proferunt certum est, quod Diabolus aperit os eorum.* Hinc Augustinus serm. de tempore, *Fratres Charissimi bona iugiter cogitemus, vt os nostrum non crudelis aduersarius, sed Deus prius aperiat.* Quasi dicat, Diabolus simia Christi fuit, & in hominibus actiones Christi ad malum imitari conatur. Christus erat eiiciens dæmonium ab homine muto, & diabolus intentat aperire ora malignantium ad blasphemias, & iuramenta contra honorem Christi pronuntiando in Beelzebub eiicit dæmonia? Et Origen. loco citato *Nonne diabolus aperuit os Iudæ, de quo scriptum est, quod intrauit in illum Satanas, & quod misit diabolus in cor eius, vt traderet Dominum.* Quasi dicat, ipse aperuit os eius & loqueretur cum Principibus, & Pharisæis dicens; *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?*

Origen. in Exod. 4.

Apostolus.

Origen. cit.

Mendacia proferētes ore Diaboli loquuntur.

S. August. serm. de tēpore,

Diabolus simia tota: Christum ad malum imitans.

Orig citat.

Ioan. c. 13. n. 2 Matth. c. 26. n. 15.

376 Hinc August. Serm. citato. *Ex abundantia cordis os loquitur. Et sic vnusquisque nostrum, cuius præsentiam susceperit in corde ipsius verba proferre consueuit ex ore; nostrum autem cor adaperiatur Christo, & claudatur Diabolo, vt in nobis adimpleatur illud: habitabo, ait Dominus, in eis, & rursum ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus, qui semper quod iustum est, loquitur, Deus in illo habitat, & ipse in Deo.* Quasi dicat, mansionem spiritus facit apud illos, qui semper bene loquuntur de proximis, sicut & Diabolus apud linguos dolosos, & impios, Tyrannica possessione permanet vt patet in isto dæmoniaco, qui mutus, & cæcus erat, quia fortè malè de omnibus loquebatur, & libenter murmurationes malas contra omnes audiebat.

Aug. serm. cit.

Ex abundantia cordis os loquitur

Lingua iusti semper benè loquitur.

Diabolus linguas malas pueis.

377 Vnde Origen. in Exod. citat. *Deus dicitur aperire os Sanctorum, & diabolus Impiorum: ita aures iustorum aperit ad audienda diuina verba, & diabolus claudit, ne audiantur.* Hinc per Isaiam 50. n. 5. dicitur. *Dominus Deus aperuit mihi aurem.* Et iterum: *Eruditio Domini aperuit mihi aurem.* Quasi dicat, qui eruditionis sanctæ doctrinam concupiscunt audire Dominus aperit eius aures; eorum vero à diabolo aures clauduntur, qui muti, & surdi fiunt, vt non possint verba Dei audire, ac per consequens neque loqui; quia qui non audiunt verba, neque loqui potest. Theophilactus insinuauit. Vnde concludit Augustinus: *Hodie procurat Christus adimplere, quod per Dauid dictum erat Ps.* 80. *Et tacitè forsan in corde demoniaci huius loquebatur dicens: Dilata os tuum, & adimplebo illud.* Vbi Augustinus ait: *In homine voluntatem accipiendi, quod Deus donat, insinuat, quia ipse statim*

Origen. in Exod. cit.

Diabolus auditum claudit suis.

Isai. cap. 50. n. 5.

Muti homines quia surdi.

Theophilactus cit.

August. cit.

Per inspirationes Deus loquitur quotidie ad peccatores.

Ps. 80. n. 11.

statim affluenter dat. Quasi dicat; homo vis loqui, & à Dæmonio qui te vexat liberari, audi me. *Aperi os tuum, & ego instruam te in via, qua ingrederis, & adimplebo desiderium tuum;* Et ideo dicitur, quod erat Iesus eiiciens Dæmonium; quia intus ad cor loquebatur cum homine, eius voluntatem examinando, vt miraculum fieret, & lingua ligata dissolueretur; quia per auditum os loquitur: nam si non audissent homines loqui nescirent, vt supradiximus.

Desideria nostri Deus adimplet.

378. *Gloss. ordin.*

2. RESPONSIO fuit glossæ, *quod erat Iesus eiiciens; quia spiritus bonus datur petentibus se.* Quasi dicat, quod Deus vult rogari, & ideo in necessitatibus, & laboribus solet constituere vt orationibus liberemur à malis. Vnde interrogat Oleast. *Quare seruus Abraha in anxietate, & dubitatione positus dixit Deus Domini mei Abraha Genes. 24.* Et respondet: *Quia nouerat seruus ille res melius precationibus, quam industria fieri, ideo precatur Dominum.* Quasi dicat erudiens nos in afflictionibus positos apud Deum sanctorum merita iactare, vt quod possibilitas nostra non obtinet eorum nobis intercessione donetur, ideo Christus precibus Discipulorum acquiescit, & remansit in domo, vbi alia miracula cæcorum patrabat, & æquo, & grato animo erat eiiciens Dæmonium. Hinc interrogat Lyranus, quare Angelus Tobiæ sciscitanti de virtute viscerum piscis, Respondit, Tobiæ c. 6. *Fumus ille ex igne procedens significat orationis virtutem Tobiæ & Saræ, cuius merito Angelus Rafael expulit Dæmonem à Sara.* Quasi dicat, orationes Tobiæ & Saræ extinguerunt tribulationes, & vexationes Diabolicas. Hinc Rupertus explicans afflictiones Machabæorum cap. 3. vbi dicitur: *Et suscitauerunt Nazareos, qui impleuerunt dies, & clamauerunt voce magna in cælum ait: Ambitiosius in calamitate sua Deum precabantur tales habentes patronos, scilicet, Nazareos, qui plurimum merebantur de Clementissimo Domino, quia impleuerunt dies suos afflicti sacra continentia, & votiua substantia.* Quasi dicat, tribulationes mitescunt, & cessant per intercessiones Sanctorum.

Oleast. in Gen. 24.

Orationes non industria in tribulationibus quærenda.

Lyran. in Tob. c. 6

Dæmonis vexationes orationibus extinguuntur.

Rupert in cap. 3. Machab.

Sanctos tempore pestis inuocare salubre est.

379. *Bern. ser. 18. in Ps. 90.*

Vnde Bernard. serm. 18. in Ps. 90. *Nunc filioli clamemus in cælum, & miserebitur nostri Deus noster. Clamemus in cælum; quia sub cælo omnia labor & dolor, vanitas, & afflictio spiritus.* Addit. *Prauum est cor hominis, & inscrutabile & proni sensus eius ad malum, ideo semper oportet orare, & nunquam deficere;* Quia nunquam tribulationes animæ, & corporis deficient: nam diabolus opprimere nos semper laboribus, & vexationibus conatur, vt in muto cæco patet. Vnde interrogat Lyran. noster. Quare Iosue 9. dicitur: *Quod filij Israel os Domini non interrogauerunt?* Et respondit. *Quia defecerunt in hoc: nam in arduis recurrere debebant ad consilium Domini, ideo decepti fuerunt.* Quasi dicat multi decipiuntur in laboribus, & afflictionibus non recurrentes ad orationes. Et addit Lyra: *Melius egerunt iidem Gabaonitæ in afflictione positi recurrerunt ad Iosue, qui eos poterat liberare dicentes Iosue 10. Ne retrahas manus tuas ab auxilio seruorum tuorum, ascende cito & libera nos, ferque præsidium; Ascenderunt enim aduersus nos omnes Reges Amorrhæorum.* Et subdit textus. *Quibus succurrit statim: ascenditque Iosue de Galgalis & omnis exercitus bellatorum cum eo viri fortissimi.* Et addit glossa ordinaria: *Sic Iesus cum discipulis adest eis, qui pro nomine suo contrariis virtutibus oppugnantur.* Quasi dicat impossibile est, quin Dominus succurrat afflictis: & laboribus vexatis, si instant precibus & orationibus, à sanctisque suis auxilium implorent, vt cognati & consanguinei huius Dæmoniaci fecerunt, qui Christum per Apostolos rogauerunt vt eiiceret Dæmonium ab eo, propter quod dicitur, quod erat eiiciens Dæmonium mutum.

Diabolus cor ad malum prouocat infatigabiliter.

Lyran. noster in Ios. 9.

In arduis ad Deum recurrendum.

Lyran. citat. Iosue 10.

Oratio necessario succurrit potentibus.

Orationes Sanctorum postulanda.

380. *Hugo Victorinus iudic. 16.*

Hinc interrogat Hugo Victorinus, Quare Iudicum lib. dicitur, *Quod Sanson Dalidæ secretum fortitudinis suæ aperuit dicens: si rasum fuerit à me caput meum, recedet à me fortitudo mea, & deficiam.* Et respondit; *Quia quandiu animus contemplationi inhæret à ratione superari non potest, quod si in delectatione resolutus fuerit, ibique obdormierit, sicut Sanson in sinu mulieris continuo veritatis lumen amittit, & prauis moribus repugnare non sufficit, tandemque ad molam ponitur, dum interna dulcedinis oblitus per terrena desideria dissipatur.* Quasi dicat, qui Dalilæ meretrici cor suum tradit, neque de orationibus recordatur, neque de sanctis eius: sed Dæmoniacus mutus, & cæcus sine intercessoribus ad Deum manet. Hinc Ambrosius lib. de Pœnit. interrogat, quare 2. Reg. dicitur 2. n. 25. *Si in Deum peccauerit vir quis orabit pro eo?* Et respondet, hoc est, *Singularis vita abliquis debet orare pro eo, qui peccauit in Dominum, quia quo maior culpa, eo maiora sunt quærenda remedia.* Quasi dicat, ideo parentes, & amici Dæmoniaci huius Apostolos Christi rogauerunt pro eo, quia videbant, quod grauissima, & inaudita erant peccata hominis illius siquidem talibus vexationibus à Dæmone torquebatur.

Secretum mulieri reuelare stultitia ingens.

Ab oratione non cessandũ.

Ambr. lib. de Pœnit.

1. Reg. 2. num. 25.

Pro infœlicibus meretricibus inuolutis singulares preces à Deo fundenda.

381. *Tit. Bost. in litt. cit.*

3. RESPONSIO Titi Bostrensis in litt. citati. *Quia Dæmones aptitudinem humani affectus auferentes obtundunt animæ nostræ auditum.* Quasi dicat, Dæmones possunt aures obtundere, sed non cor; quia sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum, & ne ditionibus eorum subiiciamus, sed illas contemnamus: nam si carnem infirmam recognoscunt (maligni spiritus) etiam fortitudinem spiritus timent. Vnde Tertulianus lib. de fug. in per. c. 2. f. 969. *Intelligas in te esse etiam fortitudinem spiritus quomodo infirmitatem carnis.* Quasi dicat, multi statim excusationem peccatorum maximorum ostentant dicentes, sumus imbecilles, & Diabolus decepit nos, contra quos Tertulianus eodem loco ait: *Ne vt nunc facis de carnis quidem infirmitate causeris, de spiritu autem firmitate dissimules.* Quasi dicat, quia Dæmones aptitudinem peccandi acuunt propter carnis infirmitatem non dissimulas fortitudinem spiritus ad innumerabiles tentationes sufficientem; quia certum est, quod *Deus non patietur vos tentari supra id quod potestis.* Sed vos corpore, voluptate, & consuetudine crassi & supini negligentiam diligitis, vsquequo Dæmoniaci surdi, muti, & cæci remansistis.

Dæmon non potest cor obtundere.

Tertul. lib. de fug. c. 2. fol. 969.

Mulieres meretrices ex infirmitate carnis volunt excusare se.

1. Cor. c. 10. n. 13.

382. *Tylm. in allegor. Oseæ c. 7.*

Vnde interrogat Tilmanus in allegor. quare Oseæ c. 7. dicitur: *Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus à coquente?* Et respondet, *Quia cor malorum merito dicitur clibanus à coquente succensus, sicut enim accendens clibanum intus non intrat, sed exterius ignem facit, & ministrat*

Cor humanũ quasi clibanus.

ne ignis exeat de clibano, sed girat interius, & clibanum ad coquendum panem calefacit. Sic Diabolus per suggestionem cor hominis accendit; ita quod substantialiter in cor hominis non intrat: hoc enim facere non potest. Quasi dicat, quando dicitur, *intrasse in cor Iudæ*, intelligendum est per suggestionem, non per essentiam, quia ignis Diabolicæ tentationis non procedit exterius, quo vsque succensum sit cor ad coquendum panem impietatis, & totum cor sit exustum.

Ioan. cap...

Diabolus circuit cor hominis quasi clibanum.

383 Ierem. c. 1. Hinc apud Ieremiam dicitur, *Pellis nostra exusta est, quasi clibanus.* Quasi dicat, Panis impietatis est ipse homo peccator qui primo frangitur in farinam per diuersos circuitus, & curas huius sæculi. Deinde farina aqua conspergitur, & fermento fermentatur. Et addit Tilmanus citatus: *Aqua & fermentum duæ sunt filiæ Loth, id est declinantis, quæ ipsum inebriant scilicet, concupiscentia, & superbia.* Quasi dicat, si cor hominis fermentatur luxuriis, & voluptatibus mundi, & mulieribus traditur statim flammas clibani foris exeunt, & intus panes comburunt, & quasi ebrius Loth incestibus, & peccatis enormibus inuoluitur, & cadit super illum illa maledictio Oseæ. *Pectore & ventre repes.* Quia corpore & anima, quasi serpentes reptunt, neque subsistunt vsquequo Dæmones auferunt ab eis aptitudinem affectus, & aures obtundunt, in quibus aperiendis laborat Christus, vt in Dæmoniaco patet, in quo erat eiiciens, quia defendebat se obsessus à Diabolo, vt Titus Bostrensis insinuat.

Cor hominis quasi farina curis sæculi demolitum.

Superbia & luxuria inebriant cor.

Oseæ 7. *Homo luxuriosus reptat sicut serpens.*

Tit. Bost. cit.

DIFFICVLTAS X.

Quare dicitur, quod admiratæ sunt turbæ quia locutus est mutus eiecto Dæmonio.

384 Ians. citat. in litt. QVæsitum fuit de admirationibus turbarum, an simul essent Pharisæorum?

1. Responsio fuit Iansenij in litt. cit. quod *Turbæ crassitudine peccabant magis quàm impietate? Pharisæi verò odio & mala voluntate.* Quasi dicat, est admiratio simplicitatis, vbi peccator largo modo non stricto & peccaminoso contra Deum admiratur. Vnde in nostra Hispania dicitur, *Es fulano vn pecado, no tiene malicia.* Et isti solent admirari simpliciter videndo inusitata, vel audiendo non visa. Alia est admiratio, cauillosa, dolosa, & peccaminosa, quæ procedit de corde infesto, & de mala voluntate qualis fuit Pharisæorum, videndo prodigium, loqui scilicet, & audire hominem, & liberum à Dæmonio.

Admiratio duplex.

Hispana locutio. *Simplices quomodo dicuntur peccatores non peccando.*

385 Oleast. in Gen. 2. Trãs. Pagn. Vnde interrogat Oleaster, quare dicitur Gen. 2. *Quod posuit Dominus lignum vitarum in medio horti, & cognitionis boni & mali?* Sic legit Pagninus. Et respondet. *Dicitur lignum vitarum, quia omnium comedentium ex fructu arboris vitam longã conseruabat. Et dicitur arbor scientiæ boni & mali, quia eius gustato fructu, homo experiebatur mala huius vitæ.* Et addit statim Oleaster ad nostrum intentum: *Crediderim ego primum hominem, & vxorem fuisse in simplicitate puerili creatos, & quemadmodum duo pueri conuersantur sine dolo, & sine fallacia, ita & illos, non quod existiment eos tunc non ratiocinari, quemadmodum pueri non plenè ratiocinantur, sed quales sunt viri, qui non norunt male facere, neque dolos texere, sed in maxima simplicitate degunt.* Quasi dicat, sicut hodie homines, de quibus nostro Hispano sermone loquitur *Que parece que no peca Adam en ellos*; quia præceptum Apostolicum seruant ad Cor. 14. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli esto, & isto modo inquit sanctus Maximus, primos parentes fuisse creatos.

Adam fructũ comedens ex vetita arbore multam vitam haberet.

Oleast. cit.

Angelus custodiuit paradisum, ne comederet plus Adam, & viueret multum. Adam simplex ante peccatum in bonitate.

Hispana locutio. Cor. 14.

386 Magist. sent. apud D. Th. Ad Philip. 2. n. 15. Transl. alia. Hinc interrogat Magister sententiarum citatus à sancto Thoma. Quare D. Paulus dixit ad Philip. cap. 1. num. 15. *Sitis sine querela, & simplices filij Dei?* Et respondet: *Estote simplices non duplices, vt qui duobus Dominis seruire volunt*, vel vt alij legunt, *estote candidi*, id est, benigno, & beneuolo animo, qui omnia in meliorem partem capiunt. Quasi dicat, sunt homines, & in plurimum de turba Coloni ita simplices, vt sine querela de nomine vitam agunt, & omnes sinistras & maleuolas opiniones, & interpretationes cauillosas abiiciunt, de quibus Seneca lib. 2. de ira cap. 14. *Simplicitate opus est & benigna rerũ æstimatione, vt nihil nisi, quod in oculos inciderit, manifestumque erit credamus.* Quasi dicat; ille verè homo simplex, & rectus est, qui candorem animi corde & voce sincerè loquitur, & conuenienter pectori frontem gerens sine vlla doli tergiuersatione negotia tractat, sed est similis Beato Iob, de quo cap. 1. num. 1. dicitur, *Erat vir simplex, ac rectus*, qui nimirum doli expers, quod sentiret, loqueretur sicut turbæ, quæ Christum audiebant & signa & prodigia videbant, qualia fuerunt loqui mutum, & cæcum Dæmoniacum, & cum ab eo liberatum, & Deum laudantem admiratæ, Christum exaltabant, & simpliciter ei credebant. Secus autem Pharisæi, qui pleni erant dolo, malitia, inuidia, astutia, qui audientes turbas Christum laudabilem stridebant dentibus, & dolos meditabantur, similes hominibus, de quibus Homerus:

Homines duplices fugiendi.

Seneca lib. 2. de ira c. 14. *Homines simpliciter loquentes diliguntur.*

Iob c. 1. n. 1. Homerus

Maleuoli de bonis alienis torquentur.

Qui bene cum dicunt retro mala mente volutant,
Qui bene cum loquerentur attrocius mente premebant.

Vnde vt Iansenius adnotauit turbæ simplices admirabantur de miraculo, bonitate repleti, non sicut Pharisæi, qui impietate, odio, & mala voluntate calumniabantur miraculum dicentes, in Beelzebub, &c. Ians. citat.

DIFFICVLTAS XI.

Quare Pharisæi dixerunt in Beelzebub Principe Dæmoniorum eiicit Dæmonia?

QVæsitum fuit, quare talem blasphemiam isti Pharisæi meditabantur? 387 Ians. citat.

1. Responsio fuit Iansenij in litt. citati. *Furiosi & amentes solent loqui, quæ nunquam dicerunt, vt post se simplices trahant.* Quasi dicat,

Furiosi mendacia loquũtur. cat, Diabolus linguis serpentinis inuidorum solet inuolui, vt blasphemias loquantur. Vnde interrogat Oleast. quare Genes. 3. num. 1. dicitur, quod serpens *Callidior erat cunctis animantibus terræ?* Et respondet, *quod verbum Harum Hebræum est, & significat inuolutus.* Et sic sonat: *Serpens quia callidior, & inuolutus erat.* Et addit; *Credendum est Dæmonem intrasse corpus Serpentis, & absconditum, & inuolutum eius linguam mouisse, & tanquam organum tetigisse, vt cum fœmina loqueretur mendacium, nocuum omni generi humano.* Quasi dicat, Diabolus hominis linguam impediebat, vt non loqueretur, & eiectus per potentiam Christi ad linguas malignantium transiuit: & organa blasphemantia mouens, dicebant, in Beelzebub Principe Dæmoniorum eiicit Dæmonia.

Oleast. in Gen. 3. n. 1.

Harum Hebraicè idẽ est quod inuolutus.

Dæmon mouet linguas blasphemas.

388 Vnde interrogat August. serm. 60. Quare Dominus præcepit Abrahæ relinquere Patrem suum dicens Genes. 12. *Exi de terra tua, & de domo Patris tui?* Et respondet: *Quia Pater noster ante gratiam Christi Diabolus erat, iuxta illud, Vos ex patre Diabolo estis, & desideria Patris vestri vultis facere.* Et addit: *Patrem Christi Diabolus appellat, non quod eius nequitiam imitati sunt.* Quasi dicat, tunc patrem Diabolum relinquit homo & de eius domo egreditur, quando auxiliante Deo calliditatem & possessionem eius vitat. Vt in Dæmoniaco liberato à potestate Diabolica patet. Sed tunc malus Dæmon repulsus ab vno homine ad Domum malignantium mutatur cum linguas malignantium excitat, vt dicant, in Beelzebub eiicit Dæmonia.

Aug. serm. 60. Gen. 12.

Dæmon quasi Dominus domus mutatur de impio in malum.

389 Hinc interrogat Rupertus, quare Genes. 34. dicitur. *Quod cum vidisset Sychen filius Hemor Dinam adamauit eam?* Et respondet. *Per Sychen interpretatur humerosus, & Hemor asinus. Est namque Diabolus humerosus, vel fortis leo, & stultus vt asinus: nam per se solum circumuenit animos, sed per sui similes, id est, asinos homines, quorum linguas effrenatas relinquunt Diabolo vt nomen Dei blasphemetur.* Et addit Augustinus, serm. 8. de tempore. *Habet ergo Deus suos ministros, habet & Diabolus adiutores suos. Deus per homines bonos tanquam per ministros suos agit omne quod bonum est; Diabolus vero homines malos velut per satellites suos custodit & exercet omne quod malum est.* Quasi dicat, quicumque non solum cogitare sed dicere adeo periurare, vel blasphemare intentat, adiutorem Diaboli se esse intelligat, & Domum, vbi ipse mutatur & inhabitat. Hic Hugo de sancto Victore, quare dicitur Genes. 3. *Inimicitias ponam inter semen tuum, & semen mulieris?* Et respondet; *Quia semen Diaboli bilingues & maledici sunt, & semen mulieris homines sunt imbecilles, qui non possunt exercere inimicitias aduersus semen Diaboli, sed leuissima causa periurant, & nomen Dei blasphemant.* Quasi dicat nostro Hispano sermone, *hombres amariados; que acada passo iuran assi me ayude Dios por vida mia.*

Rupert. gen. 54.

Leo est Diabolus & stultus.

S. August. serm. de tẽpore.

Periurantes nomen Dei satellites sũt Diaboli.

Hugo de S. Vict. gen. 3.

Periurantes & blasphemantes semẽ Diaboli.

Hispana locutio. *Hombres maricones.*

390 Vel vt Caietanus. *Semen Diaboli sunt zizania superseminantes inter Domesticos.* Hinc Eucherius acutè aduertit, *quod inimicitiæ non ponuntur inter semen viri, & semen Diaboli, sed inter semen mulieris; non enim inquit Eucherius, zizania domestica seminant, nisi effeminati.* Quasi dicat, qui vestimentis mulierum vtuntur in quibus lingua solum pro ense, aut gladio permansit, & vbi inuidia proximorum regnat, ibi conuentus est malignantium, & semper prædominari super alios prætendunt & hæc causa & fomentum Zizaniatum, quia inter candida grana crescere conantur, & si non possunt propter incapacitatem & demerita, saltem suffocare tritici spicas conantur vt non crescant Domini. Vnde Bernardus citatus ab Oleastro in Genes. 3. ait: *Non enim Serpens omni animali fortior, sed callidior describitur, ne homo causaretur se potentia superatum sed astutia.* Quasi dicat, confundantur inuidi calumniatores qui zizania inter fratres, instigante inimico, seminant, & cogitent, quod non potentia vincuntur, sed arte Diabolica, quia linguas eorum acuere facit verbis dolosis, & fallaciis, vt pax conturbetur inter fratres, vt videre est in Pharisæis qui vt turbas, conturbarent, & zizania seminarent inter laudantes Christum propter miraculum patratum cogitabant præmeditantes, & malignantes, & frementes, quod proprium est bestiarum, teste D. Thoma, contra Christum dicentes in Beelzebub principe Dæmoniorum eiicit Dæmonia. Hinc Oleast. in Genes. 3. *Admonet nos Scriptura illos non homines, sed Serpentes Diabolicos dicendos, qui arte, & aliis modis miris proximos à veritatis recta via separare conantur.* Quasi dicat, fugiendi sunt homines inuidi, qui calumniãtur proximos suos, vt Pharisæi, qui turbam Christum laudantem Blasphemiis seducere ab illo conabantur, tanquam amentes, & furiosi noua loquentes, vt paruulos suspendant, vt Iansenius adnotauit.

Caiet. in Gen. 3.

Zizaniantes semen Diabolo placens.

Eucher. in Gen. 3.

Inter fratres zizania ponere signum idiotis simi esse.

Bern. cit. ab Oleast. in Genes. 3.

Imbecilles vt fœmina à Diabolo superantur.

S. Thom. Psalm. 2.

Oleast. in Gen. 3.

Amentes noua loquũtur.

Iansen. cit. 391

2. Responsio fuit. Hoc dixerunt, quia mirabilia oculis in Christo videbantur, & testimonia falsa longam probationem exigebant, & æmuli inuidia offuscare veritatem solum intentant. Vnde interrogat Oleaster, quare dicitur Numer. c. 12. n. 1. *Et loquuta est Maria est Aaron contra Moysem propter vxorem Æthiopissam?* Et respondet, *Quia inuidia fera pessima est, quæ omnium benificiorum obliuionem affert, neque solum in detractionem, sed sæpius in apertam iniuriam prorumpit, quia improbabilis est.* Quasi dicat inuidi longas probationes, & confusas proiectantur in excusationem suæ prauitatis, vt patet in Maria, & Aaron; qui propter inuidiam vxoris Moysis, testificantur quod Æthiopissa, erat cum reuera alba sicut nix fuisset, sed propter longitudinem & distãtiam terrarum, quod propinguum erat ad augendam iniuriam, quia carebat veritate, indigebat probatione. ita Rupertus in Numer. *Hæc est amaritudo inuidorum rixantium, quod semper è vicino rapiat quod noxium est ad augendum contemptum.* Quasi dicat: tacent inuidentes mirabilia, quæ oculis videntur, & prorumpunt quæ probatione carent.

Oleast. c. 12. n. 1.

Inimici offuscans veritatẽ proximorum.

Vxor Moysis alba sicut nix.

Ruper. in Numer. c. 12.

Inimici torquentur laudibus æmulorũ suorum.

392 Vnde interrogat Gregor. in Pastoral. 3 p. c. 11. *Quare iratus est Cain valde, & concidit vultus eius.* Et respondet. *Admonendi sunt inuidi, vt cognoscant, quod dum liuorem à corde non proiiciunt ad apertas operum nequitias deuoluuntur.* Quasi dicat inuidi multa promittunt probare, quæ impossibilia sunt, & torquentur ipsimet inuidi cogitationibus probationis falsæ. Et addit Gregor. *Dicendum est inuidis, quod dum se ista peste intrinsecus consumunt, etiam quidquid in se aliud boni habere videntur interimũt.* Quasi

Greg. in Pastor. 3. p. c. 11.

Inuidi semper crudelia meditantur.

Pestis & inuidia quæ occidit possessorem suum.

Greg. citat.

 dicat

Inuidus mortem inimici sui machinatur. dicat, concidit facies & vultus Cain, quia quem meliorem se esse cognouit Deus: ille improbum & malum esse probare nequiuerat, proptet quod ne vtcumque esse amputauit, quod in vero Abel Christo hoc manufactum apparuit; quia cum Pharisæi Dæmoniacum esse exprobrare non possent vsque ad mortem ipsius non

Rupert. cit. sunt mitigati. Hinc Rupertus addit. *Quod iratus fuerat Cain inuidendo, & conciderat facies eius fratricidium meditando, & vtrumque ab illo requirit Deus, quia neutrum approbat.* *Iniqui inania meditantur.* Quasi dicat, Cain odio habuit Deus, & eum reprobauit, quia ea, quæ cogitabat contra Abel non probabat. Et addit Rupertus, *Irasci enim inuidendo scelus & peccatum Diabolicum est, quia Diabolum imitatur, qui alterius iustitiæ inuidet.* Quasi dicat, Pharisæi contra Christum irascuntur, & contra opera misericordiæ facta in fauorem hominis Dæmoniaci prosiliunt meditantes inania, vt populum auerterent, & diuerterent à miraculo quod oculis respiciebant; quia vt

Chrysolog. *Impi inimici etiamsi sine contra iusti vniformantur* Chrysologus ait, *Iunxerat inuidia, quos disiunxerat disciplina.* Quasi dicat, quod offuscati manent inimici inuidia, longam probationem, quam intentant, non probant vt supra diximus.

DIFFICVLTAS XII.

Quare dicitur, quod visis cogitationibus Pharisæorum Christus respondet Omne regnum in se diuisum desolabitur?

393 QVæsitum fuit, quare antequam proferrent verba Pharisæi cogitationibus eorum respondit Christus?

Beda in litt. citat. *Comprimere cogitationes signum potentia diuinæ.* 1. RESPONSIO fuit Bedæ in littera citati; *Vt vel sic compellerentur credere potentia eius, qui corda videbat occulta.* Quasi dicat compressit cogitationes eorum, vt attentè præmeditarent, antequam blasphemias loquerentur, & propter talem cognitionem, & admonitionem mitteſcerent animo. Vnde interrogat Oleaster quare

Oleast. in Exod. 31. n. 1. Exod. 31. n. 1. dixit Dominus ad Moysem: *Ecce vocaui Beseleel, & impleui eum spiritu Dei sapientia, & intelligentia & scientia in omni tempore ad excogitandum, &c.* Et respondet: *Quia nulla maior scientia, quam prudentia ad cogitandum quæ factura dicturaque sunt: nam non temerè, & ex abrupto sed prauia cogitatione, quæ factura, & dictura sunt præmeditanda.* *Prudentes prius cogitant quàm loquantur.* Et sic Pagninus legit, *ad cogitandum cogitationes & faciendum impleui eum sapientia, & scientia.* Quasi dicat scientia scientiarum est regimen cogitationum; quia prius præmeditanda sunt omnia, quæ loquenda sunt.

394 Chrysost. in Ps. 140. n. 3. Vnde interrogat Chrysostomus, quare Dauid summis precibus à Deo pro mercede hanc petitionem postulabat, Ps. 140. n. 3. *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labiis meis?* Et respondet; *Quia portam attentionis circa labia sua postulabat.* *Verba pondere, & mensura pronuntianda.* Quasi dicat, cum aliquid sum locuturus precor omnipotens, & misericors Deus, vt prius attentione, & præmeditatione verba à me ponderentur. Et Agellius

Agel. in Ps. 140. Transl. 70. in hunc locum per *Circunstantiam legit Arcem, editumque locum, muris cinctum, & firmum, qui iuxta translationem septuaginta vertunt, pone ostium firmissimum labiis meis, quasi solet arcibus quæ præsidio sunt vrbibus, imponi.* Et addit Angelius; *Non minus difficile esse vrbem integram ab hostibus custodiri, quam a lapsibus linguam.* Agel. citat. *Linguam custodire difficile.* Hinc de muliere forti ait Salomon, quasi prodigium & rem admirabilem, & inauditam narrans Prouerb. 31 n. 36. *Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius* vel vt 30. legerunt, Prou. 31. n. 36. *Os suum aperuit attente & legitime.* *Mulier linguam refrenans signum magnum in Cælo.* Transl. 70. Quasi dicat, mulierem fortem & prudentem quis inueniet, quæ nihil excederit ab eius ore, non ante probe meditatum, & summa iudicij opportune iudicatum vt legitime proferri poterit, quia scientia scientiarum est, & signum omnipotentiæ diuinæ reprimere nos ad cogitandum, antequam loquamur ne temere emissa verba nobis causent, quod reparari difficile queat. Ideo Christus cogitationes Pharisæorum penetrans, ne in præcipitium blasphemiæ inciderent, oppressit, vt hac præuentione eius diuinitatem agnoscerent. *Cogitationum penetrare signum diuinitatis.*

395 Rupert. in Cant. 4. num. 1. Vnde interrogat Rupertus in Cant. 4. num. 1. Quare sponsus laudans pulchritudinem sponsæ ait: *Capilli tui sicut greges caprarum, dentes tui sicut greges tonsarum, sicut vita coccinea labia tua?* Et respondet. *Rectus ordo nec inuertendus, capilli cogitationes significant dentes, & labia sermonis instrumenta sunt, & sermonis parcitas commendatur.* *Verba antequam loquantur, præmeditare ingens prudentia.* Quasi dicat; cogitationum meditationes commendantur antequam per labia sermonem diffluant, & funiculo charitatis restringerentur. Ideo prius sponsæ laudantur capilli, deinde labia, vt ab ordine colligeremus prius cogitanda verba quam loquenda? Nisi fortè velimus quod linguis Pharisæorum tribuit Christus blasphemias prius iam multotiesque in eorum cordibus præmeditantes, & excogitantes. Vnde interrogat Theodoretus, quare Psalm. 51. n. 2. dicitur *Iustitiam excogitauit lingua tua?* Theod. in Ps. 51. n. 2. Et respondet. *Quia idem est dicere, cogitauit lingua tua, ac locutus est lingua tua.* *Lingua tribuitur quod meditatur.* Et addit Angelus: *Quare attente, ac excogitate, & de industria meditatum, excogitatumque scelus eloquuta est lingua tua.* Agel. in Ps. 59. Et ideo prophanus Auctor dicere solebant *Linguam vinclis de pectore imo.* Et Isaias 59. n. 3. *Lingua vestra iniquitatem fatur.* Isai. 59. n. 3. Transl. 70. Et Transl. 70. apud Hieroymum, Hieronym. *Lingua vestra iniustitiam meditatur.* Quasi dicant omnes; quod peior est lingua: quæ malitiam præmeditatam loquitur, quam quæ ex abrupto fatur & sicut ista meditatio, & loquutio est vituperanda; sic quæ reprimitur laudanda. *Verba iniqua meditata peiora quàm ex abrupto dicta.*

396 Ambros. in Ps. 118. Ecclesiast. 28. n. 29. Vnde interrogat Ambrosius, quare Ecclesiast. 28. n. 29. dicitur, *Verbis tuis facito stateram, & frænos ori tuo, & attende, ne fortè labaris in lingua.* Vel ipse sanctus, *Ori tuo fac iugum & pondus?* Et respondet, *Vt cautè omnia quæ loquimur trituremus examine.* Transl. Ambr. Quasi dicat, nihil indiscussum ab ore effluat, nihil non ante examinatum; quia ex verbis abruptis, sicut ex præmeditatis in malum ingentia mala prosiliunt, & reprimere, aduertereque antequam prorumpantur signum diuinitatis est, vt in Christo patet, qui cogitationes Phrisæorum videns, antequam proferantur, oppressit, vt vel sic cogerentur credere potentiæ, eius qui abscondita cordis penetrabat, vt Beda insinuauit. Beda cit.

397 Chrys. in lit. 2. RESPONSIO Chrisostomi in litt. citati

Cogitabant.

Cogitabant blasphemias Pharisæi; quia metu turbarum non audebant ea pronuntiare; Ideo dicitur, Vt cognouit Christus cogitationes. Quasi dicat, corda simulata, & repleta malitiis odit Deus. Vnde interrogat Oleaster, quare Leuit. 19. dicitur, *Non furabimini, non mentiemini?* Sic Pagninus. Et respondet, *quod in Hebræo verbum* Chachas *significat mentiri, & deficere a veritate, simulans fallaciam.* Quasi dicat, ille mentitur, & deficit à veritate, qui proximo suo verba simulata & fallacia dicit. Hinc Augustinus lib. de Sancta Virginitate: *Periculosa superbia est, quæ amplius per simulationem insidiatur.* Quasi dicat, superbi, & magnates Aulici, & Prælules superiores per simulationes & fallacias ad culmen potestatis, & imperij solent peruenire, & hoc genus superbiæ abominabile est apud Deum. Et Ennodius lib. epist. cap. 1. *Præfero contumelias, fucatæ frontis obsequiis, quia transit in amaritudinem dulcedo simulata.* Quasi dicat nulla maior amaritudo, neque nociuum vulnus potest corda mortalium vulnerare, quam simulatis verbis fallacias intus cogitare. Et D. Isidorus Pelusiota. li. 1. epist. 142. *Animo, atque affectu potius, quam verbis simulatis eloquium tuum præbe, ne à propinquo res habeas, qui sermonem accusent, verum potius res per verba ostendas opera pro sermonibus habens, ac non è contra, per opera sermones euertens.* Quasi dicat simulatores fallaces similes sunt mulierculis, quæ vt spectatores in spectaculis fallant fucis & pigmentis faciem illinunt: sic aulici, & ambitiosi dignitates ambientes, semper verbis fallaciis vtuntur, & vt Hispani dicunt: *no hablan palabra que no sea condobles.* Vnde August. lib. de Sancta virgin. simulationem *pedi sequam superbiæ* vocauit; quia vix in curiis Regum, neque in ambientibus dignitates vnum inuenies hominem, qui stimationis, & honoris culmina quærat, quin non simulationis, & fallaciæ vestigia sequatur. Vnus non adimplenda promittens, alter humilitatem insinuans, aliqui ex timore tacentes, & omnes omnibus mentientes. Ideo Augustinus loco citato concludit: *Simulatio maior superbia est.* Idcirco Scriptura volens ostendere grauitatem peccati simulationis, & fallaciæ, ait Ecclesiast. 3. n. 2. *Quanto magis es, humilia te in omnibus & coram Deo inuenies gratiam.* Quasi dicat coram Deo quia ibi simulationes, & fictiones apertæ sunt, & odibiles vsque ad summum, vt videre est in Pharisæis, qui verba blasphemiæ non audebant pronuntiare, metu turbarum, sed Christus, cui omnia patebant, vt cognouit cogitationes iniquas eorum ait, Quid cogitatis, *Quia omne regnum in se diuisum desolabitur.*

[Simulationes cordis Deo odibiles. Oleast. in Leuit. c. 16. Transl. Pagn. Chachas idem quod simulans. Mendaces simulatores sunt. Aug. lib. de Sanct. Virg. Ennod. lib. epist. c. 1. Simulatores amarissimi sunt. Isidorus Pelusiota lib. 1. epist. 142. Simulatores non habent opera, sed verba inania. Facies fucis, & pigmentis illinita verba simulatoris. Hispana locutio. Aug. lib. de S. Virg. Simulatio pedissequa superbiæ. Aug. lib. de S. Virginit. Eccl. 3. n. 2. Simulationes & fictiones odibiles.]

398 3. RESPONSIO fuit Iansenij in littera citati: *Discordia enim & priuatum & publicum bonum distruitur, ergo non potest Christus discordiam cum Principe Demoniorum ponere, si in virtute eius eiiceret dæmonium.* Quasi dicat per discordiam Tyranni, & iugum insuportabile imperandi intrauit in mundum & propter illam mundus ruit. Vnde interrogat Oleaster, Quare dicitur Gen. 11. n. 1. *Fuit terra omnis labij vnius?* sic legit Pagninus. Et respondet. *Solet Hebraismus nominare effectum ex causa, & sic erat terra vnius linguæ, quia per labia exprimitur.* Et addit Oleaster, *Verbum* Saphad *non solùm labium, sed omne quod labia habet significare vt ora fluminis, & mare etiam habet, & quia deuorat omnia, quæ in eo proiiciuntur, cuius labia sunt littora,* ad significandum igitur concordiæ effectus, & discordiæ, dixit Scriptura primò, quod omnes homines terræ erant labij, vel linguæ vnius. Secundo, quod cum cæperunt habere diuersas linguas intrauit discordia.

[Iansf. in litt. cit. Mundus per discordias ruit. Oleast. in Gen. 11. n. 1. Quæ lingua dictat. Transl. Pagn. Saphad omne quod labia habet significat. Ora maris littora.]

Hinc Neothericus quidam huius temporis acutè adnotauit, quod cum Dominus descendit, vt amentem rursus suam cæperunt ædificare superbi, dixit Moyses per hyperbolem in gratiam concordiæ, *Vnus est populus, & vnum labium omnibus*, Gen. 11. n. 7. Quasi dicat cum quadam ironia *concordi studio feruntur, mutuo se stimulant, animis & lingua conspirant, quisque queat suis obsistere.* Ac si dicat, ipsummet cælum à tam concordi ausu securum quodammodo non sit, quia expugnetur, quia magna, & indicibilis est vis concordiæ, per quam regna priuata, & publica solidantur. E contra verò per discordiam omnia dissipantur. Hinc Cornelius Tacitus lib. 14. Annal. ait, Iulius Suetonio *Discors bonum publicum priuatis simultatibus impediebat.* 399

[Martin. Del. rio in Gen. 11. n. 7. Ironia in laudem concordiæ. Discordia omnia dissipantur. Tacitus lib. 14. Annal.]

Vnde interrogat Theophylact. quare Christus Ioan. 17. n. 8. dixit: *Non pro eis rogo tantùm, sed pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes simul sint, sicut & tu Pater in me, & ego in te, & ipsi in nobis vnum sint.* Et respondet, *Quia nihil ita offendit Discipulos, vt diuelli, & non idem sentire Doctores.* Quasi dicat discordia inter Doctores opinantes animos sinceros conturbat præsertim paruulorum: Nam & Origenes dixit: *Prudens & Doctor scandalizari non potest, quia diuidit quæ diuidenda sunt, & separat quæ sunt separanda*, Præsertim in rebus scholasticis, & moralibus dictaminibus, vbi Doctores tuta conscientia, & cum probabili fundamento opiniones diuersas defendunt, circa res, quæ non sunt contrariæ fidei. Ideo Theophilactus addit loco citato: *Quomodo enim persuadebunt, qui non idem capiunt in fide, propterea dixit Christus, Vt vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te.* Quasi dicat, discordia in articulo Trinitatis, & circa omnia, quæ ad fidem pertinent, mortifera est; sicut & illa, quæ ex mala voluntate hominum procedit, quæ non solum animas, sed & priuatum bonum, & publicum consumit, sicut Oseæ 10. dicitur, *Diuisum est cor eorum, nunc interibunt.* Nam cordis imagine, Doctores, & sacerdotes, quorum munus, ad instar cordis est cætera corporis membra confouere, vitamque, ac vires inspirare, significari videntur, neque alio sensu dixisse crediderim Isaiam: *Omne caput languidum & omne cor mœrens*, vt capitis similitudine, sæculares Principes, & Magistratus cordis vera metaphora sacerdotes adumbraret. Ergo eleganter Oseas à cordis diuisione, quæ non potest non lethalis esse, certum populi exitium prænuntiat: Nam si *Regale sacerdotium, genus electum, populus acquisitionis*, inter se scandalosè, discordat, sine dubio Principes, & Potestates, Reges, qui caput sunt Reipublicæ cor mœrens, & caput languidum habebunt, per bella, dissentiones, & tumultus mortiferos. 400

[Theoph. in Ioan. 17 n. 8. In rebus fidei discordare, periculosum est, & hæreticum. Orig. citat. Tuta conscientia opinantur classici Doctores. Theoph cit. Sacerdotes, & Magistri cor Ecclesiæ. Oseæ 10. n. 2. Esai. 1. n. 1. Petr. cap. Sacerdotes causa mœroris Reipublicæ si dissident.]

401 Vnde interrogat Gregor. Magnus hom. 20. in Euang. Quare populus Israeliticus in tot Tetrarchas diuisus testatur Lucæ c. 3. n. 1. *Anno* quinto

[Greg. Mag. Hom 20. in Euang. Luc. 3. n. 1.]

Regnum Iudæorum quare diuisum. Discordia Regna dissipat.

quintodecimo imperij Tiberij Cesaris procurante Pontio Pilato Iudæam, Tetrarcha autem Abilinæ &c. Et respondet; *Quia gentilitas colligenda erat, & concordanda cum Christo, Iudæa pro culpa perfida dispergenda.* Quasi dicat, nullum efficacius medium, ad Regna, & Respublicas desolandas, & dissipandas, quam discordia, & diuisio inter Principes earum. E contra vero concordia gentilitatem vniuit & fortificauit imperia eius, quia in fide Christi adhæsit. Hinc interrogat Beda quare dentes sponsæ summis laudibus exaltat, Sponsus dicens: Cant. 6. n. 5. *Dentes tui sicut greges ouium, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis?* Et respondet: *Quia arctissima dentium coniunctio ad venustatem & decorem facit, & ipsorum raritas, atque disiunctio ad breuioris vitæ indicia reuocauit Aristotel. problem. 47. sect. 10.* Quasi dicat concordia fidelium pulchritudinem sponsæ Ecclesiæ Dei mirabiliter præstauit; ita non solum pulchritudinem, sed & fœcunditatem, & fœtus gemellos in fidei doctrina peperit, & parit quotidie; raritas vero, & diuisio Pharisæorum per discordias inter se, & inter turbas populorum indicium fuit sui interitus; quia vt Christus probauit, omne Regnum in se diuisum desolabitur, vt Oseas testatur cap. allegato, *Diuisum est cor eorum, interibunt.*

Beda in Cant. n. 5. Dentium coniunctio pulchritudinem causat. Arist. probl. 47. sect. 10. Concordia fœtus gemellos parturiit. Oseæ c. 10.

DIFFICVLTAS XIII.

Quare Christus dixit filij vestri, in quo Dæmonia eiiciunt?

401 QVæsitum fuit, quare Christus non dixit Discipuli mei, sed filij vestri, in quo eiiciunt Dæmonia?

1. RESPONSIO fuit Chrisostomi in littera citati. *Ita Christus loquutus est volens eorum furorem demulcere.* Quasi dicat ingens, & laude omni dignissima prudentia est hominem iratum mitescere, & placare verbis pacificis. Vnde interrogat Oleast. *Quare cum Dominus nimis iratus contra populum ingratum dixit, ascendam in medio tui, & delebo te,* Vel vt Pagninus legit, *Momento consumam te,* Exod. 33. n. 5. Quare tunc Moyses Domino flexis genibus ait: *Obsecro peccauit populus iste peccatum grande?* Et respondet *quod Raga in Hebræo, idem est, quod momentum & habet ist.u significationes, transfigere, quiescere, & conterere. Et facit hunc sensum: Iratus Dominus dixit scindam, conteram in momento, & tunc quiescam.* Et probat hoc ex cap. 7. Iob qui vt iram Dei (suo videri) quiesceret, dixit *Cutis mea* Raga, *id est, scissa est propter viscera, aut ex ardore solis. Quiescat ergo Deus furor tuus contra me.* Tunc respondet Oleast. *Tunc cum Dominus iratus erat nimis, respondit Moyses, Obsecro, peccauit populus iste peccatum grande, quia vsus est summa prudentia, vt Dominum placaret.* Et addit Oleast. *Cum hominem iratum videris, non illi dicas eum sine causa iratum, sed iræ parumper indulge & eum maxima ratione iratum prædica, quoniam sic eum facilè placabis, quod nequaquam proficies, si ei obsistere velis.* Ideo Christus furorem Pharisæorum placare desiderans filios

Chrisost. cit. in litt. Iram mitigare ingens prudentia. Oleast. in Exod. 33. n. 5. Trãs. Pagn. Vindictæ iratus quiescit. Iob cap. 7. De afflictis Deus compatitur. Oleast. cit. Irato non cõtradicere prudẽtia est. Christus verbis placauit inimicos.

suos virtutem ingentem habere commemorat, cum eum in Belzebub eiicere Dæmonia testantur, vt furorem eorum demulceret, & quiescerent, sicut contigit, quia mulierem Christum laudantem, & vbera, quæ suxit, benedicentem non aggrauarunt, neque Christo expulso Dæmonio ab homine, & opprobrium toleranti malefecerunt, neque quidquam responderunt, sed confusi tacuerunt.

Hinc Tertulianus lib. de fuga in persecut. 403
c. 4. *Persecutio status bona est, quia diuina, & rationalis dispositio; sensui vero eorum, quorum malo euenit, displicet, sed tacet.* Quasi dicat, iniustæ persecutionis, & opprobriorum verba, si rationis prudentia tolerantur, & si causa improperantium sensui displicuit, tamen effectus patientiæ iram mitigauit. Et Rupertus in Genes. 4. ait: *Irasci inuidendo scelus est, & peccatum Diabolicum, quiescere vero facere indicium diuinitatis est.* Et D. Hieronymus interrogans, quare Moyses exiuit à Pharaone iratus nimis Exod. 11. ait, *Quia mitissimus erat, & ingenti prudentia præditus, & sciebat, quod ira non habet misericordiam, & dare locum iræ ingens prudentia est.* Quasi dicat, ira stulti, vbi prius scanduerit, mox viscera pietatis amittit, & furori tantum suo nouit fræna laxare. Et D. Chrysostomus laudans prudentiam Isaac ait: *Meritò de illo dicitur, quod fodit alios puteos, Gen. 16. operibus mansuetis implens, quod Christus præcepit, Cum persecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam, & sicut Dauid magnam Saulis inuidiam reprimebat secedens.* Quasi dicat, prudens & mansuetè iracundis respondens Apostolicum documentum adimplet, Date locum iræ. Et Greg. 3. P. Past. c. 17. laudans prudentissimam Abigail, ait: *Et non indicauit viro suo verbum pusillum, aut grande vsque mane, 1. Reg. 25. ait: Iracundos melius corrigimus, si in ipsa iræ commotione declinamus; perturbati enim quid audiant ignorant, sed cum ad se redeunt, tanto libentius exhortationis verba recipiunt quanto se tranquillius tolerari erubescunt.* Quasi dicat menti furore ebriæ omne rectum, quod dicitur peruersum videtur. Vnde Nabal ebrio culpam suam Abigail prudentissima tacuit, quam digesto vino pacificè dixit: ideo Christus volens furorem Pharisæorum demulcere non verbis asperis respondit ad iniuriam, & blasphemiam prolatam, sed verbis pacificis dixit: *Si ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filij vestri in quo eiiciunt, & ipsi confusi tacuerunt, vt adnotauit Chrisostomus.*

Tert. lib. 4. de fuga in persec. Patientia persecutores obmutescere facit. Rupert. in Gen. 4. Ira ex inuidia peccatũ Diabolicum est. Hieron. cit. Exod. c. 11. Ira furorem excitat. D. Chrys. in Gen. 16. S. Greg. 3. p. Past. c. 17. 1. Reg. 25. Iracundi in se reuersi erubescunt. Post irã respondere licet.

2. RESPONSIO fuit Bedæ, *Qui per exorcistas filios Iudæorum intelligit habentes virtutem expellendi dæmonia.* Et confirmatum fuit exemplo Eleazari, qui in annulo herbam Salomonis habebat, cuius virtute dæmonia exibant à corporibus &c. Quasi dicat cauendæ sunt astutiæ diaboli, qui sub specie alicuius herbæ vel verborum, diuina ingerit, vt fallacias magicas & nouas mulierculæ incantatrices faciunt. Vnde interrogat Oleast. quare Deus cum Diabolus fœminam Euam fefellit, non crimen, & culpam primo imposuit, sed contra inauditam partem sententiam pronuntiauit dicens, *Maledictus es tu super pectus tuum gradieris.* Gen. 3. Et respondit: *Non requirit à serpente cur hoc fecisti, quia nouerat esse callidum, & malitiosum, ac si quod suum erat, fecisset.* Quasi dicat, mala tibi 404

Chriso. cit. Annulus Salomonis Dæmonia expellebat. Oleast. in Gen. 3. Diabolus callidus & malitia sua fallens facit, quod suum est.

semper

Sub terram ſerpens abſconditur.

ſemper homioes imprecabuntur, & abominabilis eris præ cunctis beſtiis terræ, & feris agri, quia malitias tuas occultas, & ideo pectus tuum cum terra ſubtermittis, vt non cognoſcaris. Et addit Oleaſter: *Vides, quanti faciat Deus decipere faciles fœminas; nouit enim, quam facile decipi poſſunt?*

Oleaſt. cit.
Fœmina facile à Dæmone decipiuntur

405 Hinc interrogat Rupertus, quare Geneſ. 3. n. 22. dicitur. *Nunc ergo, ne fortè mittat manum ſuam, & ſumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum?* Et reſpondet. *His verbis datur intelligi, quod Eua, neque Adam cognouerunt lignum vitæ, neque ipſe Diabolus ſciuit, quod tale lignum plantaſſet Deus in medio paradiſi, ſi enim Diabolus ſciſſet nunquam conſilium ſuæ malignitatis ita dimidiaſſet, ſed ſicut lignum ſcientiæ boni & mali temere perſuaſit, vt miſeros fecerit. Sic & lignum vitæ præripere perſuaſiſſet vt æternaliter miſeros, vel miſere æternos efficeret vt eſſemus ſimiles ei.* Quaſi dicat, ſi Eua non eſſet eiecta è paradiſo, Diabolus lignum vitæ monſtraret ei, vt irrecuperabiliter perderetur, ſicut & ipſe: ſed Deus permiſit, quod ipſe Diabolus arborem vitæ ignoraret, vt plus non falleret Euam, quæ facilitate vincebatur. Et ſic ſi mulierculas magicis artibus aliquando decipit, non ceſſat vſque ad vltimam perditionem.

Rupert. in Gen. 3. n. 22.
Eua neque Diabolus ignorauerunt vbi eſſet arbor vitæ.
Facilis ad magicas artes mulieres.

406 Hinc Euſebius Emiſſenus hom. 3. de Epiphania. *Sic Diabolus obſeſſa ſemel corpora molliſſimis ſeductionibus decipit, & calliditate veteris artificij condit blandimenta peccandi. Quomodo ſolent qui mortiferos herbarum temperant ſuccos in condito aut in aliquo mellito poculo neſcientibus propinare virus amaritudinis obſeruantes fraude dulcedinis: prouocat primo odor poculi; ſed præfocat infuſus ſuper in virus.* Quaſi dicat, mel eſt, quod aſcendit in labia, ſed virus eſt, quod aſcendit in viſcera, ita Diabolus per rerum carnalium concupiſcentias, & illicitas voluptates extrinſecus blãditur aliquibus verbis ſanctis, & benedictis ex Pſalmis, vel Euangeliis, & intrinſecus magicis artibus mulierculas fallit, & interficit ſpiritum, dum obiectat affectum.

Euſeb. Emiſ. hom. 3. de Epiphania.
Herbis & radicibus ſuperſtitiones Diabolus docet.
Orationes & ſacra ſuperſtitionibus miſceri.

407 Hinc Tertullianus in Apolog. 22. *Suppetit illis,* (id eſt Dæmonibus) *ad vtramque ſubſtantiam hominis lædendam ſubtilitas, & tenacitas ſua multum ſpiritualibus vocibus, licet inuiſibiles, & inſenſibiles in effectu potius quam in actu ſuo apparent.* Quaſi dicat, poma, & fruges neſcio quod auræ latens vitium in flore percipiat, in germine examinat, in pubertate conuulnerat, id eſt, virtute abſcondita Diabolica multa permittente Deo fiunt, mediantibus herbis; & radicibus arborum, quæ cum erroribus, & ſuperſtitionibus mixtis, incantationes & maleficia producunt aſſumptis membris Diabolicis mulierculis quæ facile falluntur, & malefaciunt creaturis Dei. Vnde concludit Tertullianus: *Eadem igitur obſcuritate contagiones, aſpiratio Dæmonum, mentis quoque corruptelas agit, furoribus, & amentiis fœdis, & ſæuis libidinibus cum erroribus variis.* Quaſi dicat, quod Beda, & Ianſenius indicat, quod annulus Salomonis virtute herbarum Dæmones expellebat, & filij Phariſæorum forſitan ex his herbis artibus magicis vtebantur, quos reprehendens Chriſtus, ait. *Filij veſtri, in quo eiiciunt.* Quaſi dicat, mala filiorum veſtrorum non curatis, & virtutem meam diuinam Dæmonio, eiuſque virtuti tribuitis, quia filij veſtri ſunt, & eos diligitis, & me odio habuiſtis.

Tertul. in Apolog. 22.
Poma arborũ & radices inſtrumenta maleficorum.
Tertul. cit.
Annulo Salomonis & herbis malè vtebantur Phariſæorum filij.
Odium propria bona facit aliena condemnat.

DIFFICVLTAS XIV.

Quare dicitur, quod fortis armatus cuſtodit in pace atrium ſuum, & omnia quæ poſſidet.

408 QVæſitum fuit, quis erat fortis armatus, & quale atrium cuſtoditum?

1. Responsio fuit Bedæ in litt. citati: *Fortis armatus eſt Dæmon, qui per peccatum Tyrannidem exercet: quia ipſe ex ſe debilis & puſillanimis eſt.* Quaſi dicat, per ſe ſolum nihil poteſt, aut valet Dæmon, niſi cum hominibus fuerit ſociatus. Vnde interrogat Stephanus citatus in allegoriis Tylmani quare dicitur 3. Reg. 21. *Si mortuus fuerit Achab in ciuitate comedent eum canes; ſi autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cœli?* Et reſpondet, *Quia talis dicitur Diabolus qualem facit hominem eſſe, vnde ſignificatur in Iob, per piſcem, per volucrem, per feram, per bouem, piſcis eſt, quando facit hominem curioſum per auaritiam, volucrem cum ſuperbire facit: Bos cum facit hominem de putreſcere per luxuriam: Canis eſt, quando facit eum detractorem.* Quaſi dicat, ſocietate malorum Diabolus fortis eſt: nam per ſe ſolum, *Es valiente de entremes que tira cuchila das al ayre*, vt Hiſpano more loquamur; quia in ciuitatibus ambitioſos curiales ſolicitat; in eremo monachos ad detractiones inuitat, & prouocat.

Beda in lit. citat.
Diabolus debilis per ſe.
Steph. cit. in alleg. Tylm. 3. Reg. 21.
Iob. c. 12. n. 8.
Diabolus fomentus monſtrandi gnationes prauas.
Hyſpana locutio.
Monachos ad murmurandũ Diabolus prouocat.

409 Hinc interrogat Lyppomanus, quare Geneſ. 31. dicitur quod Laban dixit Iacob, *Quare tu egiſti, vt clam me abigeres filias meas?* Et reſpondet, *Quia Dæmones* repræſentabant qui Chriſto dixerunt, Quid tibi & nobis *Ieſu fili Dei veniſti ante tempus perſequi nos.* Quaſi dicat, quare contra folium quod vento rapitur oſtendis potentiam tuam; quia animas de ſeruitute ereptas gladio verbi tui à nobis abſtuliſti, aſcendens in altum & captiuam ducens captiuitatem, quia tam viles infirmi & imbecilles Dæmones permanſerunt, vt vno verbo, vno ſigno digitorum crucis, vno infante exorciſta exercitus Dæmonum in fugam conuertunt. Hinc Rupertus *Diabolus voluntate quidem aduerſatur, propterea Græco vocabulo dicitur* Sathan, *id eſt, aduerſarius, actu autem eſt vilis ſeruus. Et ſic Iob loquens de Diabolo dicitur cap. 40. numquid feriet tecum pactum, & accipies eum ſeruum ſempiternum.* Quaſi dicat, Diabolus velut ſeruus eſt ſempiternus, & vilis ſeruus, & mancipium ſignatum in me: nam ſi aliquid poteſt, eſt ab impiis adiutus, laceſſitus & vocatus, vbi Tyrannidem ſuam exercet; ideo dixit Beda, quod puſillanimis fortis eſt, cum quibus, & in quibus atrium ſuum cuſtodit, cor ſcilicet machinationibus, & dolis plenum.

Lyppoman. in Gen. 31.
Matth. c. 8. n. 19.
Iob. c. 13. n. 25.
Infans exercitus Dæmones fugere facit.
Rupert. cit.
Diabolus Græcè Sathã.

410 2. Responsio fuit Bedæ citati in littera; *Quia atrium diaboli mundum vocat, quia oppreſſus eſt in maligno, quia nemo ſua ſorte contentus eſt.* Vnde interrogat Oleaſt. quare Abraham Domino dixit Geneſ. 15. *Domine Deus quid dabis*

Beda citat.
Mũdus atriũ Diaboli.
Oleaſt. in Gen. 15.

mihi

Transf. Pagn. *Nemo sua sorte cõtētus.* *mihi?* Sic Pagninus? Et respondet: *Commune malum hominum est in mundo, plus facere ministerium quam mercedem.* Quasi dicat, nemo est, qui non habeat querelas in mundo, pauper qui non recepit bona, diues quia maiora non consequitur. Et addit Oleaster: *Commendauit semel Dominus operas Israelis, vt patet Isaiæ 49.* Isai. 49. *dicens, Seruus meus es tu Israel, in te gloriabor: Quod cum ille persensisset, statim æstimauit pluris suum ministerium; quam Dei mercedem, ait enim, in vanum laboraui, inaniter, & verè fortitudinem meam consumpsi,* &c. Quasi dicat, ideo senex Abraham, cum audiuisset à Domino, ego protector tuus sum, & merces tua multa valde; quasi aulicus minimè contentus dicit *Domine Deus, quid dabis mihi?* Et cum gratus, & nimis obligatus debebat existere in querelas prorũpit.

Mal contentos siempre en la corte.

410 Aug. serm. 31. ad fratres in eremo. Vnde D. Augustinus serm. 31. ad fratres in eremo. *O munde proditor, cuncta bona promittis, sed cuncta mala profers, promittis vitam, sed donas mortem; promittis gaudium sed largiris mœrorem; promittis quietem; sed ecce turbatio: promittis florem, sed citò vanescit: promittis stare, sed citò recedis. Non ergo es diligendus, quoniam omnino transis, & concupiscentia tua, velut fumus euanescit; quia positus es in maligno.* Et Seneca lib. de consolat. ad Albinam cap. 4. & 5. *Nunquam enim fortunæ credidi, etiam si viderem pacem agere, omnia illa, quæ in me diligentissimè conferebat, pecuniam, honorem, gloriam eo loco posui, vnde possim ea sine motu meo repetere.* Et addit: *Neminem aduersa fortuna comminuit nisi quem secunda decepit. Ita qui munera eius velut sua & perpetua amauerunt, qui se propter illas suspici voluerunt, iacent, & mærent. At ille qui se lætis rebus non inflauit, neque mutatis contrahit.* Quasi dicat atrium diaboli mundus est, in eo perambulat, & omnes homines laborat, & ordinat, quod nemo sua sorte sit contentus, vt mærore & tristitia omnes tandem pereant, quia teste Ouidio: *Non enim anni homines consumunt, sed anxietas rerum, continuus labor.* Et ideo Augustinus serm. 143. de tempore clamabat, *Ecce turbatur mundus, & amatur mundus* &c. *Quid si tranquillus esset.* Ideo venit Christus, vt turbaret plus eum; quia vt ipse restatur: *Non veni pacem mittere, sed gladium, & ignem, & quid volo, nisi vt accendatur?* Propter quod Dæmones conturbantur, quia ea, quæ possidebant in homine misero vi, & fortitudine Christi tollebantur, vt Beda insinuauit.

Con emptus mundi ex eius cognitione. Seneca lib. de Consolat. ad Albinã c. 4. & 5. *Fortuna aduersa non timenda.* *Mœrore amatores mundi consumūtur.* Ouid. citat. S. August. serm 143. de Tempore. Math. c. 10. n. 34. Beda citat.

411 Auct. mens. *Cor hominis atrium diaboli.* 3. Responsio fuit quod atrium Diaboli fortiter defensum est, cor hominis induratum, sicut Pharaonis, vbi verbo Dei ingrediente eiicitur possessor iniustus & proprio Domino traditur, Christo, scilicet. Vnde interrogat Oleast. quare dicitur Exod. 1. *Quod posuerunt super filios Israel Principes tributorum?* Sic Pagnin Et respondet, *quod in Hebræo verbum* Amasas *significat tributum soluere, vel liquefacere.* Et addit Oleaster, *Quia quod soluitur Dominis tributum quasi in manu clausa habemus, & cum tribuimus manus soluitur, & numisma datur, & quia metallum ex quo numismata fiunt, dissoluitur, & liquefacit. Ideo dicitur, quod posuerunt Principes tributorum, vt numismata soluerent filij Israel & Pharaoni proprio Domino redderent.* Quasi dicat: Diabolus auaros sic possidet quasi manus clausa pecunias, aut quasi metallum habet ignem cum liquefit, & dissoluitur; cùm autem verbum Dei intrat in cor auari vbi pecuniæ clausæ remanent, & cor induratum, tunc igne spiritus sancti flammescit, & vritur, & liquefit, & per oculos lachrymas ardentes effudit; quia cor dissoluitur, sicut scritum est Ps... *Emittet verbum suum & liquefaciet ea, flabit spiritus eius, & fluent aquæ.* Viuit scilicet per oculos cordis hominis conuersi vbi Diabolus habitabat per auaritiam fortiter atrium cordis auari custodiens: *Propterea* (addit Origen.) *statuit Pharao hos Magistros, vt artes suas nos doceant, vt nos malitiæ artifices faciat, & quia multi sunt isti Magistri, & Doctores malitiæ, qui omnes exigunt, imperant, & torquent opera terrena; ideo venit Dominus Iesus Christus, fecit alios Magistros, & Doctores qui pugnantes aduersus illos subiicientes eorum principatus, & potestates defendunt à violentiis eorum filios Israel, & doceant nos opera Israelitica, id est, mente videre Deum, & relinquere opera Pharaonis, exire de terra Ægypti, abiicere Ægyptios, & barbaros mores, deponere totum veterem hominem, cum artibus suis, & induere nouum, qui secundum Deum creatus est.* Quasi dicat, omnipotentia Dei ostentatur in reparatione imaginis suæ, quæ in corde vnius indurati peccatoris denigrata & fædata manet per possessionem Tyranni Pharaonis, qui atrium suum fortiter custodit.

Oleast in Exod. 1. Trã: Pagn. *Hebraica dictio.* Amasas *idem quod tributum.* *Auarus metallo ardenti comparatur.* Ps. 147. n. 18. *Cor auari verbo Dei liquefit.* Origen. in hunc locum Exod. c. 1. *Prædicatores, sunt Magistri contra Pharaonis artes.* *Imago Dei in peccatoribus fœdata.*

412 Euseb. Emiss. in Hier. 17. Et Eusebius Emissenus in Hieremiam 17. *Quid ad hæc dicis ô homo pretiosum, vas sapientiæ, imago diuinitatis, & possessor generosæ rationis? Quid te Creatori tuo subtrahis? Ecce etiam bruta cognoscunt, quid proprio debeatur auctori, & quæ non habent intellectum habere probatur affectum callidum persuasorem, captiua generatio derelinquit, remanet præda deceptus, & raptor orbatus.* Quasi dicat, Perdix cum priuatur propriis ouis incursu alicuius feræ furatur ouos alienos, vsquequò ad spem fætuum genitali lepore, cum fouerit parentem eum præda efficit, non natura. Interea verus Pater vocanti ac lamentanti similes syluas questibus replet, tunc adulta, iam sobole voce proprij genitoris audita curam queruli clamoris intelligit, atque ita ad originariam sedem læta peruolat nutrimenta generis sui conscia, & adulteri nutritoris oblitâ. Quare ergo, ô miser homo in peccatis nutritus, quare audita voce creatoris tui, per Prædicatorum organa à corde indurato Pharaonico possessorem Tyrannum non reiicis. Quare atrium Christo non tradis, quia fortior est, quam diabolus, qui te custodit, & defendit, vt spolia tuæ conuersionis cum cæteris impartiantur cum admiratione.

Perdix furatur ouos alienos. *Paterni parentes filios quærunt.* *Aues parentem propriũ quærunt.* *Prædicatores organa spiritus sancti.*

DIFFICVLTAS XV.

Quare dicitur, Quod spiritus immundus cùm exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa quærens requiem, & non inuenit?

QVæsitum fuit Quare diabolus non inuenit requiem in loca inaquosa? 413

1. Responsio fuit Ambrosij in litt. citati? *Loca* Ambros. in litt citat.

Loca inaquosa sunt corda fidelium, quæ per rorem aquæ baptismatis humescebant, & ibi Diabolus non inuenit requiem. [*Requies iustorum solus Deus.*] Quasi dicat vbi Deus inhabitat, quomodo potest Diabolus requiem habere. [Oleast. in Gen. 2.] Vnde interrogat Oleast. Quare dicitur Genes. 2. *quod benedixit, & sanctificauit Deus diei septimo: quia in ipso cessauerat ab omni opere quod patrarat?* [*Hebraismus à pollutionibus separari est requiescere.*] Et respondet; *quod in Hæbræo sanctificare propriè est separare, aut separari à pollutionibus.* Et erit sensus, *Benedixit Deus diem, in quo homo separatur à pollutionibus peccato; quia in illo requiescit ab omni opere quod patrarat: nam Deus solus requies est hominis: Et è contra in solo Deo ab omnibus laboribus suis homo requiem capit.* [Petr. Cellens. lib. de Panibus.] Hinc Petrus Cellens. lib. de panibus. *Locus voluptatis in Deo est.* Et addit: *Neque enim vnam originem habent delectationes spiritus & carnis, quia non patitur cohabitare summa illa voluptas cum vestra infirma: nam illa mundat, ista inquinat, illa Deo copulata est, ista à Deo separat; illa semper sine fastidio, ista plena tadio.* [*Voluptates mundi non quietant cor.*] Quasi dicat voluptates mundi & Dei in hoc distare, quod etiam si aliquando delectent, sed nunquam requiem præstant plenam; Delectationes diuinæ corda quiescunt. [S. Greg. lib. 12. mor.] Hinc Gregor. lib. 12. mor. *Quis enquis valet Deo recedere ne quiescere, cum solus ipse sit requies à quo quisque quanto longè fuerit sit tanto, & inquietus.* [*A Deo separatus non quiescit.*] Quasi dicat, quemadmodum acus nautica magneti affricata, quandiu non est obuersa Septentrioni inquies est; sic & animus Dei cōtactu in Deo solo quiescere potest. [*Acus inquies cor sine Deo.*]

414 [Gilbert. in Apocalyp. 3.] Vnde interrogat Gilbertus, quare dicitur in Apocalyp. 3. *In medio & in circuitu sedis Dei animalia stabant?* Et respondet: *Hoc de beatis animalibus illis oculatis, & pennatis legitur. O qualis ibi circuitus erit pergere ab ipso in ipsum ire; & redire, ore, desiderio, delectatione redire, dum semper eius quod experientia desiderat, præsentia satiat.* [*Cor humanū rediēs, & vadens in Deo delectatur.*] Quasi dicat, cor in quo Deus requiescit, nisi desiderio, & cogitationibus. [Orig. hom. 2. in cap. 1. Ioan.] Hinc Origen. hom. 2. in cap. 1. Ioann. *Non aliter potest quis ascendere in Deum nisi prius fiat Deus.* Et addit, *Vt radius solis oculorum nostrorum species rerum insensibilium, coloresque non prius potest sentire, quam se solaribus radiis immisceat, vnumque cum ipsis, & in ipsis fiat, ita animus iustorum puram rerum spiritualium, omnemque intellectum superantium cognitionem, non sufficit accipere nisi prius incomprehensibilem veritatis participationem dignus efficiatur habere.* [*Cor iusti radiis solis comparatur.*] Quasi dicat tunc cor hominis requiescit, cum in illo Deus est, quia ab omnibus sensibilibus abstractum, & separatum manet. [Greg. lib. 12. mor. c. 2.] Et Greg. lib. 12. Moral. c. 22. *Quos Deus à cogitationibus terrenis euacuat donis cælestibus replet, & quos internus curis exhauserit supernis rigat fluentis.* [*Curæ huius mundi impediunt contemplationes.*] Quasi dicat; vbi Deus habitat muneribus Regalibus fruitur. Ac si dicat Hispanicè: *Donde està el Rey està la Corte*, & munera curiæ cælestis requies sempiternæ sunt; quia Deus solus requies est animæ. [*Deus requies animæ.*] Ideo Adamo peccanti dixit Deus: *Adam vbi es,* [Gen. 3. n. 9.] Gen. 3. n. 9. quia nimirum extra locum suum rapi se permisit. Quare rectè dicitur *Vbi es,* quia videlicet mouens pedem suum homo extra Deum in loco suo non est, & est extra spheram, & centrum suum, & sic non quiescit extra Deum. [Rupert. in Gen. 3.] Vnde Rupertus: *Rectè dicitur, vbi es; quia videlicet mouet pedem suum, & in loco suo non est.* Et addit: *Locus enim hominis Deus est, extra quem nusquam bene est.* [*Tuta conscientia requies cordis humani.*]

Vnde interrogat Neothericus quidam; quare Gen. 2. n. 7. dicitur: *Et inspirauit Deus in faciem eius spiraculum vitæ;* 415 [Nouarin. in vmb. virg. Gen. 2. n. 7.] Et respondet, *Quia idem est ac dicere, respirauit Deus, vt requiesceret, quia hominem condiderat.* [*Deus respirauit à laboribus creationis hominem creando.*] Quasi dicat, quemadmodum sine Deo homo requiem nō habet, neque lætitiam, ita suo modo Deus sic amat hominem, quod eo creato per respirationem requieuit, & solatium à creatione cæli & terræ, & omnium quæ in eo sunt, lætus assumpsit, & quasi pro mercede omnium laborum creationum respirare cum homine habuit; ideo Diabolus loca diuina, & inaquosa rore sancti spiritus fugit; quia ibi requiescit Deus, vt Ambrosius dixit. [Ambros. cit.]

416 [Auct. sententia.] 3. Responsio fuit, quod callidus explorator requiem inuenire potest in cordibus, vbi gressus absconditos suæ nequitiæ pertingere valent. [*Cordi hominum insidiatur Diabolus latens.*] Vnde interrogat Oleast. quare dicitur Exod. 33. *Et audiuit populus sermonem hunc, & luxerunt,* Sic Pagninus. [Oleast. in Exod. 33. Trans. Pag.] Et respondet: *Quantum debeat Peccator sentire recessum, & absentiā Dei pulchrè locus iste adumbrat.* Quasi dicat, tunc cor hominis angustiis mortalibus repleri debebat, cū absentiam Dei sentiret: nam Israelitæ luxerunt, quia Dominus nolebat præcedere eos; & ideo Dauit lachrimabatur maiore confectus, & dicebat, *Vt quid Domine recessisti longe,* Ps... [*Animus vidua desolata manet.*] Et addit Oleaster: *Nam quemadmodum omnes aduersus viduam consurgere solent, quia non habet, qui eam possit defendere; ita & aduersus animam, cum eam viderint præsidio suo destitutam, Qui custodiebant (inquit Dauid Ps. 70.) animam meam consilium fecerunt in vnum dicentes, Deus dereliquit eam, persequimini, & comprehendite eam; quoniam non est qui eripiat.* [Psal. 70. *Dir quæ sacerdos non celebrat omnes perturbationes inuadunt contra eum.*] Quasi dicat spiritus malignantes ore aperto custodiunt, & circuiunt animā inspectantes, quomodo gressus nequitiæ possint infringere in eam & cum vnum per lethale peccatum ingrediuntur in vnum congregantur legiones, & lætantes dicunt, comprehendite cor per consuetudinem, & reiterationem peccati, quia Deus dereliquit eum, & non est, qui eripiat; quia ipse quotidie deterioratur. [*Spiritus maligni per foramen vnius cogitationis ingrediuntur ad cor.*]

417 [Greg. in Ps. 4. Pœnit. Genes. c. 3.] Hic interrogat Gregor. in Ps. 4. Pœnit. quare Gen. 3. dixit Deus serpenti, *Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ?* Et respondet. *Quia antiquus hostis terram comedit, eo quod peccatores in ventrem suæ malitiæ abscondit, quos occultè intrauit.* [*Occulte Diabolus tentat perfectos.*] Et addit Gregorius, *Isque hostium petitiones desiderans quodammodo reficitur, dum prauis eorum cogitationibus, & operationibus delectatur.* [Greg. idem citat.] Et Rabbanus loco citato ait: *Deuorat terram cum erroribus peccantium pascitur, ac delectatur eosque ducens ad interitum rapit.* [*Cogitationes prauæ fermentum peccatorum.*] Et D. Isidorus: *Terram comedes, idest, non cœlum, quorum conuersatio in cœlis est.* [Rabban. cit. D. Isidor.] Quasi dicat, in sanctis viris non requiescis, quia gressus nequitiæ tuæ ibi non pertingunt, quia ex cælo cecidisti & fugis sicut mala pecus reiterare præcipitium. [*Dæmones cælestia fugiunt sicut mala pecus præcipitium vel foueam.*]

418 [Ambros. cit.] Ambrosius vero alia progreditur via. *Terram comedes idest, corpus, non animam: nam & hoc peccatoribus prodest.* Et Apostolus ait: *Tradidit huiusmodi in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat in die Domini nostri.* [*Obsessi corpora vexantur.*] Quasi dicat obsessi aliqui à Dæmonibus vexantur in corpore propter

 ptet

ter aliquod peccatum, vt tanta vexatione purgetur spiritus, & saluus in die iudicij fiat. Hinc & D. Isidorus citatus *terram comedes ait idest, ad te pertinebunt, quos terrena cupiditate decepit omnibus diebus vitæ, idest, in omni tempore, quo hanc potestatem tentandi exerces ante illam vltimam pœnam iudicij.*

D. Isid. cit. *Cibus Dæmoniacus peccatores.*

419 Vnde interrogat Lypomanus, quare Gen. 15. dicitur: *Descenderuntque volucres super cadauera, & abigebat eas Abraham?* Et respondet. *Quod nisi merita sanctorum Patrum intercessissent consumendi forent carnales homines à Dæmonibus;* Et August. in Gen. *Aues descendentes super corpora, quæ diuersa erant spiritus malignos aeris huius significant pastum quemdam de carnalium diuisione quærentes.* Quasi dicat, importunæ muscæ Dæmones immittunt cogitationes vsquequo gressus malitiæ suæ infigunt, & in cordibus humanis requiescunt nocendo eis, quia hæc est eorum requies. Ideo addit Lyppomanus. *Dixit Rex Sodomorum ad Abraham, Da mihi animas, cætera tolle tibi*, Genes. 14. hoc est. *Diabolus appetit possidere animas, & vt hoc desiderium suum assequatur, nihil curat, si homines aliqua bona opera faciunt, moraliter inquam bona.* Quasi dicat; callidus insidiator non curat de operibus bonis, à fidelibus gestis, dummodo per illa tanquam per oramen possit vestigium vanæ gloriæ imprimere, quia multoties facit bona, vt veniant mala, & ipse in hoc regulam auscultat.

Lypom in Genes. 15. *Orationes sanctorũ necessaria nimis.* S. August. in Genes. *Musca importuna à carnalibus non recedũt* Lypom. cit. Gen. 14. *Opera bona moralia impij faciunt.* Cor. cap. *Non sunt facienda mala, vt b-neueniant.*

420 Vnde interrogat Chrysostomus hom. 27. quare Diabolus Christo dixit, *Hæc omnia tibi dabo*, Matth. 4. Et respondet, *Quia sicut homo malignus si viderit aliquem orphanum habere substantiam paternam, ducit eum frequenter ad prandium, donat ei interdum aliquod pretiosum vestimentum, loquitur illi dulces sermones, donec tollat facultates eius. Sic & Diabolus videns hominem, habentem in se animam immortalem à Deo creatam, sapientem, cælestem in arca terrena positam. Ideo ostendit illi aurum, argentum, & concupiscibilia ornamenta, delicatos cibos, & pulchritudinem fœminarum, gloriosos honores, vt per hoc subiugans eum voluptatibus suis auferat salutem animæ eius, & vel saltim paulatim gressus sua malitia impingat, vt corrumpat gratiam cordis ipsius, & cum hoc aliquomodo requiescat, quia solatium est miseris socios habere pœnantes.* Vt in littera ex dictis Patrum probauimus.

Chrys. hom 27. Matth. 4. *Astutia diaboli indicibiles. Exemplum pueri orphani ab auaro recepti.*

DIFFICVLTAS XVI.

Quare dicitur quod Dæmon assumit alios spiritus nequiores se, vt fiant hominis nouissima peiora prioribus?

421 QVæsitum fuit, quare spiritus malignus socios nequiores se assumit ad plus nocendum hominibus?

1. RESPONSIO fuit Bedæ citati in lit. *Qui spiritus nequiores Diabolo dicit esse hæreticos hypocritas simulantes vitia, quia Dæmones neque virtutes fictas volunt operari.* Et ideo nequiores sunt hypocritæ semper virtutes fingentes, cùm intrinsecos sunt lupi rapaces. Vnde interrogat Oleaster, quare dicitur Deut. 14. *Si incitauerit te frater tuus, non acquiescas ei nec audias, nec parcet ei oculus tuus, nec operies eum.* Sic Pagninus, Et respondet: *Quia nihil humanitatis nihil misericordiæ exhibendum est ei, qui te à fide auertere nititur: nam etsi alius vitiis cum peccatoribus dissimulandum sit, nunquam tamen cum hæreticis, & cum his, qui à vero Deo auertere conantur.* Hinc illud Ioan. epist. 2. c. 1. *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert nolite eum accipere domi, nec aue ei dixeritis; qui enim dixerit ei aue communicat operibus eius malignis.* Quasi dicat, nec patres, aut matres, aut sorores, aut filij sunt audiendi, si fidei contradicunt, quia Christus dixit Lucæ 14. *Qui amat patrem aut matrem plusquam me non est me dignus.* Hinc Hieronymus lib. 4. comment. sup. Ezech. c. 13. *Omnes hæretici propter fraudulentiam, ac nequitiam vulpium similes sunt, de quibus Saluator loquitur, Vulpes foueas habent, & aues cœli nidos, & de Herode scriptum est, Dicite vulpi illi, & de eisdem vulpibus quæ paruulos, simplicesque decipiunt, & deuastantur vineam Christi, Salomon ait, Capite nobis vulpeculas dissipantes vineam.* Sic legit Hieronymus citatus. Hinc Cyprianus lib. de simplic Prælatorum, *Vt scriptores Euangelij, atque interpretes extrema ponunt, & superiora prætereunt, partim immemores partim sub dolo corrumpentes.* Quasi dicat: Hæretici, vt paruulos abducant post suos errores sententiam verius capituli scindunt, sicut ipsi ab Ecclesia sunt scissi.

Bedæ cit. in litt. *Hæretici nequiores peccatoris.* Oleast. in Deut. 14. Trans. Pagn. *Neque patri neque matri habere qui sapiunt hæresim communicandi neq; celandi.* 2. Epist. Ioan. cap 1. *Aue non est dicendum hæretico.* Lucæ 14. Hieronym. lib. 4. comment. super Ezech. c. 13. Cyprianus. de simplicitat. Prælatorum.

422 Vnde interrogat Origenes, quare Iosue 7. dicitur. *Vidi enter spolia pallium coccinum valde bonum, & ducentos siclos argenti, regulamque auream quinquaginta siclorum & concupiscens abstuli, & abscondi in terra contra medium tabernaculi mei, &c.* Et respondet. *Quia debemus diligenter excutere, ne quis habeat in tabernaculo suo Hiericontinam linguam absconditam, & abiiciamus malum ex nobis ipsis.* Hoc est, si inuenias diuersa dogmata luculenti sermonis assertionibus decorata, ista est lingua aurea, ne te rapiat sermonis aurea pulchritudo. Hinc Epiphanius hæresi 36. *Seps equidem hæreticus dici potest, qui est reptile quadruplex stellioni similis, cuius morsus detrimentum pro nihilo reputatur, sputum autem in cibum, aut potum eiaculatum statim mortem assumentibus inducit.* Talis namque est (quasi dicat,) doctrina hæreticorum; quæ quasi per saliuam minutissimam incipit: Sed quia errorem includit paruulos, & miseros occidit, quia quotidie peiores fiunt, si gustum libertatis & luxuriarum hæreticorum incipias exaudire, & experire.

Origen. in Iosue 7. *Sermones eruditi & ornati cum cautela audiendi maxime hæreticorum.* Epiph. hæresi. 37. *Seps similis stellioni venenoso, hæreticorum figura.*

423 Hinc interrogat Rupertus, quare Genes. 31. dicitur: *Abiit Ruben, & dormiuit cum Bala concubina Patris sui, quod illi minimè latuit?* Et respondet; *quia Ruben similes sunt omnes hæretici, qui plebem Christi adulterino commaculant semine doctrina nequam.* Et addit: *Benè Balà interpretatur inueterata; nulla enim nisi concubina inueterata hæreticorum libidini sese prostituit: nam quæ legitima vxor est; idest, quæ virum suum Christum agnoscit, nec se ipsam ignorare, nec adulterinum concubitum admittere potest.* Quasi dicat, libido inueterata & consuetudo luxuriosa in ossibus, & lumbis hæreticorum intrusa

laxauit

Rupert. in Genes. 31. *Ruben adulterinus cum Patris concubina. Luxuria & libertas mater hæreticorum*

Chrisost. in Gen 35.
Heretici sugillati ad pœnas infern.

laxauit venas vitiorum, & propter hoc Babylonicos post te ducit innumeros. At vero casta & legitima vxor Christi, quæ est Ecclesia abhorret concubitus prohibitos. Vnde Chrisostomus in Genes. bene dicitur, Genes. 35. *Quod hoc scimus Iacob, & tacuit quia nunc Christus mansuetus, & humilis tacet, sed erit hæretici pœnas solaant.* Et addit Chrisostomus. *Postea vero, cum emigraturus esset Iacob ex hac vita, paerum Raben sugillat, & flagitium eius inuulgat maledicens ei.* Quasi dicat, non videtis quomodo, vbi Diabolus assumit ad nocendum septem alios spiritus nequiores se fiunt hominis illius peiora prioribus; quia insidiatores & fallaces hypocrytæ peiores sunt omnibus peccatoribus, vt Beda citatus adnotauit.

Beda citat.

424 3. RESPONSIO fuit Ambrosij in littera citati: *Erunt nouissima hominis illius peiora prioribus, isti sunt, qui foreasi persanctionis specie compta animo interiori pollutiores fiant.* Quasi dicat, qui iudicium confessionis reputant, sicut iudicium forense peiores fiunt vnde Apollinarius lib. 4. Epist. 14. *Nam vt is qui propria vobis (id est, iudicibus) non tacuerit flagitia damnatur: ita nobiscum qui eadem fuerit confessus, absolutar.* Quasi dicat, non est tribunal pœnitentiæ sicut iudicium sæcularium, vbi qui plus crimina atque delicta tacet in tormentis absoluitur; qui confitentur damnantur. Hinc Tertulianus contra Trajanum, qui Christistianos confitentes fidem ridebat, ait, lib. de fug. in persecut. *Trajane, quid te ipsam censura circumuenis? Si damnas, cur non inquiris; si non inquiris, cur non absolues?* Ac si dicat, quomodo in iudicio profers sententiam contra Christianos, qui confitentur planè fidem, & quos latent absoluis. Vnde Pamelius: *Si contrariorum eadem est disciplina, si malum est, quod negatur, quod fatetur bonum est.* Id est, Christiani, qui de fide aliquid occultant confiteri mali sunt; qui vero confitentur, apertè boni sunt.

Ambros. cit. in litt.
Iudiciũ confessionis non forense.
Apollin. lib. 4. Epist. 14.
Tertul. lib. de fug. in persec.
Clam Christianos confitentes fidem fugiẽdos esse.
Pamel. in Tert. cit. l.

425 Hinc in spiritu Prophetico Oseas loquens de futuris deauratis sæculis Christianorum, qui à sæculi vanitate conuersi per veram confessionem rubore, & confusione delictorum suorum sacrificium Deo oblaturi erant, ait cap. 14 n. 3. *Tollite nobiscum verba, & conuertimini ad Dominum, dicite ei, omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum.* Sed quam precor connexionem habent vituli cum labiis coniuncti, vel è contra? Respondet Burgensis, quod nullum sacrificium Deo acceptabilius, & homini dolorosius, quam illud quod rubore confessionis per labia spontanea voluntate exprimitur loco vitulorum (ait Burgensis) in Oseæ 14. *reddimus ceram te confessionem labiorum nostrorum, idest, factum per labia nostra; quia magis placent verba, & sermones pœnitentia, & conuersionis, siquidem sacrificia nihil prosunt sine confessione iniquitatis.* Quasi dicat lex veræ confessioni est, vt qui absoluitur prius ipse à se damnetur, nihil occultans, & neque clam simulans, sed apertè manifestans; quia vt scriptum est hic adæquatè adimpletur. *Mors & vita in manibus linguæ* Prouerb. 18. n. 21. Nam si lingua peccata clare & examinatè confitetur, vitam operatur; si vero clam occultat delictum aliquod mortem inueniet.

Oseæ c. 14. n. 3.
Sacrificium Deo gratum confessio.
Burgen. sup. Oseam c. 14.
Labia sunt vituli sacrificij.
Prouerb. 18. n. 21.
Mors & vita in confessione.

426 Vnde interrogat Galfridus in allegoriis ad cap. 2. Threnor. quare Propheta Ieremias dixit: *Consurge, & lauda in nocte in principio vigiliarum tuarum?* Et respondet; *Quia pulcher ordo confessionis perfecta declaratur, primum transacta mala fletibus tergere, postea ad bona agenda consurgere, deinde laudare; non est enim perfecta laus in ore peccatoris; neque potest veraciter bona agere, qui prius non studuerit, mala præterita efficaciter emendare.* Quasi dicat, in nocte fiat confessio, hoc est, in tribulatione, & dolore, & euigilat; quia sicut mulier, quæ dragmam perdidit, & quærit lucernam recondit, & euertit totam domum. Sic peccator, lucerna intellectus debet voluntatem illuminare, vt ambo diligenter memoriæ occulta secreta, & oblita offerant. Secundò debet pœnitendo agnita, & inuenta peccata corrigere, & emendare. Et addit Galfridus: *Dicitur effunde sicut aqua cor tuum. Quasi dicat, ceteri liquores cum effunduntur, vel aliqua pinguedine sapirlinita, vel sapore infecta, vasa relinquant, sola aqua sic effunditur, vt munditia vasis, ne illis eius reliquiis maculetur. Qui ergo peccata sua confitentes aliqua, vel negligentia vel erubescentia causa effundere timeates quasi in vase cordis spissi liquoris reliquias retinent; qui vero peccatum omnino, sed non peccandi affectum eiiciant, in vase saporem noxiam adhuc seruant.*

Galfrid. in alleg. ad c. 2. Trenor.
Confessionis gradus necessary.
Lucæ c. 15 n. 8.
Lucerna accensa intellectus memoriã elucidans.
Galfrid. cit.
Confessio similis aquæ clara.

427 Pondera, quæso, *Qui erubescentia, vel negligentia causa effundere timeat.* Et postea recole, *Qui peccati affectum non eiiciant.* Et primò de erubescentia in confessione, ait Bernardus Epist. 85. *O verecundia expers rationis, inimica salutis, domus ignara honoris, & honestatis.* Quasi dicat, irrationalis, & insensatus est, qui rogatus ab amico, vt comedat, quia fame perit ipse adhuc esuriens nõ comedat ex verecũdia, & petire se sinat, negligens etiam in confessione brutalis est, quia tota die otiosi ob laborem momenti vnius mercedem æternam amittat; illis vero qui affectum peccandi non dimittunt, potest dici, quod sedenti ad mensam nuptiarum dictum est: *Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem.* Matth. 22. Vbi Galfridus in alleg. *Sanè propter sacramenta amicum vocat eum propter peccatorum saporem habitam culpat.* Quasi dicat, multi propter forensem, functionis speciem ad mensam altaris in Hebdomada sancta, vel Paschate ingrediuntur, sed affectum peccandi non relinquunt, etiam si præterita mala confitentur. Vnde Galfridus. *Rex ille qui fecit conuiuium* (idest, Christus) *non accepiat in quibus reprobat cordis affectum, siquidem vestis exterior est conuersatio diligibilis, & imitabilis coram hominibus, interior conuersatio digna cælorum regnis, & Angelicis apta consortiis.* Quasi dicat, nil interest intrare ad mensam Domini, & sedere vestibus splendidis, & pretiosissimis; si vestimenta cordis sordida sunt. Et de his arguitur, qui veste non nuptiali intrauit ad conuiuium.

Erubescentia in confessione fugienda.
S. Ber. epist. 185.
Affectus super est in confessione.
Rogatus ab amico comedat.
Negligentia fugienda.
Matth. 22.
vestis pretiosa decor, & puritas conscientia.
Galfrid. cit.
Aulici pretiosis vestibus ad sacra veniũt intus sordidis.

428 Et quia semper nouissima hominis iniqui fiunt peiora prioribus: ideo ad interrogationem & reprehensionem Regis inuitatus obmutuit. Propter quod Rex iratus dixit ministris suis, *Ligatis manibus, & pedibus mittite eum in tenebras exteriores.* Vbi Galfridus citatus: *Non vbi ille sine nuptiali veste intrauit, sed postquam admonitus filius interrogatus obmutuit, & noluit confiteri.* Quasi dicat, qui renuunt confiteri

Peiores semper fiunt qui tacent peccata.
Galfrid. cit.

peccata sua vel obmutescunt ex ignorantia, vel delectantur per saporis affectum, & cito ad vomitum putant redire. Quid mirum, si nouissima illorum sint peiora prioribus; quia tribunal pœnitentiæ forense putant, vbi tacentes delicta absoluuntur, confitentes puniuntur, vt Ambrosius insinuauit: *Vel vt Traianus qui Plinio rescripsit, Christianos non inquirendos, oblatos verò punire oportere.* Quasi dicat, qui fidem Christi clarè, & vere confitentur puniantur; qui vero clam, & furtiue relinquantur; hoc facit qui furtiuè & fictitie confitetur quia à fide Christi sine dubio absconditur, quia teste Tertuliano libr. de Pœniteut. capit. 8. *Tantum releuat confessio delictorum, quantum dissimulatio exagerat.*

Ambr. citat. Tert. lib. de fuga in persec.

Simulatio exagerat peccatum.

Tertul. lib. de Pœnit.

TRACTATVS VNDECIMVS

Ad Litteram *In cap. 4. Lucæ De Propheta in patria sua non accepto.*

TEXTVS.

23 ET Iesus ait illis Vtique dicitis mihi hanc similitudinem, Medice cura te ipsum. Quanta audiuimus facta in Capharnaum fac & in patria tua.
24. Ait autem: Amen dico vobis, quia nemo Propheta acceptus est in patria sua. 25. In veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cælum annis tribus, & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra. 26. Et ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta. Sydoniæ ad mulierem viduam. 27. Et multi leprosi erant in Israel sub Elizeo Propheta, & nemo ipsorum mundatus est, nisi Nahaman Syrus.
28. Et repleti sunt omnes ira in Synagoga hæc audientes, 29. Et surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem, & deduxerunt vsque ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent illum. 30. Ipse autem transiens per medium illorum ibat.

EXPLANATIO LITTERAE.

429 MAtthæus & Marcus narrant Dominum dixisse Prophetam non honorari in patria sua; occasione scandali Nazarenorum, quo offendebantur in Christo ob progeniei humilitaté. Lucas vero asserit suggillatos esse Pharisæos, eo quod miracula audiuissent facta in aliis ciuitatibus, & nulla in patria sua. Hæc Iansenius sua in concord. cap. 54. Quasi dicat, duo erant, quæ offendebant Nazarenos scilicet, humilitas generis, & paucitas miraculorum. sed meo videri aliam possumus addere causam, famam ingentem, quæ incipiebat de mirabilibus Christi; quia fama fratris eximia domesticas auget calumnias, quia corda contemporalium fama alterius vruntur.

Prosapia humilitas in magnis personis vilescit. Matth. 13 n 57. Ians. in concord. c. 54. Auct. mens. *Fama bona mater calumniarum apud domesticos.*

430 Vtique dicitis mihi hanc similitudinem; bene quidem prouerbia, vt Græci narrant, vocantur similitudines, quod in eorum vsu, vt in plurimum subsit occulta quædam comparatio, vel collatio, vel similitudo, quod in nostro idiomate Hispano melius explicatur hoc nomine, *Refranes antiquos que son Euangelios abreuiados*, Quod alio nomine dicuntur adagia, id est, sententiæ Laconicæ, & abbreuiatæ, quæ sub paucis verbis sensum verum includunt experientia, & successione temporum probatum, & in hoc sensu ab antiquis dictum erat, *Medice cura te ipsum.* Et Nazareni hoc æmulantes Christo dixerunt, non ambitione, & desiderio videndi miracula, sed quasi arguens contra famam vulgatam super miracula Christi. Quasi dicerent, tu sicut medicus crederis qui alios curar, & te non potest curare. Sed si verum esset, quod de te narratur in patria sua coram consanguineis & amicis mirabilia faceres, sed hoc non videmus, & ideo, quæ narrantur non credimus.

Græcè similitudo idē quod Prouerbium. Hispanum adagium. *Tempus est magister & experientia.*

Amen dico vobis, quod nemo Propheta acceptus est in patria sua: directè inquit Caietanus, respondet Iesus ad verba conceptiua; quia in despectionem Christi dixerant, *Hic non est filius fabri Ioseph?* Et mansuetissimus respondens ait, Bene dicitis, quia nullus Propheta acceptus est in patria sua, quia propter naturalem inuidiam conciuium & Domesticorum, non solum non credunt mirabilibus, sed calumniis, & opprobriis, omnique possibili modo inhonorare fratrem suum conantur. Et addit optimè 431

Caietan. in Euang.

Lucæ 4. *Condiscipuli & domestici neque miraculis amuli credunt.*

Maldona

Maldonarus in Luc. c. 4. Maldonarus ideo miracula Christus in patria sua non fecit, quia finis miraculorum est fides, & conciues, nunquam miraculis Domesticorum credunt, quaudo liuore sont repleti.

412 Ratio scdulodeus in nummiam conciuiū Christi. Mansuetudo opprobria sustinere probatur. Scriptura sacra testis irrefragabilis. In veritate dico vobis, multæ viduæ erant io Diebus Eliæ, directè declarat Christus duobus exemplis sacræ scripturæ hoc prouenire non ex sua impotentia miracula, quia indigni erant propter suam incredulitatem, & tamen hæc eorum demerita sine contumelia, sed sola probatione sacræ scripturæ notat. Et clausum est cælum annis tribus, & mensibus sex, metaphoricè describitur negatio pluuiæ per clausum cælum; quia apparet pluuiam descendere de cælo, ac per hoc impediri, ne descendat ex clausura cæli, quo cootra quando multum pluit, dicimus, quod apertæ sunt cataractæ cæli.

413 Metaphorica locutio cælum clausum. Lyranus 3 Reg 18. Iansenius. Lyranus noster dicit, quod quando 3. Regum 18. dicitur; quod in anno tertio missus est Elias è Sarepta vt daretur pluuia, loquitur scriptura de anno tertio, non à prohibitione pluuiæ, sed à tempore quo fuit in Sarepta, ante quod fuit aliquandiu in torrente Carith. Iansenius autem dicit, quod de anoo tertio impleto intelligitur, cum iam quartus mensis esset inceptus aliquot diebus, & inceptus pro completo multoties intelligitur. D. Thom. in Cath. citat. Et repleti sunt omnes io Syoagoga ira hæc audientes; quidam propterea inflatos fuisse ira dicuntur; quod eam quam legerat Isaiæ propheriam in se impletam esse significasset, quasi verum, Messiam esse dixisset. Alij quia Christus comparabat se cum Elia, & Elisæo. Euthym. Alij quod incredulitatem eorum tetigisset. Alij vt Euthymios; quia illos indignos miraculorum probasset, & conclusi remanerent de veritate à Christo edocta, quod nemo Propheta acceptus erat in patria sua. Auct. mens. Ego vero dicerem, quod ira inflati sunt, quia audiendo Christum, plusquam de illo audierant, videbant, & in cordibus liuore illius torquebantur, & vt Hispani dicunt, Loquutio Hispana. *Estauan reuertando de enuidia y colera, y no pudieron sufrir mas.*

414 Caietan. cit. Et surrexeruot, & eiecerunt illum extra ciuitatem furore repleti duceotes illom eiiciebant dixit Caietanus. Quasi iodecatet quod arripuerunt Christum, & indecenter pugnis & expulsionibus violentis manus in eum iniecerunt, & *Vi & pulsionibus Christus eiectus à synagoga.* verbis asperis doxerunt illum exprobantes vsque ad verticem montis, vbi erat ciuitas Nazareth collocata, vt præcipitarent eum. Lege vniuersam Euangelicam scripturam, & nullibi inoenies fuisse Iesu iniuriam facti irrogatam vsque *Conciues, & conterrenei inimici peiores.* ad tempus mortis suæ, nisi à propriis conciuibus; imo oeque tempore passionis sæuierunt in Iesum, nisi mediantibus ministris Curiæ; conciues autem proprij furiis agitati ad præcipitandum eum de supercilio montis concurrerunt. Hæc Caietaous. Caietan. cit.

415 Auctor. sent. Sed meo Videri peiores fuerunt isti conciues Christi, quam qui eum crucifixerunt, quia isti corrupto, & iniquo iudicio incitauerunt Pilatum, vt eum damnaret ad mortem; conciues vero sui ex suo marte & sine iudicio, & visa quouis modo causa præcipitatam mortem manibus ioiquis suis prætendebant. Imo addit *Peiores Diabolo domestici inimici.* Beda, quod fuerunt isti conciues & Domestici peiores Diabolo, quia iste suadebat Christo, Beda citatus. vt de pinaculo templi præcipitaretur: at vero cooiciues manibus propriis præcipitare conabantur. Iesus autem transiens per medium illorum ibat. Iansenius ex Græca dictione legit hoc modo *ibat*, vel potius *abibat*, quò ipse volebat. Ians. citat. Græca dictio. Quasi dicat, significatur quanta cum grauitate modestia, & libertate ibat per medium illorum transiens. *Christus cū grauitate ibat per medium inimicorum.* Et ipsi stupefacti tacebant, admirabantur se, sed non credebant. Quod autem Beda dicit, quod mutauerit cogitationes eorum Nazarenorum intelligendum est ex timore ad oocendum ei, non ad credendum. Beda citat. Alij dicunt, quod se inuisibilem fecit, quod meo videri non erat tam mirum, & fortè plus calumniarent, & quia in templo ad præcipitium Dæmon Christum instigans pedibus suis descendit per scalam, sicut & modò grauiter incedendo, per medium illorum ibat. *Dictiones circa transitū Iesu per inimicos.* Quod autem de pasmo, & paralyticis manibus inimicorum Christo transeunte, & de saxo abscisso, & in se Christum blande & suauiter recipiente fictitium Maldonato videtur, cætera per quæstiones.

TRANSLATIONES ANTIQVIORES & recentiores.

Vulgata editio, Vtique dicitis mihi hanc similitudinem, medice, &c. Translat. ex Syriac.	1.	Iam dicetis mihi hanc parabolam, medice cura te ipsum, & quæcumque audimus te executum fuisse in Capharnaum exequere hæc in ciuitate tua.
Translatio Vatabli.	2.	Omnino dicetis mihi hanc similitudinem medice cura te ipsum, quæcumque audiuimus facta in Capernehu facet hic in patria tua.
Translatio Græca.	3.	Certè dicetis mihi hoc prouerbium.
Tertulian. lib. 4. contra Marcionem. fol. 700.	4.	Apud Nazareth Christus notatur prædicasse, dum alio merito vnius prouerbij eiectus refertur.
Caietanus in Euang.	5.	Potest facere miracula, in aliis fac in te metipso, idest, in ciuitate tua.
Maldonat. in Euang.	6.	Beneficium, quod aliis præstas fac tibi.
n. 24. *Vbi Vulgata, nullus Propheta acceptus in patria sua Translat. ex Syriac.*	7.	Amen dico vobis nullum esse Prophetam qui recipiatur in prouincia sua.
Iansenius in concordia.	8.	Non est Propheta contemptior, & magis inhonoratus, quàm in patria sua & inter notos.

num. 25. Vbi Vulgata, multi Prophetæ fuerunt, &c. Translat. ex Syriac. 9. Multas extitisse viduas in domo Isrojel in diebus illis Prophetæ, cum clausi sunt cœli annis tribus, & mensibus sex, & ad nullam illarum missum fuisse nisi ad mulierem viduam.

Translat. Vatabli. 10. Multæ viduæ erant tẽporibus Eliæ in Israel, quando clausum est cçlum triennio.

num. 27. Vbi Vulgata & multi leprosi erant. Translat. ex Syriac. 11. Plurimi qui fuerunt leprosi in Isroiel diebus Eliselia vatis, & ne vnus quidem ex eis purgatus est nisi Naamon ille Aramæus.

Transf. Vatabli. 12. Et multi leprosi erant in Israel ætate Elisæi Prophetæ, & nemo eorum mundatus est.

Tertulians lib. 4. contra Marci. fol. 701. 13. Helisæus Prophetes vnicum leprosum Naaman Syrum ex tot leprosis Israëlitis emundauit.

n. 28. Vbi Vulgata; & repleti sunt omnes in Synagoga ira. Translatio ex Syriac. 14. Quumque hæc audissent ij qui erant in Synagoga cuncti repleti sunt furore.

Iansen. in concordia. 15. Et nata est in Nazarenes tanta ira quod notarentur à Domino.

n. 29. Vbi Vulgata & eiecerunt illũ extra ciuitatem. Translat. ex Syriac. 16. Et surrexerunt, ac eiecerunt eum extra ciuitatem.

Caietan. 17. Cumq; adducerent eũ vsque ad verticẽ montis, vt eũ eiicerent de rupe.

Iansenius citatus. 18. Ex furore surrexerunt ducentes illum iiciendo tam impotenti scilicet malo detinebantur, vt præcipitare vellent eum.

n. 30. Vbi Vulgata ipse vero transiens per medium illorum ibat. Translat. ex Syriac. 19. Ipse vero transit per medium illorum & abiit.

Tertull. lib. 4. contra Marc. fol. 702. 20. De manibus ei iniectis ad præcipitium vsque protractus Christus.

Caietanus. 21. Ipse autem inuisibilem se reddit postquam fuit in supercilio montis, & sic per medium eorum transiens ibat quo voluit illis delusis.

Translatio Græca. 22. Cumque transisset per medium illorum abibat, quò scilicet volebat.

Iansen. in concord. c. 55. 23. Ibat grauiter & intrepide pertranseundo per ipsos medios.

DIFFICVLTAS PRIMA,

Propter quod Christus dixit Nazareis conciuibus suis Vtique dicitis mihi Medice cura te ipsum?

PRima Responsio Bedæ in cath. S. Tom. citati; *Quia testimonium de illo dabant attestando illum verè esse, de quo Propheta cecinerat,* Quasi dicat, intrauerat Christus in sinagoga, & accepit librum vitæ, & reuoluit, & inuenit locum Isaiæ, vbi scriptum erat *Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me euangelizare pauperibus, & dixit ad eos; quia hodie impleta est hæc scriptura, & omnes testimonium illi dabant.* Idest, pauperes & humiles, Scribæ vero & Pharisæi intendebant in Christum quasi egrè ferentes, quod de ipso talem explicationem daret, & cogitabant dicere ei, quæ miracula facis, & quæ mirabilia in ciuitate tua operatus es, vt credamus tibi; ideo ad tacitas cogitationes respondent, ait vtique, diceris mihi medice cutate ipsum. 436 *Beda citat. in Cath. Isaiæ cap. Libros & scripturam explicare causa inuidendi inter Pharisæos domesticos.*

2. RESPONSIO Chrysostomi in Cath. citati. *Cum venisset Nazareth Dominus, à miraculis se abstinet, ne prouocaret eum ad maiorem liuorem: prætendit autem eis doctrina non minus admirandum miraculis.* Quasi dicat, erat in Christo quædã diuina gratia ineffabilis induratas animas permulcens. & verbis eorũ corda ad se trahebat humilium, licet Pharisæi vrebantur, & vt non inuidiæ ignem adduceret, abstinuit se à miraculis, neque hoc sufficiebat. 437 *Chrys. cit. in Cath. Verba dulcissima ex ore Dei procedebant Inuidi miraculis torquentur.*

3. RESPONSIO Iansenij in concord. cap. 55. *Erant in synagoga aliqui, qui considerantes humilitatem familiæ generis Christi cæperunt, à recta de illo opinione auocare, etiam eos, qui in principio rectè sentiebant de ipso.* Quasi dicat, maleuoli seductores à veritate propter Ioseph officium humile, & isti desiderabant miracula, vt æmuli confunderẽtur, ideo dixit, vtique dicetis mihi. 438. *Iansi. in concord. c. 55. Maleuoli seductores venena Reip.*

4. RESPONSIO Cyrilli in Cath. citati. *Sed quid impedit, vt venerabilis admirabilisque sit, si filius esset, vt putabant Ioseph.* Quasi dicat, mirabilia non vides, & progeniei humilitatem consideras. 439 *Cyril. in Cath. citat. Virtutes, & scientia Pontifices faciũt nõ progenies.*

5. RESPON

440 Maldonat. in Euang.

5. Responsio Maldonati *Ambitionem, & incredulitatem ostentant Pharisæi: ambitionem dum ciuitatem suam aliis præferunt, quasi magis miracula digna essent, quæ Christum aluissent: incredulitatem: quia dicebant si enim alibi miracula fecisset multo magis in patria sua facturum fuisse.* Quasi dicat, quis in patria sua non quærit honores. Et hoc signum est manifestum suæ impotentiæ, & mendaciorum diuulgatorum à turba stulta. Et in hoc sensu dici solebat, vt exprobraretur medicus non posse eos, quemadmodum profitentur curare alios, cum se ipsos curare non possent.

Ambitio fidem non seruat.

Amor patriæ honores in ea desiderat.

441 Lyran. sua in glossa.

6. Responsio Lyrani sua in glossa: *Sicut enim medicus verus citius & libenter seipsum curat, & alios ad se pertinentes quam extraneos; ita dicebant ei, si tu faceres vera miracula citius faceres ea inter propinquos tuos, quàm inter extraneos.*

Medici sua prius curant.

442 Tytus Bostref.

7. Responsio Tyti Bostrensis in Gloss. cit. *Protritum vsitatumque apud Iudæos erat, vt medicos in morbum prolapsos faceto hoc dicto, Medice cura te ipsum.*

443 Auctoris mens.

8. Responsio meo iudicio, Dominus patriam suam non vilnerat, qui ciues, aliarum ciuitatum, & propriæ diligat: sed ipsa sua patria à charitate, & honore priuabat, quia Christum tanquam filium fabri despiciebant, & prouincia, patriaque, quæ filios suos spernit & non honorat, non meretur à filiis propriis, neque à Christo honorari.

Prouincia & patria honoranda à filiis doctis si à domesticis honorificatur.

DIFFICVLTAS II.

Quare dicitur, Nemo Propheta acceptus est in patria sua.

444

QVæretur, quare Christus incredulis respondet quod mirabilia contemnebantur filiorum in propria patria?

Cyril. in Cath.

1. Responsio Cirilli in cath. citati *Vultis multa prodigia inter vos à me fieri, panis quo sum nutritus, non latet me, sed quædam communis accidit passio; contemnuntur enim quodam modo semper etiam optima quaque; quoniam non raro contingunt alicui, sed suppetunt ad velle, & sic contingit in hominibus; familiaris enim quia semper presto est debita reuerentia priuatur à notis eius.* Quasi dicat, Vilescunt enim miracula propter continuationem, & quia raro non contingunt, vt de saturitate totius mundi ex paucis granis adnotauit Augustinus. Et mirantur cum de paucis quinque millia homines satiantur. Ideo quasi dicat Christus ingenia; si fidem haberetis, mirabilia in Nazareth operata sunt super me: Quia vero communia erant, non attendebatis, vt quia nullus propheta est acceptus, vbi nutritus est.

Miracula vilescunt ex frequëtatione.

August. ser. de tempore.

Christus in Nazareth conceptus nutritus, lacte cælesti & in templo disputans cum doctorib. Nazareth reuersus.

2. Responsio Caietani in Euang. Lucæ 4. *Respondit Iesus ad verba contemptiua; Non est hic filius Ioseph? Et quia directè dicta erat in despectionem personæ eius, ideo directè respondet mansuetissimè, non esse hoc nouum; quia commune est, quod nemo Propheta acceptus est in patria sua propter velut connaturalem inuidiam inter conciues.* Quasi dicat, inuidi & æmuli semper amentia laborant, & contempserunt Christum dicentes *Non est hic filius fabri?* Et petunt miracula, vt plus torqueantur inuidia. Et addunt vilipendia, & contemptiones, optimè Christus respondet, ad quid miracula desideratis; *Quia nemo Propheta acceptus est in patria sua.*

445 Caietan. cit.

Conciuës naturaliter inuident eminentibus ingeniis.

Luc. c. 4.

446 Auct. mens. Matt. & Lucas in hoc cap.

3. Responsio meo videri dicitur *Nemo Propheta acceptus in patria sua?* Quia Mattheus & Lucas dixerunt Prophetam non honorari in patria sua; quasi assignantes causam, quare non accepti sunt Prophetæ in patria sua, & nulla est alia nisi honorificentia, qua digni sunt, & semper renuunt talem exhibere, quia contemptibiles iudicant, quos quotidie communicant. Et ideo adagium est in nostra Hispania, & puto quod est commune: *La mucha conuersation es causa de menos preço* Propterea Christus dixit compatriotis suis, *Nemo Propheta acceptus est in patria sua.*

Frequentia cõuersationis nouerca contemptus.

447 Ianf. in concord. c. 55.

4. Responsio Iansenij in concord. cap. 55. *Offendebantur in Christo Nazareni ob progenies humilitatem, vel quia sugillati erant, nimirum quia pauciora miracula in Nazareth patraret, quàm in aliis ciuitatibus.* Quasi dicat: ad vtrũque vna sentẽtia Christus respondet ad primũ, & contumeliæ non augerentur exprobrãdo miracula. Ad secundum mansuete sugillatos animos demulcens; quia assiduitate vilescunt in patria miracula, eo quod cognouerunt puerilia tractantem, quem postea aspiciunt mirabilia operantem.

Sugillatio inuidia difficulter à corde separatur.

448 Orig. in Cath. cit.

5. Responsio Origen in cath. *Plus iuxta sacramentum quam iuxta literam Christus respondet: nam Ieremias in Anathot patria sua non fuerat acceptus & reliqui Prophetæ. sed magis videtur mihi intelligi, vt dicamus patriam omnium Prophetarum fuisse populum circumcisionis, & Gentiles quidem susceperunt vaticinium Iesu Christi magis habentes Moysem & prophetas, & de Christo prædicantes, quam illi qui ex his non susceperunt Euangelium.* Quasi dicat, erit tempus quando dicturus est populus Israel quod ostendisti vniuerso orbi ostende nobis, prædica sermonem populo Irael, vt saltem cum intrauerit plenitudo gentium populus Israel qui non fuit, acceptus in patria sua, receptus in aliena fuit quia Prophetas de Christo clamantes Christiani venerantur.

Natio propria Christi Iudæa, & nõ est vsque hodie accepta piscinea, sed in nationibus vbi regnauit à ligno.

DIFFICVLTAS III.

Quare dicitur quod Elias ad solam viduam Sareptanam missus fuit.

449 Ambr. citat. in Cath.

QVæritur, quare exempla scripturæ attulit Christus vt Nazareos confunderet?

1. Responsio Anbrosij in cath. citati: *Penè autem apto comparationis exemplo arrogantia ciuiũ inuidorum retunditur dominium: que factum ex scripturis docetur veteribus cõuenire.* Quasi dicat. exemplo vnius viduæ pauperibus, quæ fidem habuit tempore famus in Elia arrogantia, & perfidia inimicorum reprobatur, & respondetur

Scriptura confundit superbos, & eius exëpla confundunt proteruos.

exemplis, quæ magis mouent quam verba ad duritiam cordis eorum.

450 Lyra sua in glossa.

2. Responsio Lyræ sua in glossa: *Quia viduæ Israelitæ non erant ita deuotæ, & charitatiuæ tempore famis, sicut mulier Gentilis Sareptana, & quia Elias persecutionem patiebatur in terra Israel, quæ debuisset illi esse grata.* Quasi dicat Christus confirmans suam sententiam exemplo viduæ Gentilis: confundebat Nazarenos conciues suos; quia quasi ingrati persequebatur Christum, qui erat honorificentia populi sui; & ideo sicut Elias quæsiuit gentilitatem vbi cum gratiarum actione eum receperunt.

Vidua grata Deo quia Charitatiua.

451 Beda in glossa ordinaria.

3. Responsio Bedæ in Glossa ordinaria citati. *Non est contrarium exemplo Prophetarum, quod vobis meis ciuibus fastidiosis diuina beneficia subtraho; quia sicut tempore famis, nemo in Iudæa est dignus repertus hospitio Eliæ, sed extera gentis vidua est quæsita, quæ à tanto Propheta visitaretur.* Et addit *Et sicut multis leprosis ibidem existentibus solus Naaman Syrus, qui deuotè quæsiuit, est curatus: ne & vos modo, qui me ex inuidia spernitis superno lumine estis priuati non causa mea impotentia.* Quasi dicat, ego quia conciuis vester sum vobis fastidiosus: Ideo non mire nunc quod vos deseram sine miraculis, sicut Elias suos dereliquit, & tempore famis succurit viduæ Sareptanæ Gentili.

Fastidiosi sui conciues, & domestici ingrati, & inuidi.

452 Amb. in Gloss. ord. citat.

4. Responsio Ambrosij in Gloss. citati. *Hinc declaratur quod frustra opē misericordiæ cælestis expectes, si aliena virtutis fructibus inuides: aspernator enim Dominus est inuidorum, & ab his qui diuina beneficia in aliis persequuntur miracula suæ virtutis auertit.* Quasi dicat, aspernatores beneficiorum quæ in Creaturis relucent virtutis, vel scientiæ Deus quasi impios odio habet.

Aspernatores Deus odio nimis habet.

453 Chrysost. in Cath.

5. Responsio Chrysostomi in Cath. citati. *Elias cælestis homo qui nec tectum, neque mensam neque amictum habebat, clauem cælorum gerit in lingua, & hoc est, quod dicitur, Quando clausum est cælum tribus annis, & mensibus sex.* Quasi dicat Sancti viri pœnitentes veritates cum Zelo prædicantes sicut Elias, linguæ eorum claues sunt Regni cælestis; quia cælum Elias serauit, terramque reddidit sterilem, & regnabat fames, & corpora consumebantur.

Prædicatores zelantes Dei honorem lingua eorum cælum claudit & aperit.

454 Beda in Cath.

6. Responsio Bedæ: *Naaman qui decorus interpretatur populus significatur nationum, qui septies lauari iubetur quia illud Baptisma saluat, quod septiformis spiritus regenerat.* Quasi dicat, caro post lauacrum, sicut pueri apparet, quia mater gratia omnes in vnam parit infantiam.

Baptismus candidos facit.

455 Auct. mens.

7. Responsio meo videri, Christus posuit exempla sacræ Scripturæ in Elia, & Eliseo, vt confunderet ingratitudinem Nazareorum conciuium suorum; quia vterque Propheta ab alienigenis, & extraneis nimis honorificati sunt, & de fama miraculorum eorum lætificabantur, etiam vsque ad cælum exaltabant; conciues vero Christi audita fama miraculorum Christi torquebantur, & coram populo, & turbis inhonorabant eum, & vsque ad profundum, & abyssum infamiæ vilipendebant, prodigiaque mendacia & composita esse persuadebant.

Domestici inimici crudeles.

DIFFICVLTAS IV.

Quare dicitur, quod repleti sunt omnes ira hæc audientes?

QVæritur, qua occasione, qui antea admirabantur de Christo, ita contra illum repleti sunt? 456

1. Responsio Lyrani sua in glossa? *Quia præponebat eis gentiles, quos abominabantur sicut canes.* Quasi dicat, insuperabile odium oritur contra præcedentes indignos in honore & dignitatibus.

Lyran. sua gloss.

Odium indicibile indignos cedere in dignitatibus.

457 Græc citat. in Cath.

2. Responsio Græci, *Quia prauam intentionem eorum redarguebat, ideo indignabantur.* Et addit: *pro eo etiam quod dixerat hodie completa est hæc Prophetia arbitrati sunt, quod se ipsum compararet prophetis, ideo indignabantur, & fugant eum extra ciuitatem.* Quasi dicat, loco gratitudinis indignati sunt: nam Isaias quod Messias, cum veniret in mundum, daturus erat cæcis visum, pauperibus Euangelizare, &c. quia amicis, & conciuibus dixit veritatem, vt gauderent de aduentu Messiæ ea propria sua patria, non solum gratulantur sed ira repleti eum occidere prætendunt.

Mala intentio ... serpens.

458 Ians. in concord.

3. Responsio Ianseni: *Tam impotenti malo detinebantur superbia, quod non patiebantur alios præferri, sed nec morbos suos detegi, & notari.* Quasi dicat, Nazareni tam ingenti ira repleti sunt, eo quod notarentur à Domino de incredulitate, & inuidia, & eis alios anteponeret, & gentibus diceret esse peiores, quod raptim contra Christum surrexerunt, apprehendentes eum, ideo sequitur, & eiecerunt eum, &c.

Inuidi videntes literatos honorari torquentur.

DIFFICVLTAS V.

Quare dicitur, quod surrexèrunt, & eiecerunt eum extra ciuitatem?

QVæritur, quomodo eiecerunt Christum extra ciuitatem isti Nazareni? 459

1. Responsio Ambrosij in Cath. citati. *Neque mirum si perdiderunt salutem, qui eiecerunt de suis finibus Saluatorem; Dominus autem, qui docuerat Apostolos exemplo sui omnia fieri, nec volentes repudiat, nec inuitos alligat, nec eiicientibus reluctantur, nec cogentibus deest.* Et addit, *Non mediocriter inuidia proditur, quo Charitatis oblita in acerba odia causas amoris inflectit.* Quasi dicat, volentes eum apprehendere, & ira incensi, expellere vi extra ciuitatem; quia docuerat percutienti vnam maxillam, alteram exhibere: nam signum insigne Charitatis est amare quem si beneficia superuenere amor in odium conuertitur, vt Tacitus in annalibus ait.

S. Ambr. in Cath. citat.

Ingrati beneficia recepta in odium conuertunt & hoc abominabile est peccatum.

2. Responsio Lyra sua in glossa; *Eiecerunt illum extra ciuitatem, tanquam dignum morte, vt illum interficerent.* Quasi dicat, ipsi fuerunt repleti furore & ira, & cum essent iudices, & caput Synagogæ facti sunt accusatores, & testes iniqui, & tortores & ministri Iustitiæ & expulsionibus, quod nostro idiomate dicitur, *à empellenes* 460.

Lyra sua in glossa.

De iudicio ablatus est Christus quod iniquorum est ministrorum.

empellenes y delos cabeçones, eiecerunt eum de ſynagoga, & extra ciuitatem adduxerunt.

461 Caietan. cit. Pſal.57. n.6. *Furor ſerpens venenoſus.* 3. RESPONSIO Caietani, *Ex furore ducentes illum eiiciendo.* Quaſi dicat, furor ducebat, & docebat illos, quia erant inebriati ira & indignatione; quia ſcriptum eſt Pſalm. 57. num. 6. *Furor illis ſicut in ſimilitudinem ſerpentis, &c.*

462 Ianſ. in concord. c. 55. 4. RESPONSIO Ianſenij in concord. cap. 55. *tam ſerpentino & venenoſo furore repleti erant, quod nec diei religio, nec ratio amoris debiti eius, & eius tali tam in illos beneficio non retraheret a ſcelere tanto.* Quaſi dicat. Huiuſmodi ſane exemplum etiam hodie: & ſemper in multis *Veritas odiū parit.* obſeruare licet, qui cum hominis cuiuſpiam doctrinam, & vitam non poſſint non commendare, tamen cum vel leuiter, & modeſtiſſimè eorum mores ab eo notantur, mox mutatis animis, nihil non in illius perniciem moliuntur, cælum terræ miſcentes, in quibus impletur illud Prouerb. 15. *Non amat peſtilens eum, qui ſe corripit.* Et Amos cap. 5. *Odio habuerunt corripientem in porta; & loquentem perfectè abominati ſunt.* Et Eccleſ. 9. *In ſynagoga peccantium exardebit ignis, & in gente incredibili exardeſcet ira* vt in Nazarenis patet.

Prouerb. 15. Amos c. 5. Eccleſ. 9. *Congregatio repleta ira & paſſione abominabilis Deo.*

463 Auct. mens. *Applauſus inuidos ſequit.* Olex cap. citat. *Miniſtri Phariſæi ſimulant ſanctitatem, & obſeruantiā ſtrictam.* Sed mihi ſemper viſum eſt, quod non ſolùm ex liuore & mala volontate ſurrexerunt in die Sabbathi, & in ſynagoga. Sed hoc tanquam politici aſtuti excommunicatorum conſilio fecerunt, vt plebem congregatam ad concionem perturbarent, & auerterent ab inclinatione & affectione, qua attentè Chriſtum audiebant verba Iſaiæ de ſe explicantem; ideo non minus indignati ſunt de applauſu & acclamatione populi quàm ira repleti ex liuore, & inuidia procedente, & hoc faciebant in die Sabbathi vt plebs aduerteret, quod Chriſtus erat blaſphemus contra legem Dei, propter quod dies ſacratus non frangebatur manus in eum iniiciens & extra ciuitatem eiiciens.

DIFFICVLTAS VI.

Quod duxerunt eum vſque ad ſupercilium montis vt præcipitarent eum?

464 QVæritur, an coactè, & vi duxerunt Chriſtum vſque ad ſupercilium montis, an ſponte, & paulatim ambulando?

Ambr. cit. *Compedibus ſtrictiſſimis amor amantes ligat.* 1. RESPONSIO Ambroſij in Cath. citati. *Simul intellige non ex neceſſitate fuiſſe corporis paſſionem: etenim quando vult capitur, & quando vult, elabitur.* Quaſi dicat, omnia quæ Chriſtus patiebatur ſpontanea voluntate operabatur; Et ita licet manibus apprehenſum ducebatur plus manicis, & compedibus amoris tenebatur, quia vincula charitatis vrgent nimis & plus.

Beda in gl. ordin. *Conciues æmulatores Diabolo peiores.* 2. RESPONSIO Bedæ in gloſſa ordinaria citati. *Peiores ſunt conciues Nazareni Diabolo, Chriſto Domino; ille verbo ait, Mitte te deorſum Matth. 4. iſti facto mittere conantur,* Quaſi dicat conciues & domeſtici liuore repleti peiores ſunt Diabolo, quia domeſtici quotidie in facto eſſe mortem contra nullum zelantem gloriam Dei machinantur; Diabolus vero inſtigat, & cogitationes in ſuggeſtione Chriſto poſuit.

3. RESPONSIO ex Caietano in explanatione litteræ: *Notata ſunt, quod nuſquam inuenimus in ſacra Scriptura iniuriam facti irrogatam Chriſto niſi à conciuibus ſuis.* Quod ſic intelligo quod conciues fuerunt executores, vt in caſu præſenti, vel promotores in eius paſſione. 466 Caiet. in explicat. lit. *Domeſtici luxus lumen conſumitur.*

4. RESPONSIO meo videri, Duxerunt Chriſtum vſque ad ſupercilium montis, vt præcipitarent illum, duplici de cauſa. Vna, vt eximiam Charitatem oſtenderet, circa malignantes, quia multa inquirit amor, quæ nunquam vel raro fieri ſolent, & ſic peregrina inuẽtione iſta charitatis dimiſit ſe vinci, teneri, apprehendi, & ſuper ſupercilium montis ferri, vt è manibus eorum videretur elabi, & ſic corda eorum per manſuetudinem Chriſti conuerterentur. Vel hoc fecit, vt potentiam, & diuinitatem ſuam oſtenderet, illos irridens, & fruſtraneos relinquens. Ideo dicitur; *Ieſus autem tranſiens per medium illorum ibat.* 467 Auct. mens. *Duplex in Chriſto intentio.* *Amor ſemper impoſſibilia intentat.* Lucæ 4.

DIFFICVLTAS VII.

Quare dicitur Quod Ieſus tranſiens per medium illorum ibat?

QVæritur, an Chriſtus inuiſibilis factus euolaret ab oculis inimicorum ſuorum? 468

1. RESPONSIO Chriſoſtomi. *In quo, & quæ ſunt humanitatis, & quæ ſunt diuinitatis oſtendit; ſtare enim in medio inſidiantium, & non apprehendi diuinitatis eminentiam oſtendebat; diſcedere vero, diſpenſationis approbabat myſterium.* Quaſi dicat vnionem hypoſtaticam vtriuſque naturæ diuinæ & humanæ in vno ſuppoſito, in iſta actione monſtrauit diuinitatem ſtando ſine læſione inter tot, tantoſque æmulos; humanitatem vero; quia paulatim ſine offenſione perſonæ ſuæ diſceſſit ab eis. Chriſo. cit. in chat. *Suppoſitū diuinū naturā diuinam terminat.*

2. RESPONSIO Lyrani ſua in gloſſa: *Tranſiens per medium illorum ibat virtute diuinitatis, qua poterat ſic ſeruare illæſum quando volebat.* Et addit Lyra. *Dicit autem Beda, quod cum Dominus de manibus eorum elapſus, de vertice montis deſcenderet & ſub rupe latere vellet, ſubito ad tactum Dominicæ veſtis ſaxum illud ſubterfugit, vt inſtar ceræ ſolutum quendam ſinum efficeret, id eſt, concauitatem, in qua Dominicum corpus reciperetur; in quo loco omnia lineamenta, & rugæ veſtis, & veſtigia pedum in rupe apparent adhuc, ſicut teſtantur, qui viderunt.* In Gloſſa vero ordinaria eadem verba habentur addita tantum modo. *Hæc veluti diuini ſculptoris expreſſa manu ſeruantur.* Et S. Thomas ſua in cathena eandem ſententiam refert ex Beda & multi alij auctores, eadem referunt, quo ſuppoſito neſcio quo fundamento Maldonatus, tanquam fabuloſum hoc refutat, quemadmodum & auctores aſſerentes, *Quod Dominus voluntates inimicorum mutaſſet*, Et refutat Auctores, qui dicunt, *Quodammodo exiſtimaſſe, quod manu tenuiſſent Chriſtum, & ſe prehendere non poſſent.* 469 Lyran citat. in gloſſ. Beda in gloſſa & in Cath. S. Th. citat. *Prodigiū in præcipitatione Chriſto illato.* Maldonatus in c. 4. Luc. *Falſum & fabuloſum reputat prodigium rupis narratum.* *Apprehenſio phantaſtica nihil facit in re.*

3. RESPONSIO Caietani in Euangel. *Inuiſibilem illis ſe reddit poſtquam fuit in ſupercilio montis,* 470 Caietan. in Euang.

monstis, & sic per medium illorum transiens, iuit, quo voluit, remanentibus illis delusis, vt vel sic occasionem resipiscendi haberent. Quasi dicat, multiplicat Christus miracula, vt reprobi inimici mitescerent, sed amor in odium conuertebatur.

Christus se inuisibilem facit. Ingrati amorem in odiū vertunt.

471 4. Responsio Tyti Bostrensis in Glossa citati: *Non ideo per medium illorum transiens ibat, quod crucem fugeret, sed quod tempus eum ad rem idoneam, nec dum adesse.* Quasi dicat, incipiebat Christus Euangelium disseminare, & expectabat tempus prædefinitum à Patre, vt moreretur: non quia mortem tenuebat, sed obedientiam seruabat, & spontaneam semper voluntatem moriendi, non vi, & ad placitum inimicorum suorum.

Tyt.Bostrēs. *Omnes Christi passiones voluntaria.*

472 5. Responsio Iansenij sua in concordia cap. 55. *Hæc oratio sic ordinanda est, vt illud per medium illorum coniungatur cum participio transiens, non cum verbo ibat: nam Græci ita legunt ipse autem cum transisset per medium ipsorum, ibat, vel potius abibat, quo voluit.*

Ianś in concord.c.55. trāś.græc.

Christus omnia quæcumque voluit fecit.

473 6. Responsio mea cohæret cum textu Græco, quia transiens per medium illorum nil aliud indicat nisi maiestatem & grauitatem alicuius magnæ personæ, qui ministrat & profert verba magni ponderis, vt Christus in alia occasione ministrauit: *Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat.* Sic per medium illorum ibat ministrans verba salutis, & increpans duritiam cordis eorum, quia conciues, & consanguinei calumniabantur, quæ credere, & stimare deberent, & suspensos & attonitos transiens reliquit eos *con la palabra en la boca* vt Hispani dicunt; Et ideo dicitur ibat, verbum quod indicat affectum suspensionis & admirationis. Quasi diceret. *Quedaronse atonitos sin saber lo que les auia a contendo.*

Maiestas Christi in actionibus grauibus. Ioan.c.8. *In medio Magister legit & docet.*

Ire admirationem indicat.

TRACTATVS DVODECIMVS,

Ad Mores *In cap. 4. Lucæ de Propheta in patria sua non accepto.*

DIFFICVLTAS VIII.

Ad Mores.

Quare dicitur, quod Christus dixit conciuibus suis, Vtique dicetis mihi, Medice cura te ipsum.

474 Quæsitum fuit de motiuo & occasione huius sententiæ à Christo prolatæ?

Beda in litt. citat. *Sacra pagina requies fastidiantium.*

1. Responsio fuit Bedæ in litera citati; *Quia Christus in synagoga reuoluit librum sacræ Paginæ, & explanauit locum Isaiæ in fauorem verbi diuini incarnati.* Quasi dicat, Christus agitatus opprobriis ciuium suorum intrauit in synagogam, & vt requiesceret accepit sacram paginam, & impij æmuli liuore torquebantur. Vnde interrogat Oleast. Quare Balaam Propheta impio & peruerso Regi Balac dixit Numer. 23. *Quod videre me fecerit Dominus nuntiabo tibi?* Sic Paginus. Et respondet, *Quia iusto Dei iudicio per Prophetas nuntiantur malis bona iustorum, vt hoc modo eos magis torqueat, & deterreat.* Quasi dicat, sicut iusti persecuti requiescunt legendo sacram scripturam, & in Prophetis vacando, ita impij torquentur, audiendo suam damnationem per ora ipsorum & præmia iustorum: Ideo Nazareni torquebantur, audiendo Prophetiam Isaiæ, quæ mirabilia de Christo prophetizabat, & Christus eisdem verbis sacris à persecutionibus iniquorum respirabat.

Oleast. in Num. 23. Trāś.Pagn. *Impij vocibus Prophetarum torquentur.*

475 Hinc Tertulianus in Apolog. aduers. Gen. c. 1. *Cæterùm inaudita si damnent, præter inuidiam iniquitatis etiam suspicionem merebuntur alicuius conscientiæ nolentis audire quod auditum damnare non possint.* Quasi dicat, si sacrã paginã explanatã per Christum sincero animo audirent Nazareni; sine dubio auscultarent veritatem, sed sine intelligentia litteræ inuidia obcæcati, & liuore repleti Christum non audire signum deprauatæ conscientiæ & crassæ, supinæque ignorantiæ fuit; quia verba Isaiæ & sacræ paginæ audita animos lassos requiescunt, & respirationem afflictis, & mærentibus præstant. Propter quod Christus fatigatus à conciuibus assumpsit librum & legit locum Isaiæ, complacuit, & explanauit, & requieuit.

Tertul. in Apolog. aduers.Gen. cap. 1. *Sacra scriptura respirare facit.*

476 Hinc Alredus citatus in allegor Tylm. interrogat, quare Genes. 24. dicitur; *Exiit ad me Isaac in agrō.* Et respondet: *Dico vobis fratres, nil poterit aduersi contingere, nil tam triste vel amarum emergere, quod non mox, vt pagina nos sacra exceperit, ac euanescat citius, aut facilius toleretur.* Et addit: *Hic est ager in quem Sanctus Isaac inclinata iam die pergit ad imitandum, vbi ei occurrens Rebecca illum qui acciderat sua suauitate lenit dolorem.* Et pergit sanctus Doctor. *Oneri mihi sunt cuncta quæ video, si quis loquitur.*

Alred. in Alleg. Tilm. in Gen. 24. *Qui vacant litteris mærores & tristitiam expellunt.*

vix

Christus legens Sacram paginam fastidium abiecit.

vix audio, vix sentio in modum silicis cor obduratam haret lingua oculorum vena siccatur. Quid tunc? Exeo certe ad meditandam in agrum, sacrum reuoluo codicem, meditationes meas certe imprimo, cum subito mihi occurrens Rebecca, scilicet, tua Sancta gratia (Iesu bone) sua luce tenebras discutit, pellit fastidium, duritiam frangit, mox suspirius cedunt lachrymæ & lachrymas cæleste gaudium comitatur. Quasi dicat, ideo Christus sacram paginam reuoluit, quia fastidiosus erat de opprobriis & ingratitudinibus patriæ suæ, & cum locum Isaiæ inuenit, requiem accepit; ignorantes vero Nazareni intuitu verborum Dei, & sacræ scripturæ indignantur quia idiotis sacra pagina aculens, & tortor crudelis est. Vnde D. Alredus ait: *Infelices, quos cum tristitia quoque perturbant; non in hunc agrum scriptura sacra ingrediuntur, vt gaudeant.* Ideo Beda asserit, quod ex occasione libri accepti à Christo, indignati sunt conciues, & Christus ad obturatas cogitationes respondens dixit, *Vtique dicetis mihi, medice cura te ipsum.* Quem sensum postea explicabimus.

Alred. citat.

Beda citat. *Infelices Religiosi et osi.*

477 Iansen. in litt. citat.

2. Responsio fuit Iansenij in litter. citat. *Erant aliqui maligni, qui considerantes humilem progeniem Ioseph caperunt simplices & bonos a vera Christi opinione auertere, Christum propter suos viles parentes contemnentes.* Quasi dicat, à miraculis se abstinuit in patria sua offensus propter vilipendium, quod in Matre sua & Iosepho exhibitũ, quia semper honorificentiam maternam pluris habuit. Vnde Petrus Galatinus lib. 7. *Tam ingens, tamque immensus fuit ab æterno Dei in Matrem Messiæ amor, vt propterea Israeliticum populum sibi peculiarem fecerit, eo quod ex ipso proditura esset.* Quasi dicat, licet duræ ceruicis populus fuerit, & ad idololatriam propensissimus populus, tamen Dei peculiaris dicitur in Virginis gratiam, quæ ex illo populo, vt rosa è spinis prodire debebat: nam nihil honoris haberent Israelitæ nisi per Mariam.

Parentes etiã humiles honorandi.

Galatinus lib. 7. c. 11. *Maria virgo honorificẽtia populi Dei.*

Rosa sine spinis Mater Christi.

478 Galatinus citatus Rabbi Hacados. *Petra primaria excissa sine manibus Maria Virgo.* Galatinus & Rabbi Nehemias.

Et confirmat hoc Galatinus ex sententia Rabbi Hacados quem Hebræi Magistrum sanctum appellant, qui ait: *Videns Deus ex Israel excidendam esse petram sine manibus, quæ est petra primaria, ex qua Messias futurus est, qui extendet misericordias suas super vniuersum orbem, propterea vocari voluit Israel patrem vniuersi orbis, ac populum suum peculiarem.* Per primariam autem petram intelligit ipse Galatinus Matrem Christi, & comprobat ex sententia alterius Rabbini, qui vocatur Rabbi Nehemias, qui ait: *Hæc petra est mater Regis Messiæ, cui gloriam suam, omnemque honorem, beneficia omnia, & diuinæ prouidentiæ signa debet populus ille Iudaicus.* Quasi dicat, si Iudith cap. 15. n. 10. gaudentes omnes conciones populi sui acclamantes dixerunt; *Tu honorificentia populi nostri, quare virgo Mater Dei non est dicenda honorificentia populi Nazarenorum. Quare ergo Christus ex eius vilipendio, & contemptione non esset offensus.*

Iudith c. 15. numero 10. *Qui Mariã matrem Dei honorat Christum exaltat.*

479. S. Bern. & Doct. Ambr. ex nostra fer. 4. p. 2. Nouæ. cœlesti in vmbr. Virg lib. 4. *Propter Mariam præseruatio Adamus & Eua post peccatum ab suns annihilati.*

Si Adam & Euam ex opinione D. Bernardi & doctissimi Doctoris Ambrosij ex nostro Ordine serm. 4. p. 2. *Post peccatum dicunt annihilandos, nisi Virgo in eorum lumbis fuisset. Et amplius dicunt, quod propter amorem matris suæ præuisa præseruauit Deus Noe de diluuio, Abraham de cæde Regum, Isaac de Ismael, Iacob de Esau, & populum Iudaicum de manu Pharaonis, & de captiuitate Babylonis, Dauid quoque de leone, Goliat, & de Saulo.* Et addo quod choris Angelorum, & generi humano honorem Virgo præstauit, quomodo ergo expulsus propter paupertatem Ioseph & Virginis inhonorantibus, & dicentibus, non est hic filius fabri non fastidiaretur, & miracula in patria sua operari renuisset? Vnde tam Christus, quam mater eius de conciuibus suis Nazarenis rationabiliter conqueruntur, vt in Ps. 68. dicitur. *Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ*, id est, Nazarenis qui illum inhonorabant propter progeniem humilem Ioseph & Mariæ, quæ in Cant. etiam de conciuibus conqueritur dicens Cant. 1. n. 5. *Filij matris meæ pugnauerunt contra me.* Quasi dicat, Charus populus virgini, à quo Virgo nata, sed ab eo ægrius opprobria pertulit, vt altius eius pectori dolor insederit ob opprobrantium crimen, quo charior populus erat Christo, & matri suæ, vbi Philipus Abbas lib. 1. cap. 11. in cant. interrogat. *Cur Virgo non conqueritur* de gentilibus, sed de *Filiis matris suæ, hoc est conciuibus?* Et respondet: *Suos tantùm Virgo commemorat, quia recto iudicio plus molestat, qui cum deferre debuit, dehonestat, qui cum in sinu eis speranda esset requies, vt amici quem fouere debuerat tradit manibus inimicorum.* Quasi dicat, quia maior offensa est, quæ à magis noto, à magis amico, & à maioribus donato beneficiis, altius doloris vulnus manus infligit, grauius amantis animum exulcerat, qui sæuit in amantem, & quem honorare debuerat, inhonorat opprobriis; quia bis malum est, qui iniurias pro beneficiis benefactori reponet, & cumulum sceleribus addit, qui donis cumulatus dantem lædit. Ex quo cum progenies Christi ex Maria, non sulum Regalis ex prosapia Dauid esset, sed & suis virtutibus, & excellentiis Iudæam illustrasset: Nazaræi hac de causa in amaritudinem versam iniuriis labefactabant doctrinam Christi dicentes *Nonne hic est filius Ioseph*, & propter hoc plebem ab eo separare conabantur.

Mirabilia mundi propter Mariam operantur.

Psalm. 68. *Maria Virgo de Nazarenis conqueritur.*

Cant. 1. n. 5. *Dolor ingens à domesticis exprobrari.*

Philip. Abb. lib. 1 c. 11. in Cant.

Vulnerari ab amico crudelis dolor.

Bis malum iniurias pro beneficia recipere.

Lucæ cap 4.

480 Anselm in epist. 3. ad Philip. *Vilipendere se debet homo sed non ab alio vilipẽdi.*

Vnde Anselmus Nobilitatem Pauli exaltans ait in epist. 3. ad Philip. cap. 3. *Non putetis me contemnere, quod non habeo; quid enim magni est, si homo abiectus, vel plebs ignobilis contemnat nobilitatem. Habeo ista, sed contemno, & ideo vos doceo illa contemnere, quoniam videtis me habere, quod contemno.* Et addit Anselmus: *Nam si aliquis alius à me diuersus est, hic vos decipere quærit confidens in carne.* Quasi dicat nobilitatem, & claram progeniem habere honum est, & laudabile, sed contemnendam à proprio Domino non ab alio iniuriam proferente, & opprobria cogitante: nam vilis & cuius parentes feces Republicæ fuere, quomodo potest nobilitatem propter Deum abnegare; qui vero habet & contemnit summis laudibus est exaltandus, non vituperandus, vt Christus, qui cum in forma Dei esset, & ex parte matris Regali ex progenie dicebat tamen, *Vermis sum, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Sed cum alij improperabant, eis respondebat. *Et vos inhonorastis me.* Et hodie Nazarenis improperantibus quia ex humili Ioseph prosapia descendebat, nimis est vsus à miraculis in patria se abstinuit, & causam reddens ait: Vtique diceris mihi, medice cura te ipsum, vt Iansenius adnotauit.

Lucæ 11. *Ingrati non merentur honores.*

Iansſ. citat.

3. Ra

481 3. Responsio Lyrani citati in littera. *Sicut medicus prius se & suos curat, quam extraneos. Sic si tu miracula faceres in propria patria, priusquam cum extraneis patrasses.* Quasi dicat ô quanta amor dulcis patriæ mala operatus est, quia multi sicut Nazareni solum quia ex patria sua erat Christus miracula petunt, & ipsi contra rationem & iustitiam operantur, non alio prætextu, nisi quia ex eadem patria, vel natione sint. Vnde interrogat Oleaster, quare Genes. 12. *Abrahe dicit Dominus. Vade tibi è terra tua.* Sic Pagninus. Et respondet, *Quid impedimenti perfectione afferat patria & paterna domus, & consanguinei ad viuum locus hic depingit. Vnde quos Dominus erudire vult segregat ab amore patriæ.* Quasi dicat, fidelis seruus & prudens familiam suam & patriam in supernis collocat, non in conciuibus se obcæcat, & captiuat intellectum per voluntatem; sed è contra, voluntatem per intellectum illuminat. Hinc Oseæ 2. dicitur: *Ecce ego seduco eam, & ire faciam eam in desertum?* Sic legit Pagn. Vbi Oleast. citat *Expende verbum Seduco & considera, quod etiam ad ea, quæ nobis maxime vtilia sunt, oportet Deum nos seducere.* Quasi dicat ab amore patriæ, & conciuium prudentes viri toto conatu seducere se debent; quia inordinatus talis affectus, ea quæ licere sibi solum cogitat, etiamsi illicita quæque sint.

Lyran. cit. in lit. — *Amor inordinatus Patriæ sanorum in iniurias operatur.* — *Oleast. in Genes. 12. Trãs. Pagn.* — *Voluntas cæca intellectũ regit apud illos passionibus repletos.* — *Oseæ 2. Transf. Pagn. Oleast. cit.* — *Affectus conciuium reprobus.*

482 Hinc Tertullianus lib. aduersus Gent. fol. 29. *Ideo negatus quia vultis non quia debuit non licere,* Vbi Pamelius addit. *Vbi amor patriæ, & non ratio dominatur, non iudices sedere in Capitolio sed Tyrannos demonstrat, quorum proprium illud est, Sic volo, sic iubeo, sufficit pro ratione voluntas.* Quasi dicat, congregatio Tautorum in vasis populorum est, vbi amor populorum & patriæ iudices ducit, non ratio & iustitia, quia tunc prudentes, litterati, sancti, & benemeriti viribus, & passionibus succumbunt non legitimè superantur. Hinc Seneca lib. 2 de Benefic. cap. 14. *Sæpe enim noxia concupiscimus, nec adipiscere, quam perniciosa sint licet, quia iudicium interpellat patria affectus.* Et Ambros. lib de bono mortis: *Errat oculus, vbi patria erat affectus.* Quasi dicant, cum actiones, & promotiones affectibus terrenis indicantur totaliter, & ab omnino abiecta ratione aberrant.

Tert. lib. aduers. Gent. fol. 29. — *Congregationes impiorũ amicos solos, & conciues honorãt etiã si immeritos.* — *Senec. lib. 2. de Benefic. cap 14.* — *Ambr. lib de bon. mort.* — *Affectus inordinatos circa amicos & conciues odit Dom.*

483 Vnde interrogat Basilius Seleucios orat. 3. in Adamum. *Quare cum Eua esset in Paradisi fœlicitatibus constituta, & gratia, & iustitia originali munita. Quare vidit quod bonum esset lignum ad vescendum Gen. 3. n. 6.* Et respondet; *Quia anima passionum vinculis impedita cum oculo defixo ad terram malum communicauit.* Quasi dicat, commota sunt omnia fundamenta spiritualia & cælestia. Ex quo terrenis paradisi affectibus communicata sunt. Et addit Sanctus: *Qualia enim sunt animæ consilia talis & corporis motus.* Quasi dicat, affectus terræ paradisi tenebras offendit illi, vt rem aliam ab ea, quæ reipsa erat, cerneret lignumque mortiferum pulchrum & delectabile videretur, quia oculis iam passionibus terræ inclinatis respexit illud. Hinc Seneca Epist. 3. *Cum amico delibera, sed de ipso prius post amicitiam credendum est, ante amicitiam indicandum.* Quasi dicat, sicut amicus examinandus est, ita & conciuis & conterraneus, ne obiectis oculis, & sine ratione delibe-

Basil Seleuc. orat. 3. in Adam. Gen 3. n. 6. — *Oculus Euæ quia terrena vidit mundũ dissipauit.* — *Oculi passionibus offecti vos mutant. Senec. epi 3.*

tes; solum quia amicus meus est, vel quia ex Patria conciuis. Neque sis sicut medicus, qui prius notos, & consanguineos suos curat; postea ignotos, sed omnes æqualiter, & bene curare debeat. Ideo desideria Nazareorum conciuium Christ. exprobrauit dicens: vtique dicetis mihi: Medice cura te ipsum, idest, fac mirabilia in patria tua, prius alias nequaquam credemus tibi, vt Lyranus adnotauit.

Medicus bonus æqualiter curat — *Lyran. citat. supra.*

DIFFICVLTAS IX.

Quare Christus respondit, Nemo Propheta acceptus est in Patria sua?

QVæsitum fuit, quare Christus respondit, quod contemnentur opera mirabilia in patria propria? 484

1. Responsio Cyrilli in littera citati, *Quia ea quæ raro non contingunt, etiamsi optima quæque sint semper in patria propria contemnuntur.* Quasi dicat beneficia à memoria ingratorum propter frequentiam abolentur. Et ideo oportet, vt non passim, sed raro fiant. Vnde interrogat Oleaster, quare Exod. 17. ad hoc vt Moyses ingens beneficium à Deo acciperet dixit ei: *Tolle tecum de senioribus Israel,* Sic legit Pagnin. Et respondet: *Quia ob nostram ingratitudinem, & obliuionem beneficiorum in nos collatorum suorum munerum testes adhibet.* Quasi dicat, assiduitas beneficiorum Dei solet ingratis obliuionem causare; ideo Prophetæ solent cœlum & terram in testimonium vocare, vt si ingrati admonitionem negarent, hæc inanimata sibi facta attestarentur, quæ etsi muta nobis perpetuo sint, Deo tamen aduersus nos expedite loquuntur, cum examinantur. Et addit Oleast. Ideo Iosue 24. *Scriptum est: Ecce lapis iste erit vobis in testimonium, quia ipse audiuit omnia eloquia Domini qui locutus est vobiscum, & erit contra vos, in testimonium ne forte negetis.* Quasi dicat, ingrato immemori beneficiorum qui propter continuationem plus obliuiscitur, oportet non ei benefacere & meretur supplicium impietatis, quia pia & mirabilia non sentit.

Cyrill. cit. in litt. — *Ingrati immemores beneficiorum.* — *Oleast. in Exod. 17. Transf. Pagn.* — *Testes contra ingratos cælũ & terra.* — *Oleast. citat. Iosue 24.* — *Mis pomos loquntis, las paredes hablan contra ingratos.*

485 Vnde Bernard. super Ps. Qui habitat, *Quod ergo onus Christi? Quod onus leue? vt quidem ego sentio beneficiorum dulce onus; sed ei qui sentit, ei qui experitur, alioquin si non inuenias, si non aduertas graue onus, ac periculosum.* Quasi dicat onus beneficiorum, qui non sentit nouis beneficiis non meretur donari. Ideo Christus Nazarenis suis conciuibus dixit: *Nemo Propheta acceptus in patria sua,* quia beneficia quæ operantur circa conciues non stimantur, neque sentiuntur, cum ea recipiunt; Et ideo maioribus merentur beneficiis priuari. Hinc Hieronymus ait: *Nihil adeo exiguum quod magnifaciendum non sit.* Et interrogat, quare dicitur Gen. 17. n 5. quod *Abraham cecidit in faciem suam, &* Respondit *quia dixit illi Dominus, ne vltra vocaberis nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham.* Quasi dicat tam magnum hoc visum est Abraham beneficium, vt tandem pronus in terram ceciderit in humilitatis signum, & tanquam tantum onus ferre non posset tantam dignitatem,

Bernard. in Psal. Qui habitat. — *Beneficia nõ sentire graue onus.* — *Beneficia vilescunt propter multiplicationem apud ingratos.* — *Hier. citat. Gen. 17. n. 5* — *Beneficia minima magnificanda.*

Sancti pro minimis gratissimi.

dignitatem,& magnitudinem; quia pro magno beneficio stimauit, vt vna littera addita nomini suo Abraham vocaretur. Quasi dicat grati,& memores beneficiorum Dei nullum leue, aut exiguum beneficium cogitant, quod magnifaciendum non sit. Vnde gratitudo teste Seneca *Est semen seminatum, quod copiosissimos fructus beneficiorum exuberat.* Et quia contrariorum eadem est disciplina: Ideo gratis beneficia multiplicantur, & ingratis, qui propter assiduitatem, & continuationem in recipiendis beneficiis deteriores, & immemores fiunt,vt conciues, & paisani iustè à miraculis priuantur; quia vt Christus dixit. *Nemo Propheta acceptus in patria sua.* Quia optima quæque assiduitate, & frequentatione vilescunt,vt Cyrillus adnotauit.

Seneca de Benef. *Gratitudo semen in terram bonam cadens.*

Conciues immemores beneficiorum.

Cyrillus citatus.

486 Beda. *Dilata beneficia plus stimantur.*

Vnde Beda adnotauit,quod beneficia & prodigia adhuc perfectis,& sanctis solent dilatari,vt dilatione crescat desiderium, & desideria completa maiores Deo gratias cum admiratione producant, & stuporem omnibus ingerant, cum mirabilia expectata diu, completa videntur, quia quo plus desiderantur, ampliora & maiora beneficia à Deo exhibētur vt in partu Annæ, & Elizabeth monstratum apparet: nam de primo Chrisologus dixit serm.91. *Partus non ablatus est, sed dilatatus; quia plus admirabilis ostendatur.* Et de Ioannis Præcursoris parentibus dixit Beda. *Diuinitus est procuratum, vt prouecta ætatis, diuque coniugij fructu priuatis Ioannes parentibus nasceretur,quatenus inopinato prolis partu,& ipsos donum gratiæ afficeret, & cæteris miraculi stupor futuri Prophetæ pararet auditui.* Quasi dicat, gratius nimirum accidit, quod diu postulatur, Postquam diuturna desideria pleniore gaudio eorum mens impletur quorum expletur desiderium: Conciues vero, & conterranei quia ex nimia conuersatione, & cognitione infantili eius qui mirabilia loquitur & operatur, & si miracula faciat vilipendiis afficitur, & non stimatur,punitione digni sunt propter quod dixit Christus petentibus miracula Nazarenis suis conterraneis, *Nemo Propheta acceptus in patria sua.*

Chrisolog. ser.91. *Partus Annæ admirabilis, quia dilatatus.*

Beda in Lucam. *Gratius stimatur quod diu quæritur.*

Condiscipuli vilipendunt mirabilia operantem.

487 Caietanus citatus. *Inuidia interconciues fere naturalis.*

2. Responsio fuit Caietani citati in littera: *Directè respondit Iesus cum mansuetudine ad contumeliam dictam à Nazarenis, quod scilicet erat filius fabri; quia connaturalis est inuidia inter conciues.* Quasi dicat, curat valde Deus opprobria & contumelias supportantes sua protectione, & beneficiis innumerabilibus satisfacere. Vnde interrogat Oleaster. Quare cum concepit Rachel gratias Deo agens dixit: *Sustulit Deus opprobrium meum?* Gen.31.sic Pagnin.Et respondet: *Quia probro dabatur illo tempore esse sterilem fœminam:vnde apud Isaiam legitur, fœminas propter virorum paucitatem dicturas: inuocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum; ideo Rachelis opprobrium abstulit concipiendo,quia improperabant ei propter sterilitatem inculpabilem.* Quasi dicat, curæ Dei esse iniusta opprobria auferre cum beneficiorum cumulatu. Hinc Origen. hom. 19. in lib. Numer. interrogat, *Quare postquam Aron & Moyses fugerunt ad tabernaculum fœderis, operuit nubes eos,& apparuit gloria Domini?* Et respondit; *Quia tunc maximè gratia Dei adest cum hominum sæuitia concitatur, & tunc pacem habemus apud eum, cum ab hominibus propter iustitiam opprobria patimur.* Quasi dicat operire tabernaculum nubes debebat,quia iniuriis, iniustitiis, & calumniis replebantur,& ad protectionem, & curam Dei pertinet defendere, & honorificare afflictos, & opprobriatos.

Oleast. in Gen. 31. Trāsl.Pagn. *Curat Deus satisfacere opprobriatis.*

Origen. hom. 19. in lib. Numer. *Nubes gloriosa protegit opprobriatos.*

Hinc Bernardus interrogat, quare sponsa lacessita opprobriis sociatum suarum? Respondit Cant.1.num.4. *Nigra sum sed formosa, filiæ Hierusalem sicut Tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis?* Et respondet, *Aduerte sponsæ patientiam ac benignitatem, non modò non reddit maledictum pro maledicto, sed insuper benedixit, filias Hierusalem vocans, quæ magis pro sua nequitia filiæ Babylonis, vel filiæ Baal, aut si quod aliquod nomen improperio occurrisset appellari meruerant.* Quasi dicat sponsæ nomen non mereretur, si contra calumniantes sæuiret iniuriis. Vnde Gilbertus laudat mansuetudinem sponsæ, cum contumelias & opprobria pateretur dicens Cant.4.num.6. *Surge Aquilo, & veni Auster, persla hortum meum, & fluent aromata illius.* Quasi dicat rectus ordo surgere prius iuberet Aquilo quam veniat Auster, vt ab ordine,& nexu colligeremus viam Spiritui sancto parare sæuitiam, calumnias persequutorum, adlatrantium contumelias; horum quippe frigus Aquilo figura est, vt ex sanctis Patribus liquet, qui per Austrum spiritum Sanctum intelligunt. Insurgat ergo Aquilo, & fremat: nam aditum Austri auræ aperit. Verba & cogitatio Guillelmi sunt serm.38. in Cant.dicentis: *Ergo surgat Aquilo, sæuiat quantumlibet, fremat dummodo occasionem, & quasi vim præstet flatibus Austri.* Quasi dicat; quia vbi Aquilo abundauerit, superabundabit & Auster, vbi persequentium sæuitia insurrexerit tunc vehementior, quia & iucundior spiritus Sancti aura mentem tolerantium perflabit:vt in Christo latè patet, qui opprobriis saginatus conciuium; quia, vt filium fabri contemnebant, ipse mansuetissimè respondit *Nullus Propheta acceptus in patria sua*, Conciues & conterraneos vocans, quos illi improperabant, & insultabant vilipendentes,reddens bona pro malis, & tam inauditam honorificentiam qualis erat conciuem, fratrem, & conterraneum eorum esse ostentans, & de tali nomine glorificantem se.

488 S.Ber.in Cant.1. n.4 *Calumnias & opprobria patienter sufferenda.*

Gilbertus in Cant. c.4. num.6. *Aquilo figura persequentium.* *Auster verò spiritus Sancti.*

Guillelm. serm. 38. in Cant. *Aditus spiritus Sancti opprobria tolerata.*

Christus saginatus opprobriis. Lucæ 4. *Filius Dei conciues huмanos honorauit.*

Vnde interrogat quidam Auctor Neothericus. Quid sibi vult Dauid cum Psal.7. num.5. pronunciauit: *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis?* Et respondet; *non sibi malè imprecatur Dauid, sed quod contingere his qui sese vindicant vaticinatur; qui enim reddunt, retribuentibus sibi mala iure optimo decidunt inanes ab inimico, hoc est, à tam diuite illo thesauro, quem in manibus habebant.* Quasi dicat, iustus semper cor suum in cœlestibus mente,opere, & cogitatione superpositum habet; *Quia conuersatio eius in cælis est.* Et cum conuitia & opprobria sustinet patienter, quasi thesaurum absconditum in agro suæ conscientiæ abscondit, & quo plus conuitia, & opprobia crescunt diuitiæ & thesaurus plus multiplicantur: Qui verò retribuentibus sibi mala se vindicant, merito à thesauro isto pretioso decidunt inanes,quia si quis scientias innumerabiles habeat, si linguis hominum loquatur, si fidem habeat ita vt montes transferat; vindictam autem alicuius opprobrij in corde retinet absconditam,nil se habere putet, quia diuitias omnes spiritus

489 B. Fer.in c. 19.Gen.sect. sect.5.n.5. Ps.7.n.5.

Tolerantia opprobriorum Thesaurus absconditus.

Vindicta abscondita fermentum veneni totam massam corrumpens.

Hispanum idioma. spirituales quas reputat habere, *se le conuertiran en thesoro de duende es condido.*

490 S. Aug. Præf. in Ps. 93. Vnde Augustinus Præfat. in Ps. 93. *Qui sunt in supernis de super is cogitant; quia vbi est thesaurus, est ibi & cor suum, de ipsis cogitationibus supernorum patientes fiunt.* Quasi dicat, qui calumnia impetitur, cælum spectet, corde in Cælum feratur. Et addit Augustinus cælestium luminarium exemplo criminationum tolerantiam persuadens his verbis: *Quanta de ipsis luminaribus fingunt homines & patienter ferunt, quomodo iusti patienter debent ferre; omnes etiam de se falsas criminationes.* Quasi dicat, Sydera vocant homines, Draconem, scorpionem, canem, & alia huiusmodi. Quid illa cum audiunt tanta conuitia? Nunquid mouentur, aut non exercent cursus suos. *Sic & homo* (addit Augustinus) *qui in natione peruersa, & tortuosa habet verbum Dei, sicut luminare est lucens in sæculo, quanta falsa de ipsis luminaribus quidam dicunt, & ferunt & tolerant, & non mouentur. Quare? Quia in celo sunt; cuius ergo cor infirmamento libri est, de ista non curat.* Hæc Augustinus.

Sydera docēt homines opprobria tolerare.

Cor iusti opprobriati in celo est.

Augus. cit.

491 S. Ber. serm. 23. in Cant. Hinc, Bernardus serm. 23. in Cant. *Omnibus operanda est ista perfectio, proprie autem optimorum est forma Prelatorum: sciant quippe boni, fidelesque Præpositi languentium sibi creditam animarum curam, non pompam, cumque internum murmur, cuiuspiam illarum querula voces indicio deprehendunt, etsi in ipsos vsque ad conuitia, & contumelias prorumpentis, & medicos se non Dominos agnoscentes parant confestim aduersus phrenesim animæ non vindictam, sed medicinam.* Quasi dicat Pastoribus & Prælatis, vt animas interitui proximas propter impatientias in tolerandis iniuriis, remedium statim proferant, vt periti, & docti medici, qui effrænatos infirmos, non ad deliria, & vindictam atendunt, sed ad remedia, confestim properant, vt Christus Dominus, qui liuore & inuidia laborantes Nazareni conciues sui, & miracula ad maiorem contentionem, & illusionem petentes, vt prudens medicus remedia negationis aquæ nocentis protulit, quia sciebat esse motiua saluti eorum, & vt cognoscerent mansuetudinem, & desiderium curationis, dixit *vtique dicetis mihi medice &c.* & bene dicitis; sum etenim medicus, & vt talis protesto, & medicinam exhibeo necessariam, scilicet, miracula non facere: nam cauilosè, & malitiosè petitis, *Quia nemo Propheta acceptus est in patria sua*, & per consequēs nequ ego apud vos acceptus ero etiamsi infinita operarer miracula, quia beneficiis crescentibus frenesis ingratitudinibus per liuorem & inuidiam crescet, & contra me insanietis, vt effectus postea probauit eum præcipitare conantes.

Prælati medici in freneticos ira succensos, non attendant. Medicus de effrenatis dolet, & curat.

Prælati prudentes non placent hominibus, sed Deo.

Notiua ægrotis neganda.

Ingrati furore intensi insanire videntur.

Lucæ 4.

DIFFICVLTAS X.

Quare Elias ad viduam Sareptanam missus fuit?

492 QVæsitum fuit, quare Christus locis sacræ paginæ incredulitatem Nazarenorum increpauit?

1. RESPONSIO fuit Ambrosij in litt. citati. *Bene autem exemplis scripturæ Christus respondit, vt incredulitatem conciuium argueret fide viduæ Sareptanæ. quia exempla magis mouent quam verba.* Quasi dicat tempore famis validæ charitas viduæ Sareptanæ erga Eliam plus relucere probatur, quam inter Israelitas filios populi Dei, quia humiles, & trementes corde, simplices, & idiotæ multoties charitate, & virtutibus superant doctos Prælatos, & in supremis constitutos, diuitiisque abundant, & obligationibus suæ professionis & status deficientes. Vnde interrogat Oleaster, Quare Leuit. 16. dicitur, *Mutuando mutuabis quantum sufficit defectus eius (id est, egentis.)* Et respondet: *non vult Deus te fore parcum in distribuendo, & subueniendo fratribus tuis, quod etiam gloria tua expedire videtur, nec alius dicat se defectibus tuis potius quam proximo subuenisse.* Quasi dicat, verecundia & rubore facies diuitum, & magnatorum repleri debebant cognoscentes impietatem cordis sui, & miseriam in subueniendis necessitatibus pauperum, cum videant colonos, & vetulas pauperes buccellam panis ab ore suo abstrahere, vt charitatem, erga pauperes exerceant. Et addit Oleast. *iniurium enim tibi reputare deberes si alius te iuuaret ad subueniendum proximo, cum posses ipse solus subuenire.* Quasi dicat diuitibus durioribus saxis, stulte vt quid thesaurizas, & ignoras cui congregas ea quæ cito repetent à te? Quare liberalitatem, & charitatem viduæ Sareptanæ cum Elia non recogitas, & duritiam, & crudelitatem tuam circa egenos condemnabis, & largiri resolues quantum sufficit defectui indigentis, vt Deus loco citato Leuitici præcipiebat.

S. Ambr. citat. in litt.

Exempla magis mouent quam verba.

Idiota rapiūt cælum.

Oleaster in Leuit. 16. Transf. Pag.

Facies diuitū impiorū rubore repleri.

Oleast. cit.

Diues per se solum eleemosynas operetur.

Leuit. loco citato.

493 Beda in Exod 30. Vnde interrogat Beda, quare Exod. 30. præcipiebat Deus. *Diues non addet ad dimidium sicli, & pauper nihil minuet?* Et respondet, *quia sine magnus est meritis quisque, ac perfectus, siue tener adhuc, & in profectu positus virtutum a cunctis charitas exigitur.* Quasi dicat sine charitate impossibile est, neque magnus, neque paruus placere Deo. Et ideo Aug. lib. de natura & gratia dixit: *Charitas est, qua vna iustus est. Quasi dicat Charitas incipiens, iustitia incipiēs, Charitas proficiens, iustitia proficiens, charitas perfecta, iustitia perfecta.* Quia charitas omnia omnibus virtutibus facta est, & sine ipsa factū est nihil. Et Lypom. sua in Cath. *Nota autē non exigi integrum siclum sed dimidiū: nam charitas imperfecta est, dum peregrinamur in hoc sæculo, perficienda autem in cœlo.* Quasi dicat, prouocans ad charitatem miseros, & auaros, vt largiter pauperibus eleemosynas tribuant; quia in æterna tabernacula recipient centuplum. Quia si pro amore Dei se ipsos vicerunt in zelo charitatis, & amoris Dei effectus insuperabiliter recipient.

Sine charitate impossibile est Deo placere.

S. Aug. lib. de natura & gratia.

S ne charitate factum est nihil.

Lyppoman. in Cath.

Charitas imperfecta in mundo est.

Amor vlucrū in calo recipitur cū charitate plena.

494 Isid. in Gen. Hinc interrogat Isidorus, quare dicitur Gen. 3. *Quod collocauit Deus ante paradisum voluptatis Cherubin & gladium flammeum atque versatilem?* Et respondet: *Quia qui ad Deum conuertitur per flammeam atque versatilem, id est, per tribulationes corporales vrentes peccata sua Cherubin, id est, plenitudinem scientiæ, quod est charitas perueniet ad arborem vitæ Christi, & viuet in æternum.* Quasi dicat, simplices & idiotæ charitate repleti citius ad arborem vitæ percurrunt, quia diuites, & magistri diuitiis, & scientiis

Charitas plenitudo scientiæ.

Simplices Cherubin scientia Dei repleti.

scientiis inflati, pondere, cupiditate, & ambitione onusti ad Deum difficulter solent peruenire. Et addit Isidor. *Nemo enim potest illuc peruenire, nisi per has duas res, iuxta illud, Per multas tribulationes oportet vos introire in regnum Dei, & plenitudo legis est dilectio.* Quasi dicat, vultis scire viam paradisi perditi. *Est igitur tribulatio, quæ per dilectionem, & charitatem adimpletur.* Etsi quæras, quænam est tribulatio ista, quæ per charitatem vincitur. Respondet Oleaster, reinterrogando, quare dicitur Deut. 16. *Caue tibi ne sit quidpiam in corde tuo cum impietate.* Et respondit: *Occurrit vbique Dominus malitiæ nostræ per tentationem Diaboli: nam occurrunt homini eleemosynam volenti facere mille tentationes, si deerit mihi, quod pauperi do, si soluet, quod mutuo tradidi, si dabit Dominus centum quemadmodum pollicetur, quæ omnia forti animo per dilectionem Dei superanda sunt.* Quasi dicat, humana malitia; & fragilitas conditionis humanæ per has tribulationes tenet charitatem exercere. Sed aduerte quod per illas oportet te intrare in regnum Dei, vt Isidorus dixit. Et addit Oleaster: *Pulchrè hic locus docet, qualiter cum Deo perdere debeas; quia sunt multi qui docent homines lucrari, sed rari qui doceant perdere cum Deo, quod est maximum lucrum. Audi quod Christus dicat, Qui perdiderit animam suam in hoc mundo in vitam æternam custodit eam.* Quasi dicat, auarus qui pecunias plusquam animam facit, si illam distribuerit pauperibus, inueniet lucratum centum pro vno in vitam æternam. Et pergit Oleaster *Cupiunt homines vitam perpetuò custodire, & ignorant, quod non possunt, nisi perdendo eam propter Deum, & sic ignorant se diuites fieri perdendo pauca, quæ proximis suis propter Deum remittunt.* Quasi dicat, qui remittit pecunias ad extraneas terras lucro cessante potest aliquid propter periculum itineris retinere, sed qui pauperibus distribuit eleemosynas, sine periculo, neque damno emergente potest, & habebit pro vno centuplum & vitam æternam possidebunt; quia in regionem longinquam thesauros remittit lucris indicibilibus.

Isidor. citat. *Tribulatio & dilectio plenitudo legis.* *Oleaster in Deut. 16. Trās. Pagn.* *Tentationes contra eleemosynam.* *Isidor. citat. Oleast. cit.* *Lucro non cessante eleemosynas largiuntur.* *Ioan. c. 12. n. 24.* *Auarus plus pecuniā quā animas stimat.* *Oleast. cit.* *Damno emergente lucro cessante qui pecunias per litteras remittit.*

495 Hinc ex Glossa oritur difficultas *quomodo Genes. 4. dicitur Factum est vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino, Abel quoque obtulit ex primogenitis.* Ergo si vterque eleemosynam in templo obtulerunt, ambo meruerunt, & Deo placuerunt? Respondit Glossa: *Offert Cain de fructibus terræ sacrificium; quia terrenorum amatores cum Deum in multis offendunt largitione facultatum oblationibus Deum placari putant, contra quos dicitur, Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habeam nihil mihi prodest.* Et addit Glossa: *Omne enim quod datur ex dantis mente pensatur.* Quasi dicat; *Nihil ex condigno prodest* ad delenda peccata multitudo eleemosynarum, etiam si de *congruo adiuuent ad placendum Deo*; vt in Cornelio in Act. Apostolorum dicitur; quia cum omnia, quæ dantur ex mente dantis pensantur, si cum odio proximi, proximis cibos, & eleemosinas tribuamus nihil prosunt. Et quia sunt multi ambitiosi, qui non cum dilectione, sed cum mortali odio multa distribuunt, propter retributionem dignitatum, & largitiones istæ nihil prosunt. Vnde addit Glossa: *Iustus autem in omnibus, quæ agit per fidem, & charitatem, de quibus cætera virtutes oriuntur Deo placere contendit, quod significatur in adipibus oblatis ab Abel. Vnde dicitur Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea.* Quasi dicat sine charitate macilenta est anima & languida, & in nullo Deo placens, sicut anima Cain, qui de fructibus terræ munera offerebat, & Abel fratrem suum odio habebat. Et in Nazarenis patet, quibus munera miraculorum petentibus Christus non distribuit, quia sine fide, & sine charitate petebant, imo cum odio delectabili, & confundens malitiam illorum laudauit charitatem, & fidem viduæ Sareptanæ, quæ sincero corde & bona fide tempore famis, eleemosynam Eliæ fecit, vt corda magnatorum diuitum miserorum confunderet, quia simplices, & idiotæ cœlum nobis rapiunt, vt Augustinus & Ambrosius citati insinuant.

Gloss. ord. in Gen. 4. *Eleemosyna cum charitate & sine odio prosunt & extinguūt peccata.* *Gloss. ordin. citat.* *Cor hominis statera dolosa.* *Actor. c. 10. n. 1.* *Eleemosyna ex congruo prosunt ad placendum Deo.* *Ambitiosi largiter tribuūt propter retributionē.* *Retributio est genus auaritiæ.* *Iustus ex fide & charitate operatur bona.* *Aug. & Ambros. citati in littera.*

496 VLTIMA RESPONSIO fuit, *exageratio ingratitudinis conciuium Christi: nam cum vterque Propheta Elias, & Eliseus, ab alienigenis propter famam sanctitatis quærerentur, & honorificarentur; conciues eam denigrare, & illos persequi conati sunt, sicut & Nazareni Christum.* Quasi dicat, consimiles & socij semper famam lucidi, & litterati offuscare conantur, quod execrabile inuidiæ indiciū est. Vnde interrogat Lypoman. quare Gen. 30. *Rachel dixit Liæ, da mihi de mandragoris filij tui? Et respondit: Quia mandragoræ teste Dioscoride malæ sunt inter folia sita, & ipsa folia quarum radices puero sunt similes, humanam quippe habent effigiem; eo quod & capite porriguntur, & manibus videntur extensæ, odore quoque commendabiles sunt. Propterea in Cant. dicitur, Mandragoræ dederunt odorem.* Quasi dicat ideo Rachel contra Liam clamabat; quia fœcunda erat & illa sterilis, & famam odoris & fœcunditatis volens denigrare impossibilia petebat, similitudinē pueri saltem appetēdo, quia inuidi cùm audiunt famam cōciuis sui exaltari, contra lucidū, & litteratum falsa opponendo, clamant, vt saltem similitudinem fœcunditatis habeant propter æmulationem famosi, & extinctionem fragantiæ & odoris illius. Hinc Augustinus lib. 12. contra Faustum. *Mandragorico illo pomo figuratur fama bona, non ea quæ confertur, cum laudant hominem, pauci iusti atque sapientes, sed illa popularis quæ maior notitia, & clarior comparatur, quæ non per se expetenda, sed intentioni iustorum, quæ generi humano consulunt necessaria, de qua Apostolus Oportet etiam testimonium habere bonum ab his qui foris sunt.* Quasi dicat fama, quæ sudoribus studiorum, & exerciciis virtutum adquiritur, & per iustos acclamatur, non est despicienda sed stimanda, quia magni pretij est, & sanguineis sudoribus comparatur, & istam stulti idiotæ denigrare conantur, quia ipsi steriles ad similia sunt.

Sentent. Auctoris. *Fama à domesticis denigratur.* *Lypoman. in cath. super Genes.* *Dioscorides* *Mandragora arbor est, radices similes puero habēs.* *Domestici fratres famā lucidi denigrant.* *Aug. lib. 12. contra Faustum.* *Idiota & insipientes vituperando laudant.* *1. Thim. 3. n. 7.* *Fama per labores adquisita stimāda.*

497 Hanc famam Oleaster exagerans interrogat, quare dicitur Genes. 1. *Subiicite animantia terræ?* Sic legit Pagnin. Et respondit. *Quia non contentus Dominus dominio, quod homini tribueret, occasionem ei dedit, quæ nomen & famam augere posset.* Et addit *Nec enim eum ociari voluit, sed quod suum erat, ab animantibus & feris vindicare concessit. Recole, nec eum ociari voluit.* Quasi dicat vacare litteris hominem docuit Dominus, & non ociari, vt sic subiiceret animantia fera, & Dominium propter bonam, & laboriosam famam super ea adquireret, tum propter popula-

Oleaster in Genes. c. 1. Trās. Pagn. *Studiosi litteratis animalia & fera stulta subiici debent.*

Fama popularis fugienda. Aug. citat.

rem famam, contra quam Augustinus citatus ait: *Hanc popularem famam non assequuntur contemplatiui, studiosique & perfecti, sed hi qui in actionum periculis, & laboribus immensis versantur.*

Otiosi huc illucque discurrunt vt Cain vagi. Aug. cit.

Quasi dicat. Ambitiosi propter famam vanã die noctuque laborant in frustraneis actionibus, mundũ & curias Regũ volitant huc illucque discurrentes, vt honores consequantur, & fama vili, & inuerecunda exaltentur. Et addit Augustinus *Propterea Lia filius madragora inuenit exiens in agrum.*

Fama æterna pro studiosis.

Quasi dicat qui tota vita tanquam maledictus Cain profugus, & vagus amulat famam vanam, vel mandragoram similem hominibus solet inuenire, non veram sapientiam, quæ famam æternam adquirit.

Aug. cit.

Vnde Augustinus citatus: *Contemplatiua vero vita, quæ à vulgi strepitu remotissima est hanc popularem gloriam quantamcunque non assequeretur, nisi per eos qui in mediis turbis agendo populis præsunt;*

Honores mutant mores.

quia cum isti actiuosi, & negotiosi homines, quorum auctoritas populis clara est, testimonium perhibent vitæ contemplatiuæ quodammodo mala mandragorica per Liam veniunt ad Rachel.

Prælati actiui minus possunt contemplatiuam vitam agere.

Quasi dicat, cum per famam popularem homines dignitates consequuntur, & regimen animarum, si tunc in arduis constituti simul cum actiua vita contemplationem exercent, quasi per Liæ filium, famam Rachelis contemplatiuæ solent adquirere,

Fama vera ex virtute procedit.

quia aliquando honores mutant mores, & actiui in contemplatiuos transformantur, & fiunt tunc famosiores propter virtutum augmentationem.

498 Lyranus sua in glossa.

Vnde interrogat Lyranus noster, quare de Iudith dicitur cap. 8. *Erat hæc famosissima, quoniam timebat Dominum valde, nec erat, qui loqueretur de illa verbum malum?* Et respondet cum interlineali, *Quia ab omni specie mala abstinebat se.*

Iudith c. 8. *Fama valde bona ex ore vicinorum.*

Quasi dicat, famosa erat Iudith, propter eminentes virtutes, quibus in populo, & natione emicabat, sed famosissima valdè erat, quia non erat conciuis, aut vicinus qui loqueretur de illa verbum malum, quia non proximi, & concines inimici eius, & domestici eius.

Apoc. 14. *Virgines etiã Angeli speculantur.*

Hinc in Apocalypsi 14. dicitur, *Habebant voces quasi citharædorum & sicut quasi tonitrui magni, quia castitas virginum, de quibus Euangelista loquitur, coram Deo est suauissima musica, & coram hominibus erat quasi tonitruum; quia omnes habitatores terræ famam honestatis & castitatis virginum proclamabant. & Paulus 2. Cor. 2. dicebat, Bonus odor sumus, quia fama bona suauitatem, & odorem spargit.*

2. Cor. 2. Lucæ 4.

Et *Lucæ 1. de Parentibus Præcursoris dicitur Incedebant in omnibus mandatis Dei sine querela, erantque iusti apud Deum & homines.*

Sancti etiam ex bona fama Parearũ. Ad Rom. 12. Act. 24. n. 16.

Et ad Rom. 12. Prouidentes bona non tantum coram Deo, sed coram hominibus. Et Actor. 24. studeo sine offendiculo conscientiam habere ad Deum & ad homines semper. Quasi omnes dicant, quod iusti famam propriã & proximorum pluris faciunt; impij autem eam denigrare conantur, *Quia muscæ morientes perdunt suauitatem odoris* Eccles. 10.

Eccl. 10. *Murmurantes muscæ importunæ.* Eccl. 10. *Memoria iusti cum laudibus.*

vt Nazareni conabantur famam miraculorum Christi denigrando, quia conciuis, & conterraneus illorum erat, sed meditati sunt inania; *Quia memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescet, Eccles. 10.* Propter quod intentionem putrefactam Nazarenorum Christus agnoscens abstinuit se à largitione miraculorum, respondit eis; *Nemo Propheta acceptus in patria sua.* Sed calumniatus, & denigratus propter connaturalem inuidiam conciuium, vt Caietanus adnotauit.

Fama impiorum putrescet. Caiet. citat.

Memoria & fama Eliæ & Elisei diuulgata fuit cum laudibus inenarrabilibus apud Naaman, & viduam Sareptanam, & multiplicata propter miracula apud illos operata, quorum fidem & gratitudinem Christus conciuibus suis proposuit ad maiorem exagerationem, & confusionem ingratitudinis eorum; quia extranei prophetas honorauerunt, & exaltauerunt, ipsi vero conciues famam & honorem Christi denigrare conabantur.

DIFFICVLTAS XI.

Quare dicitur, quod repleti sunt ira hæc audientes.

QVæsitum fuit, quare qui prius admirabantur, statim ira repleti sunt. 499

Lyran. citat. in litt.

1. RESPONSIO fuit Lyrani in litt. citati; *Quia proponebat eis gentiles, quos abominabantur sicut canes.* Quasi dicat contristauit præcordia illorum, quia apprehenderunt, sed impiè & falsò, quod Christus iniustitiam illis faciebat cedendo gentilibus honores & dignitates, quia qui iudicant terram, & non faciunt iustitiam odibiles, & abominabiles sunt apud Deum & homines.

Canes latrabiles beneuoliti despecti à dignitatibus. Oleast. in Deut. 16. Transl. Pag. *Iudices loris manibus iudicent.*

Vnde interrogat Oleast. quare dicitur Deut. 16. *Iustè, quod iustum est persequeris vt viuas.* Vel vt Pagninus legit: *Iustitiam sequeris vt viuas, & possideas terram?* Et respondit, *Quia ille Præsul & iudex viuit benè & iustè, qui puram, & simplicem iustitiam non aliquid aliud vt sunt munera, & personas respicit.* Quasi dicat, sicut omni laude dignissimus iudex, & Præsul est cuius manus à muneribus lauantur, ita omni vituperio, & supplicio, qui solum ad munera respicit.

Matth. cap. *Iudices mundi manibus.*

Ideo cum Dominus *Socrum Petri, quæ magnis febribus agitabatur, manum tetigit, vt sanaret illam;* Quia manus cuiuscumque consanguinei, & ministri iudicis & Præsulis, planas puras, & vacuas debent stare, ideo manus socrus Petri, qui caput Ecclesiæ futurus erat tetigit, & tersit Christus. Vnde addit Oleast. *Isti sunt fructus iustitiæ, conseruatio ciuium, qui per puritatem & munditiam receptionis munerum declarantur.*

Fructus iustitia mundas manus habere.

500 S. Greg. lib. 9. mor. c. 13.

Hinc Gregorius lib. 9. Moral. cap. 13. *Iniustè quod iustum est, exequitur, qui ad defensionem iustitiæ, non virtutis eleuatione, sed amore proprij temporalis excitatur, & iustitiam quam prætendit vendere non veretur.*

Væ Prælatis luporum proprietatibus viuentibus.

Quasi dicat væ iudicibus & Prælatis, qui solum respectione munerum, & rerum temporalium largitione ad officia & dignitates indignos, & iumeritos promouent, & in publico zelum iustitiæ prædicant intus autem & in secreto sunt lupi rapaces, de quibus Prouerb. 14. dicitur: *Sunt viæ, quæ videntur hominibus iustæ.*

Prælati rapaces Hypocritæ. Prouerb. 14. Gloss. Ord.

Et Lucæ 16. *Væ qui iustificatis vos coram hominibus.* Quasi dicat cum glossa, Iustè iustum exequi est in assertione iustitiæ solam & veram iustitiam quærere, sed quis est hic, & laudabimus eum? Quia vt ait Psalm. *Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.*

Quasi

Quasi dicat, solus vnus, & iste est Christus, qui est rectus iudex, & iustus, qui propter iustitiam, quam prædicabat, non cessauit etiam si potentes & supremi iudices synagogæ ira repleti Christum præcipitare conabantur, & vt canes rabidi surrexerunt contra eum falsò putantes, quod antecedebat gentiles, quos odio habebant, vt Lyranus annotauit. Lyran. citat.

501 Iansen. cit. in littera. *Principes ira replentur cōtra veritatē prædicantes.* 2. RESPONSIO fuit Iansenij in littera citati. *Ira repleti sunt Pharisæi, quia non patiebantur detegi morbos suos & notari.* Quasi dicat, semper potentibus odiosa fuit veritas, & in sermonibus adulationes mēdaces amāt, veritates abhorrent, & irascuntur contra verba Dei proferentes. Vnde interrogat Oleaster, quare Exod. 23. dicitur: *Non suscipies auditionem mendacem?* Sic Pagninus. Et respondet. *Nihil in iudiciis perniciosius mendaciis; ideo maximè cauendum ab eis docet, cum iudices instruit.* Et addit: *sed hoc tempore nihil mendacio licentiosius.* Quasi dicat: expende quæso temporum nostrorum malitiam, quando tā auide mendacia, & adulationes audiuntur, veritas cūctis tā exosam est, & omnibus fastidio, maxime magnatibus, qui ira accensi contra Christum surrexerunt, vt de Synagoga eiicerent eum. Hinc Stephanus citatus in allegor. Tilm. interrogat. Quare dicitur Iudith. 5. *Cum cessasset loqui Achior, irati sunt omnes magistratus.* Et respondet; *quia qui fastu mundi superbiunt præconia veritatis audire non possunt.* Quasi dicat, non recipit stultus verba prudentis nisi placide dixerit quæ vertantur in corde eius. Et Origen. hom. 3. in Iudices: *Vinum sanos, & commodè degentes iuuat, & sicut scriptura dicit, Cor hominis duntaxat lætificat: febricitantibus verò si sumpserunt perniciem continuò, & interitum parit, ita fit vt eadem veritas vni quidem vitam, alij autem generat mortem.* Quasi dicat, pauperes, & tecti corde audiendo veritatem compunguntur elati vero diuites, Principes, & potentes irascuntur, si veritates à prædicatoribus detegantur & prædicentur, propter quos scriptum est *Potentes potenter tormenta patientur.*

Oleast. in Exod. 23. Transl. Pagn.

Veritas odiosa & fastidiosa.

Steph. in alleg. Tilman. Iudith. 5.

Stultus placitura celebrat in Prædicatoribus.

Orig. hom. 3. in Iudic.

Potentes potenter tormēta patiētur.

502 Græc. in litt. cit. *Intentiones potentium adorandæ.* 3. RESPONSIO fuit Græci in littera citati, *Ira repleti sunt potentes & magnates Synagogæ, quia Christum prauas intentiones eorum redarguit.* Quasi dicat potentes & familares à Regibus adorari, & obediri suas ab omnibus intentiones volunt, & quod ad nutum prophetizentur, & obediantur; si autem in minimo contradicuntur, ira & furore replentur. Vnde interrogat Oleast. Quare Sara contra Abraham tanta ira incensa dixit. *Oppressio seu subuersio mea super te* Genes. 15. Transl. Pagn. Et respondet. *Quod verbum Chamas in Hebræo significat oppressionem, seu intentionis punitionem, & ita erit sensus, tu dabis pœnas deprauatæ intentionis ancillæ meæ, quæ me punit, & torquet puniendo.* Quasi dicat Sara erat domina, & Princeps domus & ira incensa est, quia Abraham intentionem Agar non puniebat, & suum vilipendium non prophetizauit & executioni mandauit.

Oleast. in Genes. 15. Transl. Pagn. *Chamas Hebræa dictio idem quod punctio intētionis.*

503 Richard. de S. Vict. Prou. 4. Hinc interrogat Richardus, quare Prouerb. 4. dicitur, *Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit.* Et respondet; *Quia quod est corpus sine vita, hoc est, opus sine intentione bona, vita igitur ex corde procedit, quando per consilium intentio deprauata corrigitur: nam mors potius quam vita ex ipso procedit, quando ex consilio intentio deprauatur.* Quasi dicat, quid iuuat bonorum operum prolem gignere, & eam per intentionum deprauationem necare? vnde addit Richard. citatus: *Quale quæso, erit si liberorum nostrorum interfectores conscientia propria nos esse conuincit.* Quasi dicat quid verba, & promissiones magnatorum prosunt, si torta & cautelosa intentione à mala conscientia pronuntiantur, si ad palatum suæ voluntatis non verba fantur.

Intentio bona anima operū nostrorū.

Aulici tortuosa intentione loquantur.

504 Vnde interrogat D. Hieronymus, quare Genes. 4. dicitur Abel. *Nonne si benè egeris recipies, sin autem malè statim peccatum tuum in foribus aderit.* Vbi septuaginta vertunt. *Nonne si bene offeras, non autem rectè diuidas peccasti?* Et respondet cum B. Gregor. 3. mor. cap. 9. *Quia multa offeruntur, sed non recta intentione diuiduntur; quia qui agere dissimulat, etiam rectè offerens peccat.* Quasi dicat subtiliter multa agere, sicut potētes aulici, & dissimulata intentione fallere impium est, Deo non acceptum est, imo odibile, & detestabile. Hinc Augustinus in Gen. *Cain non rectè diuisit, qui ex maligno erat, & malè viuens, dedit Deo aliquid suum, sibi autem seipsum.* Quasi dicat, Aulici, & potentes Curiæ, ita Deo aliquid offerunt, & amicis, & seruis promittunt, quod solum seipsos aspiciunt, totum ad suam vtilitatem dirigunt, & si intentionem istam vaticinantur, & dirigere conantur, aut detegere prædicatores, ira repleti extra ciuitatem eiiciunt, ideo addit August. *Cain similes sunt omnes qui non Dei, sed suam sectantes voluntatem, id est, qui non recto sed peruerso corde viuentes Deo offerunt munus, quo putant eum vt eorum non opituletur sanandis prauis cupiditatibus, sed explendis.* Quasi dicat, non opem ferunt opera facta maligna intentione, & solum vt cupiditates, & voluntates magnatorum adimpleantur: nam si iota vnum, vel apex contra quod desiderant loquatur, vel imaginetur, tunc sacrificium in odium conuertitur. Hinc Ambrosius *Hoc est verum sacrificium primitiuum, quādo vnusquisque sese offert hostiam, & à se incipit, vt postea munus suum possit offerre.* Quasi dicat, ille verè Deo sacrificat, qui se primum sacrificat, & suam abnegat voluntatem, quia tunc intentio simplex est, aliàs nequam & fallax oculus, qui sua respicit, & odit intelligentes cor suum propter inuestigabiles versutias & malitias, quas semper in intentione versatili machinatur.

Hieron. in Gen. 4. Trāsl. 70.

B. Greg. lib. 3. mor. c. 9.

Simulata verba magnatorum duplex iniquitas.

Aug. in Gen.

Prædicatores ab impiis priuatis persequuntur.

Ambros. cit.

Voluntas verè sacrificiū & sine illa factum est nihil.

505 Vnde interrogat Glossa; quare Genes. 15. dicitur: *Tollens Abraham vniuersa hæc,* (scilicet, animalia) *diuisit ea per medium, &c. aues autem non diuisit.* Et respondet, *Animalia diuiduntur; quia opera bona debent oculis omnium patere, Sic luceant opera vestra bona &c.* Matth. cap... *Aues vero non diuiduntur, quia intentiones debent esse integræ in Dei laudem, & non diuisa.* Quasi dicat Principes antiquiores & Patres nobilitatis, ita simpliciter procedebant, quod vt Hispano idiomate dicitur: *Trahian el coraçon en la mano, porque eran de sana y limpia intençion,* quia Christo teste Lucæ cap... *Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus lucidum erit.* Et è contra, *Si oculus tenebrosus est, totum corpus tenebrosum erit,* id est, si intentio tortuosa, & maculata nulla contradicentis actio lucida videbitur eis, imo ira & furore replebuntur contra Christum, si intentionibus eorum contradixerit, aut quæ occulta

Genes. 15.

Aues & intentiones non diuisa.

Hispana locutio.

Oculus & intentio simplex.

Detegere occulta odiosā est.

Græc. citat.

occulta habent, denegat; vt Græcus citatus in littera adnotauit.

DIFFICVLTAS XII.

Quare dicitur, quod Nazareni surrexerunt, & eiecerunt Christum extra ciuitatem.

506 QVæsitum fuit, quare tam irrationabilem actionem conciues Christi fecerunt, eiicientes eum extra ciuitatem?

S. Ambr. cit. in litt. *Ira & vindicta dolores parturiunt.* Hispanum idioma.

1. RESPONSIO fuit Ambrosij in litt. citati; neque mirum si perdiderunt salutem, qui *eiecerunt de suis finibus Saluatorem.* Quasi dicat nostro idiomate Hispano: *Quien bien tiene, y mal escoge, si mal le viniere no se enoje*, id est, quanta mala hominibus superuenire videmus propter vindictam, vel voluptatem, iram, vel inuidiam, de quibus cito resipiscunt gementes, & dolentes. Vnde interrogat Oleaster, quare Exod. 32. cum Deus punitionem & vindictam populi sui ingrati sumere vellet, dixit Moysi: *Dimitte me vt irascatur furor meus.* Et respondit, quod in Hebræo sunt duo verba *tanah*, & *nicah.* Primum significat *quiescere.* Secundum *dimittere*, & erit sensus: *Dimitte me vindictam sumere, vt quiescam.* Quasi dicat, solent homines irati, cum vindictam ex hostibus sumunt quiescere iuxta illud Isaiæ: *Heu vindicabor de hostibus meis, & consolabor.* Et addit Oleaster, alia translatio ait; *Post vindictam consolatione Deum egere*, vt ostendat se inuitè, & non sua sponte ponire, & meo videri ista translatione dicitur quod post vindictam eget homo consolatione; quia contritionem & dolorem facti tenet, cum & ipse Deus quasi resipiscere de punitione & vindicta dicatur.

Oleast. in Exod. 32. Trans. Pagn. *Vindicta corda quiescũt.* Hebraa vox Tanath & Niech. Isai. cap. Translatio alia. *Vindictoquaris consolationem.*

507 Hinc Lyra interrogat, qui fuerunt illi, qui de Iephte vindictam sumentes, contemnentesque eum dixerunt: *Hæres in domo Patris nostri esse non poteris, quia filius meretricis es.* Iudic. 11. n. 2. Et respondet, *Quod fuerunt senes ciuitatis, vel fratres Iephte, qui post vindictam & contemptum necessitate compulsi, & atriti quæsierunt illum in terra Tob, & dixerunt, Veni in auxilium nostrum* Iud. 11. n. 6. Quasi dicat, nonne videris, quomodo post vindictam multa eueniunt hominibus doloribus, & afflictionibus plena, quia illi qui vindictam consulunt, cum pænitentiam, & afflictionem vindicati vident; rident, & abscondunt se. quia opprobriatus, & inhonoratus, rogatus ab inimicis verba Iephte proferre solet; *Nonne vos estis, qui odistis me, & eiecistis, & nunc venistis ad me necessitate compulsi?*

Lyran. noster in Iudic. 11. num. 9. *Socij vindicta fugiunt, & rident de panis vindicta.* Iud. 11. n. 8.

508 Hinc interrogat Oleaster, quare Consiliarij, & mòrci Iacob dixerunt illi, vt fugeret à facie Esau fratris sui Gen. 27. *Donec quiescat furor fratris sui.* Sic legit Pagninus. Et Respondet: *Optimum est, vt qui consilium dat ad malum, etiam ad remedium det. Et ad illud vitandum; quia sunt multi qui mala consilia aliis prabent ad vindictam, vel voluptatem capiendam, sed cum viderint malis affectum vident & fugiunt.* Quasi dicat, hæc sola iratis, & iracundis consideratio ad tolerantiam sufficiebat, vt de effectibus vindictæ, & iracundiæ inimici rideant. Vnde Valerianus hom. 11. de patient. *Verè dilectissimi difficile est, vt accepta iniuria dolor non in quacumque parte corporis desæuiat, sed sapientis est superuenientem dolorem, aut patienter ferre, aut fomentis melioribus temperare.* Quasi dicat effectus vindictæ, qui dolores & multoties supplicia publica sunt debent tanquam fomenta suauia homines considerare, vt à pœnis peccati vindictæ liberentur. Hinc Prouerb. 19. num. 11. dicitur 3. *Doctrina viri per patientiam noscitur.* Vel vt legit Hebræa lectio. *Intelligentia hominis differre facit iram eius.* Quasi dicat prudens & intellectu bono prædictus semper vt iram mitiget separat effectus à causa, & maiora inconuenientia cogitans, refrenat se, ne fortè vindicatus pereat, & dolore consumptus, lugeat, suspiret, & tristetur dicens: *O desdichado demi, que talh ize, O dixe.*

Oleaster. in Genes. Trãs. Pagn. *Socij implorã in prosperis vident in aduersis fugiũt.*

Valerian. hom. 11. de patient. *Pœna vindicta refrenat iram.* Prou. 19. n. 11. Trãs. Hebr. *Prudentes nõ irascuntur.* Hispanum idioma.

509 Hinc Gregor. hom. 35. in Euang. *Per impatientiam autem virtutum, ipsa virtutum nutrix doctrina dissipatur, scriptum namque est: doctrina viri per patientiam noscitur.* Quasi dicat: tanto quisque minus ostenditur doctus quanto conuincitur minus patiens. Et addit Gregor. loco citato: *Neque enim potest veraciter bona docendo impendere, si viuendo nesciat æquanimiter aliena mala tolerare.* Quasi dicat, quomodo iudex, Præsul, aut familiaris à Rege, quis potest esse, qui quamuis litteris, & acumine ingenij; repletus sit, si cohibere, & reprimere se iratum nesciat, ideo Chrisostomus hom. 34. *Hoc signum certissimum, quo internoscitur vir ratione præditus, si mansuetus fuerit, si lenis, si mitis, si non quasi seruus ducatur ab ira, aut ab aliis affectibus, sed ratione vincat illos internos, incompositosque motus, nobilemque suam generositatem reseruet, nec in brutorum ferociam degeneret.* Quasi dicat qui ira, & furore replentur citò malis ingruentibus, calamitatibusque agitati, lugent, suspirant, & dolentes resipiscunt de factis, vt Iudæis accidit, qui venientibus Tito & Vespasiano, & Ierusalem obsidentibus, matres filios comedebant, & vim faciebant Parentes ad intermittendam famem; neque mirum si propter furorem & iram contra Christum hæc dolentes patiebantur, quia salutem perdiderunt, cum saluatorem è finibus suis eiecerunt vt Ambrosius insinuauit.

S. Greg. hom. 35. in Euang. *Impatientes non debent præesse aliis.* Greg. citat. Chrisost. hom. 4. *Seruus & mancipium qui furore capitur.* Ioseph. de Bello Iudaico. *Titus & Vespasianus vindictam de Iudæis sumpserunt.*

510 VLTIMA RESPONSIO fuit, *quod tanquam polytici aulici eiecerunt Christum de synagoga, vt consanguineos, & conciues affectos ad Christi doctrinam auerterent, & inclinationem perturbarent, & mutarent affectum.* Quasi dicat, hæc sollicitudo, & cura aulicorum est præcipuè eorum, qui ad latus Regis assistunt, vt inclinationem eius delectabilibus, & vindictis aliquando conturbent. Vnde interrogat Oleaster, quare Genes. 12. dicitur. *Quod pulchritudinem Saræ laudauerunt Aulici apud Pharaonem?* Sic Pagninus. Et respondet: *Audiant qui coram Principibus, aut proximus aliquid laudant, quod Princeps male possit cupere. Vnde Paul. ad Ephes. 5. dicebat, Immunditia, neque fornicatio nominetur in vobis.* Quasi dicat, timeant iram Dei Reges, quæ super pharaonem venit, eo quod audita familiarium suorum auscultauit, & inclinationem cupidam ad pulchritudinem Saræ applicauit; quia coram Christianis Regibus immunda neque nominari debet, præcipuè cum inclinationem ad

Societas malorum conturbat & mutat inclinationes optimas. Oleast. in Genes. 12. Trans. Pagn. *Aulici corrumpunt Regum inclinationẽ fomentant.*

fragili

nalfrid. in alleg Tylm. ad cap. 12. Iudith.
Familiares conductores Regū turpes euiciendi, & eiliminandi à Palatiis.

fragilitatem, & libidinem Principis habent. Hinc Galfrid. in Allegor. proclamat cōtra Bajaon Cubicularium Holofernis Iud. 12. n. 10. *Vade & ſuade Hebraam illam, vt ſponte conſentiat cohabitare mecum.* Et addit Galfridus, *Omnes cubicularij (id eſt, familiares) Pharaonis ſteriles, ſiue Eunuchi ſunt: Vagao enim interpretatur vallis aſtuans quia huiuſmodi familiares à Regibus receptacula ſunt ſordium, & aſtuantes amore terrenorum.* Quaſi dicat, conductores potius iniquitatum debent vocari familiares huiuſmodi; quia vt inclinationem Regiam perturbent; quaſi canes venales quærunt per curiam meretrices pulchras, vt Regem, & Regnum perturbent, quorum commercia & ſocietatem Reges ſummopere affugere debent, ſi Regnum ſuum perire non deſiderant.

Aulici canes venales corâ Regibus.

512. *Lypom. in cap. 19. Reg. n. 11.*

Vnde interrogat Lypomanus, in Cath. Geneſ. 19. *Quare de Angelis à Sodoma Loth egredi conantibus dicitur, quod diſſimulante illo (id eſt, Loth,) apprehenderunt manum eius, & manum vxoris, &c. Et poſuerunt eum extra ciuitatem?* Et reſpondet; *Quia docet, à contubernio peſſimorum fugiendum feſtinanter, cum ſpes emendationis nulla ſuperſit?* Quaſi dicat, ſocietas familiarium, & conciuium peſſimorum tanquam de Sodoma fugienda eſt, quia fortè ſubuerteretur regnum, ſi ſpes emendationis turpitudinis non ſperatur. Hinc interlinealis addit. *Hic datur nobis exemplum, quo qui aliquo affectu carnali malorum conſortium exire diſſimulas crebra prædicatorum admonitione cogendi ſunt, ne bonos mores corrumpant exempla malorum.* Quaſi dicat cum Principes, aut Reges ad affectum carnalem procliues ſunt & familiares, & aulici ad libidinem prouocantes intra aulam Regiam aſſiſtere ſciatur. Debent Prædicatores, & confeſſarij (etiam diſſimulante Rege) vocibus & clamoribus prædicationis non ceſſare, vſquequo à Palatiis eliminentur, ne fortè manus Dei ſuper Regnum aggrauetur. Vnde Baſilius explicans verba Apoſtoli 1. Cor. 15. *Corrumpunt bonos mores colloquia praua,* ait: *Quemadmodum in peſtilentibus locis ſenſim attractus aer latentem corporibus morbum inijcit. Sic etiam in praua conſuetudine, ac conuerſatione maxima nobis mala hauriuntur, etiam ſi ſtatim incommodum non ſentiatur.* Quaſi dicat, contagium inſeparabile eſt ſocietas malorum à quo auide fugiendum eſt; quia tranſuertit etiam bonas & ſimplices inclinationes. Et Chriſoſt. hom. 23. operis imperfecti, *Vt aurum eligitur, & ſcoria relinquuntur, & vt apes flores colligunt, & herbas relinquunt: ſic vos ab homine male doctrinam colligitè, conuerſationem relinquite.* Et addit idem ſanctus Hom. 28. in Matth. *Velut lutum farinam, acetum vinum corrumpunt; ita mali homines bonos: diſcedite ergo à Babylone.* Quaſi dicat ſocietas impiorum inclinationes optimas corrumpere conantur, ſicut acetum vinum optimum. Et ideo Nazareni Chriſtum vi, & expulſionibus è ſynagoga eiecerunt; quia erant aulici polytici, & inclinationes bonorum, & turbæ Chriſtum diligentis, & optimo corde audientis, perturbare conabantur, conuerſatione, verbis & operibus eorum iniquis, vt in littera adnotauimus.

Societas malorum fugienda.
Interlinealis.
Prædicatores eliminent à Regibus conſortia malo clamando.
Vox clamantis in Palatiis contra impudicos, & enormes mores Principis.
Baſil. hom. 9. 1. Cor. 15.
Horis cōuerſationum ob iiciendo.
Chriſoſt. hom. 23. operis imperfecti.
Societas iniqua acetū vinum corrumpens.
Aulici aſtiui nimis.
Auct. mens.

* * *

DIFFICVLTAS XIII

Quare dicitur, quod deduxerunt Chriſtum vſque ad ſupercilium montis vt præcipitarent

512. *Ambroſ. in litt. cit.*

QVæſitum fuit, ſi Chriſtum apprehenſum per miniſtros duxerunt vſque ad ſupercilium montis?

1. RESPONSIO fuit Ambroſij, *Non ex neceſſitate corporis paſſionem fuiſſe intelligas etenim quando vult, & quomodo vult ducitur, & capitur.* Quaſi dicat, Chriſtus compedibus amoris tenebatur, quia charitas vrget nimis & plus. Et ideo Chriſtus tenebatur, delectabatur, opprimebatur manibus hominum, & cor eius plus incendebatur, liber erat, quia faciebat, quæ volebat, & non ſeparari à perſecutoribus permittebat amor; quia compedes charitatis ligant nimis & plus. Vnde interrogat Oleaſter, Quare Laban dixit Iacob Geneſ. 31 n. 49. *Iudicet Dominus ſi induxexis alias vxores ſuper filias meas.* Et reſpondet; *Quia diuiſus amor non ita ardet ſicut coniunctus.* Quaſi dicat, amor Chriſti liber erat, neque ex neceſſitate tenebatur ab inimicis Nazarenis, ſed ita ardebat in corde eius, quod diuidi non poterat, quia manicis, & compedibus charitatis nimis & plus ardebat. Et hinc Chriſologus dicebat: *Multa inquirit amor, nunquam vel raro fieri poſſunt:* Quia apprehenſus Chriſtus, & per vim eiectus vſque ad ſupercilium montis diſſolui potuit, & renuit, quia coniunctus amor ardet plus & delitiæ eius, cum filiis hominum erant.

Chriſtus ſpōtaneus ducebatur ad cacumina montis.
Oleaſt. in Geneſ. 31. n. 49.
Amor diuiſus non ita ardet.
Chriſolog. citat.
Amor impoſſibilia intentat.
Amor Chriſti nolebat diuelli ab impiis.

513. *B. Laur. Iuſt. c. 8. de charitate.*

Hinc B. Laurentius Iuſtinianus cap. 8. de charitate. *Machina mentis eſt vis amoris, quæ eam dum à mundo abſtrahit in altum ſuſtollit.* Quaſi dicat etiamſi de manibus Nazarenorum diſſolui Chriſtus cuperet; quia vero vinculis amoris tenebatur, & amor ignis ardens eſt ad cæleſtem ſpheram cor eius euolabat, & ideo nil ſentiebat tormentorum, quibus arctius ligabatur, & vinculis peccatorum tenebatur, qui vincula peccatorum ſoluere ſeruabatur. Ideo Richardus de ſancto Victore: charitatem Chriſti erga homines vocauit Reginam, de qua ſcriptum eſt, Pſ. 44. n. 10. *Aſtitit Regina à dextris tuis Regina,* inquit, *virtutum amor & charitas, & à dextris Dei ſtat; quia à ſiniſtris ſunt omnia tormenta temporalia: namque illis charitas regnat, quos amor internorum inflammat.* Et Ambroſ. lib. 1. de virginib. loquens cum anima compedibus Chriſtianorum ligata ait: *Quia inuictum animum gerens ab illecebris voluptatum non captiua haberis, ſed quaſi Regina dominaberis, ideo Regina vocaberis.* Quaſi dicat, qui vinculis amoris Dei quaſi mancipium tenetur, & ligatur nil doloris, & afflictionis ſentit; quia à maiori flamma amoris diuini vulneratur, & compedibus charitatis inflammatur, hoc ſponſa. *Vulnerata charitate* non diſſolui petebat, neque expedita manere, ſed *fulciri floribus, ſtipari malis* deſiderabat. Quia viget amor, cum abeſt, cum præſto eſt delectatur, & anima dilecta Deo ſola diuina præſentia requieſcit; vincula verò & tormenta temporalia non ſentire teſtatur. Et

Richard. de S. Victor.
Pſ 44. n. 10.
Charitas Regina virtutum.
S. Ambr. lib. 1. de virgin.
Amor inſenſibiles facit amantes.
Cant. cap. 4. n. 9.
Præſentia ſponſi medecina amoris Dei.

Ambrof. cit. in litt.

hoc insinuat Ambrof. cum dicit, *Quod Christus non ex necessitate tenebatur, quando ad supercilium montis ferebatur, quia quò volebat, ducebatur, & capiebatur.* Sed vt amoris effectus præfigeret, & placeret cordibus diligentibus vere se.

514 Bern. cit. in alleg. Tylm.

Hinc Bernardus citatus in allegor. Tylm. *Propter nos Christus factus est egenus, de magno paruus, de excelso humilis, infirmus de potente, & cætera, quæ passus est, voluntate non necessitate.* Quasi dicat, vis amoris Christi ineffabilis est, quia multa inquirit amor, quæ nunquam, vel raro fieri possunt. Et Galfridus in allegor. citatus: *Christus factus est nobis à Deo Patre sapientia & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, igitur cui placeat hac non placere illi non potest, & qui hac amat illum nequiuit non amare.* Quasi dicat cum Hispano adagio: *Si amor con amor se paga, corto es todo nuestro caudal*; Quia factus est nobis sapientia, *Vt expectata futura gloria præmia per ipsius gratiam prælibemus. Iustitia quia ipse est, qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate, sanctificatio, vt peccata, quæ odimus pro eius amore declinemus, redemptio, vt per amorem ipsius ab æternis, quæ peccando meruimus supplicijs eruamur.* Hæc Galfridus. Quasi dicat, amoris vis machina mentis est. Quia semper noua placitura inquirit, & nescit modum, quia caret ratione. Et capitur, & dicitur ab amante, etiam si sponte & voluntariè, sed compedibus amoris vinculatur & ducitur quocumque res amata ducit, etiamsi ad supercilium montis vt collidat amantem ducat, vt Nazareni cum Christo fecerunt, vt in littera, adnotauimus cum D. Ambrosio.

Galfrid. in alleg. Tylm.

Hispanum adagium. *Vnamoru in sensibiles facit amantes.*

Galfrid. cit. *Amor noua placitura inquirit.*

Ambrof. cit.

515 Beda in lit. cit. *Voluntas mala domesticorum deterior Diabolo ipso.*

2. RESPONSIO fuit Bedæ in litt. citati. Peiores sunt conciues Nazareni Diabolo Christo Domino; ille verbo ait, *Mitte te deorsum, isti facto præcipitare conantur.* Quasi dicat, Domesticis disciplinis eruditi, si inuidia, & liuore repleti sunt deteriores, & venenosi homines sunt, quia malitiosi, & cauilationibus superabundãt. Vnde interrogat Oleaster, quare dicitur Genes. 5. num. 24. *Quod Enoch non apparuit quia tulit eum Dominus*, vel vt legit Pagninus: *Non ipse quia tulit eum Deus?* Et respondet; *Quia euidentissimum signum est punitionis mundi iustorum ablationem, quia nihil perniciosius patria, & mundo, quàm inter impios viuere. Vnde Ieremias ait, Lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur propter malitiam habitantiũ in ea, consumptũ est animal & volucre.* Et apud Dauid legitur, *Terram fructiferam in salsuginem versam propter malitiam habitantium in ea.* Quasi dicat, quæ terra magis deliciosa, & paradiso similis, quam Religio, & monastica disciplina; sed si malitia ambitionis & inuidiæ habitatores eius carpit tribulos & spinas profert, & producit per astutias Diabolicas malitiam eius superans. Quid vero sancti viri, qui in Religionibus sunt Ecclesiæ Dei prosint ostendit Parabola Zizaniorum apud Mattheum; quia Paterfamilias venenolas, & nociuas herbas eradicari non finit vsque ad messem propter triticum; nullum enim præsentius venenum mundo esse potest iniquis hominibus, quot mala propter vnum solum iniquum religio patitur, & quot bona ob tantos sanctos, & iustos non meretur. Si vero aceruus iustorum sit, quid mirum, quod zizania inuidorum & ambitiosiorum aliqua appareant vsque ad tempus, vbi triticum perfectorum in horreis cælestibus congregetur; zizaniorum vero ambitiosiorum astutiis, cauilationibus repletorum tanquam organa Dæmoniorum ab ipsis in profundum proiiciantur, vt in æternum comburantur, & mala voluntas eorum sine fine puniatur.

Oleast. in Gen. 5. n. 24. Trans. Pag.

Ierem. cap. Psalm...

Religiones quasi paradisus Dei.

Spina & tribuli in Religionibus eradicandi. Matth. cap.. *Ambitiosi zizania religionum.*

Vnde interrogat Radulphus citat. in allegor. Tylm. quare Leuit. 17. n. 10. dicitur, *Homo de domo Israel, & de aduenis, qui peregrinantur inter vos, si comederit sanguinem obfirmabo faciem meam contra animam illius?* Et respondet: *Ecce quam graue sit comedere sanguinem fratris sui cum quis inuidia & liuore excæcatur.* Quasi dicat, Peregrinus & aduena in Religione est, qui inuidia & liuore repletus honorem fratris sui (qui plus quam vita stimatur,) tollit: quia sanguis vitam significat, secundum dictum Galleni; *Anima carnis in sanguine est.* Et addit Rodolphus citatus; *Deus enim non solum quid agam, sed etiam quid appetam decernit. Antequam ergo quidquid mali exterius operemur, si sanguinem sorbuimus, si iniquitatem corde concipimus, mente à Deo alienati inimicitias eius incurrimus; quia Diabolum superamus: nam cogitationes maleuolas Dæmonibus sacrificamus.* Quasi dicat, qui præmeditantur iniquè agere filios suos, id est, conceptos, inuidos, & venenosos quotidie Diabolo consecrant & de illis Dauid loquitur dicens; *Et immolauerunt filios & filias suas Dæmoniis*, & qui sacrificat Dæmonibus malitia eum superat, quia rogat, & inuitat cum iis, quæ Diabolus ipse non nouerat, neque cogitauerat. Hinc addit Rodulphus citatus: *Funde sanguinem, & caro morietur, tolle malam voluntatem, nec erit, qui mala operetur.* Quasi dicat, mala & inueterata voluntas Diabolum in malitia excedit, quia ipsa continuo operatur, quod Diabolus solum instigat, & suggestit, & ideo Beda dixit, quod *Conciues Christi volentes eum præcipitare, Diabolo peiores erant.*

516 Radulphus citat. in alleg. Tylm. Leuit. 17.

Honor plus quam vita stimatur.

Galenus. Rodulphus.

Cogitationes maligna filia Diabolo sacrificata. Psal. 103. n. 37.

Rodolph. citat.

Mala voluntas radix iniqua.

Hinc interrogat Rupertus. Qua ratione Caimo dixit Deus Gen. 4. *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Et respondit: *Quia iratus fuerat contra fratrem suum inuidendo, & conciderat facies eius fratricidium meditando, & vtrũque ab illo requirit Deus; quia neutrum approbat.* Et addit: *Irasci enim inuidendo scelus est & peccatum Diabolicum, quia Diabolum imitatur, quia alterius iustitiæ inuidet, aliàs enim moueri, vel irasci humanum est, dummodo ira prius resiliat, quàm peccati opus gereret.* Quasi dicat, reseruata, & præmeditata malitia liuoris causa, diabolicam malitiam excedit; quia simulat verbis pacificis, & fraternis id quod Diabolus ignorat, scilicet, simulare odium Dei.

517 Rup. in Gen. 4. *Malitiam præmeditari odiosum est Deo.*

Qui alterius iustitiæ inuidet Diabolo similis. Diabolus nescit dissimulare.

Vnde interrogat Chrysostomus, quare Genes. 11. dicitur. *Hæc ergo causa somniorum, atque sermonum inuidiæ, & odij fomitem ministrauit?* Et respondet: *Oportebat hoc scientes maiorem erga illum beneuolentiam declarare, & è medio tollere odij causam: At vero obtenebrati mente non videntes, quod contra semetipsos faciebant maiori odio in eum exarserunt.* Quasi dicat, Diabolus per se non est ausus malum inferre Iosepho, sed per falsos, & inuidos fratres, phantasmata & somnia inuidiæ fomitem ministrabat, non alia de causa nisi propterquam eum stimare, & diligere debebant,

518 Chrysost. in Gen. 11.

Malitia inuidorum propter iustitiã proximi augetur.

Domestici lucidum & litteratum inuident. Cyril. citat. Lucæ cap. 4.

debebant, quia magnus futurus erat, & eis honorem, & famam elargiturus. Et addit Cyrillus: *Vide quò feratur inuidia, quàm cæca sit: nam somnia, aut vera dicunt, aut mentiuntur; si vera sunt, qua ratione veritati circumuenis? Si mentiuntur, cur visis inuides?* Quasi dicat, Nazarenis conciuibus Christum præcipitare conantibus; quia Prophetiam Isaiæ ad se applicuit; si Christus vera dicit, cur contertaneum non honorificatis? Si falsa, cur præcipitatis, & inuidetis? Quia quod non est, neque valet, materiam inuidiæ extinguit & delet: sed qui peiores sunt Diabolo, & de veris malitiosè torquentur, & de apprehensis, & somniatis, quasi de visis cremantur.

Isai. ibi citatus. *Inuidens omnia torquens.*

DIFFICVLTAS XIV.

Quare dicitur, quod Iesus transiens per medium illorum ibat?

519 QVæsitum fuit, quomodo Christus transiuit illæsus per medium inimicorum suorum?

Chrisost. citat. in litt. *Persecutiones perpeti viriliter signum diuinitatis.* Oleast. in Leuit. 11. Trãs. Pagn.

2. Responsio fuit Chrisostomi citati in littera. *Quia signum diuinitatis ostendit, stans illæsus in medio inimicorum suorum.* Quasi dicat, nullum altius vestigium participationis Dei, quam persecutiones viriliter sustinere. Vnde interrogat Oleaster quare Leuitici cap. 11. dicitur *Ex ostio tabernaculi non egrediemini, ne fortè moriamini?* Sic Pagninus. & respondet; *Quia licet Dominus multis persecutionibus inimicorum nos castigare permittat, ab eius ministerio non debemus separari, sed viriliter sustinere; quia Iob 31. dicebat, Etiam si occiderit me in ipso sperabo.* Quasi dicat, cùm persecutiones vitam iam exhalare videantur; quia respirare non possumus, tunc in vmbra diuinitatis viuemus.

Iob. 31. *Persecutio est probatio amicorum.*

520 Hinc Ambrosius lib. 7. in Lucam interrogat, quare Hieremiæ Threnorum 4. num. 20. dicitur, *Spiritus oris nostri Christus Dominus, in vmbra eius viuemus.* Et respondet; *Quia in vmbra Dei, in persecutionibus respirauit Dauid, & viuit, & in vmbra Christi requiescit à laboribus Ecclesia.* Et addit Ambrosius: *Si in vmbra tua viuimus Domine Iesu, quantum vtique veritas afferet? Quomodo viuemus, quando iam non in vmbra, sed in ipsa vita erimus.* Aquila vertit, *Spiritus narium nostrarum.* Quam translationem Origen. in Isai. sic explicat: *Nam qui Deum amant semper Christum respirant præ oculis illum habentes.* Quasi dicat, cum iamiam halitus vitæ deficere videmus in persecutionibus, tunc patrocinio suo nos Christus protegit, & vestigium suæ diuinitatis ostentat præstando virilem fortitudinem persecutis. Et addit Bernardus: Quia tunc adimpletur, quod Ecclesi. 34. n. 19. dicitur. *Oculi Domini super timentes eum protectio potentiæ firmamentum virtutis tegmen ardoris, & vmbraculum meridiani dans sanitatem, & vitam, & benedictionem.* Quasi dicat ab omnibus Deus laudatur, & benedicitur, qui potens est ad liberandum suos de calumniis & periculis persecutorum. Hinc Tilmanus in allegoriis ait; *Quod Achior soluentes duxerunt Bethuliam* Iudith. 6.

Ambr. lib. 7. in Luc. Thren. 4. n. 20. Trãs. Aquil. *Persecutos Deus protegit, & defendit.* Orig. in Isai. Ber. citat. in in vmbra Virg. Ecclesi. 34. n. 19. *Persecuti Deum laudãtes cælorum lætitia.* Tilman. in alleg. in Iudith. 6.

Et Addit. *Sed nonne malum est solui à cruce, cum oramus. Ps. Confige timore tuo carnes meas?* Et respondet, *Vtrumque debet esse ligatus persecutionibus, vt carnem maceres solutus, vt cum alacritate facias; quia scriptum est quasi morientes, & ecce viuimus.* Quasi dicat, cum persequutio in extremis se ostentat, & quasi morientes stamus. Tunc illæsi de manibus inimicorum exibimus; quia serui Christi sumus & in vmbra eius viuemus, qui transiens per medium illorum ibat?

Ps. ... *Persecutiones alacriter ferende.* *Vmbrat & fauet Christus persecutiones patientibus.*

521 Vnde Bonauentura in Psalt. *Deriserunt me inimici mei vndique; tu autem sub vmbra manus tua contulisti mihi refrigerium bonum.* Quasi dicat, solatium, & vestigium diuinum promittens persecutiones patientibus, quod per Isaiam 51. num. 16. *In vmbra manus meæ protexi te.* Vbi Hugo Charensis sic. *Vt aliquis apponit manum suam contra lumen. Sic Dominus faciebat Prophetæ vmbram contra omnem ardorem persecutionis.* Et Gregor. lib. 2. moral. cap. 13. *Hunc persecutionis æstum Paulus & tolerabat, & interrogabat cum diceret* 2. Timoth. 2. n. 9. *Laboro vsque ad vincula; quasi malè operans, sed verbum Dei non est alligatum.* Quasi dicat, cum labores & vincula in seruis Dei augentur tunc illæsi, hilaresque canunt Deo laudes, & prædicant cum lætitia, quia verbum Dei non est alligatum, neque læsum in persecutionibus. Et Bernar. opusc. de charit. cap. 18. *Quid ita diuinæ tranquillitatis imaginem gerit, quam anima quæ sic ad omnium iniuriarum tolerantiam se obfirmat, vt eam contumelia illata non mutent, & mentem eius ab statu suo, nulla comminationum, aut iniuriarum machina deiiciant.* Quasi dicat aliquid maius homine esse videtur, qui ab inimicis iniuriis laccessitus non sentit iniurias, non concutitur, non mouetur, sed per medium illarum illæsus transit Christum Magistrum suum sequestrem se ostentans, vt Chrisostomus aduotauit.

S. Bonauentura in Psalt. Isai. 51. n. 16. Hugo Charensis. S. Greg. lib. 29. Moral. c. 13. 2. ad Timoth. 2. n. 9. *Prædicatores in persecutionibus canũt.* S. Ber. opusc. de Charit. c. 18. *Anima trãquilla in aduersis diuinitatis particeps.*

Vltima Responsio fuit, *Quod Christus transiens per medium illorum ibat ostentans grauitatem, maiestatem, timoremque expellens, vt in actionibus periculosis, personæ nobiles & generosæ ostentant, fortitudinemque suam contra violentias exercendo.* Vnde interrogat Oleaster, quare Genes. 10. num. 9. de Nembrod filio Chus dicitur, *Ipse cepit esse potens in terra?* Et respondit: *Quia quemadmodum diuitiis superbia coniuncta est, ita fortitudini violentia, & oppressio aliorum, propter quod Dauid dicebat Fortitudinem meam ad te custodiam.* Quasi dicat sola vera fortitudo in Deo existit contra violentias impiorum, quia nos pauperes facti sumus nimis ad resistendum crudelitatibus, vexationibus, & violentiis Tyrannorum, ideo vt discamus tempore tribulationum ad Deum clamare, Per medium illorum Christus il ac, quasi subtidens de calumniis contra diuinam potentiam cogitatis.

522 Auctoris sētētia in litt. Oleast. in Gen. 10. n. 9. Ps. *Violentia Tyrannorum sola Dei fortitudine defenduntur.*

Hinc Stephanus citatus in alleg. Tym. ad c. 6. n. 2. Tobiæ: *Et ecce piscis immanis exiuit ad deuorandum eum, &c. Piscis iste, qui vult opprimere Tobiam significat potentes pauperum oppressores, quem expauescens Tobias clamauit ad Dominum.* Quasi dicat, contra Tyrannidem potentum pauperum remedium est clamare ad Dominum. Et addit Stephanus citatus in allegor. *Sic Petrus cum vidisset ventum validum vementem, timuit, & dixit: Domine saluũ me fac. Et ad Tobiam dixit* Ange

523 Steph. Cant. citat. in alleg. ad c. 6. Tobiæ n. 2. *Piscis grandis Tobiæ Tyranni symbolum.*

Matth. c.. Diuites potentes citò si eabuntur extra vndas vanitatis.

Angelus Apprehende brachium eius, & trahe eum ad te: vbi piscis fortior est, hoc est, in statu meliore considera, & extrahe à fluuio, id est, sicut à gloria mundi separa, & indica seorsum, & videbis eum palpitantem, id est, videbis quid prosint illi Tyrannides & oppressiones. Quasi dicat, consolamini filiæ Syon, inopes, & pauperes à potentioribus oppressi, & à constitutis in dignitatibus opprobriati, & viriliter agite, & confortetur cor vestrum, quia per medium inimicorum suorum cum maiestate transit Christus, & vos aliquando videbitis, & potentes Tyranni mundi amarè flebunt. Et addit citatus auctor Stephanus. *Exentera hunc piscem, id est, considera interiora eius, quia sunt omnis spurcitia plena, & cor eius & fel & iecur repone tibi id est, astutiam, & malitiam ad amorem temporalium considera, & valebunt ad medicinam cordis tui, quia scriptum est, Vidi impium exaltatum, & eleuatum, & transiui, & ecce non erat.*

Steph. citat. Consolatio pauperum finis diuitum. Psalm.

524 Basil. hom. 7. in Examer. Pisces sunt diuites qui deuorāt pauperes.

Et Basilius hom. 7. in Examer. *Maior pars piscium liguriunt alterum, atque deuorant, & minor apud illos esca maior est: & si vnquā euenerit, vt is qui minorem superauerat alterius præda fiat ambo tunc simul deglutiuntur, & vna vltimi piscis immersi ventrem ingrediuntur. Quid igitur nos homines aliud agimus, cum vim inferimus inferioribus.* Et Synesius lib. de Regno, *Qui gregem non saginare sed à grege saginari vult eum inter pecora coquum appelle & Tyrannum esse cense.* Quasi dicat, qui potestatem exercens adimplet Prouerbium, *pisces minutes magnus comest, Tyrannus est, non Princeps, aut Rex.* De eorum crudelitate & Tyrannide loquitur Amos, 2. num. 15. *Et robustus corde inter fortes nudus effugiet.* Quasi dicat his calamitosis temporibus vbi tot impositiones, & tributa imponuntur, audacissimus quisque putabat secum agi, si vel omnibus quæ possidet relictis ac perditis vitam suam nudus effugiens seruare possit. Vnde Trans. 70. sic legit. *Inueniet cor suum manifeste in potentatibus.* Quasi dicat, salutem, vitam & facultates inueniet in manibus potestatum, ministrorum & familiarium à Regibus, in quibus adimpletum illud Eccles. 13. n. 23. *Venatio leonis, onager in eremo, sic pascua sunt diuitum pauperes.* Quem locum Salonianus

Synesius lib. de Regno.

Amos. 2. n. 5.

Vexationes pauperum indicibiles.

Trans. 70. Consiliary, & ministri Regum eorum corda paupe. rū deuorant. Eccles. 13. n. 23. Saluian. in Eccl. cit.

explicans, ait: *Quando quisque iuxta diuitem pauper, aut intactus, aut tutus est? si quid ex persuasionibus præpotentum, aut sua homines imbecilles, aut etiam seipsos cum suis pariter amittunt, vt non immerito de vtriusque personis sacer sermo testatur, Eccles. 13. num. 23. Venatio leonis, onager in eremo: sic pascua sunt diuitum pauperes.* Quasi dicat, sicut Leo præ potentia, & fortitudine sua Onagrum viribus inferiorem dissipat & deuorat. Sic Tyrannorum potentium mores sunt, vt qui ad minores tutandos, & alendos prompti accurrere deberent, eos potius deuastandos, atque spoliandos auidissimè inuolent illorum exiguitatem, & ad præualendum imbecillitatem occasionem putantes, & ad hoc astutiis inenarrabilibus vtens, quod nostro Hispano idiomate abutimur. *Dan arbitrios los Procuradores del Reyno contra los pobres para su desempeño.* Ac si dicatur, impositionibus, & tributis in omnibus rebus ita abutuntur, quod diuites alias & coloni robusti corde dicantur si nudi (depopulatis oppidis suis) effugiant Tyrannides. Quo factum est, quod non solum, Potestates Tyrannides exercent; sed & ministri, & opifices cuiuique officij, vel artis mecanicæ, etiam tyrannide, fraude & latrociniis abutantur quia scatet, pullulatque Respublica mendacia, fraudes & cabillationes intrinsecas in omni arte, in omni genere & officio mecanico, & ciuili; quia omnes sunt defraudatores alterius ad alterum.

Leo onagrum deuorat, quia imbecillem reputat.

Diuites succurrere debent pauperes quos deuorāt.

Hispanum idioma.

Opifices, & mecanici, etiā Tyrāni de vtuntur. Hispania pullulāt fraudes in vestimentis & cibis.

Vnde Chrysostomus, hom. 10. in epist. 1, ad Thessalonic. *Cessemus ergo bona aliorum rapere, & pauperes & diuites: non solum hæc loquor diuitibus: nam ipsi quoque eorum bona rapiunt qui sunt se pauperiores, & ditiores, & potentiores opifices eos vendant, qui sunt egentiores, & pauperiores, caupones, & omnes qui sunt in foro.* Quasi dicat, omnes Tyranni fallentes, etiamsi paupeæs sint, de quorum manibus, sola diuina potestas potest illæsa exire transiens per medium illorum cum maiestate; quia etiam sponsa Christi de talibus conqueritur, *Tulerunt pallium meum, vulnerauerunt me*, quia nemo est qui se abscondat à calore Tyrannorum illæsus.

525 Chrys. hom. 10. in 1 ad Thessalon.

Cant. c. 5. n. 7.

TRACTATVS DECIMVS TERTIVS,

Ad Litteram *In cap.* 18. *Matth. de Correctione fraterna.*

TEXTVS.

15. SI autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te &
ipsum solum; si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. 16 Si autem
non te audierit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, vt in ore duo-
rum, vel trium testium stet omne verbum. 17. Quod si non audierit
eos, dic Ecclesiæ: Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut
ethenicus & publicanus 18. Amen dico vobis, quæcumque ligaueritis super terram,
erunt ligata & in cœlo, & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cæ-
lo. 19. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re
quamcumque petierint fiet illis à Patre meo, qui in cœlis est. 20. Vbi enim sunt duo
vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. 21. Tunc accedens Pe-
trus ad eum dixit, Domine, quoties peccauit in me frater meus, dimittam ei; vsque
septies? 22. Dicit illi Iesus, non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies
septies.

EXPLANATIO LITTERAE.

526 *Abul. in prolog. ad c. 18. Matth.* *Venialia peccata nō obligant ad correctionem.*

SI *peccauerit in te.* Optimè Abulensis in prologo ad cap. 18. Matth. aduertit, quod de peccatis mortalibus hic loquitur Christus, non de venialibus, quia circa venialia non est necessaria correctio. Dicitur autem frater tuus, id est, quilibet Christianus, quia omnes nos fratres in Christo sumus. In te autem dicitur, non solum in secreto, sed de eo qui contra nos peccat.

527 *Mansuetudo necessaria in correctione.*

Vade corripe eum, idest, etiam si sit peccatum contra te mansuete & leniter admone illum, non sub specie correctionis occulta vindicta appareat. Vnde Abulensis: *Ista correctio non fit per impositionem pœna, sed per admonitionem ad bonum, & cessandum à malo.*

528 *Inter te & ipsum solum*, idest, *expecta occasionem ad correctionem, quando nullatenus, qui corrigendus est infametur, vel offendatur, sed viscera tua Charitatis cognoscantur siquidem nullo præsente, neque motiuo humano, sed diuino moueris*: Lyra.

Lyran sua in gloss. *Incorrigibilis etiā audit, sed non exaudit correctionem.* *Lucrum correctionis augmentū gratia.*

Si te audierit, id est, si vult assentire admonitioni tuæ, tunc exaudiet: nam etiam si renuat, audiet. Tunc lucratus eris fratrem tuum, id est. si recesserit per admonitionem tuam à peccato lucrum animæ suæ adquisiisti; quia ex merito admonitionis cum lucro superabundantis gratiæ remixit. *Si te non audierit*: Quasi dicat, si tibi non credat. *Adhibe adhuc vnum vel duos testes*, vt constet monitio tua, non ex te sciente solum, sed ex duobus, vel tribus idem affirmantibus correctus confundatur, & plus obligetur ad emendationem culpæ.

529 *Hæreticorū error circa correctionem.*

Quod si te non audierit dic Ecclesiæ. Denuntia Ecclesiæ, id est, iudicibus Ecclesiasticis, qui Apostolorum vices gerunt. Ridiculosa hæreticorum est interpretatio, qui multitudini personarum denuntianda esse peccata intelligunt, cum sermo sit cum illis qui habent potestatem ligandi, atque soluendi. Hæc Maldonatus. *Si autem Ecclesiam non audierit*, id est, si fuerit contemptor, & inobediens admonitionibus, & censuris Ecclesiasticis, sit tibi tanquam separatus à gregibus, & à lege Christi & publicanus peccator, id est, notorius omnibus, vt ipsum debeant vitare, neque cum ipso communicare.

Maldonat.

530 *Dei potestatē habent Pontifices & Episcopi posita.*

Amen dico vobis, quæcumque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo, id est, apud Deum; quod enim apud Deum ligatur & soluitur, non solum extrinsecus, & hominum opinione (vt falso aliqui putarunt) sed etiam intrinsecus, & reuera ligatur, & soluitur. *Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram.* Chrisostomus asserit: *Christum à minori ad maius argumentari voluisse.* Quasi dicat, si quidquid duo petierint Deus illis concedit, quanto magis Ecclesiæ iudicium ratum habebit. Dicitur autem *De omni re quamcumque petierint fiet illis.* Quasi dicat, de omni re, siue parua, siue magna dummodo bona sit: nam Apostoli, & viri perfecti fidem illorum seruantes à Domino mala non postulant, neque si postulata non venerint desperant, quia ita conuenire eis putant, & conformes diuinæ semper sunt voluntati.

Chrisost. in Matth. *Potestas conciliorum ingens.* *Mala nō petenda à Deo quia non cōsequenda.*

531 *Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo,*

Potestas Ecclesiæ confirmatur. *Concilia cum auctoritate Pontificis facienda.* Abul. citat. In Conciliis legitimis Deus assistit.

meo ibi sum in medio eorum. Confirmatio est potestatis Ecclesiæ. Quasi dicat, quod quando Ecclesia profert sententiam, aut in Conciliis generalibus, vel Prouincialibus cum suptema potestate Pontificis celebratis censuræ anathema declaratur, tunc Christus in medio eorum stat pro illis ligans & soluens. *Ibi sum in medio eorum*, idest, congregati in vnitate Ecclesiæ, & intendentes vti potestate data à Christo Ecclesiæ, ibi sum in medio eorum, id est, non solum longe sum à vobis, & inter vos, idest, statim facio, quod vos definitis, & vultis. Hæc Abulensis.

532 *Scandala corrigenda suo debito ordine.* *Numerus indeterminatus infinitas est.* Ad Rom. 5. n. 20. *Non semper & temerè absoluendum, sed prudentia & scientia sacerdotis remittitur.*

Tunc accessit Petrus & dixit Domine, quoties peccauit in me frater meus, dimittam ei, Id est, si quis non solùm contra me iniuriam, vel offensam fecerit, sed etiam si quis peccauerit, me sciente, id est, in quantum per actum suum me scandalizauerit quilibet Christianus, qui est frater meus, num dimittam ei vsque ad septimam vicem. Quasi diceret, quod post septimam vicem videbatur non dimittendus, quia erat contumax contra eum, & incorrigibilis contra Ecclesiam. *Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies*, Id est, tu quæris Petre terminum determinatum remissionis peccati contra te. Et ad hoc respondeo, quod etiam (si per impossibile) in infinitum peccaret homo, & tu debes ei remissionem dare; quia terminus indeterminatus pro infinito supponit. Quasi dicat, cum Paulo, *Vbi abundauit delictum superabundauit & gratia.* Ad Rom. 5. n. 20. cum hoc tamen stat sacerdotes non semper debere peccantibus temere, & inconsiderate dare absolutionem, sed docentur offensi semper ad ignoscendum parati esse.

533 *Parcendum sine termino.* *Non accusare statim parcere est.* *Incorruptibilibus non est par entum. accusatio & correctio.*

Quantum vero attinet ad interrogationem Petri, si me scandalizauerit per actum suum, quoties dimittam eum? Respondendum est, quod duobus modis iniuriam dimittimus, dum ei à quo sumus offensi, non malè volumus, sed parcimus, & hoc semper sine termino faciendum est adhuc ipso offensore non pœnitente. Alio modo, cum propter peccatum scandali non accusamus, & non accusare parcere est. Et si acciderit, quod correctus coram duobus, vel tribus testibus sit obstinatus, tunc quia in peccato perseuerat, & non pænitet de offensa Dei, tunc non parco ei, quia dico Ecclesiæ, & non audiendo eam, quasi gentilis Ethnicus remanet. Cui ego non debeo iniuriam dimittere, sicut neque Ecclesia dimittit. Cætera per difficultates patebunt.

TRANSLATIONES ANTIQVIORES & Neotherica.

n. 15. *Vulg.*		Si autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum.
Transf. Vatabli.	1.	Porro si peccauerit in te frater tuus, abi & redargue eum solus ipse solum.
Transf. ex Syriac.	2.	Si vero errauerit in te frater tuus ito argue eum inter te & ipsum solum.
Lyranus sua in Glossa.	3.	Si peccauerit in te dupliciter & te solum læsit.
Caietanus in Euang.	4.	Si contra te, id est, quia tuum est, condemnare & accusare, vnde non expectes eum.
Iansen. in concordia. cap. 72.	5.	Si ille qui est Christianæ Religionis peccauerit in te, id est, coram te, vel te conscio, te præsente, atque vidente.
Abul. in prolog. ad c. 18. *Matth.*	6.	Si peccauerit in mortalibus corripe eum separatim.
n. 16. *Vbi Vulgata. Si vero non audierit, adhibe &c.*	7.	Si verò non audierit adhibe tecum vnum aut alterum, vt in ore duorum, aut trium constet omne verbum.
Translat. Vatabli.		
Translat. ex Syriac.	8.	Adhibe testes vt prosis communi bono.
Caietanus citatus.	9.	Quia nemo condemnatur ad vnius dictum.
Abulens. citatus.	10.	Testes adhibe contemnendo famam proximi propter vitam animæ.
Lyranus sua in Glossa.	11.	Semel & iterum, & sub duobus testibus castigandus, propter quod non est cum illo disputandum.
Tertulian. aduers. hæres. f. 333.	12.	Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ.
n. 17. *Vbi Vulgata. Quod si non audierit dic Ecclesiæ.*	13.	Sin vero neque testes audierit, dic Ecclesiæ: quod si neque Ecclesiam audierit sic tibi quasi publicanus.
Translat. Vatabli.		
Translat. ex Syriac.	14.	Si adhuc incorrigibilis extiterit.
Interlinealis.	15.	Dic Prælato per denuntiationem publicam, vt separetur à fidelibus per excommunicationem.
Lyranus citatus.	16.	Equidem ego dico vobis, quidquid ligaueritis in terra, erit ligatum & in cælis.
n. 18. *Vbi Vulgata. Quidquid ligaueritis &c.*	17.	Potestatem dedit Petro, & omnibus Prælatis Ecclesiæ ligandi atque soluendi.

Trans.

Tranſlat. ex Syriac.	
Caietanus citatus.	18. Si duo ex vobis vnanimes fuerint in terra quidquid voluerint petere fiet eis ab ipſo Patre meo, qui eſt in cælis.
n. 19. *Vbi Vulgata. Si duo ex vobis conſenſerint.*	19. Si duo ex vobis conſenſeritis in terra de quacumque re petierint, cõtinget illis.
Tranſlat. ex Syriac.	
Interlinealis in Gloſſa.	20. Quæſita pro ſalute corrigendorum.
Liranus ibi.	21. Si duo ex vobis conſenſerint offenſam ſibi inuicem dimittendo.
n. 20. *Vbi Vulgata. Sum in medio eorum.*	22. Ibi ſum in medio eorum.
Tranſlat. Vatabli.	
Caietanus.	23. Ibi ſum ſpecialis aſſiſtentiæ gratia operans intus in eis & extra pro eis.
Interniliealis.	24. In omnibus quæ iudicando aguntur ad ſalutem hominum adſum cooperando.
n. 21. *Vbi Vulgatá quoties peccauerit in te &c. Tranſl. ex Syriac.*	25. Tunc acceſſit ad eum Zepho, & dixit ei Domine mi, quoties ſi errauerit remittam ei? vſque ſepties.
Tranſlat. Vatabli.	26. Quoties Domine peccauerit frater meus remittam ei num vſque ſepties.
Caietanus.	27. Si peccauerit ſeptuagies ſepties ideſt 409. vicibus toties in die quo ille peccare poteſt.
Interlinealis.	28. Non dico tibi vſque ad ſepties ſed vſque ad ſeptuaginta ſeptenas vices.
Vulgata non dico tibi, Vſque ſepties &c. Tranſl. Vatabli.	29. Toties peccauerit dico tibi.
Tertulianus lib. de patientia fol. 203.	30. Quis omnino impatientiæ natus, vel ſemel ignoſcet fratri ſuo, non dicam ſepties, sed ſeptuagies ſepties.

DIFFICVLTAS PRIMA.

Quare Chriſtus de Correctione fraterna tractauit, & quomodo & quando obligat?

QVæritur, in qua occaſione Chriſtus de Correctione fraterna tractauit, & quid ſit? 534

1. Responsio Chriſoſtomi S. Thomæ citati, *Quia ſuperius vehementer ſermonem aduerſus ſcandalizantes poſuerat Chriſtus vndique eos terrens, ne rurſus hi quibus ſcandala inferuntur ſic fiant reſupini, vt totum contemnentes in aliud vitium incidant, ſcilicet negligentiæ, & ſcandalizantes per omnia ſibi parci volentes in elationem incidant; Hic Dominus eos comprimit, & redargutionem fieri iubet, dicens: Si peccauerit in te, corripe eum.* Quaſi dicat, non ſolum qui ſcandalizat, ſed ſcandalum debito modo non corrigens damnari poſſunt, ideo de modo Correctionis Chriſtus geſit hic. *Chriſoſt. citat. in Cath. S. Thomæ. Etiam bonus ſine ſcandalo poteſt peccare propter correctionis abſtinentiam.*

2. Responsio Auguſt. 1. de ciuitate Dei: *Debemus enim amando corripere, non nocendi auiditate, ſed ſtudio corrigendi, ſi neglexeris peior eo factus es, ille iniuriam facit, & iniuriam faciendo graui ſe ipſo vulnere percuſſit. vulnus fratris contemnit, peior eſt tacendo, quam ille conuitiando, plerique, neque à malis docendis, aliquando etiam obiurgandis, & corripiendis male diſſimulatur; Vel cum laboris piget, vel cum eorum inimicitias deuitamus, ne impediant, vel noceant in iſtis temporalibus rebus, ſiue quas adipiſci adhuc noſtra cupiditas appetit, ſiue quas adhuc amittere formidat infirmitas.* Audiant hoc Prælati ad litt. ex Auguſtini de quo latius nos ad mores. 535 *Auguſt. 1. de ciuitate Dei. Per correctionis defectum multi Prælati damnantur.*

3. Responsio Lyrani ſua in Gloſſa. *Sicut quilibet tenetur proximum ex charitate diligere. Ita tenetur charitatinè ad emendationem eius corrigere, & de tali Correctione loquitur hic Saluator.* Quaſi dicat, correptio, quæ eſt ad punitionem propter conſeruationem Iuſtitiæ non ordinatur, ſemper ad correctionem delinquentis, quia aliquando & infligitur pæna mortis propter conſeruationem iuſtitiæ, & timorem aliorum, & talis correctio non pertinet ad ſingulares perſonas. 536 *Lyra ſua in Gloſſa. Correctio dupliciter accipitur.*

4. Responsio Interlinealis in Gloſſa. *Vnde corripe eum inter te & ipſum, ne publicè correptus, verecundiam perdat, quia perdita in peccato, permanet.* Quaſi dicat, prudentia in correctione ſeruanda, eſt quia ipſa eſt ſal virtutum ne propter imprudentiam non ſolum non emendentur peccata ſed deterior fiat; quia perdita verecundia ſcandali: non emendatur. 537 *Interlinealis in Gloſſa.*

5 Responsio Abulenſis quæſt. 84. in Matt. *Iſta correctio ſolum fit, quando aliquis peccat in nos, id eſt, ſolum ab illo contra quem peccauit, eo quod c hoc fit, quando aliquis manet actualiter in pe cato: Nam peccat in nos, id eſt contra nos,* 538 *Abul. q. 84. in Matt. 18.*

Qui peccat nobis scientibus contra nos peccat. *quia quantumcumque malum nobis facit: & tamen quicumque peccat coram nobis, vel nobis scientibus, malum nobis infert, scilicet scandalizat nos, quantum in se est & istud est graue malum, quia est malum spirituale, cum ita ducit nos ad peccandum.* Quasi dicat, ista conuertuntur peccare in te, & te sciente, & contra te aliquo modo offendens te, corripe eum, eo modo quo profit & emendetur. *Conuertuntur ista in te, & sciente te.*

539 Hieron. scit. ab Abulens. 6. RESPONSIO Hieronymi in Abulens. citati, *Si peccauerit in nos frater, & in qualibet causa nos læserit, id in qualibet re; & tamen qui scandalizat alium, lædit eum grauiter scilicet spiritualiter in quolibet peccato proximi, quod sit nobis scientibus, siue sit directè contra nos, siue non, dicimur iniuriam pati.* Quasi dicat peccare in te, est offendere te per peccatum suum. *Qui scandalizat ligat proximum.*

540 Auct. mens. 7. RESPONSIO meo videri, Respondit Christus ad obiectiones tacitas aliquorum qui audierunt terribiles comminationes contra scandalozos. Expedit eis dixit; expedit vt suspendatur mola assignaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Et iterum væ mundo à scandalis. Et iterum si oculus tuus scandalizat te, erue eum. Et contra istos scrupulosos, qui hypocritizando solent peccantes grauiter increpare, abhorrere, & anathematizati dicentes, *Cielo como no te caes, como Dios consientes tal gentes.* Remedium contra tales exagerationes præstauit medicus cælestis dicens. *Si peccauerit in te*, id est, si tantum peccata & fragilitates te scandalizant, & conturbant, corripe eum suauiter inter te, & ipsum, id est secrete, ne publicè, sed charitatiue, quod si etiam te læserit, & offenderit iniuriis, aut opprobriis, vel qualibet de causa amicabiliter parcens ex corde corripe eum, ne coram multis, vt profit tua correctio; quia salubris est, nam aliter faciendo propter respectus temporaliter etiam tu peccas. *Genus hypocrysis, est scrupulos fingere.* Hispana locutio. *Correctio sine respectu ex motu temporalium.*

DIFFICVLTAS II.

Quare dicitur, si te audierit lucratus es fratrem tuum.

541 QVæritur quomodo per correctionem, & quando fratrem lucramus?

Aug. cit. à Ians. sua in concord. c. 72. 1. RESPONSIO Augustini citati in Iansen. cap. 72. *Agnosce quia in hominem peccando peristi; nam si non perieras quomodo lucratus es.* Quasi dicat, si te audierit, hoc est, si tuam admonitionem, & correctionem receperit, lucratus es fratrem tuum. Non ergo est parui momenti correctio, nam si non fiat anima perditionem æternam acquirit. *Qui fratri non parcit, sibi non parcit.*

542 Ians. cit. 2. RESPONSIO Iansenij citati; *Si enim pœnitentem lucrari dicimur: ergo & peccantem perdidimus.* Quasi dicat contrariorum eadem est disciplina, si lucramus emendatum per correctionem. Ergo perdere per timorem, vel negligentiam correctionis grauissimũ crimen est. *Timor correctionis expellendus.*

543 Lyran. sua in gloss. 3. RESPONSIO Lyrani sua in glossa. *Lucratus eris eum, scilicet cum integritate famæ ad salutem reducendo.* Quasi dicat, qui est causa famæ restitutionis, omni laude dignissimus est. *Fama restitutor omni laude dignus.*

4. RESPONSIO interlinealis in glossa. Per alterius salutem *salus tibi adquiritur.* Quasi dicat, qui salutem fratris sui lucratur etiam sibi æternam vitam adquirit: tanti ergo momenti correctio est. 544 Interlineal. *Correctio bonum commune.*

5. RESPONSIO Chrisostomi in cath. Sanct. Thom. citati: in hoc demonstratur, Quod inimicitia damnum est commune & propter hoc non dicit, quod ille lucratus est se ipsum, sed quòd *Tu lucratus es eum.* Ex quo ostendit, *Quod tu & ille damnum passi eratis ex discordia.* Quasi dicat. Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum. Cum propter correctionem fraternam in pace vterque corrigens & correctus manent, vnus emendatus, & alter sine scrupulo scandali quietus. 545 Chrysost. in cath. cit. *Fraterna correctio concordat corda.*

6. RESPONSIO Caietani in Euang. ad cap præsens. *Ecce fructus speratus, finisque intentus per hoc preceptum, neque dicit saluus erit frater tuus, sed lucratus es fratrem tuum, vt fratris salutem, tuum lucrum stimes, ac non secus quam tuum lucrum inquiras, & de illo gaudeas.* Quasi dicat Quemadmodum cupidus mercator mercedem & lucrum desiderat & gaudet, cum inuenerit, sic & nos per correctionem fraternam lucrum & mercedem magnam adquirimus, & de adquisitis lætamur. 546 Caietan. in Euang. *Correctionis lætitia per fructus cognoscitur.*

7. RESPONSIO, meo videri lucratus est frater, cum scrupulosus quiescit exhibendo correctionem, quia apud illum reputabatur ouis perdita, & scabie scandali putrida: cum autem per admonitionem fraternam reducitur, lucrum reputat, & bene cogitat recepisse pro omnibus laboribus suis in adquirendo fratrem scandalizantem. 447 Auct. mens. *Ouis perdita & inuenta correctio fructuosa.*

DIFFICVLTAS III.

Quare dicitur, si te non audierit adhibe tecum vnum aut duos testes?

QVæritur ad quid testes contra correctionem non audientem adhibendi sunt? 548

1. RESPONSIO Hieronymi in cath. citati. *Si te audire noluerit adhibendus est vnus frater tantum; quod si nec illum audierit, adhibeatur & tertius, vel corrigendi studio, vt scilicet, vel admonitione, aut pudore corrigatur, vel conueniendi sub testibus.* Quasi dicat: Pudor & confusio faciem hominis perturbat, etiam ex rubore solet emendare homines, si correctio fiat sine testibus, aut cum paucioribus, vt non publica fiat infamia scandalizantis. *Rubor hominis emendat, & confundit.*

2. RESPONSIO Glossæ, *Adhibe testes: nam si dixerit non esse peccatum, vt probent illud esse peccatum.* Quasi dicat, ne putet correctus, quod ex proprio capite, vel ex vindicta, aut alio motiuo correctio fiat: ideo testes adhibendi sunt, vt affirment, quod peccatum est, de quo corripitur. 549 Gloss. Ord. *Testes propter calumnias adhibentur.*

3. RESPONSIO Chrysostomi hom. 61. in Matth. *Adhibe tecum testes & habebis testimonium, quod totum fecisti quod tuum erat; etenim medicus, cum viderit morbum non remitti non desistit sed tunc magis preparatur ad curandum.* Quasi dicat, qui scandalizat, graui morbo laborat, 550 Chrysost. hom. 61. in Matth. *Qui non corrigit delicta, aut peccata, medicus non est, sed homicida.*

borat, & qui non curat, si potest non est medicus, sed homicida, saltem remedia possibilia adhibens, & testes correctionis ad cor durum liniendum solent esse remedia.

551 Lyran. & Abul. cit. *Incorrigibilis in articulo mortis aeternae ambulat.* 4. RESPONSIO Lyrani de quo Abulensis assumpsit; *Quia fama est minus bonum, quam sit bona vita, & si non potest seruari bona vita fratris sine detrimento famae suae, tunc procedendum est ad salutem bonae vitae cum aliquali laesione famae. Et ideo adducendus est vnus alius, vel duo ad sciendum fratris delictum, & vt coram eis arguatur, & si se non correxerit, tunc simpliciter contemnenda est eius fama vt conseruetur bona vita, vel saltem ordo iustitiae ad terrorem aliorum.* Quasi dicat, incorrigibilis stat in periculo mortis aeternae, & remedia vsque ad suprema sunt adhibenda etiam si fama pericliterur. Ideo ad vltimum dicitur, si non emendetur sit tibi tanquam gentilis.

Quando fama non curandum.

552 Hieron. in cath. citat. 5. RESPONSIO Hieronymi in cath. citati, *Quanto enim inuerecundior fuerit, & pertinacior, tanto magis nos ad medicinam studere oportet, non ad iram, & odium.* Quasi dicat; attendant qui debent corrigere, quod sunt medici, & de correctione rigida reddituri sunt rationem, si propter suam famam, & ambitionem renuerunt corrigere.

Medici sunt Praelati medicina correctionis.

553 Sent. Auct. 6. RESPONSIO meo iudicio, Testes ad correctionem adduci iubentur, quia multoties qui corriguntur solent tanquam phraenetici febre laborantes contra corrigentes opprobria, & verba impudica proferre. Et vt testes sint ad deponendum contra eos, & vel saltem, vt timeant insurgere contra corrigentes, quia testes sunt praesentes: nam semper euitare damna, & non adiicere peccatum supra peccatum Christus docuit.

Maiora mala euitanda.

DIFFICVLTAS IV.

Quomodo intelligatur dic Ecclesiae.

554 QVaeritur ad quid Ecclesiae debet denunciari peccator scandalizans?

S. Chrysost. in cath. cit. Gloss. ord. 1. RESPONSIO Chrysostomi in cath. citati, *Dic Ecclesiae, id est, his qui Ecclesiae praesiden.* Et addit Glossa: *Ecclesiae dicere praecipitur, vt maiorem erubescentiam patiatur, & post haec omnia sequatur excommunicatio, quae fieri debet per os Ecclesiae, id est, per sacerdotem, quo excommunicante tota Ecclesia cum eo operatur.* Quasi dicat, potestas & charitas Ecclesiae declaratur: nam primo scandalizantes admonet, deinde punit: nam sacerdotes habent potestatem ligandi, atque soluendi suo ordine deriuatam à supremo Pontifice, qui est caput Ecclesiae.

Excommunicati ruborem debent habere maximũ.

555 Lyran. sua in glossa. 2. RESPONSIO Lyrani sua in glossa. *Dic Praelato, per denuntiationem publicam, & tunc sunt testes ducendi ad facti probationem, qui prius fuerant inducti ad fratris secretam correctionem.* Quasi dicat, fundamentum correctionis Ecclesiae, stabile, verissimum, & indubitabile est, & ideo post testes pronuntia sententiam contra scandalizantes incorrigibiles.

Fundamentũ Ecclesiae verissimum & firmum.

556 Abul. q. 108. Matth. 3. RESPONSIO Abulensis, qui q. 108. *Affert omnes congretationes & multitudines gentium, quae etiam vocantur Ecclesiae.* Sed non sunt, ad rem praesentem? quia etsi congregationes fidelium Ecclesiae vocentur, non loquitur de his Christus, sed de Ecclesia Catholica; quae habet potestatem ligandi.

Congregatio fidelium Ecclesia, potest vocari largo modo.

557 Caiet. in Euang. 4. RESPONSIO est Caietani: *Appellatione Ecclesiae hoc in loco, non solum Ecclesia (non acephala) sed etiam Praelatus Ecclesiae, qui ordinarius index, & fratris impoenitentis intelligitur.* Quasi dicat, non est necessaria tota Ecclesia Catholica cum suo Pontifice, vt correctionem, & punitionem praestet incorrigibilibus, & scandalis, sed sufficit quilibet Praelatus ordinarius.

Ordinarius Praelatus in nomine Ecclesiae corrigit & punit.

558 Iansen. in concord. c. 72. 5. RESPONSIO Iansenij in concord. c. 72. *In primitiua Ecclesia secundum Christi praeceptum denuntiabantur peccatores post vnam & alteram correctionem toti Ecclesiae alicuius loci, hoc est Christianorum legitimè cum suo Episcopo, aut Doctore congregatis, ibique si impoenitentes persistebant omnium consensu, & approbatione excõmunicabantur ab Episcopo. Vnde Paulus 1. Cor. 5. incestuosum Corinthium tradens Sathanae dicit se id facere cum congregatis secum. Ego, inquit, absens corpore; praesens autem spiritu iam iudicaui vt praesens eum qui sic operatus est in nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis vobis tradere huiusmodi hominem Sathanae &c.* Et Tertulianus in Apologet. cap. 39. ait: *Exhortationes, castigationes, & censura diuina: nam & iudicatur magno pondere, vt apud caeteros de Dei conspectu, summumque futuri iudicij praeiudicium est.* Et addit: *Si quis ita deliquerit, vt à communione orationis, & conuentus, & omnes sancti commercij relegetur, praesident probati quinque seniores honorem istum non pretio, sed testimonio adepti, &c.* Quasi dicat, quod antiquitus popularis erat congregatio Ecclesiae simul cum Episcopo, & Diaconis, & magistratibus, qui non pretio talem honorem habebant, sed litteris & meritis, sed quantum ad populares congregationes vt excommunicatio proferretur iam à Conciliis, à sanctis Patribus deuolutum est, quia tunc Ecclesia erat infans, & iam robustia solis Episcopis, & Praelatis indiget, quia vicem Ecclesiae gerunt, de quibus Christus loquitur, dic Ecclesiae.

1. Cor. 5. Incestuosi sathanae tradendi.

Tertul. in Apol. c. 39. Excommunicationes in primitiua Ecclesia de consensu populi dabantur.

Conciliorum decreta contra congregationes populares ad excommunicandum.

DIFFICVLTAS V.

Quare dicitur, sit tibi quasi ethnicus & publicanus?

QVaeritur, quis sit publicanus, & quis ethnicus, à quibus Christiani se debent abstinere? 559

1. RESPONSIO Augustini de verb. Dom. *Noli illum deputare in numero fratrum tuorum; neque sic tamen salus eius negligenda est: nam & ipsos ethnicos, & id est gentiles, & paganos in numero quidem fratrum non deputamus, sed tamen eorum salutem semper inquirimus.* Quasi dicat communicatio cum excommunicatis prohibetur, sed de eorum salute non desperamus, quia pro paganis etiam rogat Ecclesia? August. de verb. Dom. *De salute Paganorum non desperãdum.*

2. RESPONSIO Abulensis quaest. 109. in Matth. *Christus voluit fratrem corrigi à vobis per admonitiones, quandiu potest emendari quoniam* 560 Abul. q. 109.

autem putatur inemendabilis, iubemur eum deserere Deo curandum, quia ex eius conuersatione infectio criminis ad alios transire potest. Quasi dicat, incorrigibiles, & delectabiles in scandaloso peccato Deo relinquendos, quia induratum est cor eorum, sicut Pharaonis, vt contingit in vindictam quærentibus, & in prostratis voluptatibus luxuriæ, si cor pulchræ fœminæ traditum est, & cicatrices peccatorum sunt inueteratæ de quibus latius ad mores.

Saxis duriores scandalosi inueterati cum meretricibus.

561 3. Responsio Lyrani. *Sit tibi sicut ethnicus, id est, separetur ab aliis fidelibus per excommunicationem, & censuram Ecclesiasticam.* Quasi dicat. Prælatis Ecclesiæ talem Christus potestatem præstat pro incorrigibilibus, ideo subdit; *Amen dico vobis quæcumque ligaueritis, &c.*

Lyran. sua in gloss. *Ecclesia à Christi habet potestatē excōmunicādi.*

562 4. Responsio Iansenij sua in concord. cap. 72. *Vult enim Dominus talem sic habendum, quando Iudæi habebant ethnicos, & publicanos, à quorum mensa, & consortio omni sic abstinebant vt pollui se existimarent, si quouis modo cum eis communicassent.* Quasi dicat propter contagium à commercio incorrigibilis separari iubemur. Vnde Apostolus dicebat 1. Cor. 5. *Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit, auferte malum ex vobis.*

Iansen. citat. *Fermentū & scandalosi massam & mores corrūpunt.*

563 5. Responsio meo iudicio tanquam Ethnicus & publicanus iubet Dominus reputari à nobis, qui Ecclesiam tenuerunt & contempserunt audire in correctionibus bene ordinatis, quia tales sapiunt hæresim, si contemnant Ecclesiam, & si hæretici sunt fugienditanquam pestis, vel lepra contagiosa, quarum contagium omnes fugiunt propter conseruationem salutis, quanto magis peccatores contemnentes Ecclesiam debemus fugere propter contagium perditionis vitæ æternæ. Vnde dicitur cum hæreticis adhuc in modo loquendi, non debemus communicare.

Auct. mens. *Qui Ecclesiā contēnunt, sapiunt hæresim.*

DIFFICVLTAS VI.

Quare dicitur: Amen dico vobis, quod si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo?

564 Quæritur quare data potestate ligandi, atque soluendi Christus de concordia, & de oratione loquitur?

1. Responsio Lyrani: *Quia non solum debemus fratrem corripere vsque ad demonstrationem Ecclesiæ, & pro eo orare, sed etiam nobis offensam illatam dimittere.* Quasi dicat, ad hoc vt correctio, & oratio pro incorrigibili prosit, charitas debet vexillum portare: nam si odium aliquo modo remaneat in corde, frustraneæ sunt correctiones, & orationes.

Lyran. sua in gloss. *Oratio & correctio cum odio frustranea.*

565 2. Responsio Maldonati. *Existimo Christum à minori ad maius argumentari voluisse, vt in litt. latè diximus: Cuius est sensus si quod concorditer duo petunt fit à Patre meo, quomodo quod ab Ecclesia postulatur, non fiet in iudicando, vel in definiendo, vel ligando, vel absoluendo.* Quia si in nomine Christi omnia hæc fiunt, mediante oratione fiunt, & in orationibus Ecclesiæ assistit Christus in medio tanquam aduocatus à Patre postulans, vt Ioan. n. 13. pater. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis.*

Maldon. in Euang. *Potestas Ecclesiæ data corroboratur à Christo.*

566 3. Responsio D. Hieronymi citati in Cath. *Omnis superior sermo ad concordiam nos prouocauerat. Igitur & præmium pollicetur, vt solicitè festinemus ad pacem, cum se dicat, inter duos, vel tres medium fore.* Quasi dicat, correctio & admonitio Ecclesiæ per censuras rendit ad concordiam in Deum & fideles, & Christus est per antonomasiam vocatus pax; & ideo promittit assistere in medio tam duorum, quàm totius Ecclesiæ, quæ vniuersalem concordiam, & pacem desiderat & à Deo postulat.

S. Hieron. in Cath. citat. *Pax quæsita in cōcilliis & in membris singularibus Ecclesiæ.*

567 4. Responsio meo videri: *Ideo dixit Dominus: Amen dico vobis quod si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quācumque petierint fiet illis à Patre meo.* Quia catenatim, & directè remedia ad effectum correptionis multiplicat Christus, & primò dixit, væ mundo à scandalis, deinde vt tollantur; addit: si peccauerit in te pater tuus corrige eum, id est, secretè remedium correctionis adhibe, & si renuerit, adhibe vnum, vel duos testes. Deinde alterum remedium, dic Ecclesiæ. Et si non audierit Ecclesiam, sit tibi velut ethnicus; quia potestatem habet Ecclesia ligandi talem incorrigibilem; si autem sit irremediabilis, vltimum remedium sit, quod si ex concordia & amicitia eius qui scandalizat cum eo, qui dat correctionem orauerint ad Deum, vt auferatur duritia Pharaonis de corde scandalizantis: *Amen dico vobis quood fiet*, quia ego ero inm edio vestrûm orans pro huiusceemodi corde inueteratum, & quasi ex multo tempore habitum malitiæ in naturam conuersum, sed orationi in pace & concordia factæ omnia sunt possibilia.

Auct. mens. *Institutum correctionis declaratur.* Matth. 18. *Nunquā cessandum: remedia contra induratum scandalizantem adhibēri.* *Consuetudo est altera natura.*

568 5. Responsio Iansenij hanc nostram sententiam fulcientis. *Si duo ex vobis consenserint propter me, & causam aliquam ad me pertinentem, fiet vobis, id est, propter meam præsentiam exaudibilis fiet eorum oratio.* Quasi dicat: ego per specialem gratiam assisto ad intercedendum pro incorrigibilibus peccatoribus suæ fragilitati prostratis, dum correctionem fraternam amicabiliter recipiant, & effrenatim contra medium remedia exhibentem non resiliant, vt in Saulo patet. Pro quo Stephanus dum lapidaretur, orauit, & Christus intercessit, & Deus exaudiuit, & ipse non resiliit sed dixit: Domine quid me vis facere, & erat blasphemus, scandalosus & tamen quia correctonem Christi accepit, factus est vas electionis.

Ians. in concord. c. 72. *Correctio proximi causa Christi est. Per Christū mitescūt corda duriora.* *Saulus scandalosus sed per correctionem vas factus electionis.*

DIFFICVLTAS VII.

Quare Petrus dixit Domine, quoties peccauerit frater meus, dimittam ei?

Quæritur. Quorsum hæc verba protulit Petrus. cum de correctione agebatur. 569

1. Responsio sit Iansenij, ait: *Putans se aliquid magnum dicere pro sibi et celeriter volens ostendere se paratum ad parcendum fratri in se peccanti sed non semper, & ideo interrogauit, Quoties peccauerit in me, dimittam ei.*

Ians. in concord. *Subtiles ingenio fere semper errant.*

2. Respon

570 2. Responsio Lyrani sua in glossa: *Petrus tanquam principalis loquitur pro se, & pro aliis; & alio audito a Saluatore quod offensa fratris peccantis esset remittenda, Dixit, si sufficeret ad salutem dimittere septies?* Quasi dicat patientia humana non est impassibilis, sed sensibilis; & ideo non semper opprobria, & offensæ multiplicatæ possunt dimitti, & ideo interrogauit, si septies sufficiebat.

Lyran. sua in gloss. *Tolerantia hominū multoties, depercitur offensis.*

571 3. Responsio Abulensis quæst. 127. *Petrus credebat, quod remittenda erat offensa peccati; quia Christus docuerat in forma orandi; dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris; & tamen quoties dimittendum esset, nesciebat, & ideo interrogabat.* Quasi dicat, Petrus amator Christi nimis erat, & iota vnum, aut vnus apex nolebat transigere à mandatis eius, & ideo de numero dimittendi peccata interrogat.

Abul. q. 127. in Matth. 18. *Amor obediens nimus.*

572 4. Responsio Origenis in glossa ordinaria citati; *Quia numerus sex videtur esse operis & laboris; septimus autem repensationis dicit remissionem fieri oportere fratribus in hoc mundo degentibus secundum res huius mundi peccantibus: si autem aliquis vltra eam peccauerit iam non habet remissionem.* Quasi dicat, septenarius numerus remunerationem, & requiem laboris sexti denotat. Et ideo interrogat Petrus, si vsque ad tempus præmij & remunerationis remissionis indulgendum sit.

Origen. in Gloss. *Numerus septimus irremissibilis dicitur.*

573 5. Responsio meo videri, Petrus interrogauit, non ad rem, & de materia correctionis, de qua Christus agebat; & ideo de proprijs offensis receptis interrogat, quoties dimittendæ sunt, Christus respondit ad quæsita cathegorice, nihil de correctione tractans: nam de remissione correctionis non potest intelligi id quod dicitur, non dico tibi septies, sed septuagies septies; quia correctio fraterna de qualibet culpa mortali fieri debet.

Auctor. sententia. *Interrogatio & responsio casu coharit.*

DIFFICVLTAS VIII.

Quare Christus respondet, non dico tibi septies, sed septuagies septies?

QVæritur quod intelligatur per numerum septuagies septies? 574

1. Responsio Augustini in glossa citati. *Cum multiplicatur numerus septimus iam omnis intelligitur transgressio propter septem vitia.* Quasi dicat, Petrus in particulari de coarctatione dimissionis & veniæ interrogauit, Christus autem trangreditur, & extenditur, ampliando indulgentiam in æternum, & vltra

August. in gloss. ord. *Misericordia hominū stricta, Dei vero infinita.*

2. Responsio Abulensis q. 130. *Hic ponitur numerus determinatus pro indeterminato, sicut in Hispania est modus loquendi, cum interrogatur, quoties ibo ad quærendam talem rem,* Et respondet; *Anda ve, buscala mil vezes hasta que la halles* In hoc sensu dicitur Numer. 14. *Tentauerunt me per decem vices,* id est sæpe. 575

Abul. q. 130. Hispana locutio. *Numerus determinatus pro indeterminato.* Numer. 14.

3. Responsio Augustini in Abulens. citati. *Audeo dicere & si septuagies octies peccauerit ignorans, & si centesies, & omnino quoties peccauerit; si enim Christus millia mille peccatorum inuenit, & tamen omnia donauit, noli subducere misericordiam; ait enim Apostolus Donantes vobis metipsis si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut Christus donauit vobis.* 574

Aug. citat. ab Abulens. q. 130.

Sed meo iudicio; hic respondit Christus ad dubitationem, & interrogationem Petri de numero largiendi veniam his qui peccant contra aliquem; non vero de scandalosis, quibus infligenda est correctio, statim vt scandalum sciatur, quorum remedia in præsenti cap. 18. tractauit Matthæus, vt nos latè disputamus ad litteram. 577

Auctor. sent. *Christus vero nil de correctione respondit.*

TRACTATVS DECIMVS QVARTVS

Ad Mores *In cap. 18. Matth. de Correctione fraterna.*

DIFFICVLTAS IX.

568 QVA in occasione Christus dixit, si peccauerit in te frater tuus &c.

1. Responsio fuit Chrysostomi in littera citati, *Quia superius vehementer sermonem aduersus scandalizantes proposuerat vndique eas terrens, ne scandalizati resupini fiant, vel per negligentiam vel contemptum correctionis.* Quasi dicat terribiliter scandala fugienda sunt, quia Christus lamentabatur de scandalis. Vnde interrogat Oleaster, quare Deuteron. 34. dicitur, *Et non cognouit quisquam sepulchrum Moysis?* Et respondet, *Quia omnia illa maxime occultanda sunt, quæ fratribus & proximis scandala esse possunt, vnde tot peccatis, quis obnoxius est, quot aliis præbuit ruinæ occasiones.* Quasi dicat, ne corpus sanctum

Chrisost. in litt. cit.

Infelices qui scandalizant.

Meretrices scandalosæ & earum cineribus excolenda.

sanctum idololatriæ fuisset, & per consequens causa ruinæ spiritualis multorum, ideo absconditum, & ignotum fuit filiis Israel. Quid ergo de scandalum operantibus dicam, si corpus sanctissimum Moysis absconditur, ne causa sit ruinæ? Quomodo corpora scandalosa per infamem vitam in profundum inferni non occultantur, & in exilium à iudicibus mittuntur.

Ministri negligentes in separatione scandalorū damnantur.

579 Hoc interrogatur in glossa ordinaria. Quare Deut. 15. dicitur, *Ne polluatis terram, &c. Et quæ insontium cruore maculatur?* Et respondet: *Polluunt terram habitationis suæ qui cruenta, & nefaria facinus opera proximos scandalizando, & spiritualiter interficiendo.* Et addit: *Et nisi per confessionem peccatorum, & condignam pœnitentiam desideria carnis occidantur, terra corporum illorum nullo modo mundabitur. Quia creator squalore scandalosæ conuersationis abominari videtur.* Quasi dicat, fœtor peccatorum scandalizantium terram, & cælum torquet. Et ideo dicebat Bernardus citatus in allegor. in Matth. *Expedit ei qui scandala suscitat in sancta fratrum congregatione vt suspendatur in collo eius mola asinaria & pro suaui iugo, & leui onere Saluatoris graui mole terrenæ cupiditatis humeris eius imposita demergatur in profundum maris huius, quod est sæculum nequam.* Quasi dicat, qui in Religione scandalosus, & profanus viuit, iusto Dei iudicio ad voluptates sæculi reuersus patitur afflictiones & opprobria exprobrantium, quæ illum torquent & innumerabilibus pœnis in præsenti & futuro sæculo incessanter opprimitur. Et addit Bern. citatus: *Minus enim damnabile erat in sæculo perire, quam in monasterio.* Et ego ex verbis Christi addo Matth. cap. *Melius erat illi si natus non fuisset homo ille.* Et Sanct. Petrus Chrysolog. in citat. allegor. Tylmani addit: *Scandalorum autem genera sunt diuersa. Prima, quam Diaboli parturit. Secunda quam generat calliditas humana. Tertia, quam in nobis parit suspicax, & incauta natura.* Et Bernard. citat. *Non enim æqua sunt lance pensanda scandala.* Quasi dicat apud Deum scandala omnia male[illegible] sunt, sed Religiosorum detestabilia.

Gloss. ord. Deut. 15. Scandalosi terram ciuitatis polluunt. Scandalosi fœtent omnibus.

Bern in alleg. Tylm.

Expulsi à Religionibus pœnis & vexationibus mundi pereūt. Bernard. cit.

Matth. cap. Fuisset quasi non esset, Religiosum scandalizans. Chrysolog. Tylm. cit. Bern. citat.

580 Vnde Origenes interrogat, quare Numer. 31. dicitur. *Vlciscere primum filios Israel de Madianitis?* Et respondet. *Quia longe grauius est causam præbere peccandi, quam peccare: quia scandalum nihil aliud est quam rectè ambulanti obicem impingere.* Quasi dicat vt religati sunt per professionem, si scandalosè viuant fidelibus simplicibus obices ponunt, & resupini fiunt. Et hac de causa Christus de correctione fraterna egit in præsenti, vt scandala euitarentur vt adnotauit Chrysostomus supra citatus.

Origen. in Num. 31.

Religiosi scandalosi resupinant fideles faciunt.

Chrys citat.

581 1. Responsio Augustini in littera citati: *Debemus enim amando corrigere, non nocendi auiditate, quia in vulnus fratris tacendo peior factus es. quam ille committendo.* Quasi dicat, Summopere debent Prælati initia scandalorum per correctionem prohibere, ne fortè propter suam negligentiam, vel temporalis ambitionis vulnera scandalizantis peiora fiant & putrefacta in ruinam multorum veniant. Vnde interrogat Oleast. quare Exod. 19. num. 12. dixit Dominus Moysi & Aaron, vt præciperent populo vniuerso, vt nullomodo montem tangerent: *Cauete* (inquit textus) *ne ascendatis in montem, neque tangatis fines eius.* Vel vt legit Pagninus.

August. cit. in lit. Correctiones à principio largienda, ne forte putrescant.

Oleast. in Num. 19. n. 12. Trāl. Pagn.

Non tanges eum manus. Et respondet; *Quia execrabilis valde est peccator scandalosus, præsertim Sacrilegus, vt manibus attractari prohibeatur.* Et addit: *Pulchram habent hinc admonitionem Prælati, vt cum velint præcepta Dei seruari à subditis, prohibeant initia transgressionum, ne fortè propter defectum correctionis fiant scandalosa.* Quasi dicat, Prælati super gregem suum attendere statim dum defectus incipiunt, debent; quia facilius à principio correctio recipitur, & emendatur; ob hanc causam forte Dominus Euæ prohibuit (ea teste) arboris interdictæ contactum, ne contingeret eam venire ad esum. Et Matth. 5. num. 28. admonet & corrigit oculum videntis mulierem ad concupiscendum. Et statim addit: *Quod si oculus tuus scandalizat te erue eum.* Hæc Oleaster. Quasi dicat, peccatorum initia tam seuerè interdicit, & corrigit Dominus, ne contingat in grauiora ruere, propter quod Dominus non solum prohibuit manducationem, sed & contactum, & Christus oculos ad prospiciendum mulieris pulchritudinem claudere monet, ne fortè eruere illum opus sit, vt anima saluetur.

Scandalosus sacrilegus neque manu tāgatur.

Prælati seueriter scandala corrigant.

Gen. cap. 3. Math. 5. n. 28.

Oculi claudi ad pulchritudinem mulieris.

Hinc Tertullianus lib. de fuga in persecutione cap. 11. *Malus Pastor, qui viso lupo fugit, & pecora dirripienda dereliquit.* Quasi dicat, non est Pastor, sed idolum, qui propter augmentum, vel timorem rerum temporalium non corrigit & reducit oues errantes. Et addit Tertul. *Detinebuntur illi missionis suæ mercedes in compensatione imo & de priori peculio eius exigetur detrimenti Dominici restitutio.* Quasi dicat, Pastor etiam, aliàs Doctor egregius cilicium portans orans, & ieiunans incessanter, eleemosynas largiens, vitia fugans & viriliter pugnans, nullam prorsus operum suorum mercedem accipiet, si de commisso sibi grege, & errante per correctionem non curauerit in eo ad restitutionem detrimenti Dominici ad iudicium Dei sciscitabitur, quia propter suas ommissiones, quæ maxtes sunt ambitionis gregem Dominicum, quem Dominus sanguine suo adquisiuit dispersum & perditum omisit.

582 Tertul. lib. de fuga in persec. c. 11. Pastor non, sed idolum, qui non corrigit oues pro rerum temporalium acquisitione. Tertul. cit.

Omnia opera bona Prælati amittuntur propter omissiones in corrigendo scandala.

Vnde Bernardus citatus in allegor. Tylm. super Ecclesiast. cap. 22. Vbi dicitur, *De stercore bouino lapidatus est piger*, ait: *Væ misero Præsuli, qui dum stercoratur putatur ornari. Bos erat Paulus, qui omnia mundana arbitratur vt stercora vt Christum lucrifaceret. His vero stercoribus lapidatur, qui ea amplexatur, & Christum lucrifacere negligens corde vacuo & deserto foras cogitur euagari.* Quasi dicat, qui aliis præest & in perpetuo motu, & fluxu ambulat in rota ambitionis Vnde honorificatur, inde stercoribus lapidatur, quia ipse existimat, quod omnes eum aspiciunt ad orandum, & non nisi ad idolum vel statuam Iouis lapidandum intuentur; quia honores, quos Paulus vt stercora reputabat ipse negligens Pastor à grege commisso errante lapidabitur, & in æternum maledicetur, cum Dominus ad iudicandum venerit: Vnde Bernardus citatus concludit: *Sicut enim exercitiis litterarum per contemptū exteriorum generat, sic eorundē solicitudo certum signum est mentis incultæ.* Quasi dicat Pastor remissius, vel negligens, qui incessanter curat de temporalibus rebus, & corde, ore, & anima inseruiendis supremis potestatibus vitam gerit, hic euidens signum est, quod animam

583 S. Bern in alleg. Tylm. sup. Ecclesiast. 22.

Honores mūdi stercora.

Præsul ambitiosus idolum lapidibus circumdatū.

Bernard. cit.

Ambitiosi ratio fornicatur.

incultam

Prelati remissi peiores quàm scandalizantes. incultam portat pro defectibus correctionis, & reductionis circa gregem sibi commissum etiam si inter vepres scandalorum, & tribulos mali exempli, oues marcidas, tepidas, & moribundas aspiciat. Propter quod de huiusmodi Pastoribus, dixit Augustinus citatus. *Sed tu peior factus es, quam ouis quæ perierat conuitiando, tu vero tacendo, & dissimulando propter temporales ascensus.* (August. cit.)

584 VLTIMA RESPONSIO fuit, quod Dominus voluit reprimere increpantes rigide, & contra peccantes asperè insurgentes & hypocrizantes, cœlum & terram inuocantes contra pœnitentes, de quibus in nostro Hispano idiomate dicitur, *Que son confessores malos caçadores, que espantan la caza*, Quia prætextu sanctitatis peccatores aufugare, & auolare à Sacramento pœnitentiæ faciunt. Vnde interrogat Oleaster, quare Rex Pharao dixit Moysi, & Aaron; *Ite sacrificate Domino in terra hac*, Exod. c. 8. n. 25. Et respondet: *Sinit Diabolus homines facere bona, imò ad ea instigat, sed cum aliqua conditione, quæ bonum opus malum faciat: sinebat Pharao Iudæos colere Deum suum, sed in terra Ægypti quæ ob cultum idolorum eis abominabilis erat.* Quasi dicat instigat aliquos Prælatos & Confessores Diabolus, vt correctionem faciant peccatoribus, sed ita rigorosè, asperè & terribiliter increpant, quod inde sequuntur maiora peccata, quia desperati multoties subditi in ruinam & scandalum deteriora operantur. (Hispana locutio. *Confessores sicut neotherici venatores fugiendi.* Oleast. in Exod. 8. n. 25. *Correctione aspera peccatores deteriorantur.*)

585 Hinc interrogat Radulphus citatus in alleg. Tylm. Quare Ecclesiast. cap. 20. dicitur: *Quam bonum est correptum manifestare pœnitentiam, sic enim effugies voluntarium peccatum?* Et respondit: *Quia hoc fit cum peccator corripientis se mansuetudine comperta increpantem diligens aduersus reatum suum in iracundiam suscitatur.* Quasi dicat, intentum & desiderium Prælati, vel confessoris adimplebitur, cum correctionem, quam infert benignè, & mansuetè pronuntiat, quia tunc reus obligatus contra suum debitum irascitur, & corripientem mansuetè diligit. Et addit Radulphus citatus. *Ergo si violenta, & contumeliosa adhibeatur increpatio, licet ad tempus propter timorem praui operis fiat intermissio; voluntatis tamen praua mutatio non sequitur.* Quasi dicat increpatus asperè, & rigidè non solum non emendatur sed violenter, & quasi in triremibus abominando diuina præcepta remanet. Hinc consequenter in allegoriis Tylmani scriptum est quod spiritus Sanctus per os Ecclesiastici dicit cap. 20. num. 2. *Concupiscentia spadonis deuirginauit iuuenculam, & qui facit per vim indicium.* Quasi dicat, inquit Auctor citatus: *Spado ad coitum non spe trahitur posteritatis; scit enim se gignere non posse, sed ardore concupiscentiæ stigatur. Corrumpere itaque potest virginem impugnare non potest; in hunc modum, & qui ad proximi increpationem, non vtilitatis alicuius consideratio ducitur, sed furoris sui impetu raptatur, dum sine mensura culpas vindicat. Cadit, non subuenit, & cui semen melioris propositi infundere debuit, grauius corrumpit.* Hæc ibi. Quasi dicat quod correctio, & admonitio expedit, & non furiosè, & cum gestibus, & inuocationibus inuocando cælum & terram fiat, sed suauiter & mansuetè, vt in se reuersus peccator rubore & confusione verecundiæ emẽdetur & corrigatur. (Radulphus in alleg. Tylm. in Ecclesiast. 20. *Correctio suauis confundit peccatores.* *Ad tempus violenta increpatio emẽdatur ficte.* Idem in alleg. Tylm. *Spado non generat, sed vulnerat.* *Correctio & admonitio rigorosa & spadoni similis.* *Lucrum est monitio prudens.*)

DIFFICVLTAS X.

Quare dicitur, si te audierit lucratus es fratrem tuum?

QVæsitum fuit, quomodo per correctionem frater potest lucrari, & de damno non corrigenti emergente? 586

1. RESPONSIO fuit August. in litt. citati; *Aduerte quia in hominem peccando periisti: nam si non perieras, quomodo lucratus es.* Quasi dicat amicos & proximos, &c. etiam inuitos debemus corripere, & lucrari, ne propter suam occasionem nos pereamus in æternum. Vnde interrogat Oleaster, quare Genes. 8. n. 10. dicitur: Quod *Noe misit manum suam, & introduxit in arcam columbam?* Sic Pagn. Et respondet; *Quia nos admonet locus iste, vt cum viderimus familiares nostros se perditum ire, inuitos etiam saluemus eos.* Et addit: *Sunt enim aliqui tam asperi, vt vix sese etiam ad suam tractare desinant vtilitatem.* Quasi dicat sunt amici aliqui elati, & suæ voluntatis amatores, & de se tam altè præsumentes, vt si lucrari eos velimus per separationem à re indebita, & sibi nociua taliter resiliunt, & renuunt desiderans quod ambo demergantur in profundum, sicut contigit natanti, qui amicum suum ferè suffocatum sub aquis liberare, à suffocationis periculo intentat, & vterque periit. (August. cit. *Inuitos corripere amicos.* Oleast. in Genes. 8. n. 10. Transf. Pagn. *Incorrigibiles similes nutantibus & periclitantibus in aquis.*)

587 Interrogat quidam Pater citatus in allegor. Tylm. nomine Adam, quare Prouerb. 27. n. 5. dicitur: *Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta odientis oscula?* Et respondit: *Quia non redarguere, & corrigere quos amamus, non tam amor est, quam amentia.* Quasi dicat, quæ maior amentia, quam euitare lucrationem proximi, vt ambo in æternum pereant. Et addit: *Noli irasci vera dicenti amico; quia si veritas odium parit; non id tamen agis inter eos, qui sanctæ charitatis vinculis astringuntur in odium vitiorum sanctus amor ignescit & loquitur, & in illos inuehitur magis, quos magis diligere comprobatur.* Quasi dicat, qui fratrem suum corrigendo lucratur præmium semper præ oculis proponat, & pericula correctionis contemnet. Et addit Pater citatus: *Amicorum parcere vitiis adulatio est, non dilectio, neque tam amicitiam, quam amentiam sapit, non redarguere quos amamus, vt lucrum vtriusque crescat in æternum.* (Adam citat. in allegor. in Prou. 27. n. 5. *Amentia non amor est amicos non corrigere.* Idem Auct. citat. *Amor verus ignescit cõtra vitiosos amicos.*)

588 Et Galfridus interrogat, quare Prouerb. 27. n. 14. dicitur. *Qui benedixit proximo suo voce grandi, de nocte surgens maledicenti similes erit?* Et respondet; *Quia mors est vita ista mortalis, ignorantia tenebras terra, & culparum obscura caligine; in ea tamen consurgens amico suo voce grãdi benedicit qui in vita sua laudare hominem, & non parce corrigere præsumit, dum inutiliter vtilem somnum excutit, & beatificans in errorem inducit, vel non recipienti misero molestus lucem ingerit, quam ille non diligit.* Quasi dicat, non est amicus sed inimicus insidiator, qui loco correctionis adulationes ingerit; quia teste Lyrano: *De nocte consurgit adulator, & quærit occasionem, tempus, & modum, vbi adulationes efficacius recipiantur.* Quasi dicat, qui adulationes loco (Galfrid. in alleg. ad c. 27. Prou. n 14. *Adulationes non semper bene recipiũtur.*)

I 4

Insidiator est homo laudās peccata amici sui.

ioco correctionis peccati, dicit misero amico molestiam inducit, & quasi cum lux in lucerna posita oculos superuenientis fastidit, & obtenebrat, quia adulatores amicos non corrigentes eliminant à cordibus eorum veritatis lumen & cor obcæcatum manet, non lucratum, quod per correctionem efficitur, vt Augustinus insinuauit.

Aug. citatus.

589 Lyranus sua in Gloss. in Prouerb. 27. *Fama restitutio lucrum ingens.* S. Ambr. lib. 2. offic. c. 7.

3. RESPONSIO fuit Lyrani in littera citati. *Lucratus est fratrem suum cum integritatem famæ ad salutem redeundo.* Quasi dicat, non est præmium inhumanis pro his qui bonam proximorum famam conseruant; sicut neque supplicium cæleste super his, qui fratres suos infamant liuore, & inuidia combusti, Vnde Ambros. lib. 2. offic. c. 7. *Nihil tam vtile quam diligi, nil tam inutile quam non amari: Nam odio haberi exitiale, ac nimis capitale arbitror.* Quasi dicat, fons & origo infamandi proximum odium ex liuore procedens est: Quia sicut aër ab odoribus destituitur, & spargit bonum odorem ex fragrantia pulueris pigmentarij; Si verò aer per putrida & lutuosa loca transeat fœtet & inebriat sensus: sic liuor famam putrescere facit, & inimici semper spargunt fœtorem infamiæ contra fratrem; quem odio habent; Si verò cum diligunt, omnia sunt fragrantia plena, in odoremque suauitatis spargunt famam illius. Vnde Ambrosius citatus. *Itaque id agamus, vt omni sedulitate commendemus existimationem, opinionemque nostram.*

Fama similis aëribus. Passiones famam spargūt bonam & malam. Citatus.

590 Gregor. Nissen. *Cupressus, est similis bonæ famæ propter odorem.*

Vnde interrogat Gregor. Nissen. hom. 4. quare Cant. 1. num. 16. dicitur. *Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina?* Respondet *quia bene olet naturaliter cupressus, & ea ipsa nullam admittit putredinem.* Et addit: *Per ea enim existimo nos erudire, quod non solum quæ sunt in anima virtutes, in habitu non euidenter se gerunt, sed ipsam neque eam negligunt venustatem, quæ est in eo quod apparet.* Quasi dicat recti, & iusti non solum in virtutum splendoribus candorem auscultant, sed in fama bona diuitias adquirunt. Quia vt Prouerb. 10. num. 16. dicitur, *Nomen impiorum putrescit.* Quasi dicat, audi quantum à diuino spiritu ea vitæ puritas fiat, quæ vermium, & detractorum aculeos non suscipiat, sed bono nomini consulat per bonæ famæ restitutionem.

Prouerb. 10. n. 16. *Impiorum fama fœtida.*

591 Lucæ 7. n. 38. *Magdalena retributionē famæ quærebat sua.*

Vnde interrogo, quare cum iam Magdalena totum debitum suorum delictorum charitate & amore compensauerat, quia dilexit multum Lucæ 7. num. 38. quare postea, *Effudit alabastrum vnguenti pretiosi, ita vt domus impleta est ex odore vnguenti.* Et non alia reputo de causa nisi quia contemptæ nimirum famæ prospiciebat infamiam, & de bono nomine curam gerebat, quia bonus odor fama bona est, & nullum lucrum animæ maius potest euenire, quam famæ restitutio. Hinc Ambrosius explicat epithalamium sponsi Cant. 6. num. 3. *Pulchra est amica mea & decora sicut Ierusalem*, Vel vt 70. legunt. *Pulchra est proxima mea sicut beneplacitum* Ambrosius accommodatè vertit: *Pulchra est proxima mea vt bona opinio.* Et addit Sanctus lib. 1. de Virginibus. *Non caduci corporis pulchritudo vel morbo peritura, vel senio, sed nullis obnoxia casibus opinio bonorum nunquam moritura meritorum virtutibus decorari.* Quasi dicat vltimū complementum virtutum est bonæ famæ odor;

S. Ambros. lib. 1. de Virgin. Cant. 6. n. 3. Trans. 70. *Complementum virtutū bona fama. Ignorantes faciem pulcherrimam litterati nigrescere onātur.*

nam si per detractionem inuidorum hæc dealbatur denigrata super carbones facies pulcherrimæ sponsæ apparet.

592 S. Ber. citat. Exod. c. 5. *Virtutes habent colores & odores.*

Hinc interrogat Bernardus quare dicitur Exod. 5. *Fætere fecistis odorem nostrum coram Pharaone?* Et respondet. *Hoc dicunt isti contra illos, qui nomen & opinionem abstulerunt.* Et addit: *Habent enim & mores colores suos, & odores; nec enim in Spiritus id ipsum est color & odor, non magis, quam in corporibus, ergo de colore conscientia consulatur, de odore fama.* Quasi dicat, si odorem & fragrantiam in fœtorem conuertere malum est, quid erit de illis, qui liuore & inuidia combusti virtutum colorem, & famæ odorem indesinenter delent fratris sui. Ideo teste Cypriano lib. de singularitate clericorum Salomon. Sapient. 4. dicebat: *Quam pulchra est casta generatio cum claritate.* Vbi citatus ait: *Hoc exquisiuit Sancta singularitas clericorum, vt antequam transfigeretur, iam transfigurata cernatur in Angelica claritatis aspectum, quæ omnia sibi amputatis, si concupiscentiæ certamina depredatur.* Quasi dicat, antequam de sæculi vanitate ad Brauium supernæ Religionis, sacerdotes ingrederentur ab omni æstu concupiscentiæ liuoris, & inuidiæ debebant esse immunes; aliàs melius illis esset, si in Religione nati non fuissent, vt famæ, & honori fratrum suorum consulerent, non detractionibus delendo sed omnes se honorificando, vt confratribus decet, Et addit Cyprianus citatus: *Claritas enim bonæ famæ non potest nisi quibusdam propositis tenebris obscurari: singularitas enim ita clara est omnibus & exerta, vt cunctis splendore sui candoris pura manifestetur & lucida.* Quasi dicat, pulcherrima generatio cum claritate, quam nullæ opiniones suspectæ infamant, neque elegantior vlla quam bonæ opinionis forma, quæ inter fratres inuenitur, in quibus lucrum ingens est per integritatem famæ fratrem suum ad salutem animæ restituere, admonendo suauiter de fragrantia odoris boni nominis perditi, & per correctionem adquisiti, vt Lyranus insinuat.

S. Cyprian. lib. de singularitate clericorum. *Fratres liuore cremati Religionem inhonorant.*

Cyprian. cit. *Fama claritas inextinguibilis.* *Singulares scriptores in memoria æterna erunt.*

Lyran. citat. *Restitutio famæ lucrum ingens.*

DIFFICVLTAS XI.

Quare dicitur, Adhibe tecum vnum, aut duos testes?

593 S. Hieron. in litt. citat. *Testis vnus pudorem causat non probationem.*

QVæsitum fuit, quare ad Correctionem præcepit Deus, quod testes adhibeantur, si correctus non audierit fraternam Correctionem?

1. RESPONSIO fuit Hieronymi citati in littera *Vt pudore corrigatur, vel conueniendi sub testibus.* Quasi dicat vnus testis adhibeatur, vt pudore saltem corrigatur; duos vero, quasi neque pudeat sub vno in iudicio conueniatur sub duobus. Vnde interrogat Oleaster, quare Numeror. 35. n. 30. *Præcipiebat Deus, quod homicida sub testibus puniretur, & quod ab vnius testimonio nullus condemnaretur*, Vel vt legit Pagninus, *Ad os testium occidetur homicida?* Et respondet: *Habes hic primordia legum omnium Principum de testibus adhibendis in causis, & de numero eorum, esseque de iure diuino neminem sine testibus damnare, neque alterum sufficere ad damnationem alicuius.*

Oleaster. in Numer. cap. 35. n. 30. Trans. Pagn. *Testes ad omne iudicium necessarij ex præcepto diuino.*

Hinc

594 Hinc Hugo de S. Victore citat in allegor. Tylm. interrogat, quare Genes. cap. 1. dicitur: *Vidit Deus lucem quod esset bona, & diuisit lucem à tenebris?* Et respondit: *Quia noluit prius diuidere quam vidisset, prius vidit, si esset bona, & tunc demum diuisit lucem à tenebris, & vocauit lucem diem, & tenebras noctem.* Quasi dicat, adduxit Deus omne opus suum in iudicium, & non solum opera alia, quæ in luce fecit, quasi coram luce teste, sed & ipsam quoque lucem vidit Deus iudex & testis quod esset bona, vt non sine testibus credamus omni spiritui, sed probetur an sit verus; quia ipse Deus sine testibus iudicium non fecit. Et addit Richardus dubitando. *Si cætera opera sua in luce vidit Deus, quod essent bona, in qua luce vidit lucem, si esset bona; nihil enim sine luce videri potest?* Et respondit; *Tenebræ sine luce non videntur: at lux creata in luce increata videbatur, quod esset bona, quia illam imitabatur, quæ semper est bona.* Quasi dicat, opera bona, quæ Deo illuminante per gratiam operamur semper in luce fiunt; quia verbum Dei lux Dei est, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, & lux ista in tenebris lucet, quia omnia clara & manifesta sunt illi etiam, quæ in tenebris, & sine testibus fiunt.

Hugo de S. Victore in allegor. cit. Genes. c. 1.

Ipse Deus lucem quasi testem posuit creationis.

Richard. cit.

Lux creata in luce increata videbatur bona.

Ioan. c. 1.

Nihil Deo opertum.

595 Hinc Galfridus quærit quare Ecclesiasticus 23. n. 7. dicitur *Parietes cooperiunt me, & nemo circumspicit me*, vel vt Galfridus legit, *Quis me videt?* Et respondet: *Videt iudex qui scrutatur Hierusalem in lucernis, videt aduersarius, qui flagitia suggerit, & instigat videt cælestium testium multitudo, execrans, & indignabunda recedens.* Quasi dicat, nemo in tenebris ambulans, & peccans licentiosius peccet cogitans, quia testes non sunt; & ideo non condemnabitur; quia si homines taceant clamabunt parietes. Et ideo addit Galfridus. *Vnde ipse quid faciat, quia secundum vulgare prouerbium, Si fuerit qui faciat erit, qui dicat. Et secundùm Pœtam, Vt serui taceant, iumenta loquentur.* Et Richardus de sancto Victore: *Deus enim auctor tenebrarum non est, sed lucis; quia peccatum tenebra est, & peccatum nihil est, & sine ipso factum est nihil.* Quasi dicat Deus non amat, imo odit opera mala, quæ in tenebris fiunt, quia *Omnis qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem vt non arguantur opera eius mala.* Ideo post correctionem fraternam factam inter te, & peccantem solum, si non emendentur, iubet vt testes adhibeantur, vt arguantur opera eius, si per pudorem, & verecundiam coram vno teste non patiatur, vt adnotauit Hieronymus.

Galfrid. cit. Eccles. 23. n. 7.

Nemo inter parietes peccet quia vt Hispani dicunt Las paredes o yla.

Richard. cit.

Peccatū factum est sine Deo, quia nihil est peccatum.

Hieron. cit.

596 2. Responsio est Glossæ citatæ, *Adhibe testes: nam si dixerit correctus non esse peccatum probent testes esse peccatum.* Quasi dicat, ne falsum testimonium contra corripientem, & admonentem imponant impij incorrigibiles; quia sunt multi, qui etsi occulte, & charitatiue corripiantur resiliunt sicut serpentes, & venenum contra admonentem effundunt, & testes falsos in comprobationem suæ iniquitatis adhibent, vt corrigentem mendacem faciant. Vnde interrogat Oleast. Quare Exod. 23. n. 1. dicitur: *Non suscipias vocem mendacem, nec iunges manum tuam, vt pro impio dicas falsum testimonium.* Vel vt legit Pagninus *Non feres auditionem falsitatis, neque pones manum cum impio, vt sis testis conculcationis falsæ comprobationis.* Et respondet, *Quod conculcatio in Hebræo idem est quod Chamas quod significat destructio veritatis.* Et addit, *Quod mittere manum cum alio est adiuuare illum, vel auxilium præstare oppresso.* Et erit sensus; *Non multiplicabis conculcationes, neque adiuuabis impium oppressum ad falsum testimonium.* Quasi dicat, graue scelus est adiuuare incorrigibilem contra innocium & iustum, qui vt adimpleret præceptum correctionis secretæ monuit, & deinde testem adhibuit.

Gloss. ord. io lit. citata.

Incorrigibiles testes testes detestabiles quærunt.

Oleast. io Exod. 23. n. 1. Transl. Pagn.

Chamas idē est quod destructio veritatis.

Impij resiliūt contra corrigentem.

597 Et addit Oleast. quod dicitur, *Non feres huiuscemodi auditionem falsitatis: in Hebræo non feres: idem est, quod nassa, est exageratio, quia 14. significationes habet scilicet, ferre, sustinere, leuare, eleuare, exaltare, attollere, accipere, auferre, parcere, dimittere, donare, vaticinari, & comburere.* Quæ omnia indicant administrationem super illos, qui ferunt auditiones falsitatis contra charitatiuè fratrem corrigentem, de quibus scriptum est Ps. *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum postea accelerauerunt*; Quia incorrigibiles dum benignè admonentur, postea accelerantur, & conturbantur, & auxilium ad oppressionem, quam fingunt pari implorant, & testes bonæ suæ famæ, & opinionis quærunt, vt veritas opprimatur. Ideo Translatio Chaldea ait: *Non accipias famam falsam, aut ne falsum rumorem admiseris.* Quasi dicat, teste Oleastro: memento Hebraismi, qui dicit, *Quod qui falso auxilium oppresso soluit, non minus peccat, quam qui maligno aliquem traducit qui dignus est, vt canibus proiiciatur.* Vnde citatus Stephanus in allegor. Galfridi ait: contra tales loquitur Sophonias c. 1. *Visitabo mala contra illos, qui induti sunt veste peregrina.* Et ait: *Hoc ad litteram contra illos qui vestes variant, & non sunt contenti communi modo peccare, sed quærunt adinuentiones in peccatis. Vnde Isaias, Multiplicasti pigmenta tua, idest, voluptates, & misisti legatos procul, idest, falsos testes qui peccata tua calificarent coram iudicibus.*

Oleast. cit.

Nassa Hebræa dictio 14. nominibus exaggeratur.

Ps. 15. n. 14.

Correctio cōturbat impios, & cauillationibus defenduntur.

Trāsl. Chal.

Falsa fama non fouenda.

Hebraism.

Testes incorrigibiles adiuuantes canibus proiiciantur.

Steph. citat. Sophon. 1. Isai. ibi cit.

598 Hinc Galfridus in alleg. citat. *Vlulate habitatores pilæ*, ait Sophonias c. 1. Et addit. *Pila est vas, in quo tunduntur grana, vt suis folliculis exuantur.* Et addit *Pila ista, manducat grana tam boni quam mali. Pilum persecutio: quam faciunt mali, dum corriguntur. In hac pila boni exuunt folliculum falsitatis, & puriores redduntur propter patientiam, quam amore fraternitatis in correctionibus patiuntur; quia mali quanto amplius tunduntur admonitionibus tanto amplius indurantur. Vnde dicitur in Prouerb. cap. 27. n. 22. Si contunderis impium in pila quasi ptisanas feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius.* Quasi dicat, væ illis qui non cessant scandalizare, & si charitatiuè corrigantur vt malum bonum faciunt, contra corrigentes resiliunt, & quo plus vexationibus, & admonitiobus teruntur peiores remanent in malitia & stultitia sua, neque saltim fatigati fallaciis mundi, & molestiis, admonitionibusque opprobriati corriguntur. Ideo in allegor. dicitur loco citato. *Inniitantur ergo ad vlulatum habitatores pilæ, id est, qui in hoc mundo multipliciter atteruntur, & ipsum nihilominus amplectuntur.* Quasi dicat non solum impij corrigibiles verentur correctionibus, & testibus adhibitis contra eos, sed mundi voluptates, quæ stercora sunt, amplectuntur.

Galfrid. in allegor.

Mali quanto amplius aduersis tunduntur tanto peiores sunt.

Prouerb. 27. n. 22.

Stulti correctione resiliūt.

Mundus ab impiis diligitur, plenus tribulis & spinis.

Quid

Quid si non laboribus, & correctionibus torquerentur, & calamitatibus vexarentur? Et testes ad redarguendos adhiberentur, vt adnotauit Glossa, & nos cum Augustino supra ponderauimus.

DIFFICVLTAS XII.

Quare Christus dixit, dic Ecclesiæ?

599 QVæsitum fuit, quare Christus iussit vt publicè excommunicetur scandalosus?

Lyran. ius in Glossa citat. *Excõmunicatio tremẽda.*

1. RESPONSIO fuit Lyrani in littera citati; quia qui de admonitionibus, & de testibus ridet & Correctionem secretam contemnit, expedit vt lugeat per publicam exterminationem & separationem à fidelium congregatione, quæ est Ecclesia Dei. Vnde interrogat Oleaster. Quare dicitur Leuit. 6. *Anima si peccauerit, & prævaricata fuerit, prævaricationem in Domino.* Sic Pagninus. Vel vulgata legit. *Si contempto Domino, peccauerit, peribit.* Et respondet; *Quia arbitrantur homines secum bene agi, & rident, si delicta quæ multo tempore committunt probari nequeant, & non curant, an interueniat excommunicatio Ecclesiæ, quam pro nihilo reputant.* Quasi dicat: Considera Impiorum vecordiam, vt pluris faciant, si ab hominibus iudicibusque mundi puniantur, quàm si à Dei Ecclesia exterminentur. Pij & iusti homines solum ex auditione excommunicationis contremiscunt, sed stulti filij Adæ, rident, quia flagella Dei statim non vident quod extremæ dementiæ est, nisi fortè intus in corde viscera eorum dilaniantur, quamuis foras ridere videantur, quia scriptum est, *Fugit impius nemine persequente.* Hinc Seneca solebat dicere, *Quod Duces magni faciunt rebus afflictis, vt hilaritatem de industria simulent, & aduersas res adumbrata lætitia abscondant.* Quasi dicat, adumbrata & mixta doloribus lætitia est, quæ exaltata, & separata à communicatione Ecclesiæ Dei est. Hinc Philo lib. de Ioseph. *Profana gaudia somniis sunt similia; prius enim quam comprehendantur auolant.* Et Sanctus Columbanus contra auaritiam. *Despice quæ pereunt fugitiua gaudia vitæ* Et iterum Seneca: *Quæ à Deo non sunt gaudia sæpe initia futura tristitiæ sunt.* Quasi dicat, gentilis homo, ac si esset fidelis Ecclesiæ filius, quod gaudium habere potest Christianus, cum recogitans recordatur quod à Deo eiusque Ecclesia exterminatus est.

Oleaster. in Leuit. 6. n. 2.

Impij censuras Ecclesiæ non timent.

Demẽtia ingens flagella quæ non videntur non timere.

Ecclesiast. c. Seneca. *Hilaris apparens mæstitiam simulat.*

Philo lib. de Ioseph. *Profana gaudia somnia mortem lesa.* S. Columbanus Seneca. *Excommunicatus non potest lætari.*

600 Vnde Ambrosius lib. 1. officior. cap. 10. de eo loquens qui abiens à veræ lætitiæ auctore Deo mundana sectatur gaudia sceleribus & censuris Ecclesiæ obrutus ait: *Intueris lætitiam eius, opes, abundantiam, introspice vulnera, & vibices animæ eius, cordisque mæstitudinem.* Quasi dicat extra videre videtur, qui excommunicatus ambulat, & viuit; sed intus plangit & dolet; quia stimulis malæ conscientiæ torquetur. Si eius faciem intuearis ridere videtur, sed intus vulnera accipit. & non ingentis fatuitatis est vulnerari & in risum effundi. legi huic dementiæ quendam prorepsisse, vt dum cæderetur, rideret, & eo vehementius in risum erumperet, quo altius eius corpori vulnus infligebatur, & non huic infatuitati pares quin & superiores illi sunt, qui vulnera censurarum Ecclesiæ recipiunt vsquequo lucernæ extinguantur, & viscera eius non contremiscunt, & capilli capitis non eriguntur, sed foris lætitiam & risum ostentat. Horum amentiam premit S. Ambrosius productis verbis, cum dicit, *Intueris lætitiam, introspice vulnera & vibices animæ.* Ridebat ille, cum eius corpus vulnerabatur sed maior est peccatorum amentia, qui rident cum censuris Ecclesiæ non lamentantur; & protinus à sceleribus correctis non resiliunt.

S. Ambros. lib. 1. offic. c. 10.

Vibices animæ censuræ ecĩtra impiũ.

Quidã homo quo plus flagellabatur plus ridebat.

Ambros. cit.

Excommunicati aculeo cõscientiæ torquentur.

601 Vnde Bernardus Ep. 44. *Hortari vos in Charitate præsumentes; ne blandiens præsens prosperitas sui vobis finem abscondat, ne lætitia temporalis lucrum vobis æternum, & operiat quem parit, & pariat quem operit.* Quasi dicat, nemo inani fictæque lætitiæ cedat, quæ luctum, illũque æternum parit, effectum scilicet excommunicationis Ecclesiæ. Et S. Augustinus in Ps. 125. *Noli te seduci gaudio rerum humanarum flenda in rebus humanis aduertite.* Et D. Antonius de Padua serm. in Dom. 3. post Pentecost. *Nescio quomodo in hoc mundo homines bibunt vinum lætitiæ, cum recordantur de aceto gehennæ æternæ per excommunicationem adquisito.* Et S. Prosperus lib. 2. de vita contemplatiua: *Heu quam subtiliter nos ille decipiendi artifex fallit: Quanta cæcitate oculos nostræ mentis obducit.* Quasi dicat huc vsque potest cæcitas peruenire humana, vt expulsos, & exterminatos à Congregatione Ecclesiæ propter duritiam cordis in correctionibus audiendis fraternis excæcatos, & obduratos possideat; facientes laqueum interitus æterni, quod ad salutem animarum Christus instituit dicens: dic Ecclesiæ, vt ab ea ligetur, & ex verecundia, & timore emendetur vt adnotauit Lyra citatus.

S. Ber. Ep. 44.

Lucrum animæ censuris Ecclesiæ, torqueri & tristari.

Aug. in Ps. 125.

D. Antonius de Pad. ser. de Dom. 3. Pẽt.

Prosper. lib. 2. de vita contemp.

Extremam cæcitatem humanæ excõmunicationẽ non sentire. Lyra. cit.

602 2. RESPONSIO Iansenij in litt. citati. *In primitiua Ecclesia denuntiabantur peccatores post vnam & alteram admonitionem vniuerso populo cum suo Episcopo, vt saltem verecundia oppressi emendarentur.* Quasi dicat erubescentia peccatorum solet homines in se reuertere, & cognoscere delicta sua, & ad Deum clamare. Vnde interrogat Oleast. quare dicitur Genes. 3. quod *Aperti sunt oculi amborum, & cognouerunt, quod nudi essent.* Vel vt legit Pagn. *Erant ambo nudi, & non pudebat eos?* Et Respondet, *quia in statu innocentiæ primi Parentes erant nudi sicut pueri, qui si nudi sint, non tamen curant, neque verentur.* Et addit: *Neque putes eos ante fuisse cæcos, vt non viderent se nudos cum fœmina fructum arboris pulchrum videret ad vescendum, sed non se nudos cognouerant ad erubescendum, quemadmodum de pueris diximus, & hoc modo cognouerunt se esse nudos, quia cœperunt erubescere.* Quasi dicat, clare constat fœtum peccati esse verecundiam & quemadmodum ante fœtum dolores partus torquent viscera materna. Ita peccator, cum se coram populo & hominibus opprobriatum per censuras audit commouere viscera se incipiunt, vt partus salutis in lucem exeat, & à peccatis abluatur.

Iansen. in litt.

Erubescentia solet peccatores conuertere ad Deum.

Oleast. in Genes. 3. Trãs. Pagn.

Innocentes nudi non erubescunt. Erubescentia fœtus est peccati. Dolores antecedunt partum, & verecundia confessionem peccatorum.

Hinc interrogat Radulphus in alleg. Tylm. ad cap. 27. num. 2. Ecclesiastici, quare dicitur; *Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur. Sic inter medium venditionis, & emptionis angustiabitur peccator.* Et respondet, *Quia cum homo carnis illecebris assuetus praua consuetudini*

Radulphus in alleg. Tylm. citat. ad c. 27. Eccles.

sua

sua reniti cæperit, & agrum supernæ hæreditatis suarum voluptatum continentia comparere voluerit & à vinculis excommunicationis absolui magnas patitur angustias, dum hinc caro compellit, vt ex more sibi obsequatur. Hinc spiritus repellit, vt magis capta perficiens brauium sancti certaminis fideli perseuerantia consequatur. Quasi dicat, verecundia & & consuetudo peccandi pugnant inter se; quia honorificentia per publicam excommunicationem perdita mærorem, & dolorem generant, & consuetudo peccati, quæ est altera natura, ingemiscit aduersus rationem, & honorem. Vnde addit Pater citatus: *Magnæ igitur sunt ibi angustiæ* (sicut diximus) *Sed laboris huius consolatio subinfertur cum dicitur Ecclesiast. 27. n. 3. Conteretur cum delinquente delictum; hoc enim maximè in contritione sua debet hominem releuare* (inquit Pater citatus) *quod dum ipse conteritur, & aculeus carnis retunditur, quem ex carne traxerat, aculeus aboletur.* Quasi dicat, cum incorrigibilis admonitionibus & censuris Ecclesiæ subiicitur; tunc vincit, cum vincitur, quia ex pugna & contentione quam honor & verecundia contra consuetudinem peccati inreruenit, victoriam vincendo se reportauit, & aculeus conscientiæ extinctus remansit, quia propter censuras Ecclesiæ honor amissus Dei in plateis ciuitatis vindicabitur, vt Ecclesiast. ait cap. 23. n. 30. quia qui Ecclesiæ non obedit, erit dedecus omnibus, eo quod non intellexerit timorem Domini vt loco citato Eccl. dicitur; in primitiua Ecclesia denuntiabantur peccatores post vnam & alteram admonitionem vniuerso populo, vt Iansenius adnotauit, vt ex verecundia, & rubore ad gremium Ecclesiæ reuerterentur.

Consuetudo peccati luctatur aduersus honorem, & verecundiã.

Rodulphus citatus.

Victoria ingens vincere metipsum.

Qui ab excõmunicatione absoluitur liberatur ab aculeis conscientiæ.

Ecclesi. 23. n. 30.

Iansf. citat.

DIFFICVLTAS XIII.

Quare dicitur sit tibi quasi Ethnicus, & Publicanus.

604 QVæsitum fuit quid per Ethnicum & publicanum intelligatur.

1. RESPONSIO fuit Augustini in litt. citati *Noli illum deputare in numero fratrum tuorum: neque sic tamen de salute eius desperandum est.* Quasi dicat etiam in extremis, & inauditis sceleribus peccatorum non est cessandum à remediis pro salute animæ suæ. Vnde interrogat Oleaster, quare Exod cap. 10. num. 15. dicitur, quod *Pharao vocauit festinus Moysem & Aaron, & dixit eis, peccaui in Dominum Deum vestrum.* Vel vt legit Pagninus *Festinauit Pharao, & dixit Peccaui Domino Deo vestro?* Et respondet; *Quia multoties festinant mali, cum iam fere nulla est spes salutis tunc ad pœnitentiam, & ad sacramenta currunt, quemadmodum Virgines fatuæ ad oleum postquam clausa erat ianua, Matth. 24.* Quasi dicat, cum Peccatores sicut Pharao plagis, infirmitatibus, & laboribus flagellantur, ad ianuam diuinæ misericordiæ proclamant quæ statim aperta est eis; quia non sicut fatuæ virgines expectauerunt, vsquequo lumen vitæ extingueretur, quia tunc iam est clausa ianua misericordiæ, sed dum peccator viuit, nunquam est deploranda eius salus, quia ad vndecimam horam multi veniunt, & in vinea Dei laborant fortiter per actus contritionis, & doloris peccatorum suorum, & merces regni cælestis à nouissimis incipit. Quia vt diximus paulo antea cum Psalmista, *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum postea accelerauerunt*, id est, flagellati plagis innumerabilibus in honore, salute, opprobriis, calamitatibus, infortuniisque, postea celeriter ad Deum clamauerunt misericordiam & pietatem postulando, neque repulsam inuenerunt, sed apertam ianuam, vbi alacriter eos receperunt quam non desperandum est de salute peccatoris.

Aug. cit. in litt.

Nunquam de salute peccatorum desperandum.

Oleast. in Exod. 10. n. 15.

Peccatores feruore diuino ardentes solent conuerti ad Deum.

Matth. 24.

Clausa ianua misericordiæ post mortem impiis.

Matth. 25.

Psalmist.

Vna hora nouissima merces æqualis datur sicut laborantibus tota die.

605 Vnde Bernardus *O misericordia & sapientia Dei quanta arte medendi in vino & oleo anima meæ sanitatem restauras fortiter suauis, & suauiter fortis, fortis pro me, suauis mihi.* Quasi dicat, quis loquetur misericordias Domini? Quis altitudinem diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei inuestigare poterit, cum fortitudinem suam in flagellando peccatores ostentat, vt suauiter in extremis vitæ constitutos recipiat? Et Petrus Rabenas in allegor. Tylm. *Vide misericordiam Saluatoris: rogat Deus, quia non tam vult esse Dominus quam Pater, rogat per misericordiam ne vindicet per rigorem.* Quasi dicat, non solum ianuam misericordiæ suæ aperit, sed expandit manus suas tota die ad peccatores non credentes, & contradicentes sibi, dilatat viscera; pectus porrigit, offert sinus, gremium pandit, vt Patrem se tantæ obsecrationis demonstret affectu. Hinc Stephanus in alleg. citat. cæcos in peccatis natos ad pœnitentiam vocans, ait: *Nemo desperet, neque dicat Palpanimus, quasi cæci parietem & absque oculis attrectanimus Isaiæ 59. nam cæcus cum palpat parietem, eum quidem tangit, sed qualis, vel quantus sit paries non deprehendit: nam si cæcus cæcitatem suam & infirmitatem patienter, & humiliter attendit, vocatque ad Dominum, & clamat, ipse ianitor est, & ianua, & aperiet ianuam cæcis misericordiæ suæ, quia ipse est lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

Bern. citat.

Deus est fortitudo in flagellando.

Chrysolog. citat. in allegor. Tylm.

Deus rogat peccatores est sua misericordia.

Actus pietatis totus Dei.

Steph. citat. in alleg.

Isaiæ 59.

Christus ianitor, lux & ianua cæcis pulsantibus.

606 Vnde interrogat Galfridus, quare Isai 61. dicitur. *Pro ære afferam argentum, pro ferro aurum & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum?* Et respondet. *Quia æs patientiam denotat, ferrum perseuerentiam animi, & labor improbus vincit omnia, sicut omnia ferrum domat.* Et addit: *Hæc igitur in omni actione viriliter agit, illa in tribulatione & persecutione non deficit.* Quasi dicat, fortitudo perseuerantiæ in laboribus, & infirmitatibus ad Deum pertinet, vt Dauid dicebat. *Fortitudinem meam ad te custodiam, patientia vero, quia impassibiles facit ad pœnitentes.* Et addit Galfridus, *Lignum est carnalis, & fragilis affectus lapis animus obduratus: argentum & aurum diuitiæ salutares quas promittit Deus diligentibus se. Non ergo daret Dominus pro ære argentum, & pro ferro aurum, nisi ante dedisset pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum, id est, non redderet præmia pro virtutibus, nisi virtutes pro vitiis statuisset.* Quasi dicat, quis loquetur potentiam Domini, quia misericordia eius super omnia opera eius: nam solus ipse facit magna & inscrutabilia, quia solus ipse corda indurata & lapidea in aurum & argentum transmutat, quæ

Galfred. in Isai 61.

Æs patientiã denotat.

Patientia omnia vincit.

Ps. 58. n. 10.

Fortitudo ad defendendum afflictos ad Deum pertinet.

Virtutes pro vitiis statuit Deus in conuersis suis.

Aurũ & argentum diuitiæ.

quæ sunt diuitiæ gloriæ æternæ, & ipse solus considerat fragilitatem ex qua conditi sumus, & conuertit petram in stagna aquarum & plantat pro viriis virtutes & dat argentum pro ære, aurum pro ferro, & ex publicano facit Apostolum, & ex paganis martyres, & ex extraneis Confessores, & defensores suæ Christianæ Religionis. Propter quod dixit Augustinus, quod incorrigibiles *sint tibi tanquam ethnici & publicani, sed quod de eorum salute non desperares.*

Ex forte lapideo fontes aquarũ producunt.

Nunquam de salute peccatorum desperandum.

607 1. Responsio Iansenij in lit. cit. *A consortio, & societate publicanorum, & ethnicorum & incorrigibilium propter contagium abstinere Dominus nos iubet.* Quasi dicat, omni possibili modo, societas malorum fugienda est, quia multum animæ, & corpori nocet. Vnde interrogat Oleast. quare Gen. 2. dicitur, *Non est bonum hominem esse solum?* Et respondit. *Quia si aliquando nocent bona est societas.* Quasi dicat, si societas est bona iuuat multum; si vero mala in extremum nocet. Vnde semper mala fugienda. Hinc Glossa ordinaria interrogat, quare Genes. cap... *Natantia & volatilia, quæ quinta die creata sunt benedicuntur à Domino non autem terrestria animalia, quæ sexta die creata sunt?* Et respondit: *Ideo forte animalibus sexta diei non benedixit Deus, quia in ea erat serpens, cui post paululum erat maledicturus.* Quasi dicat etiam vnius societas mala fugienda, quia propter vnũ Iudam, forsitan omnes duodecim cum Christo ad gloriam transfigurationis non ascenderunt; quia vnus solus maculam in gloria poneret.

Iansf. in litt. cit.

Oleast. in Genes. 2.

Societas mala fugienda.

Gloss. ord. Gen. c. 2.

Serpens maledicta à Deo.

Iudæ societas impedinit discipulis, ne gloriam videant transfigurationis.

608 Vnde Chrysostom. verè sicut Apostolus ait 1. Cor. 15. *Corrumpunt bonos mores colloquia praua: ante Diabolicum consilium mulier pulchritudinem arboris viderat, sed timebat mandatum Dei, & subsequuturum supplicium: postquam autem cum mala bestia conuersata est, cibum sumpsit, deditque viro.* Quasi dicat propter societatem malam, Eua peccauit, & Adam omnes perdidit, vt non displiceret vxori, vt Scotus asserit. Vnde Augustinus: *Adam noluit carere solatio vxoris, non carnis concupiscentia, sed amicabili beneuolentia, qua sæpe Deus offenditur.* Quasi dicat, O quanti propter iniquas societates pereunt, & quotidie pereunt. Et Rupertus in Genes. *Quanta sit mulieris importunitas, passim non solum diuina, sed etiam humana testantur exempla. Ergo cogendo potius educendo, imperando magis, quàm aliquid fingendo, Eua fecit vt Adam obediret suæ voci quam Dei.* Quasi dicat, experientia quotidie constat, quomodo societas fæminarum iniquarum alias innocentes fæminas perdit, sicut Eua Adam. Et Clemens Alexandrinus lib. 6. Recognit. *Sicut sæpe vidimus putrefactas, & emortuas corporis carnes à connexione vincinum membrorum ferro secante separari, tale aliquid est, quod agit veritatis agnitio; necesse enim est, vt salutis causa, filius verbi gratia, qui sermonem receperit veritatis à parentibus separetur incredulis.* Quasi dicat, etiam filiæ honestæ, si matres ad peccandum incitant à societate earum possunt & debent (ipsis renuentibus) separari, quia societas iniqua semper est fugienda.

Chrisost. citat.

1. Cor. 15.

Scotus noster.

Adam peccauit vt non displiceret vxori suæ.

Societas mala multorum ruina.

Rupert. in Gen. citatus.

Fœminæ perdunt fœminas propter malam societatem.

Clem. Alex. lib. 6. recognit.

Matres suadentes filias ad peccandũ fugienda.

609 Hinc aliquando recogitani; quare dicitur, *Delicia mea est esse cum filiis hominum,* Prouerb. 8. n. 31. Et in Exod. 33. n. 20. *Non videbit me homo, & viuet.* Si amor Dei cum filiis hominum commemorare desiderat; quomodo viso eo moriturus protestatur; quia lex amoris mala perpeti, non desiderat rem amatam; Et causa huius est, quia zelotypia secum non admittit consortia, & amor diuinus timet per societatem humanam præuaricandam esse sponsam suam, & sic illa, quæ tam fælix est in hac vita, quod videat eius essentiam (si videri potest,) statim morituram denuntiat, ne societate creaturarum præuaricetur, & quia mundus in maligno positus est, ideo ab eius societate euelli promittit, vnde cum publicanis, ethnicisque prohibet communicari, ne per contagia eorum pereamus, sicut per tractationem cum excommunicatis, vt Iansenius adnotauit.

Auct. mens. Prou. 8 n. 31 Exod. 33. num. 20.

Zelotypia nõ admittit secum consortia.

Ioan. ep. 1. Ioan. 5. n. 19.

Iansen. cit.

DIFFICVLTAS XIV.

Quare dicitur: Amen dico vobis, si duo ex vobis consenserint de quacumque re petieritis fiet vobis à Patre meo.

QVæsitum fuit, quare cum de potestate ligandi, atque soluendi agebat, tractauit Christus de oratione? 610

1. Responsio fuit Lyrani; *Quia non solum debemus fratrem corripere vsque ad denuntiationem Ecclesiæ, & orare pro eo, sed etiam offensam nobis illatam dimittere.* Quasi dicat, nihil interest corrigere, orare & prædicare, si odiũ aliquod contra proximum habemus quacumque de causa. Vnde interrogat Oleaster, quare dicitur Gen. 37. n. 3. *Quod Ioseph accusauit fratres suos crimine pessimo.* Vel vt legit Pagninus, *Deduxit Ioseph ob inuentionem eorum malum patri, id est, murmura quibus de patre propter se seu eius specialem amorem erga se murmurabant. Et hanc murmurationem vocat vulgata pessimum malum.* Et respondet: *Habes hic nihil mali esse, si omissa correctione fraterna (quando non ex te libenter acceptabitur) pergas denuntiare mala, quæ nosti Prælato veluti Patri, sed sine aliqua reliquia odij, vel vindictæ,* Vt August. in regula docet. Et addit Oleast. *Non esse mala; quæ vides vicinis, aut amicis denuntianda, sed iis qui possunt ea emendare.* Quasi dicat sunt enim multi, quæ mala quæ de proximis sciunt, prius per totam viciniam diuulgant titulo charitatis, & solum propter vindictam quam occultant, referunt Prælato, aut Parentibus malè operantium.

Lyran in lit.

Vindicta species abiicienda in correctionibus fraternis.

Oleast. in Gen. 37. Trãs. Pagn.

Pessimũ malum murmuratio Parentis.

August. in Regul.

Oleast. citat.

Vindicta correctionis specie occultatur.

Vnde interrogat Radulphus in alleg. Tylm. quare Leuit. 19. n. 16. *Non eris criminator, neque susurro in populo?* Et respondit: *Quia criminator dici potest, qui alieno delectatur improperio, & interdum etiam illa quæ non nouit, sed audiuit libenter proximis crimina imponit.* Quasi dicat nostro idiomate Hispano: *Los susurrones oyen para lleuar chismes y des honrar a sus hermanos con pretexto lastimoso.* Et addit citatus Auctor. *Cum autem scriptum sit, iustus in principio accusator est sui* Prouerb. 18. n. 17. *Manifestum est quam odiosum sit, vt quis vitiorum suorum negligens aliena solicitus inquirat, agnita iacius insultando, foras lacrimando proferat.* Quasi dicat, sunt homines ita cabilosi, & malitiosi, vt ea, quæ sibi non elucent tanquam iam probata sine criminandi voluptate vera esse decernat. Con-

Radulph. in alleg. Tylm. Leuit. 19. n. 16.

Hispana locutio.

Cabilosi sunt susurrones peccatorum.

Galfrid. cit. Prouerb. 18. n. 1.

Radulphus cit.

Homines Protei duplici facie fugiendi.

tra quos Galfridus loco citato: *O vestem duplicem contritione duplici conterendam.* Quasi dicat, simulata sanctitas duplex iniquitas, duplici, & multiplici contritione & dolore necessaria, vt ab omnipotente Deo misereatur? Hinc Rodulphus citatus, *Deus scrutator est cordium, & non solum quid agam, sed etiam quid appetam discernet.* Et addit: *Antequam ergo quidquid malè interius operemur tunc sanguinem proximi sorbemus; quia iniquitatem in corde concipimus, & ideo alienas inimicitias eius incurrimus.* Quasi dicat, qui blande loquitur, & lamentabiliter narrat occulta proximi peccata enarrat, hic insidiatot, non corrector est contra quem spiritus

Leu.19.n.17.
Simulata sanctitas venenosus serpens.

sanctus loquitur dicens Leuit. 19. *Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publicè argüe eum ne habeas super illo peccatum.* Quasi dicat, plus nocent vulnera occulta, quam publica correctio charitatis.

612
Radulph. citat. in Eccl. 10.n.11.
Oratio Dominica pro corrigendis faciendo & adimplenda.
Lyran. cit.
Correctio corde sincero facienda.

Vnde Radulphus citatus in alleg. Tylm. *susurrones isti sunt*, qui in faciem blandi: *Proximorum mala latenter aliis insusurrant de quibus Salomon ait, Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet, qui detrahit lamentabiliter.* Quasi dicat, quomodo potest correctionem fraternam quis date, si prius non orauerit dimittenda fratris debita, sicut Pater noster dimittit nobis debita nostra. Ideo Lyranus ait, quòd Christus loquens de correctione dixit: *Amen dico vobis, si duo ex vobis consenserint de quocumque petieritis fiet vobis*; id est, quod correctio tunc effectum habet, cum odium neque vindicta interius remanet, sed puro corde, & sincero fit.

613
Maldon. cit.

2 Responsio Maldonati in littera citati, *Fuit argumentatio à minori ad maius, si quod duo ex vobis petieritis à Patre meo: Quomodo quod à tota Ecclesia postulatur non fiet.* Quasi dicat, oratio communitatis nimis Deo grata. Vnde

Chrysolog. cit. in alleg. Tylm.
Orationes Patrum Concilij exaudit Deus.

Chrysolog. cit. in alleg. Tylm. *Vbi sicut qui Ecclesiæ conuentum præsumunt contemnere, & veneranda congregationis preces solitarias anteferre. Si duobus vel tribus cōpositis medium se futurum, & omnia promittit, quæ postulaturus fuerit præstaturum, quid non dabit plurimis, quid in Conciliis, & congregationibus sanctorum poscentibus denegabit.* Et Gilbertus ibi citatus, *Si consensus duorum vel trium preces impetrabiles faciunt, quanto magis totius Ecclesiæ consensus? Quomodo non impetrat vnitas, quæ ipsum cor Domini penetrat? Vulnerasti, inquit, cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui cant. cap.* Quasi dicat oratio communitatis Religiosorum, vel Ecclesiasticorum cor Christi penettat & consequitur quidquid postulat.

Gilbert. cit. cant. cap. 4. n. 9.
Orationes vulnerant Deum.

614
Oleast. in Exod. 17.
Trāsl. Pagn.

Hinc interrogat Oleast. Quare Exod. 17. dicitur. *Pugna cum Amalech, & ego stabo in vertice montis.* Sic legit Pagninus; Et respondet; *Ecce quid vires sine Deo valeant, clamant milites: Quid inquiunt Religiosi in claustris faciunt? cur nobiscum ad bellum non veniunt? nescientes, quod plus vno momento militat oratio iusti, quam vna die, imo multis infinitus exercitus.* Quasi dicat, multis qui cum Caluinistis sapiunt hæresim murmurantes de Religionibus, vt mihi catechizanti vnum Anglicum contigit. Dicunt omnes isti monachi, qui sunt cantantes in choro, melius in agro laborantes non stàtent? cui ego respondi, quod orationi vacantes spiritu plus laborabant quam milites & coloni: nisi

Error Caluinistarum cōtra Religiones.
Anglicus hæreticus conuersus ad Romanam Ecclesiam anno Domini 1624.

Franc. de Rojas, in Euang. Tom. III.

enim multum faceret iustorum oratio non prohiberet Dominus iratus Ieremiæ, ne oraret pro populo; quia oratio ligabat manus eius ad supplicium Ierem. 7. Vnde addit Oleast. *Dicimus etiam bella non solis orationibus, sed etiam viribus agenda.* Quod nostrum est, faciendum est, sed magis precibus Ecclesiæ quam viribus faciendum est. Quemadmodum sanctus Iacob postquam oues suas dispofuerat ad orationis confugium se tota nocte dedit, vt quod prudentiæ humanæ deesset, oratio suppleret: sic Moyses prius de bello agendo ducem instituit, ipse vero montem Deum precaturus conscendit.

Ierem. 7. cit.
Oleast. cit.
Exercitus cōtra Rebelles & Paganos simul cum orationibus.

Hinc Chrysostomus lib. de comparat. Regis & Monachi tom. 5. ait. *Si noctis tempore examinare voluerimus, monachos quidem videbimus Dei optimi cultu ac precibus insignes, multo ante gallinaceos tempore canentes Angelis conuictoribus vtentes, cum Deo colloquentes, cælestibus bonis fruentes; sæculares vero, potentes & coniugati in lectulo sternentes & voluptatibus secundum possibilitatem suam vtentes.* Quasi dicat non est comparatio inter vitam Religiosorum & sæcularium, quia non bene pro toto libertas venditur auro, & sæcularium opera, & orationes spontaneæ sunt; Religiosorum vero velint, nolint semper obedire debent, quorum orationes cælum penetrant, quia sacrificium magnum Deo est spiritus contribulatus, & corda contrita & humiliata per obedientiam non despicit, imò delectatur Deus, quia de nostris pœnis quasi fasciculum facit, vt sanctus Gregorius dixit cum Iob cap. 9. n. 23. dicebat, *de pœnis afflictorum subridet*; Quia in medio clamantium, & preces effundentium stat Deus ridens & placens, & postulata concedens: nam vbi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum.

615
Chrysost. lib. de comparat. Regis & Monachi tom. 5.
Libertas sæcularium auro superior.
Regnum cœlorum vim patitur, & violenti Religiosi rapiunt illud.
Iob c. 9. n. 23.

Vbi Galfridus in allegor. super Matth. 18. *Amat medium mediator Dei & hominum; quia in medio Doctorum inuentus est: medius pependit in cruce resurgens stetit in medio Discipulorum suorum, magis autem medius vtrinque vocaris, peccatores ad pœnitentiam, iustos ad perseuerantiam.* Quasi dicat, cum vnitatem inter suos Christus respicit, medius stat in orationibus eorum, vt expansis manibus ad Patrem oret cum Ecclesia vel communitate, & gemitibus inenarrabilibus simul omnes effectus orationis adimpleantur, & postulata concedantur. Et addit Galfridus: *Sed si congregati inter se non sunt orantes, quid inter se inuicem inuehuntur? inuicem mordentur, vt ad inuicem consumantur.* Et addit: *Sunt congregati, sed non in nomine Domini quorum consensus in fraudulentia, in malitia, in vanitate, in augendis diuitiis, in cubilibus, in impudicitiis, iniuriis propriis vlciscendis.* Quasi dicat cum Maldonato arguens à minori ad maius; si vbi sunt duo congregati, & vniti oratio Deum vrget, quomodo orationes multorum cum vincent? Et è contrà: si congregatio paruula discordat, & Deo non placet oratio eius, quomodo orationes Capitulorum & congregationum sine pace, vbi discordiæ feruent propter vindictas, & respectus singulorum exaudientur. Vnde concludit Galfridus: *In nomine Domini congregantur, qui ipsius gloriam æmulantur, ipsius spiritus feruet, ipsum in omnibus, &* per

616
Galfrid. in alleg. Tylm. in Matth. 18.
Christus expansis manibus orat cum Ecclesia Catholica.
Galfrid. cit.
Fraudulenti capus discordiarum in congregationibus.
Congregationes sine pace & concordia, cubiculi draconum.
Mald. citat.
Concordiā parua res crescunt, & discordia dissipantur.
Galfrid cit.

per omnia fidei oculis, & mundo corde non desinunt intueri.

DIFFICVLTAS XV.

Quare dixit Petrus Christo, quoties peccauerit in me frater meus dimittam ei?

617 QVæsitum fuit, quare Petrus taxationem circa misericordiam & pietatem posuit?

Ians. in litt. citat. Liberalitas diuina humanam condemnat.

1. RESPONSIO fuit Ianseoij in littera citati: *Putans se aliquid magnum dicens transiliuit Petrus libertatem diuinam cum humana conditione coarctando.* Quasi dicat, impij à malo, & vindicta incepta vix separari possunt; diuina vero misericordia plus condonat, quam promittit.

Oleast. in Gen. 2. 2. Trāsl. Pagn. Opus inceptū bonum perficere.

Vnde interrogat Oleast. quare Gen. 2. dicitur. *Igitur perfecti sunt cœli & terra, & omnis exercitus eorum.* Sic Pagninus, Et respondet: *Quia non solet potentissimus artifex opera sua bona inchoare, & non perficere, cum perfecta sunt opera.* Quasi dicat: Petrus offendit misericordiam Dei interrogans de modificatione pietatis, eodem modo, ac iterum in Horto, cum impatienter auriculam Malchi amputauit, vbi Chrisologus aduertit, *Quòd patientia Domini in Malcho vulnerata est.* Et addit Oleast. *Sed proh dolor! Quod opera nostra mala absoluimus; ita vt nihil malo operi desit; bona vero infecta & imperfecta relinquimus; cum enim famosam illam fabricassent turrim, descendens Dominus ait: Ecce cœperunt facere, neque desistent à cogitationibus suis.* Quasi dicat; nouerat quippe hominum factor malorum conditionem esse, vt à malo incepto tarò desistant, & ideo sua ineffabili misericordia opus destruxit, aut impediuit inceptum. Et ad interrogationem Petri Christus respondit superabundanter in operibus pietatis habiturus. Discamus ergo à creatore omnium rerum bona opera non relinquere inchoata, sed ad suam vsque perfectionem perducere; mala vero & vindictam non incipere, aut incepta non ad finē vsque perducere, sed parcere plusquam septuagies septies, vt Christus respondit, & non coarctare pietatem, quod proprium est ministrorum, qui Principibus volunt placere, & pauperibus non subuenire, sed affligere miseros parcimonia vtentes.

Chrisolog. Patientia Domini in Malcho vulnerata.
Oleaster in Gen.
A vindictis cessare sēper.
Ministri auari circa pauperes.

618 Vnde interrogat Lypomanus, quare Exod. 22. *Vidua & pupillo non nocebitis, si læseritis eos, vociferabuntur ad me & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus?* Et respondit: *Hoc capitulum diligenter & crebro inculcandum consulibus ministris, & magistratibus Regnorum: est enim in cœlum clamans grande piaculum miseros affligere, & reddere miseriores. Nemo admiretur plagas grandes populorum, vbi viderit opprimi pauperes sine clementia, orphanos affligi, & exulare, hæreditatibus fraudari, viduas persequi, & contristari; hæc est enim familia Dei, horum lachrimæ à Deo dissimulari non possunt, quin contra afflictores excandescat clementia Dei Patris.* Quasi dicat multi sunt ministri, qui putant se magnum aliquid facere si Regibus & Principibus dicant, quod pietas erga pauperes coerceatur, & vectigalia tributaque in rebus comestibilibus augeantur, vt viduæ, & orphani, miserique pauperes aggrauentur, & diuites & potentes exonerentur: Sed væ illis qui hoc consulunt, & permittunt, quia citò plagas à Lipomano relatas experientia palpabunt; quia cùm Christus pietatem & misericordiam suam ampliat propter miseriam pauperum illi coarctant vt adnotauit Iansenius de interrogatione Petri, liberalitatem Christi vulnerantis, infinitamque indulgentiam suggillantis.

Lypoman. in Exod. 22. Ministri Regum arbitrātur contra viduas pauperes & miseros.
Pestes & bella, fames & labores Regni propter afflictiones pauperum. Lypom. citatus.
Fallaces ministri qui obsequium putant se præstare Regibus grauando Rempublicā.
Miseri misericordiā Dei suggillās circa peccatorem.

2. RESPONSIO Lyræ in litera citati: *Petrus tanquam principalis loquitur pro se & pro aliis, si sufficeret septies offensam fratribus dimittere.* Quasi diceret, quod patientia humana fragilis est, & aduersis perpetuis offensisque flectitur; quia teste Platone: *Inæqualis fortuna tolerabiliter.* Sed semper opprobriis aduersis, & calamitatibus torqueri plusquam humana patiētia requirit. Vnde interrogat Oleast. Exod 6. quare dicitur, *Audiui clamorem filiorum Israel & recordatus sum pacti mei.* Et respondit; *Quia Deus est solus verus amicus & stabilis, qui tunc recordatur suorum, quando sunt in magnis angustiis, & pressuris.* Quasi dicat, nemo infortunatus desperet, quia quo plus aduersitates torquent, tunc solet Deus maius leuamen & honorem proferre. Nos cum felices amicos videmus eorum recordamur; in aduersis vero obliuiscimur, Deus autem non sic, sed in nostra felicitate nostri oblitus videtur, in aduersitatibus supremis recordatur. 619

Lyran. cit. in litt.
Plato cap. Aduersa fortuna semper flagitantes infelicem animū.
Oleast. in Exod. cap. 6.
In aduersis Deus verus amicus ostenditur.

Hinc Richardus de Sancto Victore citatus in alleg. sup. 16. Gen. *Contigit cum homo non prosperatur in vita sua, quod ex indulta carnis libertate violentus, & intolerabilis superbiæ motus surgit; quia penes mentis statum recta rationis studium pene subuertit.* Quasi dicat nostro Hispano sermone. *Vn perpetuo padecer, y persecuçion de mala estrella acaba el humano sufrimiento.* Sed quo difficilius vsus prauæ felicitatis vincitur, tanto mens nostra, deposita tandem victoria gloriatur: Nam solet Deus eis qui aduersitatibus, & infortuniis infælicibus patiuntur vno momento remunerari, & quo afflictiones plus torquebantur, infelici statu gratius fruuntur. Vnde citatus Richardus ait: Propter hoc Genes. cap.. *Abrahan Domino dixit: Loquar ad Dominum, cum sim puluis, & cinis, quia cinis ad omnem flatum de loco suo excutitur, & quocumque eiicitur, nunquam sine alieno impulsu leuatur. Ita substracta protectione diuina homo aduersitatibus & infelicitatibus opprimitur, vsqueque ferè desperatus ad inimici suggestionem in quodcumque malum deiicitur.* Quasi dicat semel reiectus homo, & aduersitatibus à fortuna repulsus, ad status rectitudinem nunquam reuertitur, nisi auxilio singulari Dei quo proueniente in momento fælicitates omnes cumulantur, quia fructus patientiæ, & infelicitatis præteritæ quasi gelu & frigore radices condensatæ, fructus in spica vberiores producunt. Ideo Petrus de tolerantiæ numero & tempore interrogauit, quia si plusquam septies offensæ tolerentur patientia iam impatibiles homines facit, quia ab assuetis non fit passio teste Aristotele. 620

Richard. de S. Victore citatus in alleg. Tylm. in Gen. 16.
Infelicitas perpetua patientiam consumit.
Infelices aliquando vno momento remunerantur.
Homo cinis aduersis ventis subiectus.
Gelu & frigore radices cōdensantur.
Patientia facit impatibiles.

***

DIFFI

DIFFICVLTAS XVI.

Quare dicitur, non dico tibi septies sed septuagies septies?

621

Abul. citat. in littera.
Hispana loquutio.

QVæsitum fuit, quid intelligatur per numerum septuagies septies?

1. RESPONSIO fuit Abulensis in litt. citati. *Quod ponitur numerus determinatus pro indeterminato*, vt dicitur Hispano sermone, *Busca hasta que le halles lo que bien quieres y has perdido.* Quasi dicat, si peccando decem perdidisti, & pœnitendo inuenisti, & septuagies septies, & sine numero peccaueris, sine numero ad Deum clama, & semper te pœnitentem recipiet. Vnde interrogat Oleast. quare dicitur Exod. 34. *Tribus vicibus in anno conspicietur omnis masculus coram Deo Israel.* Sic legit Pagnin. Et respondet: *Mira dignatio, & admirabilis amor, vt velut Pater filium velit te Deus tuus coram se tam crebro videre.* Quasi dicat: non solum amor Dei pœnitentes respicit, & absoluit, sed sicut mater infantem ad vbera portantem inuitat cum lacte profluente; quia sic requiescunt vbera pignorata, cum à puero suggeruntur. Ita & fontes misericordiæ Dei salientes in vitam æternam inuitant peccatores; quia pietas diuina requiescit, & delectatur, cum à pœnitẽtibus suggitur & exhauritur. Et addit Oleast. *Quid tu ais Christiane? piger qui vix dignaris semel in anno suggere sacramenta, quæ sunt pignora gloriæ, qui tam raro domum eius intras, qui vix diebus festis rem sacram audire contemnis.* Quasi dicat, arguit te ingratitudo tua peccator, quia Christus septuagies septies, id est, sine numero desiderat te videre, & tu fugis ab eius præsentia, & renuis ad conuiuium accedere vt satieris ab vberibus pietatis diuinæ.

Pœnitentia semper fores aperta misericordia inueniet.
Oleast. in Exod. 34.
Amor rem amatã semper videre desiderat.
Pietas Dei requiescit cũ postulatur à peccatore.
Oleast. cit.
Ingratitudo in renuenti-bus pœnitentiam.

622

Oleast. cit.

Sed iterum interrogat. *Quare solos masculos vis (ô Bone Deus) tam frequenter venire; fœminas vero neque in anno semel dignaris aspicere? Nonne fœminæ curæ tibi sunt sicut & masculi? nonne opus tuum, quas ex viri costa traduxisti?* Et respondit: *Quia non ignorabat Deus hoc sine præcepto pium sexum facturum, vel forsitan, quia amat fœminarũ genus huc illucque discurrere pietatis & religionis prætextu, & quia à viris suis sæpius arcẽtur, causã religionis, aut pietatis mentiũtur, vt ergo licentiosum genus, teneret officio occasiones vagandi præclusit.* Hinc Galfridus in alleg. inquit. Quare Cant. 5. inquit sponsa, *Veniat dilectus meus in hortum suum &c.* Et respondet: *Quia verus amor non tantum blanditur, & applaudit dilecto præsenti, sed etiam in absentem inardescunt vota ipsius; falsus vero & simulatorius absentem obliuiscitur & præsenti blanditur.* Quasi dicat, anima iusti non sic, sed absentem desiderat præsente lætatur. Et addit Galfridus: *Temerariæ siquidem præsumptionis est prius, quã aptus sis ad cõtemplationis vsum inuitare dilectum, tu illum ad delitiandum tecum solicites, qui fortè adhuc sordes delictis. Hortus tuus sentibus horret, & sterilescit, & illuc Iesum inuitas. Inuita illum non vt delectetur, sed vt deleat, quod plantauit dextera tua: inuita vt purget primo postea vt plantet, & tempore congruo de plantatione comedat dextera sua.* Quasi dicat, amor omnia suffert, omnia sustinet, neque iniurias à re amata sentit, imo magis ac magis inardescit, propter quod Deus à peccatoribus ex tribulis & spinis circumdatis vocari non renuit, imo multoties cum de spinis colligit rosas, & delectatur, conuertit in hortum odoris, in quo delectatur, & vocat animam conuersam, vt in hortum suum vadat, vt ineffabiliter delectetur. *Veni*, inquit, *in hortum meum soror mea, sponsa mea.* Vbi Galfridus citatus. *Vehemens amator est Deus ad vnam inuitationis vocem aduolat vehementer in hortulum sponsæ quasi peruolat, & peruenit in maturitate, veni inquiens.* Quasi dicat, accipiatur hoc verbum imperatiuè. Sic apte cohærebit quod dicit, *veni*. Et addit Galfridus, *Non est piger, non est parcus retributor, sed incontinenti sponsam reinuitat: veni in hortum meum soror mea, sponsa mea; Durus enim affectus, quem non permouent inuitationes, & reinuitationes istæ tam dulces. Quod hac vicissitudine gratius? Quid mirabilius isto commertio? O admirabile commercium, dilectus Dei Patris, gloria cœli, Angelorum delitiæ, ad hortulos nostros inuitari se permittit, & ad suorum reinuitare non prætermittit.* Quasi dicat, si verum est, Hispanum adagium, *que amor con amor se paga.* Quis non amore Dei vincitur? Quis non vulneratus charitate non languet? Cum non solum amantes insuperabiliter amat, sed & peccatores renuentes, venire ad eum rogat vulneratus, offensus, & opprobriatus. Et vix Petrus interrogat, quoties frater dimittendus, si septies? quando amore inardescens, cor Christi respondit, non dico tibi septies, sed septuagies septies. Quasi dicat, Petre vulnerasti amorem meum dubitando de solutione & receptione pœnitentis, etiam si in infinitum resipiscat: *Quia si dubius in fide hæreticus est.* Dubitans de amore Dei & de misericordia diuina plusquam hæreticus est. Quia Cain plus peccauit dicendo, *Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear, vel quam misericordia Dei*, vt alij legunt, quam iustum fratrem Abel septuaginta septies (si posset occidi) occidendo, vt Abulensis insinuauit.

Mulieres deuota sine præcepto Ecclesiæ & Deũ frequentant.
Fœmina inquieta vagari desiderant titulo pietatis.
Galfrid. in Cant. 5.
Amor in absentia probatur.
Peccatores spinis & tribulis plenos exaudit Deus & diligit.
Galfrid. cit.
Cant. c. 5.
Amor verus semper imperat amãtem.
Amor Dei admirabile commercium quærit.
Hispana loquutio.
Amor amore soluitur.
Amor Christi in Christo vulneratus est.
Amoris retributio immensa.
Absolutionis desideriũ ingens in Christo.
Hæresiarca qui de misericordia Dei dubitat.
Genes. cap.
Trans. alia.
Abul. cit.

623

August. in litt. citat.

2. RESPONSIO Augustini in litterà citati; *Si Dominus omnia condonauit nobis, noli subducere pietatem.* Quasi dicat, ô ministri Aulici, & Reges terræ, nolite obdurare corda vestra ad preces supplicantium iterum atque iterum & vsque ad extremum vitæ supplicando, & non sicut Pharao induratus, non expediendo, sed molestando. Vnde interrogat Oleaster, quare Exod. 7. dicitur: *Ego indurabo cor Pharaonis?* Et respondet: *Faciam quod non cognoscat Pharao signa mea, & me potentiorem, sed plus ministris magicæ artis credat vnde sequetur duritia cordis eius.* Quasi dicat dupliciter potest Deus cor alicuius indurare, vno modo ponendo ei aliquid in corde quod sit causa duritiei eius; alio modo occultando in se aliquid, quod est occasio quod res non cedat tangenti, vt patet in discipulis, qui ibant in castellum Emaus, de quibus dixit sanctis Lucas quod *Oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent.* Non quod Christus aliquid imponat in oculis eorum, sed quia in se occultabat id quo eum agnoscere possent. Sic Deus non immittebat duritiam in cor Pharaonis, sed occultabat signa ne in eis agnosceret eum superiorem

Ministri sicut Pharisæi corde duro venenum Reipublicæ.
Oleast. in Exod. 7.
Trãs. Pagn.
Quid sit ego indurabo cor Pharaonis.
Lucæ cap.

rem se. Propter quod voluntas Pharaonis, neque precibus, aut rogationibus inflectebatur, sed plus cor indurabatur. Et hoc est, quod Aulicis ministris Regum contigit, quod occultat Deus signa, & mirabilia, quæ per expeditionem, & rogationes pauperum largiri, & præstare solet, propter quod ad preces, & supplicationes eorum quotidie plus indurantur, & benignitate & patientia Dei erga eos abutuntur.

Ministri crudeles signa Dei non cognoscunt.

664 Hinc interrogat Lipomanus, quare Genes. 34. quod *filij Iacob sæuientes steterunt ob stuprum sororis*. Et respondet: *Quia filij Iacob acerrimi quidem insistebant, sed non sine Dei offensa quam casus maioris criminis, postea vindicauit (cum eorum maior) patris cubile fœdaret longe turpiori scelere quam Dina.* Quasi dicat, quia non acquieuerunt precibus & lachrymis Principis Sychen iustitia Dei sinit tam zelosos in aliena peccata vindices turpius nonnunquam peccare. Et multoties aulici ministri & familiares à Rege, qui superbe, & arroganter suplicationibus pauperum & miserorum non acquiescebant, videmus (his temporibus) ostiatim pulsare & rogare fores ministrorum, neque audiebantur, sed confusè repulsam patiebantur, quia scriptum est in nostro Hispano idiomate: *Qual hicieres tal auras*, idest, immisericordes immisericorditer puniuntur. Hinc Deuter. 22. præcipiebatur; *Si nidum auis inueneris, & matrem pullis, vel ouis desuper incubantem, non tenebis eam, vt bene tibi sit, & longo viuas tempore.* vbi Oleaster. *Vult Dominus nos pios esse non solum in homines rogantes, & in viduas, quasi aues clamantes, sed etiam in aues, & bruta.* Et addit: *Quod si pietas in aues tibi diesmultiplicat, quid pietas in afflictos, aut pauperes rogantes.* Quasi dicat Aulicis & ministris ad preces rogantium, & litigantium fastidiantibus nolite exasperari neque vitam & substantias miserorum consumere in expeditionibus negotiorum permittatis, quia si pietas erga pullos auium elongat dies vitæ, crudelitas erga expeditionem viduarum quomodo abbreuiabit vitam: si Christus nobis omnia condonauit, quomodo ministri Regum miserias & fragilitates humanas septuagies septies non condonabunt, vt August. in lit. insinuauit.

Lypom. in Gen. 3.

Zelantes crudeliter in maiora crimina labuntur.

Immisericordes immisericorditer puniuntur.

Priuati à Rege ostiatim ad fores ministrorum rogare solent.

Deut. 22.

Oleast. ibi.

Pietas circa pauperes dies multiplicat.

Crudelitas ministrorum mortem accelerat.

August. cit.

TRACTATVS DECIMVS QVINTVS

Ad Litteram, *In cap. 15. Matth. De Calumniis Pharisæorum super lotas manus Discipulorum.*

TEXTVS.

1 TVNC accesserunt ad eum ab Hierosolymis Scribæ & Pharisæi dicentes: 2. Quare Discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? non enim lauant manus, cum panem manducant. 3. Ipse autem respondens ait: quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Nam Deus dixit; 4. Honora Patrem, & matrem, qui maledixerit patri, vel matri morte morietur. 5. Vos autem dicitis, quicumque dixerit patri, vel matri munus quodcumque est ex me tibi proderit. 6. Et non honorificabit patrem suum, aut matrem suam, & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. 7. Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Isaias dicens. 8. Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longè est à me. 9. Sine causa autem colunt me docentes doctrinas, & mandata hominum. 10. Et vocatis ad se turbis dixit eis: audite, & intelligite; 11. Non quod intrat per os coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem. 12. Tunc accedentes Discipuli eius dixerunt ei: scis quia Pharisæi, audito verbo hoc scandalizati sunt. 13. At ille respondens ait; omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus cælestis eradicabitur. 14. Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum; cæcus autem, si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. 15. Respondens autem Petrus dixit ei, edissere nobis parabolam istam. 16. At ille dixit: Adhuc & vos sine intellectu estis; 17. Non intelligitis quia omne quod in os intrat in ventrem vadit, & in secessum emittitur; 18. Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, &c. ea coinquinant hominem. 19. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria,

fornica

fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. 20. Hæc sunt quæ coinquinant hominem, non lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem.

EXPLANATIO LITTERAE.

625 *Hierusalem metropolis Iudæorum.* TVnc accesserunt ad eum, Cum IESVS iam noluisset ambulare in Iudæam, quia volebant eum interficere in Galilæam perambulabat, & cum Scribis & Pharisæis, qui Hierosolymis erant hoc notum fuisset. Tunc qui erant sapientiores, & potentiores in metropoli residentes scientia inflati decreuerunt adire Galilæam, quæ distat secundum Abulensem 36. leucis à Hierosolymis, & hoc solum motiuo reprehensionis & redargutionis contra Discipulos Christi; quia transgressores erant traditionum, quas ipsimet fecerant congregati forsitan in aliquo concilio Generali, vbi sacerdotes & senes secundum necessitatem temporum congregabantur, vt Deut. 28. dispositum erat, & isti statuebant ea, quæ ad cultum Dei, & optimos mores ducebant. De talibus autem erat istud statutum, quod hic tangitur. Neque displicet Maldonato, & rationi, quòd, isti congregati in concilio iuramento adstringerentur seruare, & obseruari facere, quæ determinabantur in conciliis suis fuit igitur statutum quod accedentes ad mensam prius lauarent manus suas. Verumtamen Pharisæi & Scribæ intellectum huius mandati volebant retrahere ad quãdam falsitatem, videlicet, quod per hoc adquireretur quædam munditia spiritualis. Lyranus autem aduertit acute quod mouebantur ad hoc, quia in lege aliquæ immunditiæ per corporales ablutiones dicebantur emundari, & prætextu fractionis legis redargutio maiorem vim haberet. Et ideo contra Discipulos hoc præceptum frangentes, & plus contra magistrum non corrigentem redderentur populo odiosi, & mortem, quam decreuerant Christo inferre non impedirent, quia timebant plebem, & sic imperiosè accedunt dicentes.

Abulens. in c. 15. Matth. q. 1. — *Galilæa distat Hierosolymis 36. leucis.* — *Concilia Iudæorum Pontifices faciebant.* — *Deut. 28.* — *Maldonatus in cap. 15. Matth.* — *Lauare manus nil spirituale operatur.* — *Lyranus sua in glossa.* — *Magistri de culpa discipulorum redarguuntur.*

626 Quare Discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum, quibus Christus respondit, quare & vos transgredimini mandatum Dei. Non respondit Christus vituperando vel laudando cæremonias lotionis manuum ante prandium, sed quasi clauum clauo retundendo dicit eos deficere; quia anteponebant mandata humana præceptis diuinis. Nam Exod 28. Deus dixit honora patrem tuum & matrem. Honor non solum intelligitur reuerentia, sed administratio necessariorum; Hanc autem excludebant per suam doctrinam falsam, quia per oblationem Deo factam, dicebant purgari ab huiusmodi obligatione naturali. Tum quia est Pater spiritualis sacerdos qui substantias templi colligit; tum quia Deus erat Pater præcipuus, & pio substantia oblata de parentibus curaret, quia qui volatilia cæli sustentat quæ neque serunt, neque metunt, curam de parentibus haberet. Munus quodcumque est tibi proderit. Quasi dicat, munus quodcumque Deo fuerit oblatum sibi prodest ad vitam æternam absque impedimento, quod necessitatibus parentum non subueneris; quod est falsum. Hæc Lyranus. Et nõ honorificabit patrem suum, aut matrẽ, & irritum fecistis mandatum propter traditiones vestras. Hinc clarè apparet, quod in præcepto de honorificentia Parentum non solum reuerentia, sed officia, ac subsidia præcipiuntur. Hypocritæ. Hinc apparet, quod ex malitia peccabant sacerdotes docentes, quæ ad suam vtilitatem pertinebant, non ad cultum Religionis. Bene prophetauit, &c. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me id est, sub specie Religionis & cultus quærunt quæ sua sunt, non quæ Iesu-Christi, à quo longè per talia distant.

Clauum clauo retundere. — *Exod. 23.* — *Cupiditas sacerdotum simplices fallit.* — *Obligatio naturalis est parentes alere cũ egent.* — *Lyranus.* — *Hypocritæ ex malitia & simulata sanctitate loquitur.*

627 Docentes doctrinam hominum, vbi Caietanus contra Lutherum ait, non sunt à Domino damnata mandata hominum, quæ malum non mandant, sed damnatum est quod ipsa in loco illo, qui mandatis Dei est propitius habeantur. Quasi dicat concilia quæ semper illustrant, & cohærent mandatis Dei obedimus. Iudæi vero mandabant in oppositum mandatorum Dei circa administrationem & nutritionem Parentum. Venera igitur Lutheranæ Ecclesiæ mandata, non vt diuina, sed secundo loco; scilicet, post diuina, quoniam sic oportet nos adimplere omnem iustitiam. Hæc Caietan. Non quod intrat per os coinquinat hominem, nihil morale adiunctum cibo explicat, sed nudum cibum, nudumque naturæ officium dicendo in genere, non quod intrat per os. Quasi dicat, de cibis vetitis, & de temporis prohibitione, de ieiuniisque non loquitur Christus. Et qui cæci sunt, hoc non distinguunt, quia sunt priuati lumine fidei, & qui docent contra fidem duces sunt cæcorum, & ambo in foueam cadent, id est, in ignominiam æternam, vt patet de Iudæis.

Lutherani, & error circa concilia. — *Caiet. cit.* — *Nudus cibus ex se non coinquinat sed ex præcepto.*

628 Edissere nobis parabolam istam, id est, quid significant verba ista obscura, adhuc vos sine intellectu estis, id est, tanto tempore doctrinam meam audistis, & non cognouistis, quod non est hæc parabola, sed doctrina plana sine mysterio; quia de corde exeunt cogitationes prauæ, adulteria, &c. hoc est machinationes, & concupiscentiæ carnales non intrant per os, sed in corde meditantur, & opere exercentur. Hæc sunt, quæ coinquinant hominem concludendo, redit ad præpositam quæstionem applicando, & calumniatoribus respondendo, quia non ablutis manibus manducare non coinquinat hominem. Quasi dicat, quod in omni omni cibo quantumcumque puro est aliquid impuritatis, & à natura expellitur tanquam superfluum, & aliquid retinetur tanquam necessarium ad nutrimentum, & neutrum istorum quoinquinat hominem spiritualiter loquendo, cætera per quæstiones patebunt.

Sensus litteralis facilis, & planus. — *Desideria praua in corde concipiũtur.* — *Conclusio redarguit inimicos.*

TRANSLATIONES ANTIQVIORES & Neothericæ ad litteram.

n. 1. *Vulgata Tunc acces- serunt ad*	1. Tunc adierunt Ieschua Pharisæi, & Scribę ab Ourischelem, & inquiũt

cum ab Hierosolymis Scribæ, & Pharisæi, dicentes, &c. Transl. ex Syriac. quare Discipuli tui trāsgrediuntur traditionem seniorum, nec abluunt manus suas, quum edunt panem.

Transl. Vatabli. 2. Tunc accedunt ad Iesum qui Hierosolymis venerant Scribæ & Pharisæi dicentes, quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? non enim abluunt manus suas cum edunt panem.

Iansen. in concordia, cap. 60. 3. Venerunt Pharisæi, non vt discerent sed vt calumniantes dixerunt, quare Discipuli tui communibus manibus manducant,

Maldonatus in Euang. 4. Quare crebro non lauant manus cum manducant.

Abulens. q. 9. in Matth. 5. Quare regulas morales à senioribus institutas non obseruant Discipuli tui.

Caietanus in Euang. 6. Quare ter, aut quater in prandio non lauant manus.

n. 3. *Vbi Vulgata. Quare, &c. vos transgredimini. Translat. ex Syriac.* 7. Quare & vos abrogastis sermonem Dei propter traditionem vestram.

n. 7. *Hypocritæ bene prophetauit. Translat. Vatabli.* 8. Hypocritæ, recte de vobis dixit Isaias appropinquat mihi populus hic ore suo, cæterum cor procul est à me.

Translat. ex Syriac. 9. Acceptores vultus bene vaticinatus est super vos Eschaio Prophera inquiens populus hic labiis suis honorat me, cor autem eorum valde elongatum est à me.

n. 10. *Vbi Vulgata. non quod intrat per os coinquinat. Translat. Vatabli.* 10. Non quod ingreditur in os inpuinat hominem.

Translat. ex Syriac. 11. Nihil est quod intret per os polluens hominem.

Abulens. q. 52. 12. Cibi ex se naturaliter non coinquinant animam.

n. 12. *Scis quia audito hoc Pharisæi scandalizati sunt. Translat. Vatabli.* 13. Nosti Pharisæos audito sermone isto offensos abiisse.

Translat. ex Syriac. 14. Nosti Pharisæos, qui a dierunt hunc sermonem offensos fuisse.

n. 13. *Vulg. omnis plantatio quam non plantauit, &c. Translat. ex Syriac.* 15. Omnis illa plantatio, quam non plantauerat Pater euelletur.

Tertul. lib. aduers. hæres. 16. Plantatio, quam non plantauit Pater, eradicat.

Lyranus sua in Glossa. 17. Omnis doctrina ab homine inuenta contraria legi Dei eradicabitur.

n. 16. *Vulg. Adhuc vos sine intellectu estis. Translat. Vatabli.* 18. Adhuc vos intelligentia caretis, nondum intelligitis, quod quidquid ingreditur per os in aluum abit, & in secessum reiicitur.

Translat. ex Syriac. 19. Nostis ne id quod intrat per os in ventrem abire, & inde per expurgationem eiici foras.

n. 20. *Vulg. Hæc sunt quæ coinquinant hominem. Translat. ex Syriac.* 20. Sed si homo comederit non lotis manibus non inquinatur.

Translat. Vatabli 21. Hæc sunt quæ impurum reddunt hominem, cæterum non lotis manibus capere cibum non inquinat hominem.

Tertulianus lib. 4. contra Marcionem. 22. Inquinamentis eorum, quæ ex corde promuntur hominem communicati.

DIFFICVL

DIFFICVLTAS PRIMA.

Ad litteram.

Quare venerunt ab Hierosolymis Scribæ & Pharisæi ad Christum, & ex quo motiuo.

629 QVæritur, quare ea tam longinquo venerunt Scribæ & Phari'æi ad redarguendum Christum.

Rabban. in Cath. citat. *Misteria fidei abscondita sapientibus.*

1. Responsio sit Rabbani in Cath. cit. *Homines Genezareth, & minus docti credunt, sed qui sapientes videntur, ad pugnam veniunt.* Quasi dicat; faciebat Iesus innumera miracula, sed abscondebat mysteria multa à sapientibus calumniatoribus, & reuelabat ea paruulis.

630 Chrisost. in Cath. *Pharisæi disseminati per ciuitates.*

2. Responsio Chrysostomi in Cath. citati. *Propter hoc autem Euangelista hic tempus designat, vt ostendat ineffabilem eorum nequitiam nulli cedentem, tunc enim venerunt quando plurima signa operatus est, quando infirmos ex tactu fimbriæ curauerat: Quod autem dicitur ab Hierosolymis venisse sciendum est, quod per omnes tribus erant disseminati Scribæ, sed qui in metropoli habitabant peiores aliis erant velut ampliore fruentes honore, & maiorem superbiam possidentes.*

631 Iansen. in concord. c. 60. *Cauilosi auditores pessimi.*

3. Responsio Iansenij in concord. c. 60. *Veniunt, non vt discant, sed vt calumnientur Iesum, quem iam audierant tanto vulgi feruore accipi, & prædicari.* Quasi dicat, qui sapientiores existimabantur, auditis à turba mirabilibus, quæ Christus operabatur, torquebantur liuore & inuidia, & quærebant occasiones calumniandi.

632 Abul. q. 5. in Matth. Ioan. 7. & 3. Actor. 5. Lucæ 5.

4. Responsio Abulens. q. 5. in Matth. qui ait, *Quod aliqui Pharisæi veniebant ad Christum bono animo, vt discerent & viderent signa quæ faciebat, vt patet Ioan. 7. nam Nicodemus fuit Discipulus Christi, & veniebat ad eum nocte, & iste erat Princeps Pharisæorum, vt dicitur Ioan 3. & Gamaliel Pharisæus erat de Principibus eorum & ipse defendit colentes Christum in Ierusalem, vt dicitur Actor. 5. dicitur, surgens autem in consilio quidam Pharisæus nomine Gamaliel legis doctor. & Lucæ 5. dicitur quod erant sedentes Pharisæi, legis Doctores qui venerunt ex omni castello Galilææ, & Iudeæ & Hierusalem, & virtus erat Domini ad sanandum eos, & tamen non sanaret eos, si malo animo venirent.*

633 Maldonat. in Euang. *Malitiosi inimici, occasiones quærũt vindictæ.* Ioan. 8. Matth. c...

5. Responsio quam insinuat Maldonatus *Pharisæi isti erant principaliores in Hierusalem, & cum decreuissent inter se interficere Christum venerunt, vt redarguerent eum propter defectus Discipulorum circa traditionem antiquam.* Quasi dicat, multoties Pharisæi quærebant occasionem, vt caperent Christum in sermone, vt patet Ioan. 8. quando malitiose adduxerunt ad eum mulierem adulteram, vt caperent eum. Et quando iterum apud Matth. interrogauerunt eum, si licet dari censum Cæsari, annon?

634 Auctoris sententia.

6. Responsio meo iudicio. Præstantiores scribæ venerunt vt Christum redarguerent, quia applausum totius vrbis Hierosolymitanæ expectabant, cum redirent, & dicerent plebi, quod Christus conuictus, & confusus remanebat; quia Discipuli eius erant transgressores traditionum. Et hoc faciebant vt famam, & affectum turbarum propter miracula, & verba extinguerent, & odio eum haberent omnes. Et hoc patet, quia vsque ad horam mortis Christi dicitur Ioann. 18. & Matth. 27. quod instabant Pharisæi & Pontifices, vt à Pilato peterent vt crucifigeretur, & Barabam dimitteret. *Inimicorum cauillationes cauendæ.*

DIFFICVLTAS II.

Quid intentauerunt Pharisæi dicentes, quare Discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum.

QVæritur, vnde impositæ sunt istæ traditiones, & ad quid manus lauant? 635

1. Responsio Chrysostomi in Cath. *Vide autem qualiter à sua interrogatione capiuntur: non enim dicunt, quare transgrediuntur legem Moysi, sed traditionem seniorum. Vnde manifestum est, quod multa noua inducebant sacerdotes, quamuis Moysis dixerit, non adiicietis ad verbum, quod ego propono vobis hodie, & non auferetis ab eo.* Quasi dicat, quando oportebat eos ab obseruationibus liberari, tunc amplioribus obseruationibus se alligabant timentes, ne aliquis eorum principatum auferret terribiliores esse volentes, quia & ipsi erant legislatores, & leges ponebant, quomodo volebant ad placitum, non ad iustitiam. Chrysost. in Cath citat. *Timor rerum temporalium superiores occupat.*

636 Hieron. in Cath. *Prælatorum impiorum lex si volo, sic iubeo.*

2. Responsio Hieron. in Cath. *Mira Pharisæorum Scribarumque stultitia Dei filium arguunt, quare traditiones hominum, & præcepta non seruet.* Quasi dicat, furiosi inuidi excæcantur, & contra semetipsos multoties loquuntur: nam si Christus erat filius Dei, quomodo legibus hominum poterat comprehendi.

637 Remig in Cath. citat. Marc. c. 7.

3. Responsio Remigij in Cathen. citati. *Quæ autem fuerint traditiones, manifestat Marcus, cum ait, Pharisæi, & omnes Iudæi, nisi crebro lauent manus suas, non manducant panem, vnde & discipulos reprehendunt dicentes. Non enim lauant manus, &c.* Quasi dicat, traditiones, vel constitutiones ad libitum quotidie faciebant, & ordinabant, & semper ipsi inordinati manebant; quia quasi legislatores à legibus excipiebantur.

638 Beda in Matth. *Opera non manus lauanda.*

4. Responsio Bedæ super Matth. *Verba enim Prophetarum carnaliter recipientes, quod dictum erat, lauamini, mundi estote de corpore solum lauando seruabant.: & ideo statuerunt non nisi lotis manibus manducandum esse,* Quasi dicat cum D. Hieronymo., *Opera non corporis, sed animæ lauanda sunt, vt fiat in nobis verbum Dei.*

639 Iansl. in concord. c. 60. *Prælati laudes proprias quærunt.*

5. Responsio Iansenij in concord. *Pharisæi, & Scribæ ex inutilibus illis maiorum institutis vendicabant sibi laudem sanctimoniæ quodque sceleratius est ex his impietatis calumnias instruebant proximo, seuerius exigentes eorum obseruationem, quam quæ Deus præceperat.* Quasi dicat, plus de temporalibus legibus, & politicis curabant, quam de obseruatione legis diuinæ.

640 6. Responsio meo videri, grauiter contra Discipulos Christi arguebant, vt prouocarent patientiam Christi contra traditiones antiquas, respondendo, vt sic caperent eum in sermone, propter quod Christus Discipulos, neque defendit, neque condemnauit, sed de maioribus replicauit arguendo Pharisæos de infidelitate & fractione præceptorum diuinorum?

Auctoris mens. *Prælati neutrales cum subditis.*

641 7. Responsio Chrisostomi in cath. citat. *Ideo autem Discipuli non lotis manibus manducabant, quia superflua despiciebant, ea solum, quæ sunt necessaria attendentes, & neque non lauari pro lege habentes, sed vt contingebat alterutrum facientes.* Quasi dicat, qui ipsum necessarium cibum contemnebant, qualiter circa hoc studium haberent?

Chrisost. in cath. citat. *Perfecti Polyricam ignorant.*

DIFFICVLTAS III.

Quare Christus respondit, quare & vos transgredimini mandata Dei propter traditionem vestram?

642 QVæretur quare non defendit Christus Discipulos increpando arguentes se?

1. Responsio Chrisostomi in Cath. citat. *Non dicit quod discipuli bene faciunt transgredientes vt non det eis occasionem calumniæ, neque tamen vituperat, quod ab Apostolis factum est, ne approbaret eorum traditionem.* Quasi dicat, neutraliter respondit ad quæsitum tacendo, quia futiosis, & effrenatis non dicenda sunt vituperia, quæ ex stultitia interrogationis solent oriri, neque Apostolos condemnauit, quia non peccabant panem manducando illotis manibus.

S. Chrisost. in Cath. cit. *Prælati occasiones rixarũ tollant.*

643 2. Responsio Lyrani, de quo Iansenius transtulit, *Clauum clauo retundit Dominus; si enim discendi causa petiuissent rationem facti Discipulorum vtique Dominus eam illis aperuisset, verum quia criminando, & inuehendo in Dominum dicunt quare; Ideo retorquet calumniam in calumniatores simili modo eos criminando, sed non simili affectu.* Quasi dicat, Pharisæi ex corde infecto, & malitia venenosa falso accusabant Discipulos; Christus autem ex affectu charitatis reprehendit transgressiones præceptorum diuinorum. Et vt Hispano sermone dicitur *Con vna piedra mato dos paxaros, la calumnia de los Phariseos, defendio y la innocencia de sus Discipulos.*

Lyran. citat. à Iansenio. *Prudentia clauum clauo retundere.* Hispana locutio. *Tacendo respondere calumniatoribus ingens prudentia.*

644 3. Responsio Hieronymi in Cath. citat. *Cum vos propter traditionem hominum præcepta Dei contemnatis, quare Discipulos meos arguendo, creditis, quod seniorum iussa paruipendeant vt Dei præcepta custodiant.* Quasi dicat, non credendum est quod qui maiora custodit minora contemnat, & plus est legem obseruare, quàm manus lauare.

S. Hieron. in cath. *Perfectis credendum, & non calumniandum de minimis.*

645 4. Responsio meo videri. Redarguit Christus calumniam Pharisæorum, vt cognoscerent, quod erat filius Dei, qui corda occulta penetrabat, & peccata eorum cognoscebat, de quo ipsi tantopere indignabantur, & odium contra Christum concipiebant.

Auctoris mens. *Corda penetrare signum diuinitatis.*

646 5. Responsio Abul. q. 14. in Matth. *Quare & vos transgredimini mandata Dei: nam potius debebatis tacere, quam accusare alios.* Quasi dicat, etiam si manducare illotis manibus peccatum esset, publicè non debebatis arguere, sed primum corrigere secreto, & si non emendarentur, redarguere.

Abul. q. 14. *Peccata non accusare sed tegere debemus.*

647 6. Responsio Rhemigis in cath. citati. *Reprehendebant Pharisæi Discipulos Domini, non de ista lauatione, quæ consueto more congruis, & necessarius temporibus agitur, sed de illa superflua, quæ de superstitiosa traditione seniorum fuerat reperta.* Quasi dicat, munditiam animæ & corporis necessariam diligit Deus, superflua vero & nimis affectata & curiosa præsertim in viris perfectis fastidiosa sunt illi.

Rhemig. in Cath. *Curiositates superfluas odit Deus.*

648 7. Responsio Chrisostomi in Cath. citat. *Christus autem non excusauit Discipulos, sed confestim reaccusauit Pharisæos demonstrans, quod pro paruis peccatis aliorum solicitum esse non oportet.* Quasi dicat ineffabilis Dei patientia fastidiatur videns calumniantium proteruiam: nam vt nostro Hispano idiomate dicitur *El que tiene el texado de vidro, no tire al desu vecino.* Sic Pharisæi immemores suorum delictorum festucam oculorum Discipulorum Christi respiciebant, non verò trabem suam.

Chrisost. in cath. *Calumniatores festucã aliorum condemnant.*

DIFFICVLTAS IV.

Quare Christus dixit: nam lex dicit honora patrem tuum, vos autem dicitis &c?

649 QVare Christus de honore parentum, non ex dubio Pharisæos redarguit?

1. Responsio Hieronymi in Cath. citat. *Honor in scripturis non tantum in salutationibus, & officiis deferendis, quantum in eleemosynis, ac munerum oblatione sentitur. Honora, inquit Apostolus viduas, quæ verè viduæ sunt; hic enim honor donum intelligitur.* Quasi dicat, præceperat Dominus, vel imbecillitates, vel ætates, vel penurias parentum considerans, vt filij honorarent etiam inuitè necessariis ministrandis parentes suos, & hoc præceptum frangebant propter commoditates, vtilitatesque suas.

S. Hieron. in cath. Ad Timoth cap. *Honorare idem quod succurrere.*

650 2. Responsio Chrisostomi. *Voluit Christus demonstrare quod parentes essent valdè honorandi, per hoc quod adiunxit & præmium & pœnam: præmium est, quod qui parentes honorauerit, viuet longam vitam super terram. Pœna est, qui maledixerit Patri, vel matri morte morietur.* Quasi dicat, si enim qui verbo dehonorat patrem morte punitur, quanto magis vos qui opere & non solum dehonoratis, sed & alios hoc facere doceris. Qui ergo neque viuere debetis, qualiter Discipulos meos incusatis.

Chrisost. in cath. *Per legem maledictus erat qui Patrem non honorabat.*

651 3. Responsio Abulens. q. 22. in Matth. *Alius est honor, qui debetur patri & matri, vt Arist. 9. Ethic. ait, alius viro sapienti & virtuoso, alius Principi, vel Regi, alius cuilibet seni. Honor viri sapientis est assentire illi in omnibus quæ diffinierit, viro autem virtuoso debetur honor, quod ipse sit regula nostrarum actionum; omni autem seni debetur honor insurgendo, & inclinando caput; Patri autem & matri debetur honor in sustentando eos in necessariis, vt Aristot. 3. ethic. docet: dicitur*

Abul. q. 22. in Matth. *Honor multis debetur.* Aristot. 9. Ethic. *Iure naturæ filij tenentur alere parentes.*

Iure naturæ filij tenentur alere parētes. Arist. 8. Ethic.

dicitur autem ista sustentatio honor qui excusatur ignominia, & dedecus parentum: Est enim dedecus, quod quis egeat, & cogatur mendicare, quod fieret in parentibus; ideo iure natura, vt Arist. 8. & hic dicit; filij debent sustentare, quod est honorare parentes; quia si parentes filios aluerunt: nam ipsi se alere nequiuerunt, tenentur naturaliter filij parentes egentes sustentare; quia ipsi non possunt se alere. Hæc acute Abulensis.

652 Hieronym. citatus in Cath.

4. Responsio Hieronimi in Cath. citati: *Prouidentissimam Dei legem volentes Scribæ & Pharisæi subuertere volentes impietatem sub nomine pietatis, inducebant, & docuerunt filios suos, vt si quis ea quæ parentibus offerenda sunt Deo vellet soluere, qui verus est pater oblatio Domini, præponatur parentum muneribus.* Quasi dicat, & impij erant Pharisæi titulo pietatis circa cultum Dei, & hoc non alia de causa nisi propter auaritiam, & cupiditatem suam, pro qua adimplenda parentes perire fame permittebant?

Crudelis est auaritia istiū erga parentes.

653 Glossa Ord.

5. Responsio Glossæ Ordin. *Quod ego offero Deo & mihi, & tibi proderit, & ideo non debes scilicet res meas in tuos vsus consumere, sed pati, vt Deo offeram.* Quasi dicat, præuaricatores legis redarguit Christus quia titulo, & prætextu diuinæ reuerentiæ, non quæ Dei erant, sed sua quærebant.

Cupiditas insatiabilis.

DIFFICVLTAS V.

Quare dicitur; vos autem dicitis, quicumque dixerit patri, vel matri munus quodcumque est? ex me tibi proderit?

654 QVæritur quomodo munus Deo oblatum posset prodesse parentibus egentibus?

S. Hieron. in Cath.

1. Responsio Hieronymi in Cath. citat. *Potest autem & hunc habere sensum breuem. Compellitis inquit filios, vt dicant parentibus suis quodcumque donum oblaturus eram Deo in tuos consumo cibos?* Quasi dicant per istas persuasiones auaritiæ talis iuuenis, id est, filius non honorificauit Patrem, & matrem. Ideo (inquit Glossa) *Sequitur non honorificauit patrem, & matrem, id est, propter istam pessimam doctrinam: filij non honorant*, Id est, non alunt parentes, quia propter traditiones vestras ista obseruantur.

Traditio impia non est obseruanda. Gloss. ordin.

655 August. de quæst. Euāg.

2. Responsio August. de quæst. Euang. *Munus quodcumque est, tibi proderit, id est, munus quod offers causa mei, ad te iam pertinebit. Quibus verbis significant filij iam sibi non esse necesse parentum pro se oblationem, vsque ad eam ætatem peruenissent, vt possint iam ipsi offerre pro se.* Et addit: *In hac ergo ætate constitutos, vt possent, parentibus hoc dicere: cum hoc negabant Pharisæi reos esse si parentibus non præstarent honorem.* Quasi dicat, traditiones in fauorem auaritiæ suæ amplificabant Pharisæi dicentes, quod quando filij ad maturam & prouectam peruenissent ætatem, & eam haberent ad considerandum, quid proficeret eis munus oblatum, & in hac consideratione Deo magis vellent offerre, & seruire, quàm subuenire parentibus, & hoc est, cum videris munus tuum quodcumque sit, quomodo tibi proderit, & Deo placebit, si non nutris parentes.

Auaritia sub specie cultus diuini crudelissima.

656 Liranus & Maldonat.

3. Responsio Lyrani, quam sequitur Maldonatus. *Quodcumque munus ex me tibi proderit, idest, quodcumque obtulero Deo, tibi dedissem, & per consequens, non honorabis patrem, vel non alendo culpa vacabis.* Quasi dicat, non solum non peccabis offerens quod daturus eras parentibus egenis, verum sine comparatione quodcumque munus offerre Deo, tibi proderit magis, ac magis.

Fallax est auaritia iniquorum sacerdotum.

657 Abul. q. 25. in Matth.

4. Responsio Abulens. q. 25. in Matth. *Hæc verba ad fraudem Pharisæorum sic litteraliter intelligenda sunt quod si filij haberent diuitias, vel sustentationem aliquam & si patres egentes peterent auxilium; responderent filij ecce Pater id quod petis, iam Deo obtuli, id est, apud me consecraui ad dandum Deo, & mihi & tibi proderit.* Quasi dicat, propter hoc non debes pater sumere res meas in tuos vsus, sed pati, vt Deo offeram, & iam hoc quod Deo consacraui non potest retractari, quia tibi etiam proderit, quod ego dederim Deo. Quo audito Parentes egeni non audebant aliquid à filiis diuitibus petere, ne sacrilegio imputaretur.

Simplices timorati facilliter fallūtur titulo pietatis.

658 Auct. sent.

5. Responsio meo iudicio Christus præsumptionem, & superbiam Pharisæorum à Hierosolymis venientium elidere voluit eorum in sacris litteris ignorantiam confundendo: nam illi elatione flati, simplices discipulos Christi tanquam idiotas redarguebant de ignorantia traditionum seniorum circa lotionem manuum ante prandium; Christus autem illos de idiotismis malitioso redarguit, suos scilicet, eorum, & patres, quia traditiones contra legem naturalem de honorandis parentibus, & sustentandis in necessitate collocatis tam iniquas statuerunt, & illos tanquam ignorantissimos conuincit, quia legem Dei, & præcepta Moysis suis traditionibus violabant: ideo concludit Christus: nam Deus dixit, honora patrem, &c.

Deus superbis resistit, humilibus fauet.

Ignorantes lectores generant filios stultos.

DIFFICVLTAS VI.

Quare Christus dixit: populus hic, labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me?

QVæretur, quare Christus Prophetiam Isaiæ Pharisæis applicauit de adulatione? 659

Remig. in Cath.

1. Responsio Rhemigij in Cath. citati. *Hipocrita dicitur simulator; quia aliquid opere simulat, aliud corde gestat. Isti ergo bene hypocritæ dicuntur, quia sub honore Dei terrena sibi lucra cumulare cupiebant.* Quasi dicat: nulla maior simulatio, & hypocrisis, quam illa quæ sub specie sanctitatis affectatur.

Simulata sanctitas duplex iniquitas.

660 Rabban. in Abul.

2. Responsio Rabbani citati in Abulens. *Labiis Christum Iudæi honorabant, quando dicebant, Magister scimus, quia verax es sed cor eorum longè ab eo fuit, quando miserunt insidiatores, vt caperent eum in sermone.* Quasi dicat, adulatione eliminabant à corde suo omnem veritatem, & solum verbis pacificè loquebantur; corde autem odio iniquo Christum persequebantur.

Adulatores venena in corde portāt.

3. Respon

661 Abul.q.30. in Matth. 3. Responsio Abulens. quæst. 30. in Matth. *Honor est exhibitio reuerentiæ, quæ consistit in ceremoniis exterioribus. Ille ergo labiis honorat, qui loquendo magnalia de aliquo, impendit ei reuerentiã. Et quia Iudæi sola voce Deum magnificabant, dicuntur labiis honorare.* Quasi dicat, Christum tanquam verum Messiam & Deum Pharisæi adulando adorabant in actionibus exterioribus; intus autem odio iniquo eum abhorrebant: nam aliquando dicebant: Magister scimus; quia à Deo venisti, & iterum nemo potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo, & intus murmurabant dicentes, quis est hic qui peccata dimittit? &c.

Honor est reuerentia exterior.

Murmuratores occulti iniquiores. Ioan.c. Lucæ cap.

662 Gloss.ordin. 7. 4. Responsio Glossæ. *Commendando exteriorem munditiam, Christum honorabant, sed interiori, quæ vera est, carebant; ideo cor eorum longè erat à Deo.* Quasi dicat, sicut ea quæ sunt in ore, exteriora sunt, respectu eorum quæ sunt in corde. Ita omnia, quæ exteriora sunt, intelliguntur nomine eorum, quæ sunt in ore; & ideo vocatur honor ille exterior honor oris, & munditia exterior quam Iudæi seruabant, & hanc seruabant, quasi per hoc sancti essent coram Deo, cum re vera longè essent ab eo.

Quæ ore dicuntur exterior honor.

663 Auctoris mens. 5. Responsio. Christus hac auctoritate Isaiæ (meo videri) vsus est, vt confunderet inimicos calumniatores elatos, quia Pharisæi magnam auctoritatem, & honorem tribuebant locis sacræ scripturæ, & cum Christus superbiam eorum elidere conaretur, aperuit eis corda, vt intelligerent veram esse sacræ scripturæ applicationem ad suam deprauatam intentionem, & sic attoniti tacentes, & capita humiliando confusi Hierosolymas reuersi sunt, vt nostro idiomate Hispano dicitur. *Confusos y auergonzados, baxaron sus cabeças y se fueron por do vinieron.*

Superbi sacræ scripturæ auctoritatibus confunduntur.

Hispana locutio.

DIFFICVLTAS VII.

Quare Christus dixit turbis, non quod intrat per os coinquinat hominem?

664 S. August. in cath. citat. QVæretur, quare turbis eorum, non calumniatoribus Pharisæis Christus verba hæc dixit?

1. Responsio Augustini in cath. *Mentata accusatione Pharisæorum à testimonio Prophetæ, & illis non emendatis, sed confusis, iam eis non loquitur, sed turbis, quia turbis dogma excelsum, & multa philosophia plenum propositurus erat.* Quasi dicat, munda mundis dicenda sunt, & mysteria alta, & sacramenta mysteriosa turbis simplicibus malitia euacuatis, non Pharisæis plenis fallaciis & dolis, nuntianda erant. Ideo verba difficillima conuocatis turbis nuntiat: *Non quod intrat per os coinquinat hominem.*

Munda mundis dicenda non cauillosis. Paruulis mysteria fidei reuelata.

665 Abul.q.38. in Matth. 2. Responsio Abul. q. 38. *Hæc verba dixit Christus ad eruditionem turbarum, quia sciebat eas sic esse instructas à Pharisæis & Scribis, & sequentes hanc doctrinam frequentabant corporales lotiones, quasi in his consisteret vera sanctitas, & non vacabant operibus bonis, quæ spiritualiter hominem iustificant: Ideo docuit, non confidere in hac corporali munditia.* Quasi dicat Christus turbis dixit, attendite; & intelligite, quia Iudæi erant solum intenti audire non intelligere: nunc vero admonet illos intelligere, id est, vt ratione discernant: nam quando seniores dabant populo traditiones, audiebat populus, & non iudicabat an bonæ, vel non bonæ essent, sed sequebantur eos, quia non erat declinandum ad dexteram, vel ad sinistram, vt in Deut. patet Deut.17. cap 17. nunc autem Christus admonet, vt intelligant, & iudicent an ratio capere potest, quod ea, quæ de foris suscipiuntur in corpore coinquinent animam.

Doctores & confessores nõ lata doceãt. Audire & intelligere auditu debet Christianus.

3. Responsio Hieronymi in Catt. citati: 666 S.Hieron.in Cath.citat. *Opponat autem prudens lector & dicat, si quod intrat per os non coinquinat animam, quare idolotitis non vescimur? Sciendum igitur est quod ipsi quidem cibi & omnis Dei creatura per se munda sit, sed idolorum, & Dæmoniorum inuocatio ea fecit immunda apud eos, qui cum conscientia idoli idolum manducant, & conscientia idoli idolotitum manducat, & conscientia eorum cum sit infirma polluitur, vt Apostolus ait?* Quasi dicat, quæ idolis offeruntur, si tali intentione manducentur quod sunt cibi oblati Dæmonibus, talis idololatra manet, & idolotitium vescitur; qui autem cibos quoscumque manducat tempore licito, & simpliciter & naturaliter comedit, non animam coinquinat.

Idolotitum manducare fugiendum. Cibi ex se nõ nocet animæ.

4. Responsio Rhemigij citat. in Catth. 667 Rhemig. in cath. *Quicumque autem tanta fidei est, vt intelligat creaturam Dei nullo modo inquinare posse, sanctificetur cibus per verbum Dei & orationem, & comedat quidquid voluerit: Ita tamen quod hac licentia offendiculum non fiat infirmis, vt Apostolus dicit.* Quasi dicat neutraliter & ex se cibi qui per os intrant animam non inquinant, si per scandalum, vel prohibitionem positiuam vel diuinam non sint prohibiti.

Cibus sanctificatus non nocet, imo prodest animæ.

5. Responsio Meo iudicio. Directè Christus plantare veram doctrinam voluit, eradicando tribulos & spinas à Pharisæis per traditiones impias traditas, & quia illi famam Discipulorum & per consequens Christi auferre conabantur, eo quod manus non lauabant, cum panem manducabant. Ideo directè calumniatores accusat, & famam Discipulorum restaurat, dicens non per manus illotas, & immundas, quæ cibum materialiter inquinant; anima coinquinata remanet; quia multi lotis manibus, sicut nix, manducant cibos delicatissimos, & mundissimos, qui animas denigratas super carbones habent. Et è contra multi asperis, & nigris manibus animas candidatas habent, sicut coloni & agricolæ ex sudore vultus sui comedentes, & hoc insinuat Christus, cum ait, non lotis manibus manducare coinquinat &c.

668 Auctoris mens.

Magistrorum officium est maculam Di. cipulorũ abstergere, & famam restituere.

DIFFICVLTAS VIII.

Quare Christus Petro dixit, adhuc vos sine intellectu estis?

QVæretur, quare quia Petrus dixit edissere nobis parabolam istam, Christus ista verba respondit? 669

1. Responsio

Remig. in Cath. citat.
Præsules debent esse scientifici.

1. RESPONSIO Rhemigij in Cath. citat. *Quia Petrus ex persona omnium interrogauit verbatam aperta: Idcirco simul cum aliis à Domino reprehensus est.* Quasi dicat, merito qui caput erat cæterorum à Christo reprehenditur; quia qui aliis præest, debet scientia & sapientia præstantior esse, vt cæteros dubitantes, & ignorantes doceat.

670
Hieron. in Cath.
Maleuoli auditorium obturbant.

2. RESPONSIO Hieronymi in Cath. citati. *Corripitur autem à Domino quare parabolicè dictum putet, quod perspicuè locutus est Christus.* Quasi dicat, auditor verbi diuini non debet obscura, & inaudita damnare, & tanquam scandalosa pronuntiare, quia sua occasione cæteri conturbantur.

671
Chrisost. in Cath. citat.
Prudens & doctus nō potest scandalizari.
Timor audaces reprimit.
Increpatio cū doctrina vtilis.

3. RESPONSIO Chrisostomi in Cath. citati: *Ideo Dominus increpat Petrum, quia non erat ex incertitudine quod interrogabat, sed ex scandalo, quo scandalizatus fuerit; Turba enim non intellexerunt, quod dictum erat; Discipuli autem scandalizati fuerunt. Vnde à principio quasi pro Pharisæis interrogare volebant, sed quia audierant Christum dicentem: omnis plantatio, quam pater non ponit eradicatur, reprehensi fuerant. Sed Petrus qui vbique feruens erat neque ita silet, quem Dominus increpat, & increpationi rationem addit, dicens Non intelligis, quia omne quod per os intrat in ventrem vadit in secessum emittitur.* Quasi dicat, timor audaciam repressserat, sed Christus increpando Petrum doctrinam duram, & obscuram; suauem & claram reddidit.

672
Abul. q. 51.
Ignorantia crassa rusticorum est.

4. RESPONSIO Abulensi. q. 51. *Christus exprobrat Discipulorum duritiam, propter abundantem gradum ignorantiæ, quia non solum non intelligebant veritatem huius sententiæ, sed etiam nesciebant, an plane, vel in parabolis loquebatur, & ista erat magna ignorantia.* Quasi dicat, cum quis non attente, sed cum fastidio quod clarè loquimur, non intelligit, solemus in Hispania dicere *No lo entiende; pues no hablo Griego, ni Latin, sino en Español.*

673
Auth. sent.
Ioan. c. 14. n. 9
Cælestia & mystica tractare pauci & breuiter mundani sciunt,

5. RESPONSIO meo videri. Christus discipulis dixit, adhuc vos sine intellectu estis, quia non discurrebant ad antecedentia, & de ineffabilibus mysteriis, quæ quotidie experiebant, nihil discebant. Vnde iterum Philippo sciscitanti de Patre Christi responsum accepit: *Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me, Philipe qui videt me, videt & patrem meum.* Et iterum apud Ioan.cap. cum ad cælum ascendere voluisset reprehendit ignorantiam de rebus cælestibus dicens: *Vado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, quò vadis?* Quasi dicat vsquequo graui corde filij hominum, quia nunquam de rebus cœlestibus cogitatis, cum semper de his quæ Patris mei sunt prædico, & testificor; ideo hodie dixit, adhuc vos sine intellectu estis?

***

DIFFICVLTAS IX.

Quare dicitur quæ procedunt de ore, de corde exeunt, & coinquinant hominem, quia de corde exeunt cogitationes malæ, homicidia &c.

QVæritur, quare quæ exeunt de corde, vt cogitationes malæ, &c. animam coinquinant? 674

S. Hieron. in Cath.
Principale anima nō in cerebro, sed in corde est.
Diabolus suggestionibus tentat.
Pulchritudo fœminarum corda captiuat.

1. RESPONSIO Hieronymi in Cath. citati. *Principale igitur animæ non secundum Platonem in cerebro, sed iuxta Christum in corde, & arguendi sunt ex hac sententia, qui cogitationes à Diabolo immitti putant, & non ex propria nasci voluntate: Diabolus adiutor esse, & incensor malarum cogitationum potest; auctor esse non potest.* Quasi dicat suggestiones, & repræsentationes obiectorum potest Diabolus proponere, & cognoscere ex affectibus humanis, quid corda hominum cogitent, vt si pulchram mulierem sæpe videt, cognoscit, quod amore captus est homo; producere vero cogitationes, ad liberum arbitrium pertinet, vel separati vel delectari, per quæ anima, vel dealbatur, vel inquinatur.

675
Chrysost. in Cath.
Impij inimici semper meditantur mala.

2. RESPONSIO Chrisostomi in Cath. *Quæ enim cordis sunt intus in homine manent, & exeuntia inquinant non manentia solum. Vnde subiungit, de corde enim exeunt cogitationes malæ, quas primo ponit, quia hoc erat vitium Iudæorum, qui ei semper insidiabantur.* Quasi dicat Christus ad obiectionem contra discipulos respondendo ait, de corde exeunt cogitationes; quia in ipso meditantur & generantur. Et quia cogitationes Pharisæorum prauæ erant ideo coinquinatæ; non verò illotis manibus manducare inquinabat illos.

676
Aug. lib. 15. de trinitat.
Os quod in in corde est pronuntiat.
Hispana loquutio.

3. RESPONSIO August. lib. 15. de Trinitate. *Duo autem quædam hominis ora Dominus complexus est, vnum corporis, aliud cordis: nam cùm dicit, Omne quod in os intrat, & c. apertissimè demonstrat os corporis. At in eo quod sequitur, os cordis ostenditur, dicens, Quæ autem procedunt de ore de corde exeunt, &c.* Quasi dicat. *La boca dize lo que esta en el coraçon.*

677
Auct. mens.
Anima per cor organizat & operatur.
Homo animal rationale.

4. RESPONSIO meo iudicio Christus non insinuat, quod cor quod est in corpore & viuit per nutritionem ciborum sit causa inquinationis, vel ablutionis, sed dicuntur mala procedere de corde; quia anima rationalis, quæ purus spiritus est principaliter organizat, & operatur per cor, quia in ipso consistit vita corporalis hominis, in quantum animal est, & quia voluntas, in qua consistit bonum vel malum operatur per pulsationes cordis; ideo dicitur, quod quæ procedunt de ore, de corde exeunt, siue sint cogitationes bonæ, siue malæ; sed quia Pharisæorum pessimæ erant; ideo Christus tantum malas nuncupauit.

TRACTA

TRACTATVS DECIMVS SEXTVS,

Ad Mores *In cap.* 15. *Matth. de Calumniis Pharisæorum super manus illotas Discipulorum?*

DIFFICVLTAS X.

Quare dicitur quod venerunt Scribæ & Pharisæi ab Hierosolymis, & ex quo motiuo?

678 Rabbanus in litt. citatus.

QVæsitum fuit, qua ratione & motiuo ex tam longinquo Pharisæi & Scribæ ad Christum venerunt?

1. RESPONSIO fuit Rabbani citati in littera, *Quia qui sapientes videntur ad pugnam veniunt.* Quasi dicat, qui venerunt ex famosioribus Pharisæorum erant, & ideo ad redarguendos Christi Discipulos de Ierusalem festinanter progressi sunt; & quia sine prudentia processerunt sapientes vocari non possunt. Vnde interrogat Oleaster, quare Exod. 31. n. 3. dicitur de Beseleel, quod *Impleuit eum Dominus spiritu sapientia, & intelligentia, & scientia in omni opere.* Vel vt legit Pagninus, *Spiritu prudentiæ?* Et respondit ea Rabbi Salomon. sententia, quod *Sapientia est, quam quis ab alio audit, aut didicit. Prudentia vero, quando quis ex suo pectore aliquid prudenter cogitat; scientia vero, cum aliquid afflatu Dei addiscit.* Quasi dicat, cum quis ex suo pectore bene cogitat, & discretè supponit, effectibus sicut præmeditatur, consequitur, tunc prudens est; cum vero euanescunt cogitata, stultus & insipiens et Pharisæis contigit, qui malitiam contra Discipulos Christi excogitatam, confusionem, non laudem eius produxit, & sic stulti facti sunt qui prudentes, & sapientes reputabantur & vt tales mittebantur à Hierosolymis.

Superbi & stulti audaciores ad argumentandum.

Oleast. in Exod. 31. n. 3. Transl. Pagn.

Rabbi Salomon.

Prudentia sapientia & scientia diffinitiones.

Prudentia effectiue operatur.

679 Lyppomanus in Exod.

Et addit Lyppomanus in hunc locum: *Non audis, quomodo Beseleel, & Oliab, & omnis vir sapiens quibus dedit Dominus sapientiam, & intellectum, vt scirent fabrè perfectè operati sunt. Omnes prudentia in rebus perficiendis consistunt.* Quasi dicat, omnia opera Domini, tunc sapienter operantur cum prudenter perficiuntur. Et Origenes ibi. *Non sufficit nobis, si operamur tantum cum scientia, sed quod prudentia quoque operemur.* Et Hieronymus super Ezech. cap. 46. *Omnis enim versutia, & subtilitas callidior abominabilis est Deo?* Vnde interrogat Gregorius Nissenus, quare Exodi 12. *ex tam breui colloquio Sacerdos Ietro Sephoram filiam suam dedit Moysi in vxorem?* Et respondet: *Tanta fuit sacerdos iste ad pernoscenda ingenia hominum, moresque comprehendendos prudentia præditus, vt vnica re gesta, eius virtutem conspexerit, quam admiratus præstantiorem ipsam aliorum diuitiis existimans filiam ei tradidit in vxorem.* Quasi dicat, prudentia nasum habet, sicut turris Dauid, vt Cant. cap. dicitur; quia in breui tea penetrat etiam difficiles, & impenetrabiles: ingeniosi vero litterati, qui solum res futiles, & inutiles fallaciis plenas dicunt vt terrena consequantur non sunt prudentes.

Scientia sine prudentia frustratur.

Hieronym. sup. Ezech 46.

S. Gregorius Nissen. Exod. 12.

Prudentia breuiter omnia discernit.

Cant. c. 7. n. 4.

Cauillosi indocti.

680 Stephan. cit. in alleg. Tylm. Iosue 7.

Hinc S. Stephanus quærit in Alleg. Tylm. quare Iosue 7. dicitur, quod *Abscondit Achan auream Regulam in terram &c.* Et respondit. *Aurea regula est sapientia actibus prudentia superscultpa, quæ vitam nostram quasi regula lineam in rectum dirigit, hanc furatur, qui sapientiam retorquet ad aliud quam sibi à Domino datur, ad multiplicanda scilicet temporalia, hanc regulam abscondit in terra, qui terrena lucratur, qui terrena cogitat, & sectatur.* Quasi dicat, scientia quæ in polytiam tantummodo versatur, & in adquirendis dignitatibus fatigatur non debet vocari scientia, sed calliditas, & venenosa subtilitas, quæ sub modio, & sub terram abscondita esse meretur non super candelabrum lucere, vt luceat omnibus. & fortasse propter hoc Christus de Doctoribus, qui verè sapiunt, dixit Matth. 5. *Non potest ciuitas abscondi super montem posita,* Quia qui scientia, & prudentia cælesti repleti sunt supra montem altum, & supereminentem videri possunt, cum è contrario perspectiua doceat, quod qui in alto positi sint vix possunt perspici à terra; sed suos Christus Discipulos, & doctores altissimos, in virtute, prudentia, & scientia, & supra montem collacatos, ita videre desiderat, vt eminentiores, & prudentiores in sanctitate ab omnibus videantur.

Aurea regula sub terram abscondita scientia politica.

Matth. 5. *Doctores & Prælati per perspectiuam visi altissimi à terra.*

681 Galfridus in Ezech. cap.

Et isti sunt (inquit Galfridus) Pigmæi, de quibus Ezechiel ait, quod *In supremis positi repleuerunt pulchritudinem nauis,* (id est, Ecclesiæ Dei.) Quasi dicat, super altitudinem arboris maioris collocati Doctores, non solum nauem regebant, sed & tymonem per acum maris regentem gubernabant, & omnes in eos oculos figebant, tanquam in stellam maris fulgidam, quæ Norte vocatur, vt incolumes à tempestatibus euaderent; quia qui se humiliat exaltabitur. & qui de se humiliter cogitat, hic facit & docet, & magnus vocabitur in regno cælorum. Et addit Galfridus: *Ille vere sapientiam inuenit, qui obtinuit sanctitatem & prudentiam ad multorum*

Humiles Doctores Pigmæi Ecclesiæ.

Galfrid. cit.

rum salutem , & illa prudentia est prædicanda, qua nobis studiosius est æmulanda. Quasi dicat, isti sunt fortes, & sapientes ad pugnam, qui ex corde suo promunt cogitationes perfectas, veras, & efficaces, non subtiles, mendaces, & fallaces Discipulos Christi redarguendo, sicut scribæ & Pharisæi, qui ex Hierosolymis venerunt, quia sapientes videbantur, & parui, & stulti facti sunt, quia eorum redargutio euanuit, vt Rab-

Raban. cit. banus adnotauit.

682

Chrisost. in litt. citat.

Inuidia plus furescit quo plus luces inuidiatus.

2. Respnnsio Chrisostnmi in littera citati, *Vt pateret ineffabilem eorum nequitiam nulli cedentem, quia tunc veniunt quando plura signa operatus est.* Vnde interrogat Oleaster, quare dicitur Numer. 16. n. 47. *Dirupta est terra, sub pedibus eorum,* id est, *Dathan, & Abyron, & sequentium illos, & deuorauit illos cum tabernaculis suis?*

Oleast. in Numer. 16. Transf. Pago.

Et respondet ; *Quia inuidia combusti dixerunt Moysi & Aaroni* (eodem cap. n. 3. *Cur eleuamini super populum Domini ; an & oculos nostros vultis eruere.* Et eodem cap. n. 14. vel vt legit

Inuidia fera crudelis. Pagninus , *Nunquid oculos virorum istorum effodietis.* Et addit Oleaster : *Fera crudelissima inuidia est, quæ ita cæcat, quod beneficia in odium conuertit , & arguit. Moysi mendacij , quod fuerat illis pollicitus terram fluentem lacte & melle , & non dederat; cum reuera dedit populo suo Dominus terram promissionis abundantem omnium rerum,* & hoc est per Synecdoche. *Terram affluentem lacte & melle dare ,* vt Lypomanus adnotauit. *Et cum mirabilia prodigia vidissent in mari rubro, & Ægypto : tunc liuore incensi, & ingratitudinibus repleti murmurare cœperunt , dicentes: oculos no-*

Hispana locutio. *stros confodere vultis.* Quasi nostro Hispano

Ingratitudo filia inuidia est, & beneficiis inardescit. sermone dicerent : *Quieres Moysen hacernos trasfuntojos , piensas que estamos liegos.* Et reuera cæca & maledicta inuidia est quæ beneficia in odium conuertit , & quo maiora fuerint prodigia operata plus animos inuidorum inardescunt, vt in Pharisæis patet, qui suoc ineffabilem inuidiam monstrauerunt, cum plura, & maiora

Chrisost. citat. miracula Christus operabatur , vt Chrisosto-

68 ; mus ait.

S. Thomas Isai. 7. n 11. Hinc sanctus Thomas interrogat , quare *Achaz cum Isaias eum prodigiis & miraculis inuitaret in cælo & in terra renuit accipere , neque*

Inuidia Deo non cedit. Inuidus laudibus alienis torquetur. *petere.* Isai. 7. n 11. *imo respondit , Non petam, & non tentabo Dominum.* Et respondet. *Quia in idolum confidebat , vel in Rege Assyriorum , vel inuidens Dei gloriam.* Quasi dicat , tam crudelis , pessimaque fera est inuidia , quod neque Deo cedit , & miracula eius , quo plus crescunt in corde inuidi , plus illum torquent ; & ideo Achaz pessimus noluit signa petere inuidens, ne glorificaretur Deus ab hominibus; quia cum

Oleast. in Isai. 1. Chrisost. cit. gloria, & laudibus benemeriti plus torquebatur. Vnde Oleast. ait : *Aliqui dicunt Achaz noluisse petere signa, ne Dominus à populo glorificaretur propter datum signum.* Quasi dicat cum Chrisostomo , quod Pharisæi tunc venerunt, cum Christus plura signa faciebat, vt pateret ineffabilem malitiam eorum nulli cedentem.

***

DIFFICVLTAS XI.

Quare dicunt Pharisæi , quod Discipuli Christi transgrediuntur traditionem seniorum illotis manibus manducando ?

Qværetur, quare non dicunt quod transgrediuntur præcepta legis , sed traditionem seniorum ? 684

Chrisost. in litt.

1. Responsio Chrisostomi , *Vt eorum stultitia pateret , quia multa noua imponebant , quæ à Moyse non erant præcepta.* Quasi dicat, cum le-

Leges non multiplicandæ. ges & instituta multiplicantur ad libitum propter singulares delectationes irridentur & non

Oleast. in Genes. 3. Transf. Pagn.

obseruantur. Vnde interrogat Oleast. quare Deus cum primi parentes consilium serpentis obseruarunt comedendo de arbore vetita , & prohibita , descendens de cœlo dixit Genes. 3. *Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis.* Et respondit , *Quia dignus est, qui videtur peccator, quod non sit assequutus quod voluit.* Quasi dicat

Traditiones & statuta matura & pauca. traditiones, & statuta solum propter vindictam imposita, & multiplicata nimis , si non consequuntur effectum, vt ferè semper contingit, digni sunt, vt impositores irritentur ; quia per multiplicationem , & per non vsum non obser-

Malitia statuentis irridenda. uantur, irritentur non propter statuta; quia semper veneranda sunt, sed propter intentum , & imprudentiam imponentium ; quia tunc euanescunt intentiones eorum , & de hoc potest esse risus, non de institutis, neque de traditionibus , vt patet in Christo , qui traditiones non reprehendit, sed impositiones propter malitiam imponentium.

68'5

Rupert. in Ionam c. 4. n 6.

Vnde interrogat Rupertus , quare cum fatigatus esset Ionas ex itinere dicitur Ion. 4. n. 6. *Quod præparauerat Dominus Deus hederam, & ascendit super caput Ionæ , vt esset vmbra super caput eius , & protegeret eum ?* Et respondet;

Hedera vmbram fecit Ionæ. *Quod hedera iactabat vmbram , & protegebat Ionam , & requiescebat , & significabat legem , & statuta, quæ subditis in refrigerium sunt instituenda, non in torturam animarum , pœnis & censuris multiplicando religionis regulam. Illud mysticè*

Instituta absque censuris ne grauentur anima. *intelligamus,* inquit Rupertus , *Quod post suam vmbraculum fides Patrum legem dedit, vt sub illa contegeretur verbum Domini.* Quasi dicat, quod leges, & statuta vmbram & requiem non æstum & calorem debent viatoribus facere. Hinc Au-

Aug. Ep. 44. q. 6.

gust. Epist. 44. q. 6. *Qui pro hedera cucurbitam legit , sic ait : Vmbraculum cucurbitæ super caput Ionæ promissiones erant veteris testamenti , in quibus erat vtique, sicut dicit Apostolus , vmbra futurorum tanquam ab æstu temporalium malorum in terra promissionis defensaculum præbens.*

686

S. Odilon. Abb serm. de Epiph. Domini. Matth 5.

Et addit sanct. Odilon. Abbas serm. de Epiphan. Domini : *Sed multò præstantius lex Christi suis affectis requiem promittit & dat, Venite ad me omnes qui laboratis, &c. & inuenietis requiem. Et in monte Thabor inaccessibilem , & indicibilem requiem dedit Christus cum transfiguratus, gloriosusque apparuit coram Moyse videret , & palparet supereminentem requiem , siquidem contegebatur gloria Domini , & in Chana incipiens*

Lex Christi requiem & gloriam præstat.

miracula operari Christus, vinum in aquam conuertit, vt gustarent omnes conuiuæ, quod incipiente lege Christi lætari, & quiescere incipiebant, cessante vmbra legis, quæ sicut hedera Ionæ paruum vmbraculum gestabat; quia vna nocte creuit & vna nocte excissa est. Gratia vero & requies per Christi legem adquisita permanet in sæculum sæculi. Hedae (addit Sanctus Odilon). *Vt fides credentium cresceret aquas ad nuptias in vinum conuertit, sitque spiritualiter vinum ex aqua; quoniam cessante legis litteræ fulget per Christum Euangelij gratia, sub qua omnes aues celestes requiescunt in spe.* Quasi dicat, instituta, leges, & traditiones, non vt aggrauent onera spiritualia sed vt alleuent instituenda sunt, ne aquas sitientes & quærentes diuinæ perfectionis laqueis & retibus innumerabilibus inuoluantur. Hinc apud Isaiam in laudem suauitatis & requiei legis Christi hoc epitalamium cecinit cap 4. num. 2. *In die illa erit germen Domini in magnificentia, & fructus terræ sublimis.* Et Chaldæus legit, *In tempore illo erit Christus Domini in gaudium & gloriam, & factores legis in magnificentiam & laudem.* Quasi dicat, ô tempora Christi felicissima, vbi simul cum lege pax & requies cordibus promulgata est, quia nulla maior miseria, & supplicium nullum maius quam leges, & instituta audire, quæ non pacem, sed discordiam inter audientes operantur, propter multiplicationem censurarum & pœnarum, ex quibus controuersiæ oriuntur quia aliqui auscultant, & alij vident, sed lex Christi cum promulgata fuit non sic, vt Augustinus adnotauit de promulgatione legis diuinæ: *Nam quos discordia dissipauerat, coniungeret charitas.* De traditionibus vero Pharisæorum & de legibus seniorum controuersiæ, & discordiæ oriebantur, vt Chrisostomus ait, quia stulta erant & noua, & in lege Moysis non præcepta.

Ionæ cap. 4.

S. Odilon citatus.

Lex Moysis paruum vmbrabat.

Instituta nec multiplicanda.

Isaiæ cap. 4. n. 2.

Trãs. Chald.

Traditiones, & instituta, vt lætificent, non vt torqueant.

Discordia ingens supplicium.

Causa irrisiones euitanda.

Chrisost. citat.

687 2. RESPONSIO Bedæ in littera citati; *Verba enim legis carnaliter accipiebant; nam lauamini, mundi estote Isaiæ cap. 1. de lotione manuum intelligebantur, & ideo traditiones de non illotis manibus manducare statuerunt.* Quasi dicat, impij & potentes peccatores, meretricesque pluris faciunt quidquam immundum in veste habere, quam sordibus in anima scatere. Vnde interrogat Oleast. Quare Leuit. cap. 5. *Homo, qui tetigerit omne immundum, immundus erit?* Sic Pagninus. Et respondet. *Quid sic bene Deus immunditiam corporum prohibes, vt tangens quodcumque cadauer, immundus apud te fiat? Nunquid pluris facis corporum, quam animarum maculas, vt sæpissimè illas prohibeas, has vere raro, vel nunquam.* Quasi dicat propter hoc forsitan Iudæi voluntatem Domini interpretabantur, & traditiones imponebant, vt non manducarent, nisi prius manus lauarent omnes. Sed audi, inquit Isaias cap. 1. *Lauamini, mundi estote.* Quam auctoritatem sic Oleaster explicat; *Ne putetis solam corporis munditiam à Iudæis exigere addidit, Auferte malum cogitationum vestrarum: non tam inquit, abhorreo ab immunditiis corporum quam cogitationum; quoniam & si me non latent corporis macula, quas etiam homines vident; cordis tamen, quas solus video ferre nequeo.* Abhorret (Quasi dicat) Deus homines turpia & obscœna in corde meditantes, quia anima quæ facta est ad imaginem & similitudinem suam

Beda in litt. citat. Isaiæ, cap. 1.

Meretrices corpore limpidissimæ, intus sordibus scatent.

Oleast. in Leuit. 5.

Trãs. Pagni.

Isai. citat.

Oleast. citat.

Imago Dei animæ fœdata cogitationibus immũda.

multis fœdata sceleribus, & maculata, denigrataque super carbones non tergere conantur, cum scriptum sit, *Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum.* Et solùm curant tam homines quam fœminæ de munditia corporis, neque ad horam via ferre immunditiam in veste, in calceo, aut pileo, minusque in facie, aut quouis alio corporis membro sustinere possunt, qui similes sunt Pharisæis, de quibus Marcus dixit, quod *Ter, vel quater in mensa manus lauabant*, cum ictus scorpionibus malitiæ, & calumniis contra Christum repleti essent, & de minimis Discipulos Christi arguebant, & ipsi grauissima sua scelera non respiciebant, non attendentes ad Hispanum adagium, *El que tiene el texado de vidrio, no tire piedras al de su vecino.*

Isai. cap. cit. c. 1.

Qui scatent scorpionibus pleni, minima murmurant.

688 Hinc interrogo, quare Prouerb. 6. n. 6. dicitur. *Vade ad formicam, ô piger.* Cur non ad cicadam, sed ad formicam? Respondeo, quia contrariæ sunt proprietates: nam formica candidissima grana tritici quærit, & sub terram abscondit, insuper laborat, & sonitum nullum edit, nullumque strepitum quærit, vt ab ea disceremus intus in corde sordes abluere & laborem cum taciturnitate coniungere. Cicada vero foris tergidissima est, sed huc, illucque progreditur, & semper garrulando sua iactat, & cum pauca, exiguaque præstiterit ingenti laudum sonitu celebrat. Ita humiles, & superbi distinguuntur, quod humiles teste Didymo lib. 10. cap. 25. *Splendentis virtutis decora intus seruant, & foris vilibus vestimentis obtegit.* Superbus autem de interioribus splendoribus non curat, sed omni conatu foris lucescere studet, vtendo cibis & potibus limpidissimis & delicatis, verbis cultis, & criticis loquendo, nihilque de bonis occultando, sed omnia Pharisaica præsumptione iactando, cæteros iudicando in minimis, & de suis grauissimis sceleribus nil cogitando.

Prou. 6. n. 6.

Formica sine strepitu laborat.

Cicada suas laudes, inquerit inquietè clamando.

Didimus libro. c. 25.

Superbus de occultis nil curat.

689 Vnde interrogat Sanct. Augustin. ser. 107. Quare Sanson Dalilæ respondit Iudic. 17. *Si rasum fuerit caput meum recedit a me fortitudo mea? Quid est* (inquit Augustinus) *Quod in capillis Sanson virtutem habebat?* Et respondet. *Et hoc fratres diligenter aduertite, virtutem non habuit in manu, non in pede, non in pectore, non in ipso capite, sed in capillis, in crinibus. Quid sunt capilli, quid coma? Et non videmus, & interrogatus Apostolus respondet nobis, coma velamen est, in velamento virtutem habet Christus.* Quasi dicat, cum à nobis velamen humilitatis ac modestiæ abest, cum virtutes proprias prodimus, & aliena peccata publicamus, omnis fortitudo nostra, & robur amittitur, & quia cæteros perdere cupimus de minimis iudicando, nostra abscondita delicta multiplicata, & conglutinata indigesta remanent, & fœtorem putridum fugiendum producunt; quia halitu suo aerem, & homines corrumpunt, & veneno afficiunt contaminando.

Aug. ser. 107.

Iudic. 17.

Coma capillorum velamen virtutũ.

Publicare delicta aliena est robur perdere.

Fœtor murmurantis insupportabilis

690 Rursus interrogat Oleast. quare Leuit. 13. n. 44. dicebatur *Quicumque maculatus fuerit lepra & separatus est ad arbitrium sacerdotis habebit vestimenta dissuta, os veste contectum.* Et addit Oleaster *Et super labium operiet.* Sed cur leprosi labium osque operiuntur? An ne halitu inficiat? Ita respondet Oleast. dum ait: *Crediderim hoc facere, vt os fœtidum operiant, ne halitus alios offendere posset; habent enim leprosi fœtidum halitum,*

Oleast. in Leuit. 13. n. 44.

Trãs. Pagn.

Leprosi per halitum aerem inficiũt.

halitum, & qui facilè aerem possent inficere. Quasi dicat, impij vicini, & murmuratores domestici leprosi sunt, à quibus fugiendi sunt omnes, quia contagiosa, verba euomentes aërem ipsum inficiunt & nocent magis quam leprosi, quendam inferni fætorem auditoribus suis anhelantes, & de minimis murmurantes, suaque scelestissima crimina non videntes, de quibus in nostra Hispania dicitur, *Hombres que de vn mosqueto hazen vn elefante.* Sed meo videri, tacitè opinor significare lex eum qui peccati lepra correptus est Doctoris munus suscipere non debere, ineptè enim alios ad munditiam vocat, qui scelerum lepra vndique opertus est. Hinc Isichius ad hunc locum *Habebit os rectè contectum è Doctorali dignitate, qui talis est prohibet.* Quasi dicat, quomodo enim culpæ casum coërceat qui est ipse culpabilis. Verè ita est, & vitia in paruulis perennare videmus; quia immunes à lepra Doctores & prædicatores non sunt; sanctiorem enim, puriorемque plebem videremus si puriores, sanctioresque Doctores haberemus. Sed væ nobis! quia traditiones de non lotis manibus manducare reprehendimus, id est, de minimis venialibus, & defectibus subditorum, qui forsan leprosi, & sceleribus scatentes, per venenosum contagium aërem inficimus, & iram Dei prouocamus, vt contra Pharisæos hodie fecit, cum dixit, quare & vos præcepta Dei transgredimini.

Domesticos murmurãtes fugiẽdos propter contagium.

Præsul & Prædicator leprosus ut nõ aperiat.

Isichius Leuit. 13. citat.

Prædicatores causa malorũ si mundi non sunt.

DIFFICVLTAS XII.

Vt quid Christus respondit, quare & vos transgredimini præcepta Dei?

691 QVæritur, quare non vituperauit neque approbauit transgressionem Discipulorum Christus?

1. Responsio fuit Chrisostomi in littera citati, *Vt non esset occasio calumniæ, non defendit, neque vituperat, ne approbaret traditiones Pharisæorum.* Quasi dicat, O quanti parentes pro defensione filiorum suorum & vt eos diuites relinquant æternis pœnis sunt adstricti. Vnde interrogat Oleaster, quare Gen. 3. dicitur n. 20. *Cepitque Noë vir agricola exercere terram, & plantauit vineam?* Et respondit: *Noluit enim Dominus à principio eam plantare, licet essent vites & vua agrestes, quia nouerat futura ex vino mala, sed plantauit eam Noë, & iustam retributionem consequutus est ex huiusmodi plantatione: nam Cham filius eius irrisit videndo verenda Patris sui nuda; & nuntiauit fratribus suis.* Quasi dicat, iusto Dei iudicio parentes, qui non cessant laborare, & exercere terram, imò & mare trãsire laboribus, & periculis immẽsis agitati, tandem vt filios suos ditescant, & famosiores fiant, pœnis adstringuntur; quia contigit, vt viuendo luxuriosè illi omnes facultates & diuitias iure hæreditario possessas consumant, & tandem dicant irridendo: *Miren que buena quenta hedado dela hacienda porque mi Padre trabajo, y se fue al infierno.* Et addit Oleast. *Nam sunt peccata, quæ mercedem suis auctoribus retribuunt, vt Noë, de quo filius suus risit, eo quod laborauit exercendo terram, & vt plantaret vineam; Ideo Christus Discipulos non defendit, ne propter illos occasionem calumniandi acciperent Pharisæi,* Vt Chrisostomus insinuauit?

S. Chrysost. in litt. citat.

Parentes propter filios dãnantur.

Oleast. in Gen. 3. n. 20.

Filij de partibus qui diuitias relinquunt malè adquisitas ridẽt viuendo luxuriosè.

Chrisost. citat.

692 Hinc interrogat Ambrosius tract. de hortat. ad Virginitatem. Quare Numer. 17. n. 3. dicitur, quod *Filiæ Salphaad dixerunt, Date nobis possessiones inter cognatos Patris nostri.* Et respondet, *Quod solæ mulieres inueniuntur pro terrenis rebus apud Moysem litigasse; quia Salphaad obumbratio formidinis interpretatur, & sunt parentes, qui necessaria filiis suis defutura formidant, nec Deo fidunt, & ob terrena laborant, fatigantur, & litigant.* Et secundũ aliam Translationem *Salphaad, etiam oris obumbratio* dicitur, quia Parentes qui terrena baxiæ pro filiis ditandis quærunt mendaciis innumerabilibus diuites fiunt præter alia peccata de quibus Apostolus ait, *Qui volunt diuites fieri incidunt in tẽtationes Diaboli.* Audiantur verba Ambrosij loco citato: *Terrenam possessionem sibi Salphaad filiæ postularunt, quia Salphaad filiæ: Salphaad autem filiæ, quid sunt, quæ terram petunt, nisi vt interpretatio docet oris obumbratio quæ vtique in illis est quibus non est verum in ore ipsorum, nec in sermone eorum veritas.* Quasi dicat, cum terrenarum rerum cupiditate mendacia nectuntur, & propter filios ditandos mendacia multiplicantur, & occasiones calumniarum quærunt, quas vt Discipulis non infingant, Christus eos non defendit, neque approbat transgressionem traditionis, sed ad malitiam Pharisæorum respondit. Hinc Lypomanus dicit, quod in Gen. cap. 4. n. 20. dicitur, quod *Iaba fuit Pater habitantium in tentoriis, quia in Hebræo, idem est Pater, aut Princeps alicuius virtutis. Et in Chaldæo dicitur quod Iaba fuit magister in tabernaculis possidentium oues, & pecora.* Quasi omnes dicant, quod parentes debent esse Principes virtutum, & Doctores docendo & dictando filios in simplicitate ouium, & separando eos à malitia luporum, & occasionibus calumniarum, vt Christus cum Discipulis suis fecit.

Ambr. tract. de hortat ad Virginit.

Mulieres, & imbecilles idiota pro honoribus litigãt, quia nõ sunt digni aliis. Formido terrenorum Parentes dãnat.

Diuites mẽdaciis abundant.

1. Timot. 6. n. 9.

Ambros. cit.

Occasiones murmuris vitandæ.

Lypom. in Genes. 4. Trans. Hebræa. Trãs. Chaldæa.

Parentes idẽ quod Auctores virtutũ.

693 2. Responsio Lyrani in littera citati: *Retorquet calumniam in calumniatores simili modo eos criminando, sed non simili affectu.* Quasi dicat, qui zelo Eliæ reprimit oppressiones miserorum, & redarguit viriliter calumniatores, hic ad gubernandos fratres, & conciues eligendus est, non qui propter negligentias, & omissiones intuitu adquirendi nomen bonum omnia peccata, dissimulat, nil respicit, nil emendat, sed tacet, vt omnia ruantur. Vnde interrogat Oleaster quare Moyses dixit impio Exod. 2. *Vt quid percutis fratrem tuum, & percussit Ægyptium?* Et respondit: *Non factum, sed Zelum maximum ex Moyse considerandum puto.* Et addit: *Et si qui occisus fuit exactor erat* (vt multi putant) *causam communem nos agere docet, & communem iniuriam vindicare. Vnde quia interrogat Dominus Moysem zelum habere ad bonum commune fortè præfecit eum.* Quasi dicat, oculos & Dei zelum iustitiæ in Moyse connaturale ad se allexit, & rapuit, quia tepidos & remissos superiores à se euomit, vt in Apocalypsi testatur Ioannes contra Episcopum zelo Dei carentem; quem arguens & reprobans dixit: *Vtinam calidus, aut frigidus esses, sed quia tepidus es, incipiam te euomere de ore meo.* Quasi dicat, tempora

Lyran. cit. in litt.

Zelatores legis Dei & Religionis in supremis locandi.

Oleast. in Exod. 2.

Zelum de rebus communitatis habẽdum.

Apocal. c. 3. n. 15.

Temporales Prælati damnati.

temporales Prælati sua diligentes, & temporalia quærentes à se reiecit Deus & tradidit eos in desideria cordis eorum; quia Christus ait, *Non sic impij, non sic quia sicut tales sicut puluis, quem proiicit ventus à facie terræ eiicientur.* Propter quod redarguit calumniatores Discipulorum eos retorquendo simili modo criminando, non simili affectu, vt Lyra adnotauit.

Ps. 1 Lyran. citatus.

694 Hinc Stephanus citatus in allegor. Galfridi explicans cap. 11. Zachariæ: *Sume tibi vasa Pastoris stulti, scilicet, peram, & baculum, & fistulam, & sybilum &c. ait: vasa ista prudentis Pastoris sunt, cum vsum eorum habet, & in eis se exercet, sed tunc dicuntur esse stulti pastores, cum quis dignitatem habet, sed dignitatis officium non exercet.* Quasi dicat vsum illorum vasorum exponit Apostolus ad Thes. 5. dum ait: *Rogamus vos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmum, patientes estote ad omnes.* Et addit Stephanus: *Corripite vsus pera, id est, sacra Scriptura. vnde Dauid sumpsit lapidem quo prostrauit Goliam. Consolamini pusillanimes, ecce sybilus, suscipite infirmos ecce baculus. Patientes estote ad omnes, ecce fistula, quia labores releuantur.* Hinc etiam Machab. 3 legitur quod *Propter Oniæ Pontificis pietatem, & animos odio habentes mala sancta ciuitas habitaretur,* Vel vt alia Translatio, *& animum Oniæ Pontificis scelera perosum.* Ex quo colligitur omnia tribui Pontifici, siue bona, siue mala, quia qualis rector est ciuitatis, tales & qui habitant in ea. Et Hugo de Foilleto explicans cap. 4. Machabæorum; *Ambiebat Iason frater Oniæ summum sacerdotium (ait) Ex tunc ira tua Domine, ex tunc venale sacerdotium, ex tunc & nunc; adhuc enim in Ecclesia est Iason; adhuc precibus & pretio quorumdam celebratur electio.* Quasi dicat, sicut concordia res paruæ crescunt, ita discordia, ambitiones, & dignitatum officia, & si Iason frater Oniæ ambiebat dignitatem, nunc inter fratres eiusdem instituti tot Iasones pullulant, quot capita, & si Christus non ambitiosos clauo clauum figeret occidendo, terra non caperet eos; sed propter suam immensam misericordiam in feruore Dei, cum innocentes Apostoli redarguuntur ab Impiis Pharisæis, tunc eodem animo, sed non eodem zelo eos confundit, vt in Christo hodie patet, vt Lyra. adnotauit.

Stephan. in allegor. Tyrin. Zachar. 11.

Vasa Pastoris stulti omissio, & negligentia.

Machab. 3.

Transl. alia. *Qualis Rector, tales subditi.*

Hugo de Foilleto in c. 4. Machab.

Ambitio tempore crescit sicut mala herba.

Omnia sunt venalia etiã spiritualia inter malos.

Lyran. citat.

DIFFICVLTAS XIII.

Quare Christus dixit: nam lex dixit honora Patrem tuum?

695 QVæretur, quomodo lex imperabat honorare filios parentes suos?

Hieronym.

1. RESPONSIO Hieronymi in littera citati. *Honor in scripturis, non tantum in salutationibus & officiis, sed in subueniendis necessitatibus ostenditur.* Vnde interrogat Oleast. quare Exod. 20. præcipiebatur, *Honora patrem, & matrem tuam vt prolongent se dies tui.* Sic legit Pagninus, Et respondet, *Quod in Hebræo, verbum* Chabad *propriè significat onerare, & grauare, & ex consequenti honorare & significantius interpretatur onera Patrem, quam honora, quoniam prius verbum non solum ostendit honorandum sed onerandum donis & muneribus, vt sciat filius non solum se teneri ad honorem præstandum patri, sed etiam omnia alia necessaria.* Quasi dicat, quando eos, quos volumus honorare muneribus oneramus & bonis, vt patet in legatis, & nuntiis à Regibus missis, quos honoratos tanto dicimus, quanto munera pinguiora, & dona maiora eis obtulerunt. Quod probat, quia *Balac Rex misit nuntios ad Balam Prophetam, qui dicerent* Numer. 22. *Honorando, honorabo te valde.* Et Balam intelligens, quisnam esset hic honor, videlicet, quod conferret sibi munera, respondit; *Si dares mihi Balach domum suam plenam argento, & auro, non possum transgredi sermonem Domini.*

Oleast. in Exod. 20.

Transl. Hebræa.

Honora Patrem proprium dicitur.

Legati honorantur, cum munera accipiunt.

Numer. 22.

696 Hinc S. Thom. addit, *Quia munus vitæ post Deum à parentibus habemus dignum est, vt qui gratus est beneficio vitæ, quod à parentibus accepit conseruetur vita.* Quasi dicat, ideo lex præcipiebat honorare parentes, vt dies filiorum prolongarentur: nam quemadmodum ingratis beneficium aufertur, ita & gratis continuatur. Aben Ezrah legit, *Vt prolongent præcepta Dei dies tuos.* Quam translationem approbat Oleast. *Nam parentes suis orationibus & precibus dies filiorum succurrentium suas necessitates, & paupertatem prolongant, quia legem, & præcepta Dei adimplent.* Et de fractione istius præcepti redarguit Pharisæos Christus dicens: *Nam lex dicit, honora patrem &c.*

S. Thom in hunc locum

Ingratorum dies minuũtur, gratorũ augentur.

Transl. Aben. Ezrah.

Oleast. citat.

Fautorum vita longa cum pauperibus sustentant.

697 Vnde interrogat D. Ambrosius lib. de Benedictionibus Patr. quare dicitur Gen. 48. n. 1. quod *Cùm nuntiatum esset Ioseph, quod ægrotaret Pater suus, assumptis duobus filiis Manasse, & Ephraim ire perrexit?* Et respondet: *Ibat festinus, vt referret reuerentiam patri suo, & benediceretur à patre, quia qui à Patre benedicebatur, benedictus erat, & qui maledicebatur erat maledictus.* Quasi dicat hanc parentibus gratiam donauit Deus, vt filiorum pietas prouocaretur. *Prærogatiua igitur parentum disciplina est filiorum* (ait Ambrosius) *honora ergo Patrem, vt benedicat te.* Et addit. *Honor pius est propter gratiam, ingratus propter timorem; si pauper est & non habet diuitiarum copias quas relinquat filiis, habet tamen vltima benedictionis hæreditatem, quas sanctificationum opus successoribus largiatur. Et multo plus est beatum quam diuitem fieri.* Quasi dicat ideo sanctus Ioseph festinabat vt à Patre acciperet benedictionem, quam pluris faciebat omnibus mundi diuitiis. Hinc Rupertus addit: *Prælocutus est Patriarcha, vnde habeas dandæ benedictionis tuæ, aut officium; non enim dixit, Pater meus Isaac benedixit, quàm tu hoc factum sit, sed Deus omnipotens benedixit mihi; quia benedictio Paterna, non hominis est, sed Dei, & tunc valet benedictio cum ex Deo procedit, vel confirmatur testimonium Dei.* Quasi dicat, qui honorant parentes suos egentes, ministrando eis necessaria à Deo benedicuntur. Et è contrà qui præceptum hoc non adimplent, à Christo redarguuntur, tanquam maledicti à Deo, ideo dixit, Quare & vos præcepta Dei frangitis.

Ambros. lib. de Benedic. Patr.

Gen. 48 n. 1.

Transl. Pagn.

Pietas erga parentes effectus benedictionis consequitur.

Maledictio Patris timenda.

Benedictiones Parentũ diuites filios faciunt, & cætera.

Rupert. in Genes. 48.

Parentis benedictiones Dei benedictiones sunt.

698 2. RESPONSIO Abulensis in littera citati; *Quia excusatur mendicare Pater, quod dedecus magnum est propter verecundiam quam patitur petendo eleemosynam ostiatim; ideo filius, qui*

Abulens. in litt. citat.

Patri

Dedecus est mendicare ostiatim.

Patri subuenit honorare eum dicitur. Quasi dicat filij qui permittunt dedecus parentum suorum, filij amaritudinis, & infelicitatis sunt, quia non obediunt parentibus, & rebelles contra ius naturæ sunt. Vnde interrogat Oleast. quare cum virga Aaron floruit, vt seditionem contra Moysem quiesceret dicitur Numer. 17. n. 10. *Dixitque Dominus ad Moysem: Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonij, vt seruetur ibi in signum rebellium filiorum Israel.* Vel vt legit Pagninus, *Ad seruandum in signum filius amaritudinis, seu amaris.* Et respondit: *Quod Hebræi dicunt quod verbum* Marah, *à quo* Meri, *quod amarum vertimus significat mutare, transgredi præceptum, vel rebellare & non obedire parentibus.* Vnde alij legunt, *Filij isti amari fuerunt ori Domini, vel os Domini amaricarunt.* Secundùm illud Threnorum 1. *Maro mariti sunt*, quod Hieronymus vertit: *Inobediendo amaritudine pleni sunt & facit hunc sensum: filij inobedientes; filij sine honore, filij amaritudinis, quoniam amari sunt Patri, vel Deo suo.* Quasi dicat, qui parentes vident egere, & mendicare non solum Deo, & suo Patri amari sunt, sed mundus, cælum & lapides clamabunt contra illos, quia vulnerant viscera paterna mucrone dedecoris, & ruboris, quem petendo ostiatim patiuntur.

Oleast. in Numer. 17. n. 10.

Tráſ. Pagn.

Marah Hebræa vox id est quod amarum.

Tranſ. alia.

Filij inobedientes filij amaritudinis.

Lapides contra filios inobedientes clamant.

699 Vnde interrogat Lypomanus, quare Exod. 21. dicitur, *Qui percusserit patrem suum, aut matrem morte moriatur?* Et respondet, *Quia infame quidem crimen est apud Deum & homines parentes fame percutere, & non subuenire parentibus quibus nunquam gratia condigna pro beneficiis rependi poterunt.* Et addit: *Furor autem contra parentes indicium est corruptissimi animi. Sed videre eos mendicare, & perire fame, vipera cordis est, quæ viscera materna in beneficium partus lacerat & dilaniat.* Quasi dicat, sicut parentum honor vitam meretur diuturnam, sic percussio, vel famis consumptio parentum immaturam mortem, & ferocissimam, aliis in exemplum meretur: Et ibi Caietanus: *Sola percussio patris, aut matris, pœna mortis punitur, atrocitatem iniuria ex parte persona percussa,* relatiuè *ad personam percutientem fama & inopia ferientem.* Et Glossa ordinaria. *Maledictio in patrem vel matrem fit contradicendo verbo, vel facto, vel malum imprecando, aut non subueniendo, vel blasphemando.* Et S. Cyrillus lib. 12. in Ioann. *Æquali supplicio in Deum blasphemantes, & parentes paruipendentes lex statuit.* Quasi dicat, qui cum in dignitatibus sunt collocati parentes, pauperes, & humiles denegant, & vt Hispani dicunt: *En viendose condigni dades se hazen de los Godes descendientes.* Cum sint parentes eorum caupones, aut hortulani, aut ex vilibus mæchanicis Reipublicæ officiis oriundi. Per leges rei sunt mortis, sicut blasphemantes contra Deum. Et addit Cyrillus, *Cum igitur ita per legem Christus præceperat, cumque ipse virtutis omnis fons sit, quomodo non oportebat ab ipso, & per ipsum ipsos nos discere? Nec quando intolerabiles imminent ærumnæ negligendos esse parentes; in cruce enim positus, cum vidisset Matrem & Discipulum stantem, quem diligebat, dixit matri suæ Mulier ecce filius tuus. Quasi parum de magnitudine doloris curaret.* Ac si dicat, optimus & nobilis Christus erat, & non qui magna in tranquilitate, ac copia rerum, sed qui in tempestate, ac egestate mandatorum Dei non obliuiscitur matrem suam honorando, & dolores eius plusquam proprios sustinendo, & qui in paupertate & egestate ita matrem honorat quomodo supra cœlorum Regna sedens ad dexteram Patris illam honorificabit? ideo contra Pharisæos inardescens ait, quare vos præceptum de honorificandis parentibus frangitis: nam lex dixit honora Patrem &c.

Lypom. in Exod. 21. 14

Viperarum filij qui fame parentes perire sinunt.

Caietan. ibi.

Reus est mortis filius crudelis.

Gloſſ. ord.

Cyrill lib. 12. in Ioan.

Ex vilioribus Reipublica descendentes in officiis collocati euanescunt.

Cyrill. citat.

Christus in cruce matrē suam honorauit.

Ioan. 19.

In prosperis & aduersis Parentes honorandi.

DIFFICVLTAS XIV.

Quare dicitur quodcumque munus ex me est, tibi proderit?

QVæsitum fuit, quare munera Deo oblata dicebant Pharisæi quod parentibus prodessent? 700

1. RESPONSIO fuit Hieronymi in litt. citati; *Quia sub specie cultus Diuini auaritia repleti Pharisæi parentes perire fame prædicabant.* Quasi dicat super omnes gradus auaritiæ ille eminens, & insupportabilis est, qui in sacerdotibus & Ecclesiasticis titulo cultus diuini reperitur, quia cum necessaria semper habeant, & filiis, & familia careant plus pro diuitiis anhelāt, quàm sæculares prophani. Vnde interrogat Oleast. quare Gen. cap. 2. dicitur: *Et requieuit die septimo Deus ab opere suo, quod fecerat?* Sic legit Pagninus. Et respondet: *Arguit locus iste Ecclesiasticos auaros qui etiam si supperant necessaria non quiescunt, quos Salomon Ecclesi. 5. vituperat dicens, Dulcis somnus operanti, sine parum, sine multum comedat; saturitas autem diuitis non sinit eum dormire.* Quasi dicat, quis talia horribilia audiuit quod colonus laborans à solis ortu vsque ad occasum, & in sudore vultus sui panem comedens cum filiis & familia requiescat in nocte & dormiat? Et Ecclesiastici sacerdotes & Pharisæi qui erant Religiosi Iudæorum diuitiis affluentes, calumnias contra parentes egenos cogitent dicentes filiis suis, *Quodcumque bonum Deo offertis, plusquam si parentibus subueniatis, proderit, sola prætextu cultus Dei.*

Hieron. cit. in litt.

Sacerdotes auari pro facultatibus anhelant.

Oleast. in Gen. 2.

Tráſ. Pagn.

Ecclesiast. 5.

Somnus Pauperis dulcis.

Auari Sacerdotes astutias habent ad se ditandos.

Hinc acutè interrogat Lypoman. quare Exod. 20. dicitur: *Non facietis Deos argenteos, nec Deos aureos facietis vobis?* Et respondit, *Quod in Hebræo habetur, Non facietis mecum Deos argenteos.* Vel vt Chaldaica editio habet; *In Domo mea coram me.* Quasi dicat nostro Hispano sermone: *Aymaldad semejante que quieren los Sacerdotes ganar con migo,* id est, prætextu diuini cultus parentes fame perire docent. Et addit Lypomanus: *Deos argenteos & aureos spiritualiter statuunt sibi cupidi, & auari sacerdotes, qui omnem spem suam in diuitiis ponunt, & collocant iuxta illud, vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum erit.* Quod sanctus Iob à se & sibi similibus excludit, dicens cap. 31. *Si putaui aurum robur meum, & obrizo dixi, Fiducia mea.* 701

Lypomanus Exod. 20.

Transſ. Heb.

Tráſ. Chald.

Hispana locutio.

Lypom. cit. Matth.

Iob 31.

Vnde Galfridus in allegor. Tylm. explicans cap. 5. ad Ephes. *Auaritia, quæ est idolorum seruitus,* ait: *Verè quidem auaritia idolatria est, quia inter portantes Deos falsos versatur, quia est omnium quidem malorum causa, & finis. Nihil est iniquius ait sapiens, quàm amare pecuniam.* Et 702

Galfrid. in alleg Tylm. ad Ephes.

Idolum auari sacerdotis pecunia.

addit Ecclesiasticus: *Qui pecuniam amat similitudinem colit inanem; solidam vero desinit veritatem suffocat verbum Dei diuitiarum fallacia, fallax quędam imago, vmbra, figmentum.* Quasi dicat; auarus Ecclesiasticus, non finit vt grana tritici seminata crescant quia verbum Dei audientes, non emendat, neque opera spiritualia quę exercet solida sunt; quia fundantur in auaritia, & cito decidunt, quia fundamenta auaritiæ imbecilla sunt, & ruit ædificium spirituale. Et addit Galfridus: *Parum est, quod dicitur idolum somnium est; dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt in manibus suis ex omnibus quos somniantes tenuere thesauris.* Quasi dicat, sæculares etiam si dormiant & requiescant in pace, diuitias in manibus filiorum suorum relinquunt. At Ecclesiastici, ad quid cupidi?? quia post mortem nil inuenerunt nisi parentes ridentes & dicentes: *Mal aya el que tan poco nos dexo. O Deus* (inquit Galfridus) *quam multos Ecclesiasticos errare hac somnia faciunt.* Et Basilius explicans cap. 1. ad Roman. *Qui mutant gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem corruptibilis hominis*, ait: *Hoc auaritia facit; nam qui auaritiam sectantur postposita imagine Dei amant & colunt imaginem nummi, cuius pretium in errore & stulta hominum opinione consistit.* Quasi dicat, quid enim sunt argentum & aurum publicæ monetæ charactere signata, nisi quædam simulachra Regum & opera manuum hominum. Hi sunt auare, hi sunt Dij tui, quos tu toto corde, tota mente tota anima diligis, quos præcipuo honore colis, & propter eos parentes non honorare ministrando, & succurrendo, doces contra præceptum Dei, quod prætextu cultus eius frangis dicens; *Munus quod ex me est, tibi proderit*, vt Hieronimus adnotauit.

Spirituales auari. ædificiũ sine fundamento solitudo. Galfrid. cit. *Thesaurus auri somniũ est.* *Seculares facultates filiis relinquunt. Ingratitudo punitio auari sacerdotis.* Hispana locutio. Galfrid. cit. Basil. in c. 1. ad Roman. *Simulachra auarorum effigies Imperatorum.* Hieron. cit.

703 Vltima Responsio fuit, quod Christus præsumptionem Pharisæorum voluit elidere confundens eorum ignorantiam auctoritate sacræ paginæ. Quasi dicat, qui in sacra Scriptura versantur super capita omnium creaturarum à Deo subleuantur, & de omni angustia, & tribulatione eos liberat relinquens cum sacra Scriptura confusos, & inuidos inimicos calumniatores. Vnde interrogat Oleast. quare Exod. 26. præcepit Deus Moysi, *Facies duos Cherubin, extendentque alas suas super arcam.* Sic legit Pagnus? Et respondet. *Sunt Cherubini, (vt ex scriptura constat) animalia velocissima cursum ad omnem plagam paratum habentia, super quibus Dominus sedere dicitur, vt adumbraret nobis, quam vel ex veniat in adiutorium Doctorum, qui vt Cherubini pleni scientia sunt.* Quasi dicat, gratissima Dei sedes est anima eorum qui semper literis vacant, quia super laborantibus in sacra Scriptura requiescit, & requiem præstat sessioni suæ. Ideo addit Oleast. *Dixit Dauid* Psal. 17. *Equitauit super Cherubin, & volauit super pennas ventorum.* Sed ad quid Domine tam præceps volas. *Eruit* (inquit) *me de inimico forti ab odio habentibus me.* Quasi dicat, contra robustos inimicos nulla arma & pharetra penetrabilia quam intellectus scientificus & plenus scientiis diuinarum scripturarum, quia sunt Cherubini, per quos rebelles Pharisæi confunduntur per arma scripturæ Sacræ.

Auth. sent. *Scriptores sacra pagina pluris honorandi sunt.* Oleast. in Exod. 26. Transf. Pagn. Ezech. 10. *Scriptores sedes sunt Dei.* Ps. 17. *Scriptores liberat Deus ab insidiatoribus inuidis.*

704 Hinc Lypomanus interrogat quare Gen. 40. dicitur, quod *Quidam in carcere constitutus somniauit, quod tria canistria farinæ haberet super caput suum, & vnum canistrum erat excelsius?* Et respondet: *Tria canistria super caput huius tripartita populo Iudaico concessa diuina legis eloquia sunt videlicet Prophetæ, lex, & Psalmi, quæ omnia super caput portabat; quia mentem illorum excesserat spiritualis scientiæ plenitudo.* Quasi dicat, qui super caput suum sacram Scripturam continuo portat, & semper die noctuque in exponendis Prophetis vacat super omnium capita debet stare, quia mentes omnium superat plenitudine diuinæ paginæ. Hinc Chrisostomus hom. 48. in Matth. *Audiamus qui scripturarum lectionem negligimus quantum damnum patiamur: opulenti siquidem, qui pecuniarum cupiditate insaniunt, assiduè vestes suas, ne à tineis corrodantur excutiunt; Tu vero cum obliuio omnibus tineis maior ac peior pestis animam tuam deuoret, non accedes ad libros, non excuties tineas, non ordinabis animam tuam, non aspicies continuè imaginem virtutis.* Quasi dicat ô infelicitas lachrimis sanguineis ploranda, quanti sunt Prælati & Episcopi, qui antequam dignitates consequerentur, litteris vacabant. Sed proh dolor! Cum incipiunt iubere libros & sacras litteras tinea obliuionis comedit, quia in perpetuum, & vltra non aperiuntur; imo videndo studiosos fastidiantur, & ad prophanos comicos libros, & negotia temporalia diuertuntur. *Magnum malum est* (inquit Chrisostomus hom. 42. ad popul. *ignorare Scripturas; ex quibus enim oportet adiuuari ex his lædimur; sic enim & medicamenta curatiuam habentia virtutem propter vtentium imperitiam corrumpuntur frequenter & perduntur. Et si quis arma custodire, idonea tractare nesciat, ab eis perditur. Est autem causa, quod potius aliena quærimus, quam nobis vtilia.* Quasi dicat, væ Pastoribus ignauis, & insciis propter negligentiam, & crassam ignorantiam, quam ex consuetudine non vacandi litteris adquisierunt, ex qua sequitur perditio gregis & mactatio Pastoris, & luporum multitudo, quia lapides & in funda sacræ Scripturæ non proiiciunt, vt Goliath occidant & lupos fugiant, sicut Pharisæi fugerunt confusi à Christo authoritate sacræ Scripturæ perterriti.

Lypoman. Gen. 40. *Tria canistria lex, Propheta, & Psalmi.* *Scriptores super capita omnino collocandi.* Chrisost. hom. 48. in Matth. *Infelices qui non vacant litteris.* *Prælatorum Bibliotheca à tinea demoliuntur.* Chrysost. hom. 42. ad pop. *Religiosi libros comicos non legant.* *Stultitia & ignauia Prælatorum gregem perdit.* *Consuetudo ignorantia facit ineptos Prælatos.*

705 Vnde Lypomanus interrogat, quare Gen. 21. dicitur, *Maior seruiet minori?* Et respondet; *Quia populus populum superauit, & maior seruiet minori, quando reprobatis Iudæis assumptæ sunt gentes in Ecclesiæ gremium, illique in obcæcatione sua remanentes per totum mundum duro, ac misero Christianorum seruitio astringuntur.* Vel vt Augustinus exponit, *Maior seruiet minori, quia senior populus Iudæorum Christiano seruire probatur, dum per totum mundum libros diuersæ legis ad instructionem omnium gentium portare cognoscimus.* Quasi dicat, si aliquis paganus ad fidem Christi volumus inuitare possumus dicere, si de nostris libris tibi dubitatio nascitur, ecce Iudæorum libros vtique inimicorum, ipsos relege, & cum in ipsis hoc quod in nostris libris inueneris noli esse incredulus, sed fidelis, quia sacra Scriptura confundit inimicos, & tacere eos facit. Hinc Chrisostomus *Prælatos* ignaros sacræ paginæ mercenarios vocat: nam explicans verba Christi Ioann. 10. *Qui non ingreditur per ostium in ouileouium, ille fur est, ait: meritò ostium scripturas*

Lypoman. in Gen. 21. *Scriptura confundit Iudæos & paganos.* Chrisost. cit.

Prælati qui per scripturã & eius cognitionem nos ad Deum ducunt, non intrant, fures sunt. scripturas appellat; quoniam nos ad Deum ducunt, & eius nobis cognitionem aperiunt. Et addit: *Qui enim sacra scriptura non vtitur, sed accipit aliunde, id est, non concessa via fur est.* Quasi dicat ignorantes Prælati portam ouibus claudunt; quia scriptura sacra clauis est, quæ aperit ianuam Regni cœlestis: Et si Pastor & Præsul ignarus est, quis aperiet. Quomodo intrabunt oues ad ouile? Quomodo hæreses confundentur, quomodo peccatores pænitebunt, sicut Pharisæi, qui per locum, sacræ Scripturæ confusi, & conuicti abierunt, vt adnotauimus in littera.

Scriptura, clauis Regni cœlestis.

DIFFICVLTAS XV.

Quare Christus dixit, populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longe est à me?

706 QVæsitum fuit, quare Christus de adulatione Pharisæos redarguit ista in occasione?

Rhemig. cit. in litt. 1. RESPONSIO fuit Rhemigij citat. in litt. *Quia simulator aliud opere simulat, aliud corde cogitat.* Quasi dicat, qui falso loquitur non cogitat de verbis, quæ per os promittit pronuntiando. Vnde interrogat Oleast. quare de Pharaone, cum tot prodigia, & signa vidisset, dicitur Exod. 6. *Et non posuit cor suum etiam ad hoc?* Et respondet; *Quod est Hebraismus pro noluit attendere ad hoc; quia in sacris litteris cor pro intellectu, seu cogitatione accipitur, secundum illud Psalmi. Diuitiæ si affluant nolite cor apponere, id est, intellectum seu cognitionem.* Quasi dicat Aulici polytici semper adulantes verba, quæ loquuntur per intellectum non transeunt & per consequens neque ad voluntatem, quia *Nihil volitum quin præcognitum,* vt Arist. ait.

Simulator aliud loquitur, aliud cogitat. Oleaster in Exod. 6. *Cor idẽ quod intellectus.* *Aulici fallaces.*

707 Hinc interrogat S. Stephanus in allegor. Tylm. Quare Leuit. 11. dicitur. *Chamaleon inter polluta reputabitur.* Et respondet *Quia animal variis coloribus pictum est: nam cum crudele sit, mansuetum se simulat. Denique colorem rei, cui se iungit recipit.* Et addit: *Chamaleon ergo adulatores significat, qui ita in omnibus se conformant, vt secundum status hominum alias & alias species induere videantur.* Vnde Hieremias dicit, *Manus misericordium mulierum coxerunt paruulos. Et bene per mulieres adulatorum mollities figuratur, qui paruulos decoquunt, qui infirma facta diuitum vanis laudibus eleuant, & extollunt.* Quasi dicat, adulatores crudeliores intus sunt, plusquam matres qui paruulos suos coxerunt, quando Tytus & Vespasianus Hierusalem obsidione circumdederunt, & foris per mollities Prælatos supremos, & potentes laudare non cessant, die noctuque seruientes, & quidquid loquũtur exagerantes, laudantes, quod nostro Hispano sermone vocantur, *Quitá pelillos, que si el poderoso dize que es denoche a medio dia, dizen que es assi.* Et è contra, de quibus scriptum est. *Væ vobis, cum benedixerint vobis homines.* Et in Psal. *Quorum os maledictione & amaritudine plenum est.* De quibus Christus conqueritur, quod labiis eum honorant, cum cor eorum longe sit ab eo.

S. Stephanus in alleg. Tylm. Leuit, 11. *Aulici sunt similes Chamaleonibus.* Threu. c. 4. n. 1. *Adulatores mulieres filios coquentes.*

708 Hinc Radulphus citatus in allegor. Tylm. *Huiusmodi homines, quandiu nulla potestate præditi sunt immoderata adulatione omnibus blandiuntur, quibus tamen, si potestas contigerit, crudelitatem continuo manifestant.* Quasi dicat, Adulatores crudelitatem occultam ostentant, cum dignitatem consequuntur, vt in Absalon patet, qui ante Regni peruasi tyrannidem omnibus blandum se exhibens adulabatur. Mox vero vt principatus culmen arripuit scelestissimus parricida, quantũ in ipso fuit, ne patri pepercit. Ideo Bernardus contra credentes adulationibus dicebat, *Qui conscientias suas in alienis laudibus posuerunt, modo magni, modo parui, modo nulli, secundum quod adulantium linguas, vel vituperare placuerit, vel laudare.* Quasi dicat, ambitiosi semper sunt adulatores, & secundum vtilitatem suam loquuntur: Si fortuna prospera est laudant vsque ad sydera fortunatum; si vero aduersa, eum vsque ad infernum murmurant; quia vt Hispani dicunt: *Los lison jeros a todos vientos nudan la Veleta.* Ideo Christus fastidiosus contra Pharisæos adulatores dixit: populus hic labiis me honorat, cor autem longe est à me, vt Rhemigius adnotauit.

Radulph. in alleg. Tylm. *Adulator cũ consequitur crudelissimus.* 2. Reg. 15. n. 10. Bernardus. *Adulatores sunt ambitiosi.* Hispana locutio. *Virtuosi Prælatis adulatores fastidiosi sunt.*

709 2. RESPONSIO fuit Rabbani in littera citati: *Labiis honorant qui verbis magnificant, cor autem longe est à Christo, cum miserunt ministros, vt caperent eum in sermone.* Quasi dicat, cautelosè procedit, qui verba mutat & intentionem transuertit. Vnde interrogat Oleaster, quare Exod. 23. n. 8. dicitur. *Nec accipias munera, quoniam excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum.* Vel vt legit Pagninus, *Quia excæcant prudentes, & peruertunt verba iustorum?* Et respondet: *Habent iusti & iniusti sua pecularia verba, iustorum verba, quoniam veritati subnectuntur, semper eadem sunt; iniquorum autem varia, & inconstantia videbis; cum vero munus verba iustorum respergit, ita immutat, vt ex veris falsa, ex constantibus varia & inconstantia reddat. Ita vt non difficile sit, sed omnino facile iudicis corrupti animum deprehendere.* Quasi dicat, qui æqua verba, neque declinantia ad alteram partem proferebat munere corruptus, alterius causam iam ornare incipit, & aliis iudicibus iustam esse persuadere, ne solus videatur excæcatus, quia munera & pecuniæ non solùm, vt Hispani dicunt, *Dadiuas quebrantam peñas*; Sed quod magis est, videntes excæcant, & prudentium mentes capiunt, & qui verba sana, & pura intentione iudicabat, si pignora aurea auscultat, retorquet sensum verborum, & qui viriliter, & rectè res inspiciebat muneribus excæcatus, omnia dissimulat, & contra innocentiam, & iustitiam redarguit, & verba in contrarium callidè examinat. Et addit Oleast. *Nullus dicat constantis animi sum, non mutabor munere; quoniam teste Deo, munus excæcat oculos videntium, & peruertit verba iustorum.* Quasi dicat, quæ verba plus iusta, quàm præcepta Dei iubentis honorare patrem, & matrem, quod etiam est ius naturale, & nihilominus propter munera traditionem fecerunt Pharisæi dicentem, *Munus quod ex me est tibi proderit.* Vbi verba præcepti diuini transmutarunt propter oblationes & pignora, quia cautelosè procedit, qui verba mutat propter munera: nam vt Hispani dicunt: *El interes todo lo vence*, idest corda prudentium perturbat, & clarè iustitiam prospicientes excæcat,

Rabbanus citatus in littera. Oleast. in Exod. 23. n. 8. Trãs. Pagn. *Munera prudentes stultos faciũt.* *Intentio lucratiua nociua valde.* *Iudices muneribus excæcantur.* Oleast. cit. *Pignora aurea & monetã præcepta Dei interpretantur falsò.* Matth. 15. *Verba mutare cautelose iudicium Iudaicum est.*

Rabbā. citat.

cæcat, & in cont aᵒum diiudicat, callidè, malitiosè, & astutè, vt Rabbanus adnotauit.

710

Theodor. in Exod. 22. Iudices Dy appellantur.

Hinc Theodoretus interrogat, quare Exod. 22. dicitur *Dus non detrahes, & principi populi tui non maledices?* Et respondet: *Quia iudices nomine Iudæorum appellat; propterea quod ad vniuersorum iudicum imitationem iudicia illis credita sunt.* Quasi dicat, iudices imitatores Dei sint, verba iusta & iuste proferendo, & iudicando: nam si verba mutent propter munera; aurum, & argentum, non Dij, sed Dæmones appellantur, id est, sapientes, callidi, & astuti muneribus excæcati, de quibus in Ps. dicitur. *Deus stetit in synagoga Deorum.* (id est,) *iudicū. & dixit Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant.*

Psal.

Iudices muneribus corrupti Dæmones sunt.

Sed quomodo tam subita transmutatio: nam si iudices Dij sunt, & Deus omnia videt & scrutatur renes & cor, quomodo in tenebris ambulant & si prudentes, & scientifici erant, quomodo nescierunt, neque intellexerunt: Facilis est solutio, quia muneribus excæcati sunt & verba intentionemque mutauerunt. Vnde Lypoman. addit: *Meminerint vicissim illi, ne quid admittant, quod eos dedeceat, qui loco Dei sedent, ne Dei nomen optimi maximi, & iustissimi illis communicatum commaculent.* Quasi dicat, qui verba transuerterunt propter munera ex Dijs in Dæmones tranformantur propter iniquam & deprauatam intentionem.

Munera doctos stultos reddunt.

Lypoman. in Exod. 22.

Aurum & argentum ingenia plumbea facit.

711

Lypoman. in Gen. 6.

Iterum Lypomanus interrogat quare Gen. 6. dicitur. *Videntes fily Dei filias hominum esse pulchras, acceperunt sibi in vxores?* Et respondet; *Quia aliqui filios Dei opinantur filios iudicum ac virorum præpotentium, qui ex more linguæ Hebraica Dij nuncupantur, eo quod sint instar Deorum in terris, vt ipsi sese quid forent agnoscerent.* Quasi dicat, iudices supremi ita rectè debent omnia verba, & apices iuris seruare, quasi essent Dij, & non transuertere intentionem, & verba Scripturæ Sacræ sicut isti filij Dei, vel iudicium populi Dei, qui eo quod tanquam Dij venerarentur, acceperunt sibi vxores pulchras idolatras mulieres, quia principes & potentes erant, quos hodie innumerabiles sequuntur; quia *Nullum est pratum, quod non fruatur luxuria eorum,* semper coronando se toris voluptatum sed aduertant, quod potentibus potentior est alius, qui scrutatur corda, reprobat intentiones prauas, vt Christus hodie Phariseorum, quia verbis honorabant eum, sed cor eorum longe erat ab eo.

Reges & iudices terræ, licita possunt non illicita.

Reges & potentes non fruantur illicitis.

Sap. cap.

DIFFICVLTAS XVI.

Quare Christus dixit non quod intrat per os coinquinat hominem?

712

QVæsitum fuit, quare Christus verba tam aspera ad intelligenda protulit?

Aug. citat. in litt.

1. RESPONSIO fuit Augustini; *Quia mentata accusatione Pharisæorum & à testimonio Prophetæ, & illis non emendatis, sed confusis, iam eis non loquitur, sed turbis; quia turbis mysteria magna reuelanda erant tanquam paruulis, & humilibus.* Quasi dicat, ideo Deus superbis resistit, qui plus intelligunt de se, & supra se quam ipsa natura eis præstauit, si litteris vacarunt superficialiter, & tempore magistratus, aut Iubilationis gradum acceperunt, non se ineptos, sed scientificos super omnes cogitant & si parum nobilitatis habet quis de illo solo gradu optimo, cogitat, exagerat & proclamat, & se super se, & super omnes eleuat; humiles vero è contra semper ineptos, & incapaces ad omnia se considerant, non solum arte, sed natura. Vnde interrogat Oleast. quare postquam Moyses Domino responderet *Quis sum ego, vt vadam ad Pharaonem, id est, pro legato Dei iterum replicauit: Impeditioris, & tardioris linguæ ego sum. Exod. 4.* Vel vt legit Pagninus: *Non vir verbosus ego?* Et respondet: *Expende non sat fuisse Domino ineptum casu eligere, sed natura, vt ostendat ex ineptis natura aptissimos ad omnia, quæ voluerit facere.* Quasi dicat, quo plus incapacitas, & recognitio humilitatis confundit & opprimit humiles in sui cognitione vili, & inepta ad omnia, eo plus cor omnipotentis Dei attrahet, & vt Hispani dicunt: *Esso le arrebata el coraZon, y lellena los ojos à Dios* vt sacramenta abscondita Mysteriorum fidei eis reuelet, quia paruoli in sui cognitione persistunt, Et hoc dicit Augustinus, *Non emendatis, sed confusis superbis eis Christus non loquitur sed turbis humilibus. Sic ad docendum Euangelium* (inquit Oleast.) *idiotas elegit, vt sermo eorum non esset in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis sed in virtute Dei,*

Parualis humilibus sacramenta reuelata.

Humiles confundunt se supra se.

Oleast. in Exod. 4.

Test. Pagn.

Inepti natura si humiles sunt cor Dei rapiunt.

Hispana locusio.

Aug. citat.

Oleast. cit.

Hinc Bernardus citatus in allegor. Tylm. super Isayam 6. *Qualem vero putas necesse est hominem inueniri, qui repudiati locum Angeli sortiatur. Plane immunem ab omni iniquitate, sed ab ea maximè, quæ in ipso quoque Angelo inuenta est ad odium sempiternum.* Quasi dicat, *superbia eorum, qui te oderunt ascendit semper,* Et qui non fuerit humilis, impossibile est quod ascendat ad locum ex quo descenderunt, qui per superbiam Deum oderunt. Et addit Bernardus citatus. *Sola Deo placet humilitas, siue in Angelo, siue in homine & qui sedit in throno solos elegit subditos, è quibus repleat templum.* Quasi dicat. Ideo Isai. 6. dixit *Quod ea sub ipso erant replebant templum,* Quia humiles, qui semper sub pedibus Dei sunt humiliantes se vsque ad ima terræ, & se supra se pro nihilo reputantes, ipsi pulchritudinem templi Dei, id est, gloriæ repleuerunt, & vltimam perfectionem dederunt. Et concludit S. Bernardus citatus *Miser ipse* (id est, Lucifer) *qui sine Deo esse maluit, quam sub Deo, miseri, & illi qui videntes furem currerunt cum eo, exierunt infelices, & vacuus relictus est locus, quem accipiat alter infelix, de quo clamabitur; tollatur impius, ne videat gloriam Dei; vt quid enim hanc lucem temporalem miser videt, qui gloriam illam non merebitur intueri, vtinam nunquam nil vidisset oculus meus, si illa (quod Deus auertat) frustrandus est visione.* Quasi dicat, ô infelices, quibus sora humilitatis non cecidit, melius illis esset si nati non fuissent, quam humiles non esse, qui sacramentis hic Dei priuantur, & in illa beatitudine æterna & gloriosa non intrabunt, sed cum suis asseclis subuersis abibunt.

713

S. Bernar. in alleg. Tylm. cit. in Isai. 6.

Ps. 73. n. 23.

Humilitas Angelis & hominibus necessaria.

Humiles repleti pulchritudinem cælorum

Bern. citat.

Infelices nimis qui non sunt humiles.

2. RESPONSIO Hieronymi in littera citati: *Si quod intrat per os non coinquinat animam, quare idolotitis non vescimur.* Quasi dicat si licet manducare de omnibus, quia non nocet, etiam nociua animæ & corpori, vt idolotita possumus manducare. Vnde interrogat Oleast. quare in

714

Hieron. cit. in litt.

Idolotita non sunt comedenda.

calce

Oleast. in Leuit. c. 11.

calce cap. 11. Leuitici dicitur, *Non abominabitis animas vestras in omni reptile quod reptat, & non polluetis vos in eis, neque coinquinabitis?* Et respondet: *Admonet nos Deus, vt mundi simus intus & extra: nam medicinnia, quæ hic interdicunt naturæ nostræ contraria sunt, valetudinique aduersantur.* Quasi dicat, præter ea, quæ nociua sunt animæ, & corpori omnia manducare permittit, & hoc est, non quod intrat per os coinquinat, id est, id quod non est prohibitum non inquinat. Et addit Oleast. *Vnde quæso talem meruisti medicum habere qui tam curiose, & ambitiose requireret quid tibi comedendum & à quibus abstinendum esset? Nunquid aliquando Angelorum suorum se medicum exhibuit, quemadmodum tuum? Et qui vix tui memorari deberet curam egit valetudinis tuæ.* Quasi dicat, quis medicus tam doctus & gratus sicut Christus, qui omnia, quæ intrant per os affirmat non coinquinare. Et addit Oleaster, *Quid illi quæso pro operarum tuarum diligentia impendisti, vix obseruasti sapientis medici decreta? Quid vltra facere debuit ægroto suo, quod non fecerit? Si permittit bibere, & intrare per os quantum volueris, quia nõ coinquinant talia hominem expectauit operum solutionem, & ingratitudinem messuit:* Quasi dicat contigit Christo cum Pharisæis, quod medico cum infirmo effrenato, & deliranti, qui propter medicinas, & remedia quæ cum summa diligentia adhibet opprobria, & maledicta iactat, simili modo, quia Christus dixit, non quod intrat per os coinquinat animam, malitiosè hoc intelligentes scandalizati sunt, & paruulis discipulis scandalum tanquam contagium præstiterunt, quia & ipsis Christus respondit. *Adhuc vos sine intellectu estis:* Nam Christus non approbat gulam, & cibos vetitos, sed ex natura sua asseuerat non nocere: nam loquens de cibis, & potibus Christus dicit in oratione Dominica: *Et ne nos inducas in tentationem.*

Nociuum animæ coinquinat cor.

Oleast. citat. Christus medicus homi num.

Oleast. citat.

Ingratitudo pro immensis beneficiis in homine.

Ægrotus effrenatus medico maledicit.

Matth. 15.

Matth. 5.

715 Vnde Richardus de S. Victore ait in alleg. Tylm. *Hæc petitio contra vitium Gulæ opponitur; quia specifice hæc pestis tentatio appellatur; quia cætera vitia longe sunt a natura humana, & ob hoc quanto minus rationis præferunt, tanto minus tentationis adducunt. Tentare enim est callide experiri, & quasi blandis quibusdam conatibus promissis ante violentam impulsionem probare. Quid æstimari posset de illo, quod dubium est; appetitus autem edendi, quia per insitam necessitatem dominatur: Tanto efficacius quidquid adducit ingerit, quanto minus potest repelli.* Quasi dicat, tentat omne vitium blande per necessitatem tangere si fortè per illam emollire possit animam ad superfluitatem. Vnde non petimus, vt ad illam, quod est impossibile non veniamus, sed tantummodo vt in illam, non inducamur, id est submergamur, quia gula, & ebrietate vsque ad infernum homines demerguntur.

Richard. de S. Victore in alleg. Tylm.

Gula semper tentat.

Appetitus edendi continuus.

A Gula non tentari est impossibile.

716 Propter hoc interrogat Stephan. in allegor. Tylm. citati, quare per Prophetam Ioelem c. 1. dicitur: *Vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine; quoniam periit ab ore vestro?* Et respondet: *Quia bibere ad delectationem, non ad satisfaciendum naturæ valde iniquum est.* Quasi dicat, vinum quod intrat per os, si sit cum temperamento, vt natura satisfiat; & necessitatem suam prouideat, non est damnabile; vitium vero bibendi, quod homines inebriat, hoc coinquinat corpus & animam. Sed in Hispania totam hominis prosapiam & generationem maculat; quia per iura naturæ non possunt aliquid testificari, & sunt incapaces honoribus, & dignitatibus, imo à communicatione nobilium eiiciuntur, quia *Borrachos* vilissimi sunt. Propterea Ioel. cap. citat. additur; *quoniam periit dulcedo ab ore vestro.* Quasi dicat, inquit Stephanus citatus, quod postquam transiit iudicium palati, non melius sapit optimum quam mediocre, vel vile. Et ideo Architriclino dixit *Præses nuptiarum Chanam Galileæ: Omnis homo primum vinum ponit, deinde quod deterius est,* Ioann. 2. quia inebriati non sentiunt, neque discernunt inter bonum & malum, eo quòd incapaces rationis sunt. Et addit Stephanus citat. *Nota quod signanter dixit Propheta Ioel periit, quam dixisset perit, vel peribit, quia adeo est instantanea delectatio Gulæ, vt potius dicenda sit præterita, quam futura, vel duratura, licet sit in præsenti.* Quasi dicat, erubescant, & confundantur, qui cibis & potibus delicatis vtuntur vsque ad gulam & ebrietatem, quia tam cito gustus comestionis transit, quod vix percipiatur, neque remaneat nisi macula, & opprobrium sempiternum; Quia Toclodita & ebriosi fere semper repentina morte pereunt, & quæ intrant per os, & producunt tales effectus quomodo Christus diceret, quod non coinquinant animam contra Prophetas, naturam & rationem, sed loquitur de cibo per se, & de parcimonia ventribus, quia hæc non coinquinant Animam.

S. Stephan. in alleg. Tyl. Ioel. cap. 1.

Ebrietas vitium insanabile.

Ebrij totam originem inhonorant.

Hispanū vocabulū Borracho, id est ebrius.

Ioel. citat.

Ioann. 2.

Ebrij non capiunt dulcedinem, vel amœnitatem vini.

Steph. citat.

Cibi per se nō coinquinant.

Toclodita repente moriūtur.

DIFFICVLTAS XVII.

Quare Christus Petro dixit, adhuc vos sine intellectu estis?

QVæsitum fuit quare Christus Petro dixit 717
in particulari prædicta verba?

1. Responsio fuit Rhemigij in litt. citati: *Quia Petrus erat caput Discipulorum, & qui aliis præest reprehensione sempiterna opprobriatur, si non sit plenus scientia & intellectu, vt possit cæteros erudire.* Quasi dicat, ingens supplicium Dei est communitati, vel Regno Regem, vel Prælatum inscium, & sine intellectu dare, & doctis & valore præditis priuari. Vnde interrogat Oleaster quare dicitur Exod. 33. *Et audiuit populus sermonem hunc, & luxerunt.* Sic legit Pagninus. Et respondet: *Quantum debeat populus sentire absentiam Prælati docti & valoris, pulchrè locus iste adumbrat; quia per eius recessum omnia mala & misera muro rupto, & aperta ianua in communitatibus intrant; Ideo lamentabatur Psalmista cum dicebat, Vt quid Domine recessisti longe. Nam quemadmodum omnes aduersus viduam consurgere solent; quia non habet, qui possit eam defendere: Ita aduersus Prouinciam, vel Rempublicam, cum eam viderint auxilio Præsulis docti, sapientis, & fortitudine roborati destitutam omnes calamitates superueniunt. De qua dici potest, Deus dereliquit eam, persequimini, & comprehendite eam, quoniam non est, qui eripiat Ps. 70.* Quasi dicat, inundationes malorum inuident Reipublicæ, & commu

Rhemig. cit. in litt.

Prælatum idiota reprobandum.

Oleast. in Exod. 33. Transl. Pagn.

Respublica sine sapiente & forte Rege aut Prælato peribit.

Ps. 9. n. 22.

communitati, in qua Rex vel Præsul, stultus, & ignauus erit, quia imbecillitas, & ignorantia eiusdem generis fæminini sunt, quæ pestis ad ruinam populorum incessanter apportant.

718 Hinc Lypomanus quærit, quare, Exod. 21. dicitur, quod *Si bos cornupeta fuerit &c. occideritque virum, aut mulierem, & bos lapidibus obruetur, & Dominus eius occideris?* Et respondet, *In hoc cura & studium Prælatorum docetur, ne familia sibi subita, propter suam ignauiam, & negligentiam pereat.* Quasi dicat, si peccata filiorum Deus imputet parentibus, quomodo scandalosa exempla Regum, & Præsulum in ipsis plectetur? si absentia Ducis fortitudine præditi, & Prælati docti lugetur lachrimosis clamoribus; præsentia ignari, stulti, & Principis scelesti & libidinosi quomodo lamentabitur? quia causa vitiorum eius & communitates desolantur, & regna perduntur, quia teste Rhemigio qui sine intellectu sunt, quomodo aliis præesse possunt.

Lypoman. in Exod. 21. — *Cornupeta bos inscius Prælatus est.* — *Rhemig. cit.*

719 Vnde Augustinus quare Deut. 22. dicitur: *Non induetur mulier veste virili.* Vel vt alia translatio: *Non erunt vasa viri super mulierem.* Et addit Augustinus, *vasa bellica voluit intelligi, id est, arma: nam quidam etiam hoc interpretati sunt, mysticè autem hoc exponit Apostolus, non permitto mulieri docere in Ecclesia, nec enim sacerdotium, nec doctrina conceditur fæminis in Ecclesia, ne induantur veste virili: Sed nec vir debet indui vestè fæminea; qui enim vir est, & Principatum tenet non debet aliquid fæmininum, vel molle in doctrina sua cadere.* Quasi dicat Augustinus, Præsul qui affectationibus, & adulationibus fæmininis terrena inquirit, nec fortitudinem & Zelum virtutis habet, ne forte aliquis contra eum male loquatur, hic sine litteris est, ambitiosus est, incapax regiminis est, & sine intellectu, vt possit cæteros docere, & viriliter gubernare, vt de Petro adnotauit Rhemigius, cui Dominus reprehendit, dicens, adhuc vos sine intellectu estis; quia ipse erat caput cæterorum, & cum Pharisæis scandalizatus audiendo: *Non quod intrat per os coinquinat animam.*

Aug in Deut. 22. — *Molles & timidi, & effæminati non possunt aliis præesse.* — *August. cit.* — *Præsul ambitiosus omissiones permittit Indicibiles.*

720 2. Responsio Hieronymi in littera citati: *Increpat Dominus Petrum, quia parabolicè putat quod perspicuè loquutus est.* Quasi dicat, sunt homines, qui putant Deum sententiam eorum sequuturum, & voluntatem ad sua desideria conformaturum, & semper frustrantur, imo deteriorantur propter duritiam cordis. Vnde interrogat Oleaster, quare Balam Propheta Regi Balach sciscitanti, & obsecranti, vt malediceret populo Dei? Respondit Numer. cap. 23. *Non est Deus & mentietur.* Sic legit Pagninus. Et respondet: *Arbitrantur impij Deus sententiam eorum in melius mutaturum; ipse vero semper in ea permanet, & eam semper in deterius mutat, postquam videret eos à malis non resipiscere, & quia eum mitiorem expectant seuerum experiuntur.* Quasi dicat, renuit peccator cum diuina se voluntate conformari, & sub prætextu rationis, & execrationis diuinæ voluntatis decretum ad sua desideria attrahere proclamat, & tunc deteriora solet experire pericula, & aduersa vt patet in Petro, qui cum Pharisæis scandalizatus Christo Domino dixit *Edisscere nobis parabolam istam.* Quomodo quæ per os intrant hominem non inquinant; Christus autem non solum non desistit à prolatis verbis, sed addit, *Adhuc vos sine intellectu estis*, Quia quod perspicuè, & clarè loquutus sum, vultis quod ad vestram explicem voluntatem.

Hieron. citt. in littera. — *Peccatores semper volũt suam adimplere voluntatem.* — *Trãs. Pagn.* — *Orantes multoties nescimus quid petimus.* — *Matth. c 5.* — *Dei volunta[illegible] ... ti se conformare vtile est.*

721 Hinc interrogat Nouarinus lib. 4. sacr. elog. in vmbr. Virgin. Quare Gen. 2. n. 7. dicitur. *Et factus est homo in animam viuentem.* Vel vt translatio Chaldea legit, *in spiritum loquentem?* Et respondit: *Quia loquutio signum animæ rationalis viuentis est.* Quasi dicat, qui ab spiritu Dei loquitur vitæ spiritualis signum est, & qui sine præmeditatione, & prudentia fatur, signum paruæ rationis est, & ideo Christus Petro non attentè interroganti dixit; adhuc vos sine intellectu estis, idest, sine ratione. Vnde Theodoretus in Cant. 4. n. 3. interrogat, quare læta, & alacer sponsa, & quasi plantita sponso dilecto dixit; *Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce?* Et respondet, *Quia verbis Christi tanquam funiculo quodam capiuntur auditores, & vinciuntur: nam eloquium tuum eos demulcet, & retinet.* Quasi dicat, vittæ & funiculo labia comparantur, quia animæ Sanctæ sponsæ Dei verbis veluti funiculo vinciuntur, & non parabolicum intelligunt quod clarum, & litterale est, sicut verba à Christo prolata, & à Petro male intellecta; ideoque reprehensa, vt Hieronymus adnotauit. Hinc Chrisostomus hom. de S. Eliseo: *Sedebat Elisæus in monte altior mundo, propior cælo; sedebat inquam in edito iacentia infra se despiciens, superna iam deuotus attendens, nec humano negotio colloquio deditus; quia per precum colloquia Deo fuerat copulatus.* Quasi dicat à Deo suo denectitur, & abiungitur, qui terrena sapit, & diuina à Christo dicta non intelligit separatus, sed vnitus & conformis, alias repulsam patitur, vt Petrus, cui Christus dixit, adhuc vos sine intellectu estis.

Nouar. lib. 4. sacr. in vmb. Virg. Gen. 2. n. 7. Trãs. Chald. — *Mature loquendum.* — *Theodor. in Cant. 4. n. 3.* — *Animæ iusti Christi Verbis vinciũtur.* — *Chrisostom. hom. de S. Eliseo.* — *Iusti verbis & intellectu [illegible] adhærent.* — *Qui verba repente loquitur repulsam patitur.*

DIFFICVLTAS XVIII.

Quare Christus dixit, quæ procedunt de ore de corde exeunt, & coinquinant hominem?

722 Quæsitum fuit, quare cogitationes, quæ de corde iniquo exeunt primo Christus damnauit.

In Responsione 1. dixit Chrisostom. citatus in littera; *Quia hoc erat vitium Pharisæorum, qui ei semper insidiabantur?* Quasi dicat: *Odium inuidentium præclara facta fratrum suorum semper corde iniquo, & cauilloso meditantur.* Vnde interrogat Oleast. quare Genes. 32. dicitur, *Somniauit Ioseph somnium, & addiderunt amplius eum odire.* Sic legit Pagninus? Et respondet; *Solet enim Dominus inuidos torquere, augendo bona eis, quibus inciderint, vt machinationibus plus torqueantur.* Quasi dicat, non sufficit Deo Ioseph. facere ampliori dilectione dignum, sed attendit fratribus eis fore præponendum in Regno duplici somnio, vt etiam phantasmatibus, & imaginationibus somniatis affligerentur; quia odiũ inuidi nunquã quiescit, cum inextinguibile sit, eo quod sẽper iniqua, & malitiosa perniciosaque meditatur, & sitis eius vsque ad mortẽ nõ cessat. Hinc

Chrisostom. citatus in littera. — *Odium inuidorum inextinguibile.* — *Oleast. in Gen. 32. Trãs. Pagn.* — *Inuidi bonis alienis torquentur.*

Isai. 51. n. 20.

723 Hinc contra Pharisæos istos vitio inuidiæ Christo insidiantes & iniqua semper cogitantes Isaias vaticinans contra Iudæam matrem eorum ait c.51. n.20. *Filij tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnium viarum sicut orix illaqueatus.* Quasi dicat, orix imago est hominis inuidi; quia de illo inquit Plutarchus lib. 10. cap.73. quod *Est animal perpetuò sitiens ex naturali loco Afrus, vbi est perpetua aquarum carentia, & tamen iste ad remedium sitientum prodest mortuus, quia in eius corpore inuenitur vesica plena aqua saluberrima quibus viatores vtūtur ad sitim expellendam.* Prodest enim imago hæc Origis ad sitim inuidorum expellendam, & refrigerandas cogitationes, insidiasque, & machinas, quas contra præclaros habent, quia si in malitia perseuerauerint, cogitando, & præmeditando iniqua contra innocentem, siti rabida peribunt. Et viatores, id est, qui ad vitam æternā dirigunt gressus suos considerabunt damna inuidorum, & quomodo de corde pestifero eius procedebant cogitationes, quæ sunt causa mortis æternæ illius vt Christus Discipulis dixit, de corde procedunt, quæ hominem inquinant.

Orix siti moritur. Plutarch. lib.10. c. 13.

Orix mortuus prodest viatoribus.

Inuidus rabida siti perit.

724 Vltima Responsio fuit meo iudicio quod cor est sedes animæ, quia per illud operatur, & pulsantur affectus animæ, & si mala cogitat inquietus febri malitiæ est, & per os ostenditur, si bona quiescit, quia intra se habet omne gaudium. Hinc Horatius dicebat, *Quod petis intus habes, animus si te non desit æquus.* Quasi dicat quiesce agere, & cogitare peruersè, nilque desideres quia intra te omnia habes. Et Cassiodorus: *Illud ergo à te quæritur quod in pectore humano nascitur, non quod terra visceribus continetur.* Et Philo lib. quod deterius potiori insidietur, ait: *Quia igitur in solis animi bonis genuinum, & sincerum reperitur gaudium; ideo in se quisque sapiens gaudet, non in his, quæ circa ipsum.* Et Seneca Epist.23. ad Lucillum: *Nolo tibi vnquam deesse lætitiam, volo illam tibi domi nasci: nascetur si modo intra teipsum sit. Et addit. cætera hilaritates non implent pectus, sed frontem remittunt, leues sunt, nisi forte tu iudicas illum gaudere qui ridet. Animus debet esse alacer, & fidens super omnia erectus, mihi crede, res seuera est verum gaudium.* Quasi dicat, mortales omnes pro gaudio laboramus, fatigamur, bella mouemus, & siue pecunias honores, siue voluptates expetimus, & aspicimus, vt inde gaudeamus. Vis ergo gaudere, & indesinenter gaudere quiescat cor tuum à calumniis & desideriis huius sæculi, sectare virtutem, paucis esto contentus & intra te Regnum Dei possidebis, & affectus cordis tui pulsationem pacificam & quietam indicabunt.

Auth. sent. *Cor sedes animæ.*

Horatius. *In corde est regnum Dei.* Cassiodor. Philo. lib. quod deterius potiori insidietur.

Verum gaudium intra est. Senec. Epist. 23 ad Lucillum. *In corde bono est vera lætitia.*

Polum propter quod omnia mouētur gaudium est.

725 Vnde Rupertus interrogat, quare Prouerb.5. n.15. dicitur: *Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei.* vel vt septuaginta legunt: *bibe aquam de tuis vasis, & de puteorum tuorum fonte?* Et respondet; quia hæc verba cohærent cum illis, quæ Christus dixit Ioan.7. n.38. *Qui crediderit in me, sicut dicit scriptura, fluenta de ventre eius fluent aquæ viuæ.* Quasi dicat, cogitatione omnium rerum, & possessiones omnium diuitiarum, & fruitionem omnium voluptatum corda non quiescunt, sed fluenta aquarum vitæ, & gaudiorum æternorum de puro & candido quietoque corde exeunt; quia *Quidquid petis intus habes.* Hinc Ambrosius lib.3. Exam. c.12. *In te ipso suauitatis tuæ gratia est, ex te pullulat, in te manet, intus tibi, id est, in te ipso quærenda iucunditas tua est conscientiæ.* Et Anselm. in Epistol. ad Philip. cap.4. *Non in sæculo gaudere, non in flore vanitatis, sed in spe æternitatis.* Quasi dicat: gaudium ex te pullulat, in te manet aliud variis, & inquietis cogitationibus non quæras. Audi Psalmistam Ps.118. n.165. *Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum.* Vel vt legunt 70. *Non est illis singultus, aut scrupulus cordis.* vbi Angelius sic ait. *Summa animæ quies, & tranquillitas est in corde pacifico, nullo angore, aut mærore turbatur, sed perpetua lætitia, & tranquillitate fruitur.* Et Basilius in constit. Monast. c.3. *Repentini, & qui præter spem eueniunt rerum casus, hi sunt qui perturbationem hominum mentibus solent afferre. Quem autem praua affectio prorsus nulla obturbat, hunc sine dubio rite, & vt par est lætari existimandum est, eiusque lætitiam immutabilem esse, atque sempiternam, quomodo lætitia virtutis, atque bonitatis est affectatrix.* Quasi dicat, falluntur, qui cogitationibus lætari conantur modo sint libidinis vindictæ, inuidiæ, vel honoris, quia omnia sunt intus bella, & fontes tormentorum, quæ de corde scaturire videntur: nam teste Isaia c.57. num. 21. *Non est pax impiis dicit Dominus*, vel vt Trans. 70. *Non est gaudere impiis dicit Dominus.* Vbi notetur dicendi modus, quo impios non solum non gaudere, sed nec gaudere posse innuitur, quasi eius naturæ gaudium sit, quod illis minimè conueniat; quia vt nostro Hispano sermone dicitur: *Los pleytistas no tienen par consueguelos.* Nam semper inquieti, ambitiosi, & cabilosi quiescere nullatenus possunt; quia quasi rota in medio rotæ versantur. Vbi Ambros. ait *Rota intra rotam vita peccatoris, quia qualis inferior talis & superior.* Quasi dicat, impij ambitiosi nunquam quiescere valent quia in adolescentia inquieti fuere & proyecta ætate, & vsque ad senectam, & decrepitam semper anhelant pro dignitatibus. Hinc Ennodius in Panegyrico: *Minus diligo prospera, quæ sumunt à desperatione principium.* Quasi dicat, quomodo gaudium in rebus caducis reperiri potest. Et sic teste Salomone Prouerb.14. n.13. *Extrema gaudij luctus occupat?* Quia cor solum lætatur gaudiis æternis; & intus habes, quod petis si te non desit æquus animus; si vero sit fastidiosus, & inquietus per os producit effectus lamentabiles quia cor hominis sedes est sapientiæ, vel infelicitatis; & si quietum est, serenitatem pulsat; sin vero cupidus rerum tēporalium producit homicidia, adulteria, & omne genus peccati, quod coinquinat animam vt Christus in hoc asseuerat capite.

Rupertus Abb. Prouerb. 5. n.15. Trans. 70. Ioan. 7. n.38.

Quidquid homo desiderat intus habet in corde.

Ambr. lib.3. Exam. c.12. *Tuta conscientia summa lætitia.* Anselm. in epistol. ad Philip. c.4.

Cogitationes cordis torquent. Psalm. 118. n.165. Trans. 70. Angelius in Ps. Bas. in cōst. Monast. c.3.

Cupiditates sæculi torquent cogitationes humanas. Isai. cap.57. n.21. Trans. 70. *Impij non possunt gaudere.*

Ezech. cap.1. n.15. Ambr. ibi. *Ambitiosi deteriores quotidie.*

Ennodius in Panegyrico

Prouerb.14. n.13.

Cor sedes sapientiæ & perturbationis.

TRACTA

TRACTATVS DECIMVS SEPTIMVS

Ad Litteram, *In cap. 4. Lucæ De Sanitate socrus Symonis.*

TEXTVS.

38 SVRGENS autem Iesus de Synagoga introiuit in domum Symonis: socrus autem Symonis tenebatur magnis febribus, & rogauerunt illum pro ea. 39. Et stans super illam imperauit febri, & dimisit illam. Et continuò surgens ministrabat illis. 40. Cum autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos variis langoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens curabat eos. 41. Exibant autem Dæmonia à multis clamantia, & dicentia: quia tu es filius Dei, & increpans non sinebat ea loqui; quia sciebant ipsum esse Christum. 42. Facta autem die egressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebant, & venerunt vsque ad ipsum, & detinebant illum, ne discederet ab eis. 43. Quibus ille ait; quia & aliis ciuitatibus oportet me Euangelizare verbum Dei; quia ideo missus sum. 44. Et erat medicans in Synagogis Galilææ.

EXPLANATIO LITTERAE.

726 *Abul in Matth. 8. in prolog.* *Tertium miraculum in socru Petri factum.* *Heretici proprietatem Apostolos habere docent.* *Maldonatus in Matth. 8. n. 14.* *Vsum rerum & domus titulo charitatis habuerūt Apostoli.*

HIc ponitur tertium miraculum, scilicet, de sanatione socrus Petri. Vespere autem cum venisset Iesus in domum Petri quasi lacessitus ex multitudine gentium, quæ opprimebant eum desiderantes tangere, saltem fimbriam eius, vt sanarentur à languoribus secretis, & occultis, & venit in domum Petri. Dicitur autem Domus Petri non eo sensu, quo hæretici putant, & aliqui Catholici eodem modo explicant. Neque propter hoc damnabiles, vt Maldonatus putat: nam quamuis omnia reliquissent Apostoli quantum ad dominium, non tamen quantum ad vsum; quia etiam si socrui, vel vxori Petrus domum reliquisset, vocabatur domus sua, quia in ea recipiebatur. Et post resurrectionem Christi, cum piscarentur Discipuli in domo antea sua recipiebantur, & morabantur titulo charitatis & consanguinitatis; quia etiam Religiosi, qui omnia renuntiarunt dicuntur adire in domum suam, id est, licet sua non sit, quia nihil habent proprium. Sic debes intelligere quod in Capharnaum Petrus domum habebat.

727 *Abul. q. 41. in Matth.*

Socrus autem Symonis tenebatur magnis febribus. Est enim febris morbus acutus inquit Abulensis q. 41. Quia febris periculosa, & magna erat, inquit Caietanus, & rogauerunt pro illa quasi dicentes, quod dignaretur in hospitio magnificè operari, sicuti cum cæteris pauperibus operabatur. *Et stans super illam*; Non enim, erat super illam contingendo inquit Caietanus, sed meo videri stans super illam dicitur, quia fessus erat, vt diximus ex oppressione gentium, & sedebat; cum vero rogarent pro illa stetit iuxta, vt Medici faciunt. Vnde dixit Matth. 8. n. 14. *Et tetigit manum eius*, Idest, pulsationem febris, vt ardorem rigurosum experiret. Et tetigit non vt ignoraret, qualiter se haberet, sed vt tangendo curaret.

Stans, idest, erectus circa lectulum, vt medicus. *Caietan. in Euang. Matth. 8. n. 14.* *Febris est morbus acutus corporis.*

728 *Mulierum est ministrare cibos.*

Et dimisit eam febris; id est, subito, tangente Christo euanuit ignis, qui cor inflammabat vaporibus, & flammis continuis. Ita loquitur Abulensis, vt nullum signum infirmitatis appareret. Et surrexit, quasi habens perfectas vires contra consuetudinem febricitantium, quia cessante febre, inueniunt se maximè debiles. *Et ministrabat eis*, Scilicet, in his, quæ pertinebant ad cibum; quia hoc proprium est mulierum; cum autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos &c.

Caiet. citat. *Dæmones mentiuntur dicentes quod sciebant Christū esse.* *Dæmones coniecturaliter incarnationem Verbi agnouerunt.* *Orationes Christum detinent.*

Exibant autem Dæmonia clamantia, & increpans non sinebat ea loqui, *Et est sensus* (inquit Caietanus) *Non sinebat ea loqui, hoc scilicet, quod sciebant ipsum esse Christum; tum quoniam dicebant mendacium, quoniam dicebant se scire, quod nesciebant; tum quoniam nolebat testimonium ab Ecclesia.* Tum quia sciebat quod tentando hoc dicebant ad explorandum, an ipse vere esset Christus. Et detinebant eum turbæ ne discederet ab eis, id est, rogabant, non inculpabant vi, quia preces plus mouent, quam vires. Et respondebat Christus quia & aliis ciuitatibus oportet euangelizare &c. id est, rationem reddebat, quare non precibus detinebatur, quia missus erat ad prædicandum omnes gentes, & erat prædicans in Synagogis Galilææ,

id est,

Galileæ id est, primum quod faciebat in oppidis, & ciuitatibus erat adire ad synagogas, & prædicare incessanter.

TRANSLATIONES ANTIQVIORES & Neothericæ.

Vulgata editio. Et surgens autem Iesus de synagoga intrauit in domū Simonis. Translat. Vatabli. 1. Cum surrexisset autem Iesus de synagoga introiuit in domum Simonis: socrus autem Simonis tenebatur febri magna.

Translat. ex Syriac. 2. Cumque egressus fuisset Ieschua è synagoga introiuit in Domum Schemeoum; Socrus autem ipsius Schemeoum premebatur febre maxima; & rogauerunt eum in gratiam illius.

Abulens. in prologo ad c. 8. Matth. q. 39. & 41. in scholiis. 3. Cum vespere venisset Iesus in domum Petri vidit socrum eius iacentem, & febrizantem.

n. 39. Vbi Vulgata, & stans super illam, &c. Translat. Vatabli, in scholiis. 4. Et cum corpore inflexo in ea incubuisset increpauit febrem, & febris dimisit eam.

Translat. ex Syriac. 5. Adstans itaque supra eam obiurgauit febrem, & dimisit eam; statimque ipsa surrexit, & ministrabat eis.

Caietan. in Euang. 6. Eiecit febrem increpando velut puerum molestum.

Abul. loco citato. n. 41. Vbi Vulgata exibant autem Dæmonia clamantia, &c. & increpans non sinebat ea loqui. 7. Et subito tangente Christo manum eius recessit febris, ita vt nullum signum ægritudinis appareret, & ministrabat eis cibum, quod pertinet ad mulieres.

Transl. Vatabl. in scholiis. 8. Non sinebat ea loqui verba ista; scimus te Christum esse.

Translat. ex Syriac. 9. Et prohibebat eis, nec sinebat ea loqui quod nossent ipsum.

Caietanus citatus. 10. Non sinebat ea loqui hoc; scilicet, quod sciebant ipsum esse Christum.

n. 42. Vbi Vulgata. facta autem die, &c. Transl. Vatabli. 11. Cum autem illuxisset dies egressus ibat in desertum, & detinebant illum turbæ ne discederet ab eis.

Translat. ex Syriac. 12. Sub diluculo autem diei egressus abiit, & turbæ quærebant eum, & tenebāt, ne discederet.

Caietanus loco citato. 13. Ibat mane in desertum fugiens gloriam humanam propter patrata miracula.

n. 43. Vbi Vulgata quia & aliis ciuitatibus oportet Euāgelizare &c. Translat. Vatabli. 14. Quia aliis ciuitatibus oportet annuntiare regnum Dei.

Translat. ex Syriac. 15. Ipse vero Ieschua; quia, & aliis ciuitatibus oportet me annuntiare regnum Dei; qui ad hoc missus sum.

Caietanus citat. 16. Pro hoc missus sum ad prædicandum.

n. 44. Vbi Vulgata & erat prædicans in synagogis. Translat. Vatabli. 17. Et concionabatur in synagogis Gallileæ.

Translat. ex Syriac. 18. Et is prædicabat in synagogis Gallileæ.

DIFFICVLTAS PRIMA.

Quare dicitur, quod introiuit Iesus in Domum Symonis?

QVæritur quomodo Simon domum habebat, si iam omnia renuntiauerat cum cæteris Apostolis, cum dixerunt, ecce nos reliquimus omnia.

730 1. RESPONSIO Maldonati, *Domus Petri vocatur non quia tunc erat, sed quia aliquando Petri fuerat, quam credibile est, quia pauperes erant* Maldon. in c. 8. Matth.

Domus quæ fuit propria etiam vocatur postea. vxori, & socrui suæ reliquisse. Quasi dicat, erat domus consanguineorum Petri, & propria dicebatur.

731 *Auct. mens. Cui linei domum propriã vocant. Abul. q. 43. in Matth.* 2. RESPONSIO meo videri, erat domus paupercula iuxta mare, & postquam omnia sua relinquit Petrus; aliquis consanguineus eius, qui linio viuebat, & domus vulgo dicebatur Symonis, quãuis non esset iam sua sed consanguineorũ suorum & ideo post resurrectionem ad piscationem Petrus reuersus est, & debebat viuere in domo, vel quilinio comparata à consanguineo, vel quia vxori & socrui reliquisset dominium, & charitatiue eum recipiebant, & idem contigit in domo Capharnaum.

732 *Abul. q. 43. in Matth.* 3. RESPONSIO Abulensis q. 43. in Matth. 8. *Venit Christus in domum Symonis ad hospitandum ibi; quia manebat tunc Christus Capharnaum, & Petrus habebat ibi domum suam, quantum ad vsum, non quoad proprietatem.* Quasi dicat, voluit hospitari ibi, quia Petrus erat Discipulus eius, & talem honorem voluit illi præstare. Secundò ad ostendendum, quod Christus honorat eos, qui eum honorant. Tertiò ad ostendendum, quod sæculum contemnebat; ideo ad pauperculam domum, vel tigurium Piscatoris volebat abire, & contra calumnias Iudæorum procedebat, qui murmurabant, quod cum diuitibus publicanis manducabat. *Vsus non proprietas Apostolis licitus. Occasiones murmuris tollendæ.*

733 *Chrisost. in Abul. cit. Iusti honorandi sunt.* 4. RESPONSIO Chrisostomi in Abul. citati. *Manebat Christus apud Discipulos honorans eos, vt animosiores redderet illos.* Quasi dicat, manducauit, & bibit apud pauperes discipulos, vt capita leuarent, & omnes illos honorarent, quia tanto honore digni erant.

734 *S. Cyril. in Abul. citat. Pauperes non aspernandi.* 5. RESPONSIO Cyrilli in Abul. citati: *Aspice quomodo manet penes virum inopem Christus, quia spontaneam paupertatem pro nobis passus est.* Quasi dicat, hoc fecit, vt discamus cum pauperibus conuersari, neque spernere depressos pauperes.

735 *Auct. mens. Cõsanguinei pauperes non sunt contemnendi.* 6. RESPONSIO meo iudicio in domum Symonis intrauit, vt benefaceret socrui eius, quæ infirmabatur, vt doceret Prælatos in sublimi collocatos non obliuisci pauperum consanguineorum, sed etiam si paupertimi, & infirmi sint debent eos visitare, fouere, & honorare, non fugere, & de dignari de principiis minimis suis.

DIFFICVLTAS II.

Quare dicitur, quod Socrus Symonis tenebatur magnis febribus, & rogauerunt pro ea?

736 QVæritur ad quid voluit Christus rogari ad sanitatem socrus Petri.

S. Hieron. in cath. cit. Orationes peccatoribus prosunt. Psal. 1. RESPONSIO Hieron. in Cath. S. Thomæ: *Modò Saluator rogatus, modò vltrò curas ægrotos ostendens se contra peccatorum quoque passiones, & precibus semper annuere fidelium, & ea quæ ipsi minimè in se intelligunt, vel intelligenda dare, vel non intellecta dimittere secundum illud Delicta quis intelligit, ab occultis me munda me Domine, &c.*

737 *Abul. q. 43.* 2. RESPONSIO Abulens. q. 43. *Quamuis sciebat Petrus in extremis languere socrum suam; noluit tamen impedire Christum à prædicatione, & miraculorum operatione. Ideo quousque consummauit ea, quæ facturus erat in synagoga non venit in domum Petri.* Quasi dicat, erat Petrus prudens & humilis, & expectauit præuiam dispositionem, vt quomodo desiderabat, consequeretur; ideo vltimum esse necessitaris expectauit, quando febris ingens erant. *Prudentia et sal. vi...*

738 *Chrisost. in hom. Humilitas mouet corda potentum. Infirmitas est tempestas maris.* 3. RESPONSIO Chrisostomi in hom. *Attende Petri ad Christum reuerentiam non socrum domi febricitantem traxit ad eum in domum, sed expectauit quod Christus sponte adiret.* Quasi dicat, tacendo obligauit Petrus Christum; ideo postquam febris nimis crescebat; tunc necessitati subuenit; quia si extrema gaudij luctus occupat, etiam extrema luctus gaudium superat, quo plus tempestates affligunt, plus potius salutis & tranquillitatis stimatur.

739 *Auct. sent. Nemo repente sanus fit.* 4. RESPONSIO dicitur, quod socrus Simonis magnis tenebatur febribus, vt constaret, quod curatio erat miraculosa; quia infirmitas erat tam periculosa, quod excedebat vires naturæ, quia erat in extremis posita, ne si febris parua esset, dicerent quod naturaliter reliquit eam febris, sed repente ex magnis febribus robustam socrum manere impossibile erat, nisi per miraculum.

DIFFICVLTAS III.

Quare dicitur, Et stans super illam imperauit febri & dimisit illam?

740 QVæritur ad quid dicitur, quod stetit super illam, & quod febris dimitit statim illam?

Auctores ab Abulens. relati q. 45. Medici stantes pulsum per manum tangunt. 1. RESPONSIO aliquorum Auctorum, quos refert Abulens. q. 45. Quod stetit super infirmam sicut medici solent stare, & inclinare se, & tangere manum ad cognoscendam infirmitatem; ideo dixit Matth. 8. *Et tetigit manum eius.*

741 *Caietan. in Euang. Febris ... misericordis.* 2. RESPONSIO Caietani in Euang. *Non enim erat super illam contingendo, sed circumspiciendo.* Quasi dicat, stabat Christus insuper videndo, & miserando de ardoribus, quibus cor fœminæ infirmæ vrebatur.

742 *Abul. q. 45. Miraculum Christus solus fecit.* 3. RESPONSIO Abulensis q. 45. *Christus tetigit stans manum eius ad ostendendum, quod per virtutem suam sanabatur ægritudo, & non opere naturali; sic etiam fuit leproso, quem tetigit, & curata est lepra.* Quasi dicat per hoc manifestè ostendebatur, quod non curabatur per se ægritudo, neque curabat eam alius, sed ipse solus.

743 *Chrisost. in Matth. Infirmitas curabilis est naturaliter.* 4. RESPONSIO Chrisostomi in Matth. *Morbus curabilis erat per modum medendi; potestatem autem Christus declarauit faciendo quod minimè operatur ars medicina perfectam scilicet tribuendo sanitatem.* Quasi dicat licet febris naturaliter curari possit; tamen supernaturale est quod absque vlla temporis dilatione robustior salus permaneat ad imperium sanantis. Vnde concludit Chrisostomus loco citato: *Post febris enim sedationem multo tempore patienter egent, vt pristinæ restituantur sanitati, tunc autem simul omnia facta sunt.* *Chrisost. citat.*

5. RESPON

744 *Auctoris mens. Humanitas Christi instrumentum diuinitatis.*

5. Responsio meo videri. Manum Socrus Christus tetigit, vt constaret, quod diuina virtus operabatur per instrumentum humanitatis, ne calumniatores dicerent, quod in virtute verborum Dæmones inuocabat, & ſanabat infirmos, ſed tetigit vt poteſtatem omnipotentiæ oſtenderet, & obedientia creaturarum pateret. Ideo dicitur, & imperauit febri & dimiſit illam; quia plus tardauit in præcipiendo, quam febris in obediendo. Hinc Hieronimus citatus in Abulenſ. *Natura hominum iſtiuſmodi eſt; vt poſt febrem magis laceſcant, verum ſanitas quæ confertur à Domino tota ſimul redit.*

Hieron. cit. in Abulenſ. q.44.

745 *Ambroſ. in cath. cit. Cupiditates cordis febres ardentiores.*

6. Responsio Ambroſij in Cath. citati: *Si autem altiori conſilio iſta perpendamus, animæ debemus intelligere & corporis ſanitatem, vt prius animus qui ſerpentis laborabat inſidiis abſolutus ſit.* Et addit: *Denique non prius Eua eſuriit quam eam verſutia tentauit, & ideo aduerſum auctorem peccati prius debuit medicina ſalutis operari.* Quaſi dicat, in Chriſto mulieris iſtius variis criminum feruoribus caro noſtra langueſcit. Vnde addit Ambroſius; *Nec minorem febrem eſſe dixerim amoris quàm caloris.* Quaſi dicat, ſi manus Domini tetigit nos ab infirmitatibus mentis & corporis liberamur.

Ambr. citat. Manus Domini quid pro quo id eſt Sana lo todo vt Hiſpani dicunt.

746 *Auct. mens. Conſanguinei miniſtrorum manus lepraſas habent.*

7. Responsio meo videri, manum eius tetigit, vt immunda, & ab omni lepra; & contagio recipiendi munera liberaretur; quia erat Socrus Petri, qui caput futurum erat Eccleſiæ, & conſanguinei, & familiares miniſtri Præſulum, & magnatorum iudicum, miraculoſa res eſt ſi manus lepra & contagio munerum non non inmundantur.

DIFFICVLTAS IV.

Quare dicitur, quod continuo ſurgens miniſtrabat illis?

747 Quæritur, ad quid tam cito ſocrus ſurrexit, & miniſtrabat eis?

Abul. q.44. Medicus non poteſt ſupplere valetudinem.

1. Responsio Abulenſis q.44. *Miniſtrabat eis, vt oſtendatur, quod non ſolum à morbo plene curata eſt, ſed etiam priſtinum robur ei reſtitutum.* Quaſi dicat, medici curare medicamentis poſſunt, quod autem robur inſtantaneum accipiant facere non poſſunt.

748 *Cyrill. in cath. Ingrati torquentur.*

2. Responsio Cyrilli in Cath. citati, *Vt doceret nos, quod cum ſuſceperimus eum; & portamus in mente, & corde, enormium voluptatum æſtum extinguet, & incolumes miniſtremus ei; & ei beneplacita pangamus.* Quaſi dicat, ingratis quoque pœna cum ipſo munere incurrat; Et ideo ſocrus iam ſana noluit de ingratitudine redargui, vt non torqueretur plus pœna ingratitudinis quàm æſtibus febris; ideo diligenter miniſtrabat Ieſu.

749 *Auct. mens. Inimici omnia præclara calumniantur.*

3. Responsio meo iudicio, miniſtrabat ei, quemadmodum Lazarus cum reſurrexit per mandatum Chriſti à mortuis, & erat vnus ex diſcumbentibus, vt calumniatores Iudæi non exiſtimarent, quod erat phantaſtica reſurrectio. Ita & Socrus Symonis continuo miniſtrabat eis, vt ambiguitatem & malitiam murmurantium extingueret.

Franc. de Rojas, in Euang. Tom. III.

DIFFICVLTAS V.

Quare cum ſol occidiſſet ducebantur infirmi, & manus imponens curabat omnes?

Quæritur, quare non in die, ſed cum ſol occubuiſſet ducebant infirmos, & quare tactu eius omnes curabantur? 750

Theodor. in cath. S. Th. Iudæi ſabbato non mouebantur ad locũ extra domum ſuam.

1. Responsio Theodoreti in Cath. citati: *Conſiderandum eſt turbæ deſiderium cum ſol occidiſſet adducunt ad eum infirmos, non à tempore impediti.* Quaſi dicat die ſabbati non poterant mouere ſe ad opus externum, & ideo vt adirent, expectabant, quod ſol occubuiſſet.

751 *Origen. in cath. Minima occaſio charitatem impedit.*

2. Responsio plus ad litt. Origen. in Cath. citat. *Expectabant, vt ſol occidiſſet, quia timebant Iudæos Chriſtum calumniantes, quia verecundabantur litigare ante iudices, ſi liceat, vel non ſabbato curare.* Quaſi dicat, opera Charitatis ſemper habent contrarietatem & ex parua occaſione remittuntur.

752 *Auct. mens. Occulta infirmitates multa.*

3. Responsio meo videri noctem expectabant, vt adirent ad curandos infirmos; quia multæ fœminæ habebant ſecretas infirmitates, & pudebat videri; & ideo ibant nocte iam incipiente, vt ſolus Chriſtus eas cognoſceret, & neceſſitates ſuas redimeret, vt faciebat.

753 *Cyrill. in cath. Exemplũ vaſis calefacti incarnationẽ indicat.*

4. Responsio Cyrilli. *Quamuis autem vt Deus potuiſſet verbo omnes expellere morbos, tamen tetigit eos, oſtendens propriam carnem efficacem ad praſtanda remedia: nam caro Dei erat; ſicut enim ignis appoſitus vaſi, in eo imprimit propriã caliditatis effectum. Sic omnipotens Dei verbum cum vniuit ſibi veraciter aſſumptum templum ex virgine animatum, & intellectum, participes ſuæ poteſtatis eius, effectum inſeruit.* Quaſi dicat, manus apponebat, & ſanabat infirmos vt inſtrumentum diuinitatis; quia vere & realiter caro Chriſti per vnionem cum verbo diuino operabatur mirabilia.

754 *Abul. q. 46. Matth. 8. Lucæ 4. Hiſpana locutio. Dæmones cõiectũrando verbi vnionem, torquebantur.*

5. Responsio Abulenſis. Continuit Matthæus 8. quod Lucas 4. dixit, ſcilicet, quod *Imponebat manus ſuper infirmos, & ſanabat eos; quia propter impoſitionem talem, cum exibant Dæmonia, clamabant.* Quaſi diceret, noſtro Hiſpano ſermone, *Con vna piedra mataua muchos paxaros*: Quia & infirmos ſanabat, & lætificabantur; & Dæmones exclamabant, quia torquebantur; videndo, & experiendo naturam humanam vnitam Verbo talia mirabilia operantem.

DIFFICVLTAS VI.

Quare dicitur, quod exibant Dæmonia clamantia & increpans non ſinebat ea loqui?

Quæritur quare Dæmones clamabant, & ad quid tacere cogebantur? 755

1. Responsio meo videri clamabant, quia inuidi erant beneficiorum Chriſti, & torquebantur *Auct. mens.*

Dæmonia bonis hominibus datis torquentur.

bantur inuidi mirabilibus, & bonis alienis. Inde plures Chriſtus ſanabat, vt plus Dæmones torquerentur, & plus clamarent.

S. Theodor. in cath. S. Thom. *Laudes iuſti inquinantur in ore impiorum.*

756 2. Responsio Theodoreti increpabat ea loqui; quia *Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, vel quia volebat inuidiam accendere Iudæorum, ex hoc quod ab omnibus laudaretur.* Quaſi dicat; increpabat Dæmonia, quia coinquinantur laudes cum per os maleficum proferuntur; eo quod laudari ab impiis tam malum eſt, quam à bonis vituperari.

Abul. q. 46. Iſai. 53. *Amor infirmitates rei amatæ nimis ſentit.*

757 3. Responsio Abulenſis q. 46. *Non ſinebat Dæmonia loqui, quia prædicabant Chriſtum eſſe Meſſiam, eo quod impletam videbant prophetiam Iſaiæ 53. Ipſe infirmitates noſtras Chriſtus accepit & langores noſtros portauit,* Quaſi dicat; infirmitates noſtras Chriſtus accepit imperando & ſanando, & ſuper cor ſuum accipiendo, & compatiendo, ex qua compaſſione ſequebatur effectus ſanitatis.

Caietan. in Euang. *Mendacia etiam in laudes proprias fugienda.*

758 4. Responsio Caietani: *Non ſinebat ea loqui, quia mentiebantur dicendo, quod ſciebant ipſum eſſe Chriſtum, & hoc dicebant tentando ad ſciendum ſi eſſet ipſe Chriſtus.* Quaſi dicat, cum noſtro Scoto Dæmon coniecturaliter incarnationem cognouit; quia videbat aliqua, quaſi merus homo eſſet, vt ſitire, & eſurire, & alia faciebat, quæ erant ſolius Dei, vt mortuos ſuſcitare, &c.

Scotus cit. Auct. mens. *Dæmon in omnibus zizania ſuperſeminat.*

5. Responsio, non ſinebat ea loqui, quia Dæmones conturbant corda fidelium, quia ipſe eſt inimicus homo qui ſuperſeminat zizania, & non ſinebat, vt triticum fidei creſceret, quia omnes ſciebant, quod Dæmonia ſunt ſpiritus mendaces: nam Diabolus Pater eſt mendaciorum, & cum ipſe diceret, quod Chriſtus erat Meſſias, dicebant calumniatores, mendacium eſt, quia dæmon illud teſtatur, & ſic conturbabant credentes, & ideo non ſinebat ea loqui.

DIFFICVLTAS VII.

Quare dicitur, quod turbæ detinebant eum ne diſcederet ab eis?

QVæritur, quare receſſit Chriſtus in deſertum, vt quærerent eum turbæ, & detinerent? 759

Chryſoſt. in cath. cit. *Abſentia plus res æſtimantur.* *Hiſpana locutio.* *Gratus animus beneficia ſemper cordi ſe habet.*

1. Responsio Chriſoſtomi in cath. citati: *Poſtquam ſatis vtilitatis populis per miracula eſt collatum, oportebat eum abeſſe: maiora namque putabantur miracula poſt abſentiam operantis, dum ipſa magis clamabant, & vice vocis fruuntur.* Quaſi dicat, noſtro Hiſpano ſermone, *La mucha conuerſazion es cauſa de menos precio.* Ideo vt plus Chriſti miracula ſtimarentur abſcondebatur; quia tunc miracula plus clamabant deſiderantes videre benefactionem ſuam.

Græc. cit. in cath. S. Thomæ. Math. c. 1. Lucæ 4. *Qui Chriſtū quærit lætum inuenit.*

2. Responsio Græci in cath. citati eſt. *Quamuis Marcus dicit Apoſtolos perueniſſe ad Chriſtum dicentes, Omnes quærunt te. Et Lucas dicat populos perueniſſe, non diſcrepant ab inuicem; applicauerant enim ad ipſum populi Apoſtolorum ſequentes veſtigia: Dominus autem gaudebat detentus, ſed mandabat, vt eum dimitterent, vt alij participes fuiſſent eius doctrinæ.* Quaſi dicat, populi quærebant Ieſum, & non inuenientes, ſequebantur veſtigia diſcipulorum, & Dominus lætabatur, vt eum requirerent, & plus vt inuenirent. 760

Auct. mens. *Inuidi peſtiferam habent intentionem, & de abſentia vel morte ſui æmuli lætantur.*

3. Responsio meo iudicio, inquitebant Chriſtum non ſacerdotes & Scribæ, ſed quos malitiæ fucus non denigrauerat, & illæſam habebant intentionem; quia illis promiſſum erat noſſe myſteria Regni Dei non cauilloſis inuidis, qui non ſolum iuſtum inuidiatum quærunt; ſed ſi ad inferos deſcendat (id eſt, ad ſepulchra) tunc gaudent & reſpirant: nam ſolo ex auditu & riſu æmuli torquentur. 761

TRACTA

TRACTATVS DECIMVS OCTAVVS,

Ad Mores *In cap. 4. Lucæ de sanitate socrus Symonis ?*

DIFFICVLTAS VIII.

Quare dicitur quod intrauit IESVS *in domum Symonis ?*

762 QVæsitum fuit quomodo domus Petri vocabatur, cum omnia reliquisset.

Maldonatus in litt. citat. *Pauperes spiritu diuites*

1. RESPONSIO fuit Maldonati in litt. citati; *Quia domus relicta consanguineis dicitur propria, quia aliquando Petri fuit.* Quasi dicat, nunquam Petrus diues factus est, nisi quando omnia reliquit, quia vt Paulus ait, *Nihil habentes, & omnia possidentes.* Vnde interrogat Oleast. quare Genes. 8. dicitur, quod cum Abraham hospitem transeuntem videret, dixit ei: *Si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas à seruo tuo.* Sic Pagninus. Et respondet: *Docet nos non gratiam facere pauperi cum hospitio recipiendo, sed maiorem recipere. Arbitratur* (ait Augustinus) *diues magnum bonum pauperem nactum, si illi diues obuius sit, à quo eleemosynam recipiat, & non cogitat sibi maiorem gratiam exhibitam, quod ei Dominus pauperem, cui eleemosynam præstet obiectauerit.* Quasi dicat ille ex tua parua eleemosina non est effectus diues; tu vero quia omnia reliquisti, & pauperibus dedisti iustus & diues factus es; quia scriptum est; *Dispersit dedit pauperibus, & iustitia eius manet in sæculum sæculi.* Quia gloria & diuitiæ in domo Dei propter vnam domum paruulam, quam Petrus reliquit inuenit plures, quia nihil habentes, & omnia possidentes; ideo sanctus Abram, quia lucrum hospitij cognoscebat, dicebat: *Si inueni gratiam coram oculis tuis, ne transeas à seruo tuo, quia qui seminat parcè, parcè metet; qui in benedictionibus de benedictionibus & metet.* Et Apostoli, qui omnia reliquerunt, erant benedicti à Domino. Et sic dixit eis, *Quando misi vos sine baculo & pera; nunquid aliquid defuit vobis? Et responderunt, Non.* Quia qui pro Christo omnia reliquerunt centuplum hic, & in vita æterna accipient, vt patet in Minoritanis, qui pro vno centuplum accipiunt, & nunquam deficiet eis, sicut seraphico P. N. Francisco promisit Deus, quia qui pauperem domum relinquit vt Petrus omnia consanguineorum suorum & alienigenarum sua dicuntur, vt adnotauit Maldonatus hæreticos damnans, qui Petrum redarguunt non omnia reliquisse; quia domum habebat, vt dicitur Lucæ 4. *Quod intrauit Iesus in domum Symonis.*

Oleast. in Gen. 8

Trasl. Pagn.

Eleemosyna lucratur pecuniam.

Aug. in Oleast. citat.

Psal. 111. n. 7.

Lucrum cæleste relinquere omnia.

1. Cor. c. 7. n. 30.

Marci 22. n. 35.

Minoritis Apostolicis omnes Christiani subueniunt.

763 Hinc interrogat Rupertus, quare Gen. 41. dicitur. *Nati sunt Ioseph filij duo &c. vocauitque nomen primogeniti Manasses, idest, obliuio &c. & nomen secundi appellauit Ephraim, dicens Crescere me fecit?* Et respondet: *Christus propter nos domum Patris sui (id est) Synagogam oblitus est, & propter nos grano frumenti assimilatus est, quod cecidit in terram, & mortuum est, vt multum fructum afferret. Eius ergo exemplo, vt nos, (id est Religiosi) obliuiscamur domum nostram, idest, omnem cognationem carnis, iuxta quod vnicuique Religioso dicit Spiritus sanctus: Audi filia, & vide & obliuiscere domum patris tui &c.* Et Christus in Euangelio: *Si quis venit ad me, & non odit patrem & matrem, domum & agros, non potest meus esse Discipulus,* Et addit Rupertus: *Quo vero fructu id fiat, vt secundum nomen Ephraim dicere possumus, Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ. In alio loco denuntiat cum dicit Omnis qui reliquerit domum propter nomen meum centuplum accipiet.* Quasi dicat, hoc totum in Petro adimpletum est, quia propter tugurium vel paruam domum relictam, non solum domum in Capharnaum inuenit, sed in omnem terram quia nil habentes, omnia possident, & quod plus est ipse Christus surgens de Sinagoga intrauit in domum Symonis, quam pro eo reliquerat.

Rupert. in Gen. 41.

Manasses idem quod obliuio.

Ephraim, *accretio.*

Religiosi mundana relinquant.

Rupert. cit.

Religiosi quotidie accrescunt in virtutibus.

Premium paupertatis spiritus intrare Christi in domo sua.

764 2. RESPONSIO Chrisostomi in littera citati. *In domum Symonis intrauit honorans discipulos, vt animosiores redderet illos.* Quasi dicat, quod honorabat Discipulos, ne retro aspicerent, & viam perfectionis relinquerent, sed consumassent nam gaudia mundi citò ruere à gradibus virtutum, nos compellunt ad opera vero virtutum fastidiosos & difficiles nos semper inueniunt. Vnde Oleast. in Gen. 18. *Quis mihi daret, vt sicut homo se cogi & rogari sineret ab operibus vitiorum, sicut se cogi & rui ab operibus virtutum sinit, nondum ira animum pulsat, & iam illi das manum, pedem, ensem, & alia bellica instrumenta ad pronum luxuriæ motum, fœminam cum qua libidinem explere possis, inquiris, non remoraris gulam, sed quam primum os aperis cibum tribuis.* Quasi dicat: attendant Religiosi, qui magna Domino promiserunt, quod maiora promittuntur eis, & ne ad vitia, quæ per suggestiones, & tentationes obiiciuntur, facilè ruant, & retrò respiciant: Attendant quod *Nemo, mittens manum ad aratrum, & aspiciens retro aptus est*

Chrisost. in litt. citat.

Gaudia mundi cito ruere facilè

Oleast. in Gen. 18.

Homo facilis ad vitia, ad virtutes difficilis.

Lucæ c. 9. n. 62.

Oleast. citat. *Ingratitudo religiosos damnat.*

est regno Dei. Et addit Oleaster: *O Religiose cur non sic sinis vitia importuna se tibi exhibere, quemadmodum opus virtutis remoraris. Attende quomodo honorat Christus domum Discipulorum, vt robustiores in virtute fiant, ne forte cum aliis prædicaueris tu propter ingratitudinem reprobus efficiaris.*

765 Lypom. in Gen. 4.

Hinc interrogat Lypomanus, quare Gen. 4. dicitur, *Quod fuit Abel pastor ouium, & Cain agricola?* Et respondet. *Ambo quidem habuerunt sancta exercitia: sed Abel sine mandato Dei, vt videri poterat: Cain autem operam dat obedientiæ. Dixit Deus patri suo, vt operaretur terram, de qua sumptus fuerat, & nihilominus prefertur Abel ipsi Cain.* Quasi dicat, Cain sanctiori operi, & rei magis necessariæ operam dat, grauius laborat, & pœnam humano generi decretam diligentius sustinet; sed fide, ac deuotione, quam Deus intuetur minor fuit quam Abel. Similiter addit Lypomanus: *Et religiosi sanctiori operi, & obedientia intendunt quam seculares, sed plerique fide, ac deuotione minores sunt & multoties ad vomitum redeunt, iuxta illud Publicani & meretrices præcedunt vos in Regnum Dei*. Et alio loco. *Multi ab oriente recumbent &c.* Quasi dicat Lypomanus, qui honorantur à Deo, & ab hominibus propter Religionis habitum & quia Christus manet in domo sua; ipsi autem tanquam ingrati spreuerunt suis operibus scandalosis matrem suam Religionem sacram, vere digni sunt, vt in tenebras exteriores eiiciantur propter ingratitudinem ad tantam & talem honorificentiam Dei in domos suas perpetuo residentis, vt Chrisostomus adnotauit de ingressu Christi in domum Symonis, vt Discipuli robustiores fierent in vocatione sua.

Cain similis malus Religiosus. Lypom. cit. *Iusti seculares vitam imperfectorũ Religiosorũ damnant.* Matth. c. 21. n. 31. Chrisost. citat.

766 Oleast. in Numer. 18. *Hæreditas Religiosorum Deus.*

Vnde interrogat Oleaster, quare Numer. 18. dicitur. *Ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israel, in terra eorum nihil possidebis, nec habebis partem inter eos?* Et respondet: *Magna dignatio hominis. Si tamen sacerdos, vel religiose cognoscas, quod velit Dominus Deus tuus esse hæreditas tua; quid non habes; si Deum habes quæso? Audi quod dicat Sanctus Dauid: Dominus pars hæreditatis meæ &c. & alibi Pars mea Deus in æternum.* Quasi dicat, grauiter torquendi sunt Religiosi ingrati, qui pro renuntiatione paucorum bonorum, quæ reliquerunt à Domino, non vnam domum, sed tot domos, & æstimationem habent; imo ipsum Deum pro hæreditate acceperunt, qui quotidie dignantur hospitari & ingredi in domum, vel tugurium pectoris sui cum tanta remuneratione non sunt contenti, sed tanquam ingrati si non sunt voluptatibus saturati murmurare incipiunt. Hinc Cyprianus: *Mirum valde est, quod te solo sit contentus Deus tuus, nec velit aliam præter te hæreditatem habere; tu verò eo nõ contentus ad terrenas hinnies dignitates & diuitias.* Quasi dicat, sufficiat tibi Deus tuus, qui vt te in amplissimo conuentu contentum habeat, dignatus est in pauperculam domum Symonis introire, & paucis contentus honorare Discipulos suos, & confortare Religiosos futuros Apostolicam paupertatem profitentes.

Ingratitudo etiam perfectos damnat. *Viliores natura peiores in statu perfecto.* Cyprianus. *Deo odibiles Religiosi sua professione fastidiosi.* *Religiosorum consideratio.*

DIFFICVLTAS IX.

Quare dicitur, quod socrus Symonis tenebatur magnis febribus & rogauerunt pro ea?

767 Hierón. in litt. citat.

QVæsitum fuit, ad quid rogauerunt Christum pro salute socrus Petri?

1. RESPONSIO fuit Hieronymi in littera citati. *Rogatus vltro infirmos curat, vt ostenderet se contra peccatorum passiones precibus annuere fidelium.* Quasi dicat nostro Hispano sermone: *La salsa del milagro fue la orazon.* Vnde interrogat Beda, quare Exod. 16. dicitur: *Ego audiui gemitum filiorum Israel &c. Et recordatus sum pacti mei?* Et respondit: *Quia tanta est coniunctio, & vnio orationis cum fœdere vt facta oratione, & effuso gemitu coram Deo ipse recordatur fœderis, quod habet cum creaturis parcendi videlicet redimendi, saluandi, & remunerandi, quod in omni sua operatione ab oratione incipere desiderat.* Quasi dicat: *No le sabia à Christo vocado bien, sine oia ruegos y oraçiones.* Nam licet homo fœdus per peccatum fregerit; tamen si pænitentia ductus ad Deum reuertitur, omnium peccatorum oblitus, ipse Deus fœderis sui recordatur, & orantem, & dolentem saluat. Ideo antequam socrum Petri sanaret, quæ magnis febribus tenebatur rogari, & deprecari voluit ante prandium; quia preces & orationes suspenderunt Christum, taliter, quod neque famis suæ recordaretur. Hinc Lypomanus quærit, quare Gen. 15. dicitur: *Quod vt obligaret Abraham Deo dixit illi: Ego vadam absque liberis?* Et respondit, *Hoc dixit quasi hærens inter postulandum ex nimio desiderio, & quasi non audens fatigare amicum precando, & ita meruit audire, Non erit tuus hæres, sed quia egredietur de vtero tuo.* Quasi dicat, non potest fidelium oratio ad Dei gloriam pertinens non exaudiri, quam nisi exaudire velit, non ea permittit à piis postulari; ideo quia desiderabat socrum Symonis sanare lætabatur, vt pro ea rogarent, quod nostro Hispano sermone dicitur: *Mas gana tenia Christo de hazello que ellos depedillo.*

Hispana locutio. Beda in Exod. 16. *Orationis pactum cũ Deo.* Hispana locutio. *Oratio peccatorũ oblinio.* Lypom. in Gen. 15. *Oratio Deũ suspensũ habet.* *Oratio peccatoris exauditur cito.* Hispana locutio.

768 Chrisost. in Gen. 18.

Hinc Chrisostomus admiratus interrogat, quare cum Abraham staret cum Angelis comedentibus dicitur Gen. 18. *Ipse vere stabat iuxta eos sub arbore?* Et respondet: *Stabat orando tanta cum deuotione, vt admirari faciat.* Et addit: *O humilitatis excellentiam, ô mentem oppidò piam! adhuc stabat centenarius comedentibus Angelis.* Quasi dicat: O orationis vis Abrahamo centenario seni vires præstabat vt non sentiret stare, dum Angeli comedebant, quia præ gaudio orationis Deus robur illi præstabat, vt non sentiret fastidium standi; quia factus fuit per orationem imbecillitate sua superior. Et addit Chrisostomus: *Sæpe enim consueuit alacritas anima vincere corporis imbecillitatem.* Quasi dicat Christus non sentit esuriem, neque sitim in domo Symonis, quia preces & orationes suspendebant cor eius, & delectabatur summopere, & quanto plus cum rogabant, febris socrum fortè relinquebat; quia exaudiebat Dominus voces supplicantium. vnde Lypomanus quærit, quare Gen. 21. dicitur, *Quod dum Agar fatigaretur*; quia

Oratio vires præstat senibus. Chrisost. cit. *Alacritas labores non sentit.* *Oratio febris mitigat.* Lypom. in Gen. 21.

quia puer suus siti peribat, tunc exaudiuit Deus vocem pueri. Et respondet: *Exaudiuit Deus vocem pueri, cum non puer fleuisse, vel clamasse, sed mater subscribebatur; quia clamabat atas innocens fides Abraha, promissio Dei, lachryma matris; oculi enim Domini vbique intuentur necessitates fidelium.* Quasi dicat socrus Symonis, etsi tenebatur magnis febribus, non legitur quod ipsa sanitatem peteret, neque oraret sed pius medicus consolatorque omnium Christus necessitatem suam prouidens ad preces rogantium attendens integram dedit illi sanitatem, vt Hieronymus adnotauit.

Orationes, & affectiones Deus exaudit.

Hieron. cit.

769 2. Responsio Chrisostomi in litt. citati: *Attende Petri ad Christum reuerentiam non socrum domi febricitantem traxit ad eum in domum, sed expectauit, vt sponte Christus adiret.* Quasi dicat, Prælatis & Regibus summa cum reuerentia seruiendi, & tractandi sunt. Vnde interrogat Oleast. quare Gen. 33. dicitur, quod *Appropinquauit Ioseph & Rachel & incuruauerunt se corā Esau.* Sic legit Pagnin. Vbi Vulgata: *Extremi Ioseph & Lya adorauerūt Esau.* Et respondit: quia debent viri docere familiam morigerā esse, *& qualiter magnos debeant reuerentius tractare & honorare.* Quasi dicat etiam discolis supremis potestatibus reuerentia maxima debetur, quid sit sunt sancti, docti & præclari.

Chrisost. cit. in litt.

Prælatis summa reuerentia exhibenda.

Oleast. in Genes. 33. n. 7.

Transl. Pagn.

770 Et addit Lypomanus, *Vbi sunt qui successoribus Petri Christi vicario, qui Ecclesia capiti Romano Pontifici adorationem dulia negant exhibendam, cum hic instum videamus à Deo electum germano impio, & à Deo reprobato, seruoque suo ad adorationem septies in terra pronum exhibuisse.* Et Caietanus addit: *Hinc habes non esse illicitum huiusmodi honores exhiberi principibus etiam infidelibus cum contineantur infra latitudinem humanorum honorum, neque exhibeantur tanquam Diis, sed tanquam Principibus.* Quasi dicat reuerentia debita est iure naturæ Regibus, Principibus, & Potentibus, etiam si peccatores & pagani sint; sic vero Prælati & Catholici Principes summa, & sublimi adoratione colendi. Hinc iterum Lypomanus, quare Genes. 41. dicitur. *Vidit Pharao somnium?* Et respondet, *Scilicet, per mysterium Angeli, non propter eius meritum, sed propter commune bonum; Deus namque erga publicas personas prouidentiam suam ostendit, & aliqua his bona elargitur propter regni vtilitatem.* Quasi dicat omni reuerentia, & laude digni sunt Principes etiam discoli propter vtilitatem Reipublicæ: nam si non reuerentur Regna dissipabuntur.

Lypoman.

Adoratio dulia Pontifici debita.

Caietan.

Reuerentia Regibus iure natura debita.

Lypom. in Gen. 41.

Reges etiam impios audit Deus propter communitatem.

771 Ideo Chrisost. ait quod *Petrus, timore reuerentiali detentus non ausus fuit petere à Christo, vt domum socrus sua infirma adiret.* Quia si Principes & Reges tanto honore digni sunt, quid Christo honoris debebant? audiamus Bernardum serm. de Epiphan. *Christus Dominus noster qui à Patre semper coronatur corona gloria, à Maria Virgine coronatus est corona infirmitatis, & humanitatis nostra.* Quasi dicat, vix dici potest, quam magnum decorem Petrus concepit Christo debitum postquam reuelatum fuit illi, quod erat filius Dei viui, qui hostiam victimamque Patri propitiationemque offerre veniebat, & à Deo acceptari decretum erat. Olim victimæ Deo offerri solitæ coronabantur, vt Tertulianus de corona militis ait, *Ipsæ hostiæ, & aræ coronabantur,* & Prudentius hymno 10.

Chrisost. citat.

S. Bern. serm. de Epiph.

Christus coronatus à Virgine Maria.

Tertul. lib. de corona militis.

Victima coronabantur vasis.

Huc taurus ingens fronte torua & hispida
Sertis reductus reducitur.

Et hoc insinuat Dauid dum Psal. 34. n. 7. ait *Sacrificium & oblationē noluisti; aures autem perfecisti mihi.* Et clarius ad Hebr. 10. n. 5. *Hostiā & oblationem noluisti, corpus autem adaptasti mihi.* Quasi dicat B. Virgo in vtero suo adaptauit verbo æterno, quod instar diadema fuit; quia hostia & oblatio erat futurus, & tanta veneratione, & reuerentia dignus, quod vt Apostolus ait, *Exauditus est pro sua reuerentia.* Cui ergo Pater æternus pro sua reuerentia exauditurus erat, quomodo Petrus auderet petere, vt adiret in domum socrus suæ ad sanandum eam.

Ps. 34. n. 7.

Ad Hebr. 10. n. 5.

Virgo Maria Christo dedit reuerentiam & honorem.

Perpende quæso. *Hostia & victima olim coronabantur.* Quasi dicat, Diadematis, & hostiarum nexus; fere enim Reges, & Præsules, qui diademata gestant, victimæ quædam sunt curarum, solicitudinum, discriminum ferro mactandi, quia statera reuerentiæ & honoris pondere curarum & pœnarum regiminis compensantur, & veh illi cuius statera dolosa fuerit, reuerentiam scilicet solum quærens, & labores, & pericula officij fugitans. Vnde Bernardus ad Cardinales qui Eugenium in Pontificem elegerant, de cellæ quiete ait Epist. 237. *Tractum se videt & quasi ouem ad victimam ductum ad tam insueta, & insuauia.* Quasi dicat Patres Conscripti, non puteris, quod Eugenius ad culmen dignitatis gratis, & vestris beneuolentiis euectus est; quia supremam reuerentiam debitam summo Pontifici quiete & serenitate animi ademit. Hinc verus illud dictum in sententiis Ethicorum politicis aureis litteris exarandum. 772

Statera dolosa Præsul solum reuerentiam quærens.

Bernard. ep. 237.

Præsul ad victimam coronatus fertur.

Sæpe honores deferuntur victimis & infula.
Scilicet ad iugulum collum protegit, qui diademata quærit. Inde Petrus tanto timore reuerentiæ Christi affectus est, quia ab eo audierat, quod futurus esset Pastor ouium suarū, cum dixit, *Tu es Petrus*, &c. Et quamuis necessitas socrus quæ febribus magnis vrebatur, vrgebat, tacebat, neque audebat Christo dicere, quod adiret ad domum suam, vt visitaret illam, vt Chrisostomus adnotauit.

Diademata funes sunt iugulantes.

Dignitas iusta timorem incutit.

Matth. cap. Chrisost.

DIFFICVLTAS X.

Quare dicitur, quod stans super illam imperauit febri, & dimisit illam?

QVæsitum fuit, ad quid tetigit manum eius stans super infirmam? 773

1. Responsio fuit Abulensis in litt. citati *Stabat inclinans se, vt cognosceret infirmitatem infirmantis.* Quasi dicat cum Ambrosio: *Respiciebat Iesus non esse minorem febrem amoris quam caloris.* Quasi dicat, socrus Symonis amore Christi plus cruciabatur, quam doloribus febris, quibus vehementer torquebatur, & hoc Christus considerans, quasi suspensus stabat admiratus, & lætificatus de amore fœminæ ægrotantis, quia vt nostro Hispano sermone dicitur, *Amor con amor se paga.* Et ideo si socrus amore Christi elevabatur, Christus amore socrus suspendebatur, & hoc est, quod significat *Stans super illam.* Vnde Oleaster interrogat,

Abul. cit. in litt.

Ambros. cit.

Hispana locutio.

Oleast. in Gen. 48.

Transl. Pagn.

quare dicitur Gen. 48. *Quod cum Iacob languens in lectulo infirmitate moritus esset, audiens, quod intrabat Ioseph filius eius, ad videndum eum, roboravit se, & sedit super lectum.* Sic legit Pagninus? Et respondit; *Quia vis amoris tanta est, ut senio gravatis novas conferat vires.* Quasi dicat, quamuis moribundus & senex esset sanctus Patriarcha ardores amoris cor eius plus lætificanerunt, quam calores febris torquebant eum. Et idem accidit socrui vetulæ Petri, quæ quamuis grauata esset ætate & doloribus febris; quia amoris ardores superiores erant, & expellebant minores. Vnde Petrus Galat. lib. 7. cap. 8. *Ob ardentem deuotionem, vehementemque contemplationem, qua unanimiter ambo tenebantur, detinebantur.* Quasi dicat, amoris vis machina est incomprehensibilis; quia socrus Petri à terrenis abstracta in altam Dei contemplationem suspendebatur. Et Christus de humana natura febribus & doloribus agitata compatiebatur. Hinc B. Laurentius Iustinianus cap. 8. de Charitate: *Machinamentis est vis amoris, quia eum dum à mundo abstrahit, in alta sustollit.* Quasi dicat, quemadmodum machina rotæ, quæ mouetur sursum ascendit, & deinde ad ima descendit, ita verus amor in Deum, & in proximum comitatur.

Vis amoris senectutem corroborat.

Amor superior minorem expellit.

Petr. Galat. lib. 7. c. 8.

B. Laur. Iustin. c. 8 de Charitate.

Machina amoris quanta sit.

774 Vnde interrogat Lyranus in Gen. 6. *Quare Dominus iussit Noe arcam fabricare, quæ intus, & foris bitumine esset linita?* Et respondit; *Quia bitumen est charitas, qua intrinsecus est cum Deum diligimus, & extrinsecus cum proximum diligimus.* Quasi dicat, arca diluuij aquis agitata erat socrus Petri, quæ magnis febribus laborabat, sed amore Christi Dei plus æstuabatur, & Christus, ut solueret amoris debitum, imperauit febri, ut dimitteret illam, quia amor extrinsecus ad proximum extenditur.

Lyran. in Gen. 6.

Amor est bitumen intrinsecus quoad Deum, extrinsecus quoad proximum.

775 VLTIMA RESPONSIO sit: quia meo videri, tetigit manum socrus Christus Dominus, ut tergeret eam, quia consanguinea erat Petri qui caput Ecclesiæ futurus erat. Quasi dicat, munera corrumpunt iudicium & iustitiam; Et ideo non solum ministri, sed & serui, & consanguinei mundas debent habere manus. Vnde interrogat Oleaster, quare cum Iacob placare vellet fratrem suum Esau dixit illi Genes. 33. num. 7. *Vt inuenirem gratiam coram Domino meo &c. Accipe munusculum de manibus meis?* Et respondet: *Optimè nouerat sanctus vir munera hominem ligare, ne possit, aut audeat ei, qui dedit nocere: Ideo fratrem ad accipiendum cogit.* Et addit: *Duo sunt, quæ maximè solent hominem flectere, scilicet, munera, & laudes, quibus nunc sanctus Iacob vtitur in fratrem.* Quasi dicant adhuc iniquiter fratres munera operantur fortiter. Discant ex hoc loco iudices qui alios punire debent nihil ab eis accipere, cum sciant munera non solum excæcare, sed ligare hominem, ne iniuriam vindicet. Hinc Exod. 18. dicitur: *Prouidè de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, constitue eis in tribunos.* Et Origenes, ibi. *Tales oportet esse Principes populi, qui non solum non sint, sed & qui oderint superbiam, id est, vt non solum ipsi absque vitio sint, sed in ministris suis oderint vitium auaritiæ.* Quasi dicat, quid prodest, quod Præsul, aut Præses, vel minister munera non recipiat per se, si per interpositam personam recipit quidquid ad eum peruenire potest.

Auctoris mens.

Manus ministrorum mundæ sint.

Oleast. in Gen. 33. n. 7.

Munera iras frangunt.

Munera & blanda verba iudices transmutant.

Exod. 18.

Orig. ibi.

Munera per interpositam personam impij Præsules recipiunt.

776 Vnde interrogat Oleast. quare Deut. 16. dicitur: *Iustè quod iustum est persequere, vt viuas.* Et respondet: *Iustitiam sequeris id est, puram, & simplicem iustitiam, non aliquid aliud, vt sunt munera & persona.* Quasi dicat: non sequitur simpliciter veram iustitiam, qui non recipit munera per se, sed sicut medicus manus occultas apperit; quia in sua familia sunt serui, & ministri qui clam omnia quæ possunt accipere, recipiunt. Hinc Lyranus noster, *Quia modus procedendi debet esse iustus; ideo dicitur, iustè quod iustum est, persequeris, vt viuas.* Et Gregor. lib. 9. mor. cap. 13. *Iustè quod iustum est, non exequitur, qui ad defensionem iustitiæ non virtutis æmulatione, sed amore præmij temporalis excitatur, & iustitiam, quam prætendit vendere non veretur.* Quasi dicat, qui à longè scrutatur, & præuidet munera, & tunc iudicat non simpliciter, non simpliciter iudicat, sed prætextu iustitiæ iam animus auaritia est captus, & transuertit sensum iustitiæ, de quibus Prouerb. 14. dicitur: *Sunt viæ, quæ videntur hominibus iustæ.* Quasi dicat, acceptis muneribus vias tortas iudex auarus iudicat iustas & directas. De quibus iudicibus & Prælatis dicitur Lucæ 16. *Væ qui iustificatis vos coram hominibus.* Quasi dicat: væ, qui propter munera accepta exaltati estis, & in sublime collocati in dignitatibus supremis, eo quod Præsules venalia omnia faciant, & solos impios propter munera laudant, & iustos meritis & litteris repletos condemnant. Vnde Lypomanus explicans Exod. 23. *Insontem & iustum non occides, quia auersor impium,* ait: In Hebræo & Chaldæo legitur, *Quia non iustificabo impium.* Vbi Caietanus *Vt timeant iudices & Præsules diuinum iudicium, scientes, quod si huiusmodi impietatem commiserint, non iustificabuntur in diuino iudicio, quamuis apud homines impunes euadunt.* Quasi dicat: timeant Præsules & iudices iram Dei fallentes semetipsos, non Deum: quia etsi coram populo cum Pilato dicant, Lauabo inter innocentes manus meas; clam vero habent tertiam manum suppositam cum qua recipiunt, & furantur, sicut fures qui flexis genibus, & manibus complicatis orant & sunt suppositæ, quia alias habent manus ad terga; quibus crumenas scindunt, & furta ingentia faciunt: Ideo socrum Petri manus tetigit, & mundat, quia futura erat ministra Petri Ecclesiæ Præsulis; quia omnes Prælatos desiderat mundos & rectos stare.

Oleast. in Deut. 16.

Clam serui & consanguinei ministrorum recipiunt.

Lyran. citat. Greg. lib. 9. mor. cap. 13.

Auaritia cautelosa est, & sua solum quærit.

Prou. 14.

Munera mutant visum iudicum.

Matth. 16.

Propter munera exaltatus incapaces.

Lypomanus in Exod. 23.

Trāſ. Hebr.

Trāſ. Chald.

Ministrorum consanguinei clam recipiunt munera.

Minister auarus fur erans simulatis manibus.

DIFFICVLTAS XI.

Quare dicitur, quod continuò surgens ministrabat eis?

777 QVæsitum fuit, quare tam citò sanata resurgens socrus Symonis ministrabat eis?

1. RESPONSIO fuit Abulensis citati in litt. *Vt constaret, quod non solum sanitatem, sed & pristinum robur præstiterat ei.* Quasi dicat, fauores & mercedes Dei non sunt mutabiles, infirmæ, & sine consistentia, & fortitudine, sicut Principum, & Regum terræ, qui quasi hedera Ionæ Prophetæ, *Vna nocte creuit, & una nocte*

Abul. citat. in litt.

Fauores Regum hederæ Ionæ similes.

exsa

Oleast. in Genes.40.

excissa est. Vnde interrogat Oleaster, quare Gen.40. dicitur, *Quod Rex Pharao iratus contra Principem Pincernarum & Pistorum posuit eos in custodia?* Et respondet. *Quia hoc communiter familiaribus a Regibus, priuatis inquam euenire solet, vt propter facilem causam in carcerem detrudantur vt vna hora perdant, quod tota vita sua meruerunt.* Quasi dicat varia & iniusta res Principis animus, qui pro re minima seruum suum summè euehat, & pro nihilo deprimat, hoc est, inconstans, & nimis fragilis, & variabilis est Regum conditio, apud quos nulla certitudo, nulla firma res sit, præsertim si conditionis variabilis sit: non sic mercedes, & fauores Christi, qui si sanitatem socrui Symonis præstat in momento, sed roboratam & durabilem dedit, quia ministrabat eis ad mensam.

Reges varij & mutabiles.

Fauores Dei robusti & stabiles.

778 Lypoman.

Vnde Lypomanus, causam indignationis Regis Pharaonis contra aulicos priuatos suos ait in Gen. 40. *Accidit, vt peccarent duo Eunuchi, Regis Ægypti, & Pistor Domino suo.* Et addit Lypomanus: *Superuacaneum fuerat cum Iudæis diuinare genera peccatorum istorum, quibus in iram Regis inciderunt; musca scilicet in potu, & lapillus in pane repertus. Digna sane responsio ad illos qui pertinacius requirunt, quæ spiritus Sanctus inutilia scitu omisit, quasi non facilè periclitentur, qui potentibus famulantur.* Quasi dicat, ad quid curiosi quærunt, & inquirunt, an alia causa indignationis Regis contra Aulicos priuatos suos extiterit, quàm musca in potu, & lapillus in pane; quia non solum istæ leues causæ sufficiunt, sed superuacaneæ sunt, quia fragilitas, & vicissitudinis obumbratio, quæ in Regum conditionibus reperitur ex musca, ex finice susuitante cognoscitur & mutatur propter leuissimam causam. Et vt Hispani dicunt, *Por vn chisme, por vna palabra que desdiga, acaba vna priuanza.* Quia sicut gutta cauat lapidem non bis, sed sæpe cadendo; ita lapillus vnius verbi multiplicatus confundit fauorem & gratiam Regum. Repara quæso, *Lapillus in pane repertus indignationem Regis excitauit.* Quasi dicat, timeant qui Regibus existimant deseruire, lapillos & grauamen in pane submittendos, ne forte iram Regis Regum concitam experiantur. Vnde Ambrosius *De istis quid dicam, nisi quod exemplum debent esse cæteris? quod status eorum fragilis ac tenuis, & in voluntate Regia spes omnis, quibus leuis offensa summum periculum sit; secunda autem res vile ministerium.* Quasi dicat, fauores & Regum mercedes, quæ pro vili ministerio, & indecenti seruitio consequuntur non sunt stabiles, nihil durant, nihil valent, sed valdè timendæ, quia à frigiditatibus procedunt, & ideo fragiles & instabiles sunt. Dei verò, quia robustum robur præstant stabile & diu permanent seruiendo illi, & ministrando gratulantur sicut socrui Symonis contigit, quæ sanata & roborata ministrabat eis, vt Abulensis insinuauit.

Musca & lapillus causa indignationis Regum.

Aulici propter Regum familiaritatem anhelāt.

Aulici Phinices susurrantes.

In pane cibo pauperū tributa non imponenda.

Ambrosi.

Vile ministerium infirmitatibus & concupiscētiis Regum seruire.

Abul citat.

779 Chrisost. in litt. citat.

2. RESPONSIO Chrisostomi in littera citati: *Ministrabat socrus sanata eis, vt cum æstus voluptatum nostrarum extinguatur per tactum manus omnipotentis Dei ei bene placita pergamus.* Quasi dicat, suppliciter, & profusis lachrymis Deum oremus, & manus suæ omnipotentiæ dignetur imponere super æstus voluptatum Hispanorum vt abusus impudicus vestium fæminarum ad inflammandas libidines, & suscitandas concupiscentias extinguatur. Confundat abusum impudicum fæminarum his nostris calamitosis temporibus permissum, quod refert Valerius Maximus lib.6. c.3. *Horrendum est quoque Sulpicij Galli maritale supercilium: nam vxorem dimisit quod eam capite aperto foris versatam cognouerat.* Hoc idem docent antiqua numismata quæ ex antiquis rudeπbus sunt deprompta habentia fœminæ velatum caput cum huiusmodi inscriptione *Pudicitia.* Et Baronius tom.4. ad annum Christi 362. & Optatus Mileuitanus lib.6. referunt, quod virgines Africanæ capita mitrella exornabant, confecto scilicet ex lanæ tegumento purpura picto, vel tincto, in quo aut Christi nomen, aut Crucis signum erat expressum. Et S. Athanasius lib. de Virginit. *Si occurras homini facie velata, & cernua esto, neque attolles vultum, nisi dumtaxat Deo tuo.* Quasi dicat velandam mulieri faciem, dum viro occurrit, neque figendos illi in alterum sexum oculos. Hoc idem de Lacedæmonibus & Persis, & aliis populis Orientis Ludouicus Viues lib. 2. de Christiana fæmina tradit, & re vera damnanda, imo lugenda est recens Hispanarum fœminarum consuetudo, quippe quæ non velamina in capite ita portant, quod pectora & dorsa impudicè nuda pateant, quæ omnia luxuriam fomentant, & excitant, & puritati, honestatique repugnant.

Æstus libidinosus vrit animam.

Hispanis fœmina vestibus impudicis viuuntur.

Sulpitius Gallus vxorē quia nōn velata capite erat, dimisit.

Baron. tom. 4. ad ann. 362.

Optat. Mileuit. lib.6.

S. Athan. lib. de Virgin.

Ludoui. Viues lib. 2. de Christ. fœm.

Impudica consuetudo fœminarū nuda pectora monstrare.

De Turcarum fœminis scribit Cuspianus, simplici habitu vti & nullum luxum repræsentante, nec vnquam sine velo, aut aperta facie in conspectu virorum, vel domi, vel foris prodire mitra caput tegere, veli extremitate faciem operire vt soli oculi emineant, moremque istum tam rusticas, quàm nobiles seruare. Sed væ nobis, qui in Hispania talia audimus, cum rusticæ, vel colonæ fœminæ vix reperiantur, quæ impudico modo crura, pectus, & dorsa ostendere non conantur. De Tartaris ait Guagninus in descriptione Tartariæ, quod Tartarorum Reginæ, & magnatum, nobiliumque præcipuorum vxores, dum in publicum procedunt faciem velis obtegere solent. 780

Cuspian. de Turcarum vestibus.

Rustica fœmina impudicè vestiuntur.

Guagnin. in descript. Tartar.

Sed quid referre tardo, quod Ioannes Olomucensis Episcopus apud Zachariam Lippel. 28. Septembris enarrat de sanctissima Ludmilla marito vidua, tum fortitudine tum honestate insigni, quæ ita velo vsa fuit, vt quorumdam nefario scelere velo suffocaretur in templo: nam præuidens martyrij sui diem in templum se recepit, & distributis prius pauperibus bonis, dumque in sacrario esset, Thomas & Gumo in sacrarium irrumpunt, ac velo quo sancta vidua caput velatum habuit elisis faucibus postratam suffocant. Ingens quidem de pudicitia seruanda exemplum, neglecta quidem occasione pereundi, & cum pereuntibus perire. 781

Ioan Olomucēs. Episcop. apud Zach. Lipp. 28 Septēbr.

Ludmilla fæmina honestissima exēplum notabile.

Sed vt mos impudicus, nefariusque fœminarum Hispanarum confundatur, audiamus quod Mariana tom.2. lib.5. el.4. refert de crudelitatibus Regis Petri, cognomento crudelis, qui nobilissimā, neque minus honestā fœminam nomine *Domina Vrraca*, præcepit ministris suis, quod viua flāmis ardentibus v ereretur; quia iussio Regis vrgebat, celeriter factum est. Contigit autem (ô res mirabilis & omni laude dignissima, stuporeque repleta!) quod virgo quædam honestissi- 782

Mariana t. lib.5.c.14.

Exemplū honestatis in nobilissima Hispana fœmina.

honestissima ancilla eius, quæ multum Dominam suam diligebat, & honestissimam conditionem agnoscebat, vocabaturque famula castissima Domina Elizabeth de Aualos zelo honestatis, & puritatis Dominæ suæ, quam summopere amabat, repente se in flammas post Dominam suam proiecit, & fimbriam vestimentorum accipiens crura, & pedes obtegit, ne saltim ad spectaculum residentes plantam pedis auscultare possent? Non pudent fœminæ præsentes, infelicisque sæculi hæc audientes, quæ non solum modestiam præ se ferunt, vt ab oculis virorum se auertant, imo quod indecens valde est, intra templorum limina; ita pectus dorsa & pomposis vestibus ingrediuntur, quod iustorum oculos conturbant, impiorum cupidines prouocant, Angelorumque aspectibus aufugiunt, quarum impudentiam summus Pontifex Linus, vt Author est Honorius Augustodunensis lib. de antiquo ritu Missarum cap. 146. condemnauit, sanciuitque dicens: *Mulieres in Ecclesia velatæ sint, & hoc propter tres causas fiat; vna est, cum sint decipula Diaboli relaxis earum crinibus iuuenum animi illaqueentur. Alia est ne quædam illarum ob formositatem capillorum superbia eleuentur; quædam vero ob deformitatem illorum deturpentur. Tertia est, vt reatus originalis peccati, qui per mulierem euenit ad memoriam nobis reuocetur; ante sacerdotem ergo se debet velare velut rea, & tanti mali sibi lanscea coram iudice se celare.* Quasi dicat, impudicæ & enormes fœminæ vbera & dorsa ostentantes à quolibet Christiano iudice vtriusque iuris sæcularis, vel ecclesiastici tanquam reæ mortis statim velari debebant, vt olim morte puniendi operiebantur. Hinc illud apud Romanos, *Caput obnubito & infelici arbori suspendito.* Quod in Aman præstitum est, Esther. 7. n. 8. qui damnatus à Rege, statim opertus est. Mulieres ita impudicæ tanquam reæ, & morti ob peccatum adiudicatæ in templis Deo sacratis videantur, quia sunt causa multorum peccatorum prouocantes vberibus & dorso nudo?

Qualis domina tales famulæ & ancillæ.
Hispanæ fœminæ vestibus impudicis vtuntur.
Honorius Augustodunens. lib. de antiquo ritu missarum c. 146.
S. Lynus Pontifex ibi citat.
Decipula Diaboli nuda vbera portare.
Iudices nudata pectora fœminarum obtegere iubere debent.
Esther. 7. n. 8.

783 Hinc Tertulianus de Virginibus velandis c. 17. quasi præuidens fœminas Hispanas impudicas, & enormes velum gestantes, sed velatas & nudas dicebat: *Non erant tectæ sed nudæ incedentes.* Et addit: *Quantam merebuntur castigationem etiam illæ, quæ inter Psalmos, vel in quacumque Dei mentione retectæ perseuerant, velum aut quodlibet filum cerebro superponunt & tectas se opinantur.* Quasi dicat nostro Hispano sermone: *Maldito sea tal vso como los mantos de humo ha introducido, estando des nudas las carnes, pensando estan cubiertas con velo decente.* Contra quas Ambrosius lib. 5. in Lucam; *Absint, decoloramentis velamina, quæ displicent Deo; displicet enim ei, quæ vestem non habuerit castam.* Quasi dicat mundo, vt Dei amore, qui se vestiat, amorem exuat mundi; hoc est, felix, qui tegumentis, & abusis impudicis non vtitur mundi; quia sunt signa quod æstus voluptatum extincti sunt; quemadmodum socrui Symonis contigit, quæ à Christi manu tacta ardores animi, & calores febris extincti erant, vt adnotauit Chrisostomus citatus.

Tertul. lib. de Virg. vel. c. 17.
Hispana locutio.
Ambros. lib. 5. in Lucam.
Fœminæ nobiles & pudica abutuntur abusibus temporis huius.

784 Vltima Responsio fuit, quod socrus ministrabat eis vt calumniatoribus occasionem auferret miraculum calumniandi dicentibus, quod salus erat chimerica, & apparenter restituta. Quasi dicat, medici Iudæorum aduersabantur miraculo, dicentes, quod salus ab ipsis proueniit, & propter eorum medicamenta, quia proprium est impiorum mirabilibus Sanctorum opponere se, vt saltim obscurentur eorum applausus. Vnde interrogat Oleaster, quare Exod. 7. dicitur, quod *Vocauit Pharao sapientes & maleficos & fecerunt sic, & induratum est cor Pharaonis?* Et respondet: *Nil magis impios detinet in peccatis suis, quam facere quædam opera similia Sanctis: Nam si Sancti ieiunant idem hypocritæ faciunt, idem de oratione, eleemosynis, & aliis bonis operibus, & quia talia faciunt, & iis peccata sua operiunt, a peccatis suis non retrahuntur.* Quasi dicat, hoc est, munus iniquorum obscurare opera sanctorum quia nil magis nocet sanctis operibus, quam opera ficta hypocritarum: nam multoties comprehenduntur & castigantur per sanctam Inquisitionem hypocritæ fictores sanctitatis, & tunc impij & scelerati remanent in peccatis suis dicentes Hispano pessimo idiomate: *Buena es mi alma, que no haze imbelecos si no creer y pecar apatallana.* Et hoc modo opera sanctorum offuscantur & scelerati ab iniquitatibus non emendantur.

Auctoris mens.
Inuidi ignorantes opponuntur litteratis ingeniis.
Oleast. in Exod. c. 7. Transl. Pagn.
Simulata sanctitas duplex iniquitas.
Hispana locutio.

Hinc Cyprianus serm. de zelo & liuore. 785
Quanto ille cui inuidetur successu meliori profecerit, tanto inuidus in maius incendium liuoris ignibus inardescit. Et addit: *Multo malum leuius & periculum minus est, cum membra gladio vulnerantur, facilior cura est, vbi plaga pars perspicua; & cito ad sanitatem medela subueniente perducitur vulnus, quod videtur. Zeli vulnera obstrusa sunt, nec remedium edentis admittunt, qui se intra conscientiæ latebras dolore clauserunt.* Quasi dicat, socrus Symonis febres ardentes, quæ eam nimis torquebant faciliter à Christo curatæ sunt, ita vt illa roborata ministrabat illis: at vero Zelatorum calumnias, qui titulo obseruationis legis Moysis Christum & miraculum calumniabantur, maiori & plene impossibili medicamento curabantur; quia quanto maiora sunt mirabilia, plus corda inuidorum calumniantium torquentur.

S. Cyprian. serm. de zelo & liuore.
Inuidia incurabile malum est.
Idiota fama litterati torquetur.

DIFFICVLTAS XII.

Quare dicitur, quod cum occidisset sol imponens manus curabat infirmos?

786 QVæsitum fuit, quare ad occasum solis expectabant, vt infirmos ad Iesum adducerent & tunc curabantur?

1. Responsio fuit Origenis in littera citari; *Quia timebant Iudæos, qui Christi opera persequebantur, & calumniabantur.* Quasi dicat est proprium imperfectorum, & impiorum plus timere res temporales quam Deum. Vnde interrogat Oleast. quare dicitur Gen. 3. quod *Eua de fructu vetito dedit viro suo?* Et respondet: *Hoc malum vsque hodie grassatur in orbe, vt omnis malus, quia timidus est velit habere consortium; quia nihil est peccatore timidius, sicut neque iusto audacius.* Quasi dicat, iustus sicut leo confidet; timidus autem ambitiosus sonitus terroris semper in au

Origen. in litt. citat.
Oleast. in Gen. 3. Transl. Pagn.
Ambitiosi timidissimi. Iustus sicut leo.

Prou. c. 28. a 11.

in auribus illius, & cum pax sit semper insidias suspicatur, idest, semper luctatur timor amittendi dignitates cum timore offensionis diuinæ maiestatis; ideo semper societatem quærit, & friuolas dat responsiones vt causa Dei derelinquatur, & ambitio præualeat ea timore impio orta. Hinc Galfridus in Eccles. cap. 1. *Qui timet Dominum expellit peccatum*, ait: *Nam qui timet hominem esto cadet. Humanus enim timor ad horam fortassis exterius peccatum coercet, & reprimit, sed eo ipso interius imprimit potius quam repellit.* Quasi dicat, ambitiosi Præsules & timorati Dei sunt, sed in prima occasione vehementius mox ebullet, quod inclusum fuerat non extinctũ, vberius pullulat, quod præcisum fuerat, superficie tenus non radicitus amputatũ & causa huius timoris est; quia sunt homines nimis diligẽtes se, & sicut charitas perfecta foras mittit timorem. Itaamor rerũ temporaliũ, & timor non perdendi maiora & suprema loca, timorẽ Dei expellit; quia impij sunt valde timidi & prætextus futiles, & inutiles dimittendi causam Dei quærunt tanquam timorati scelerati, qui consortia inuestigantur ad peccandum sicut Eua Adam, cum dicitur quod dedit etiam viro suo.

Timor rerum temporalium pugnat & vincit timorem Dei.

Galfrid. in allegor. Tylm. cit. Eccl. cap. 1.

Timor rerum temporalium friuolas excusationes quærit.

787 Vnde interrogat Lypomanus quare Exod. 23. dicitur: *Emittens crabrones prius; qui fugabant Heueum & Chananaum?* Et respondet, quod alia littera legit: *Mittam vespas ante eos.* Et Sap. cap. 12. dicitur, *Misit antecessores exercitus sui vespas. Non autem legimus factum, nec Moysi temporibus, nec sub Iesu Naue, nec sub Iudicibus, nec sub Regibus. Ac per hoc vespa ista aculei timoris intelligendi sunt, quibus agitabantur gentiles, ne cederent filiis Israel.* Et sic respondens Lypomanus: Hoc autem impletum legimus Iosue, vbi legitur. *Dissolutum est cor eorum, nec remansit in eis spiritus.* Quasi dicat, ambitiosi Præsules semper timorati, & dissoluti corde, persistunt; quia perpetuo machinantur ne forte cedant cæteris in dignitate vel officio, & has vespas inquietas, crudeles & importunas immittit Deus in cordibus ambitiosorum Prælatorum, vt puniant eos hic doloribus timoris amittendi maiores dignitates, & in æternum, quia timorem Dei postposuerunt, & innumerabilia peccata permiserũt propter timores nocturnos, & inetietatem quærunt Turbarum scilicet portantium infirmos nocte, quia timebant Iudæos, vt adnotauit Origenes.

Lypoman. in Exod. c. 23.
Trans. alia
Sap. 12.

Vespa importuno animalia.
Lypom. cit. Iosue 5
Ambitiosi Prælati timorati propter temporalia.
Studiosi Prælati impij, & crudeles contra Deũ.
Origen. cit.

788 2. RESPONSIO Abulens. in littera citati, *Christus imponens manum super infirmos sanabat, vt hominibus benefaceret, & Dæmonia torqueret, quia inimici sunt Dei & bonis eius torquentur;* Quasi dicat, imponens manus Christus super infirmos inimicum suum Diabolum insidiantem creaturas supplantabat & vincebat. Vnde interrogat Oleast. quare Gen. 3. dicit Deus serpenti, *Inimicitias ponam inter semen tuum, & semen illius*, id est, Euæ? Et respondet, *Semen mulieris est homo*, Et sensus erit, *Homo conteret caput tuum, & percutiet tibi caput, & tu illi calcaneum & reuera est, quod homo, quia nouit serpentem per medium scissum viuere; non curat scindere corpus, sed conterit caput eius (si possit.) Serpens vero, quia non potest corpus leuare quantum in se calcaneo insidiatur vt mordeat.* Et addit Oleaster, *Quod in Hebræo dictio* Hacab *deriuatur a calcaneo vel à terge; & erit sensus; serpens supplantando supplantabitur & insidiando insidiabitur.* Quod tantum manifestè hoc patet, quia Dæmon insidiando creaturis, & vexando eis infirmitatibus & subreptionibus à Christo imponens manum calcatur, & supplantatur, propter quod dicitur, quod exibant Dæmonia, & clamabant, quia dolebant, & torquebantur ab inimico suo Christo victore nostro; quia ipse est gratia, virtus, pax & victoria nostra.

Abulens. in litt. cit.

Dæmones inimici Dei.

Oleast. in Gen. c. 3.

Serpens scissus non moritur.

Dictio Hebræa Hacab idem quod calcaneum.

Christus pax nostra.

789 Hinc interrogat Lypomanus, quare Gen. 31. dicitur, quod Laban dixit Iacob; *Quare ita egisti, vt clam me abigeres filias meas?* Et respondet: *Quia in eo quod Laban Iacob fugientem persequitur; postquam in monte Galad fixit tabernaculum, exprimitur typus Diaboli Dominum Iesum persequentis postquam in hoc mundo carnis suæ transitorium fixit tabernaculum, cui dixit, Quare ita egisti, &c.* Idem est quod dicebant Dæmones, *Vt quid venisti ante tempus torquere nos, Quare animas de seruitute ereptas, gladio verbi tui à nobis abstulisti, & corpora eorum infirma sana reliquisti.* Quasi dicat, ab initio, & ante sæcula Dæmon hominem fallere nititur; quia odit, eo quod sit ad imaginem Dei factus.

Lypom. in Gen. 31.
Laban Iacob persequens Diabolum Christo aduersantẽ significat.

Odium Diaboli quia homo factus ad imaginẽ Dei.

790 Hinc Ambrosius interrogat, quare Genes. 3. dicit serpens ad Euam, *Cur præcepit vobis Deus, ne comederetis, &c.* Et respondet: *Hic iam serpentis vide versutiam, simulat se verba Dei dicere, & proprios intexit dolos, dixerat Deus, Ex omni ligno, quod est in paradiso comede; de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedes; serpens autem quasi interrogans mendacium inseruit. Cur præcepit (inquit) vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno paradisi.* Quasi dicat, proprium est inimicorũ verba transmutare, & amphibologicè intelligere, & referre, vt noceant ei, quem abhorrent. Et addit Lypomanus explicans, cur præcepit, &c. Quod in Hebræo habetur, *Verum est quod dicit Deus.* Vel vt septuaginta legunt: *Recte ne vobiscum agitur, quia Deus dixit.* Vnde Lypomanus: *In hoc multa insinuantur, & apparet serpentis malitia, & versutia. Perfidiam enim homini incutere incipit, & de fide verborum Dei tentare, reuocareque in dubium beneuolentiam Dei ad hominem. Deinde in Hebræo substituit verbum dicere pro verbo manducauit ne hominibus ipsis occasionem praberet de Domini mandato cogitandi dixisset, vere ne mandauit vobis Deus. Nec addit Dominus Deus, sed Deus tantùm, ne sub nomine Tetragramaton, quod illi soli conuenit, sed Elohim, quod etiam aliis, & inuidiam Dei subindicaret, & maiestatem Domini dissimularet.* Quasi dicat, Dæmon, vt callidus Dei inimicus semper maiestatem & minuit; hominibus nocet, torquet, vexat, infirmatur, calumniatur, & omnibus modis tentat, Christus vero infirmos & vexatos curat, & suas manus imponens omnes infirmos sanat, vt vno lapide duos occidit passeres infirmitates sanando, & Diabolum inimicum percutiendo vt Abulensis adnotauit.

S. Ambros. Gen. 3.
Versutia Diaboli infinita.

Inimici verba transmutant.

Lypom. explicans c. 3. Genes.
Trans. Hebræa.
Trãs. 70.
Fallacia Dæmonis multiplicata.

Tetragrammaton nomen solius Dei.

Inimicus honori & maiestatem minuit, defectus ampliat, & exagerat.

***

DIFFI

DIFFICVLTAS XIII.

Quare dicitur, quod exibant Dæmonia clamantia & increpans non sinebat ea loqui?

791 QVæsitum fuit, quare Christus Dæmonia increpans non sinebat, ea loqui?

Abul. cit. in litt. 1. RESPONSIO fuit Abulensis in littera citati; *Quia prædicebant Christum esse Messiam, eo quod impletam esse prophetiam Isaiæ videbant,* &c. Quasi dicat, increpabat Christus astutias Dæmoniorum desiderantium plus scire quam oportebat scire, quia vt nostro Hispano sermone dicimus: *Es necedad, querer saber mas de lo que a vno le quieren decir.* Vnde interrogat Oleaster, Quare Gen. 3. dicitur. *Scit Deus quod in die qua comederitis aperientur oculi vestri, & eritis sicut Deus.* Et respondet: *Cogitaui sæpius apud me, quare tantopere suadere nititur Dæmon homini appetitum scientiæ boni, & mali, aut astutiam, & calliditatem. Istuc enim videntur tendere verba eius, vt scilicet simplicem callidum faceret, & astutum.* Quasi dicat, nouerat quippe malignissimus nulla esse deteriora peccata, quam quæ ex malitia & astutia fiunt. Ideo voluit homines de cætero ex malitia peccare, vt minus digni venia essent, quam si simplicitatem prætenderent; ideo quasi dubitans ait, cur non interrogastis, cur præcipiebat vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno? Et hoc prohibet Apostolus dicens, *Non plus sapere quam oportet sapere*, quia Deo obediendum est non discernendum, interrogando, quod non vult indicare.

Nemo interroget quod nolunt ei dicere. Hisp. loc. Oleast. in Gen. 3. Trāsl. Pagn. Dæmon hominem astutum, & callidum, malitiāque desiderat. Malitia grauitatem peccati auget. ad Rom. 12. n. 3.

792 Hinc Lypomanus interrogat, quare Gen. 31. dicitur, quod Laban Iacob dixit; *Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi, vt prosequerer te cum gaudio?* Et respondet. *Hæc verba sunt Diaboli vnionem hypostaticam verbi cum humana natura scire desiderantis, & dicentis. Cur tuum aduentum celasti mihi; qui si te cognouissem, non te crucifixissem, sed cum insignibus regalibus gloriam tuam celebrassem.* Quasi dicat, ideo Christus increpabat, & non sinebat Dæmonia loqui; quia Messiam coniecturaliter acclamabant, vt Redemptionem impedirent, & nolebat quod plus loquerentur, quàm conueniebat; quia ingens stultitia est plus velle sapere, quam oportet sapere, vt Abulensis adnotauit.

Lypom. in Gen. 31. Diabolus ignorantia incarnationis loquebatur. Stultitia ingens scire desiderare quod nolunt indicare.

793 2. RESPONSIO fuit Caietani in litt. citati, *Et non sinebat ea loqui, quia mentiebantur dicentes, quod sciebant Christum esse Messiam.* Quasi dicat, etiam in ore Diaboli odiosa sunt mendacia, Vnde interrogat Oleast. quare Leuit. 19. præcipiebat Deus, *Non furabimini, non negabitis; non mentiemini vnusquisque ad proximum suum.* Sic legit Pagninus? Et respondet, quod in Hebræo nomen *Chas Chas* significat deficere, attenuari, inaccrescere, mentiri, & negare depositum, & erit sensus, *Non fallatis proximum deficiendo, attenuando, increscendo, negando depositum cordis, quod est mentiri, vel contra mentem ire.* Quasi dicat, qui mentiuntur fallere proximum conantur deficiendo, & attenuando; & negando depositum cordis; quia qui mentiuntur, aliud pronuntiant, & aliud in corde retinent, ideo etiam in Dæmonibus mendacia odit Deus, & increpat ea ne loquantur, quia publicabant Christum esse Messiam, quod in corde non tenebant, & vt conturbabant homines, hoc publicabant, cum ipsi nescirent, quod Christus esset Messias, vt adnotauit Caietanus ex Scoto, quia coniecturaliter tantum hoc sciebant.

Caiet. cit. Mendacia etiam Diaboli odit Deus. Oleast. in Leuit. 19. Transl. Pagn. Hebræa vox Chas Chas. Mendacium est seruare depositū cordis, & falsa verbis. Menda: est cōtra mentem ire. Caiet. cit.

794 Hinc Rupertus in Genes. *Derisor est Diabolus & dubia respondet, vt cum Dei veritas impleta fuerit, verus ipse appareat, quemadmodum Apollo Delphicus fertur solitus fuisse incertis ludere ambagibus, sic nunc ludebat idem Dei & hominum inimicus.* Quasi dicat: ideo Christus Dæmonia non sinebat loqui, quia tenebra ipsa non sciebant Christum esse Messiam, sed mentiebantur, sed hoc clamabant, vt homines conturbarent fallaciis; quia modo dicebant, quod erat Messias & cras negabant dicentes; *Quid nobis & tibi?* Si vero Deum & Messiam agnoscerent, quomodo cum illis non se intromitteret, & super illis imperium non haberet. Neque valet, si dicas quare veritatem aduentus Christi non sinebat Dæmones publicare? An veritatem occultare, non est mentiri? Respondet Lypomanus. *Non est mentiri, sed dissimulare.* Et probatur ex Gen. 12. vbi Abraham dixit vxori suæ Saræ, *Dic obsecro, quod soror mea sis.* Vbi Augustinus: *Nihil mentitus est Abraham, quia propinqua erat vxor illius.* Et Lypomanus. *Sicut enim mendacium nunquam loqui, ita quandoque occultare licet, quod & Dominus dicit, vbi Apostolus ait: multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.* Quasi dicat oportebat dissimulare tunc multa mysteria, & quamuis portare possent Discipuli, tunc non fuit mendacium, sed prudentia dissimulare ad tempus; ideo Dæmonia non sinebat loqui, quod esset Messias, quia oportebat tacere pro tunc, & meo videri non sinebat ea loqui veritatem, quia si non est speciosa laus in ore peccatoris, quid erit in ore Diaboli.

Rup. in Gen. Apollo Delphicus ambagibus ludebatur. Matt. c. 8. n. 29. Christus imperator Dæmoniorum. Lypom. in Gen. 12. Dissimulatio non est mendacium. August. in Gen. Lypom. cit. Aust. ment. Laus in ore peccatoris & Diabolorum speciosa.

DIFFICVLTAS XIV.

Quare turbæ detinebant Christum, vt non discederet ab eis.

795 QVæsitum fuit, quare fugiebat Christus à turbis iam peractis miraculis & mirabilibus?

Chrisost. cit. in litt. 1. RESPONSIO fuit Chrysostomi; *Fugiebat, vt per absentiam miracula clariora viderentur, & plus stimarentur.* Quasi dicat: Præsentia & multa conuersatio contemptibilis est, absentia vero, & verborum grauitas æstimabilior. Vnde interrogat Oleast. quare dicitur Exod. 35. *Die septimo erit vobis sanctitas?* Et respondet: *Quia sanctitas Sabbati idem est, quod separatio ab aliis sex diebus prophanis, & operibus seruilibus.* Et erit sensus. *Quanto plus vos separati eritis a vulgaribus conuersationibus, tanto plus Deo diem Sabbati celebrabitis, plus apud omnes nationes stimabimini.* Quasi dicat, quo quis separatur a carnalibus huius sæculi rebus, plus in amore Dei ardescit,

Præsentia, & nimia conuersatio contemptibilis est. Oleast. in Exod. 35.

&

& plus stimarent absentia, & congregatione vulgarium hominum. Hinc Augustinus cap. 1. Confess. *Iam separatum & (vale) dictum vulgaribus amoribus dicebat, sylvescere ausus sum vulgaribus, & variis amoribus.* Quasi dicat: O si sylvam separatam, & desertum remotum quærens, quælibet anima conversa divini amoris iam iaculata diceret cum Augustino: *Patiebar in illis cupiditatibus amarissimas difficultates te propitio, tanto magis, quanto minus sinebas mihi dulcescere.* Quasi diceret, quando res vulgares, & populares mecum erant patiebar amarissimas incommoditates; quia præsentia & conversatio contemptibilis erat; absentia vero æstimabilior & ita quando non eras tu, quam misera erat anima mea quia nulla maior miseria, & angustia maior, quam homines graves vilipendi & non stimari propter vulgarem conversationem, quam consuetudo peccati adquirit. Alia vero perfectissima absentia est, quæ amorem Dei plus allicit, quia quo absens est sponsus, eo ardentius desideratur, & ideo quamvis teneant eum, vt turbæ Christum, ipse plus fugit, & discedit, vt plus desideretur, & ametur à dilectis suis.

S. Aug. lib. Conf. cap. 1. — *Amabile desertum animabus perfectis.* — *Præsentia & conversatio nimia contemptionem.* — Absentia amorem auget.

796 Vnde interrogat Rupertus, quare Cant. 5. n. 8. absens sponsa à dilecto clamabat: *Adiuro vos filiæ Hierusalem, si inveneritis dilectum meum, vt nuncietis ei, quia amore langueo.* Quasi dicat, auscultate me, & misereminі mei filiæ Hierusalem, quia æstuata sum amore dilecti mei, & nescio vbi habitat, vbi pascat inter lilia, & attendite & videte si est dolor super dolorem meum, quia absens ab sponso amore langueo, & absentia super vulnus amoris, nihil aliud est, quam vulnus super vulnera penetrantia transfigere. Verba Ruperti sunt: *Quorsum ergo tendit, vel quid efficit hæc adiuratio? Ego nimirum vt percussa percussas vulnerata vulneret.* Quasi dicat, *Absentia vulnerata sponso se ostentans, filias Hierusalem incitabat ad sentiendum vulnus absentiæ.* Et addit Rupertus: *Inter moras præsentiæ eius magis, ac magis cupiebat sponsa agnoscere sponsum per speculum saltem vel in ænigmate.* Quasi dicat cum nostro Bernardino de Bustos part. 4. ser. 2. *Sicut motu solis generatur calor & inflammatur in corpore ei exposito. Vnde dicitur in prospectiva, & experientia constat, si contra speculum concavum stupa ponatur, & soli exponatur à calore generato incenditur. Ita vna sponsa Christi inflammata absentia amoris sponsi, mentes & animas devotas, quæ sunt vt specula munda inflammat ad Dei dilectionem.* Quasi dicat amorem non concipit, nec per os verbis emittit, qui speculum non refert; mundus non est, sed sordibus squalet, & voluptatibus terrenarum aquis innatat; quæ vero amore Dei sauciata, & inebriata est ex consortio, & conversatione cum sponsa dilecta statim profert, quæ Cant. 5. dicuntur, *Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum.* Quasi dicat ô amantissima, & singularis dilecta sponsi, quomodo vera nunciasti nobis cum ardens languebas infirmitate absentiæ sponsi. O quam verum est, quod dixisti quod vulnus super vulnera accipiebat sponsa, quæ percussa charitate erat, absentia vulnerabatur, & torquebatur sponsi, & hoc insinuat, *Qualis est dilectus tuus ex dilecto,* Quasi reduplicato amore ex dilecti absentia recognoscens.

Rupert. in Cant. 5. n. 8. — *Absentia amor languescit.* — *Vulnus super vulnera amore absentium.* — Rupert. citat. — *Contagium amoris Dei amabilenimium.* — Ber. de Bustos p. 4. ser. 2. — *Stupa calore solis incenditur.* — *Societas sancta sanctitatem producit.* — Cant. cap. 5. — *Amor in absentia probatur per ignem.* — Chrisost. citat. supra.

Ideo inquit Chrysostomus quod Christum turbæ detinebant, & ipse tenuebat, vt ab eos à dilectis plus amaretur.

Amor inextinguibilis & insatiabilis.

797 VLTIMA RESPONSIO, detinebant Christum, non sacerdotes, sed quos malitiæ fucus non denigraverat, & illæsam intentionem habuerant. Quasi dicat, Christum detinent, & ab eis non refugiunt omnes qui rectam & sanam intentionem habent, & è contrà à cordibus depravatæ & duplicatæ intentionis fugitat. Vnde interrogat Oleast. quare Levit. 2. dicitur *Intestinum holocausti, & crura eius lavabit sacerdos aqua:* Sic Pagninus. Et respondit: *Ostendit locus hic procurandam nobis esse interiorem, & exteriorem munditiam per sanam intentionem cordis, & operis, qua intestinis, & pedibus adumbratur.* Quasi dicat, quemadmodum pedes & crura totum corpus sustentant & tenent, ita sana, & pura intentio opera omnia virtutum sustinet, & cum illis Deum, qui est fortitudo suorum: si vero intestina & viscera damnificata, & putrefacta sunt, corpus in terram proiiciunt; quia vt Hispani dicunt, *El que tiene mala intencion, tiene peores entrañas.*

Auctoris mens. — *Intentio sana opera bona sustentat.* — Oleast. in Levit. 2. Trans. Pagn. — *Intestina putrefacta opera cum mala intentione facta.* — Hispana locutio.

798 Hinc interrogat Lypomanus quare Exod. 11. dicitur: *Dabit autem Dominus gratiam populo suo coram Ægyptiis?* Et respondet, *Quia filiorum corda in manibus Dei sunt, & qui depravata intentione & odiose Israelitas oppresserant iam sponte pretiosa quæque concedunt rogantibus.* Quasi dicat: Tandem ostentavit Deus omnipotentiam suam transactis prodigiis, & mirabilibus, quæ Moyses operatus erat depravatam Ægyptiorum intentionem permutans, faciendo vt sponte, & benevole pretiosa Israelitis præstarent. Hinc Beda ponderans quantum Deo placeat sacerdotis intentio pura & simplex ait: Ideo in Exod. 27. præcepit Deus: *Facies & altare de lignis Sethim, quia altare holocausti corda sacerdotum designat quæ ad offerenda Deo sacrificia bonorum operum ipsius dono sunt consecrata, quod apte de lignis Sethim fieri præcipitur; quia munda, & incorrupta debent esse corda, in quibus spiritus Dei habitet.* Quasi dicat nihil prodest sacerdotibus munus offerre, & operibus altaris deservire continuo, si non de lignis Sethim odoriferis, sed de corrupto, & depravatæ intentionis ligno procedat. Et addit Beda: *Habet altare Dei in medio sui craticulam ad suscipienda holocausta paratam,* Exod. 27. Quia præparant electi locum Domino in intimo sui cordis affectu, vbi puras, sanas, & bonæ intentionis cogitationes collocent. Quasi dicat, quemadmodum per craticulam clarè & patenter corpora videntur: ita corda sanæ & puræ intentionis omnibus manifesta sunt.

Lypomanus in Exod. c. 11. — *Intentio bona & sana donum est omnipotentia Dei.* — Beda in Exod. 27. — *Correcta intentione altare de lignis Sethim.* — *Mala intentio opera orificia pervertit.* — Exod. 27. — *Craticula est intentio pura & sana.*

799 Vnde Richardus de sancto Victore interrogat, quid est mare magnum, in quo Daniel vidit pugnam ventorum, Daniel. 7. *Et ecce quatuor venti cæli pugnabant in mari magno?* Et respondet: *Quia autem nescitur mare quam instabile, & inquietum sit, quod semper movetur ad omnem flatum, impulsumque ventorum? Rectè itaque in eo cordis mutabilitas & inconstantia designatur, eo quod verè sit similis fluctui maris, qui à vento movetur, & circumfertur.* Quasi dicat cor depravatæ, & damnatæ intentionis nunquam quiescit semper vt mare movetur, & fluctibus vehementibus sufflatur, & semper tertiam desideraos

Richard. de S. Victor. Daniel. c. 7. — *Cor inconstans simile fluctibus maris.* — *Mare inquietam naves non sustinet.*

rans crudelia meditatur; & quia inconstans, & variabile est, nunquam in eodem statu permanet. Et ideo Christus cum illo manere non potest. Corda autem simplicium, quia munda & serena sunt, rectæque & sanæ intentionis Christum detinent; quia ita sunt serena & quieta, quod vt Hispani dicunt. *Pareçe que no peco Adan en ellos.* De quibus dicitur ad Romanos 10. *Prope est verbum Dei in ore tuo, & in corde tuo.* Vbi Bernardus: *Non te oportet, o homo maria transferre, non penetrare nubes, non grandis tibi ostenditur via vsque ad te metipsum, Deo tuo vsque ad cordis intentionem occurrere, saltem exeas de sterquilino deprauatæ intentionis, quoniam indignum est, illuc authorem puritatis intrare.* Quasi dicat, o homo si quod dicis verum est, & tenere Christum desideras, vt turbæ desiderabant, intra in cor tuum, & præpara illud pignoribus aureis &, cristallinis sanæ purificatæque intentionis, & videbis quomodo vinculis charitatis vincies eum & funibus amoris ligabis; si autem non recta intentione, & duplici corde procedis, illico à te fugiet, sicut à sacerdotibus post tanta miracula patrata fugit, quia prauæ & maculatæ intentionis erant, vt adnotauit Beda supra citatus.

Hispana locutio.

ad Rom. 10.

S. Bernardus ibi.

Intra cor quietum Deus assistit.

Pignora amoris Dei sunt opera recta intentionis.

Beda supra citatus.

TRACTATVS DECIMVS NONVS,

Ad Litteram, *In cap. 4. Ioannis De conuersione Samaritanæ.*

TEXTVS.

4 OPORTEBAT autem eum transire per Samariam. 5. Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioseph. Filio suo. 6. Erat autem ibi fons Iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi sexta 7. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dixit ei Iesus: da mihi bibere. 8. Discipuli autem eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent. 9. Dicit ergo ei mulier Samaritana: Quomodo Iudeus cũ sis bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? Non enim coütuntur Iudæi Samaritanis. 10. Respondit Iesus & dixit ei, Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi, da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. 11. Dicit ei mulier: Domine, neque in quo haurias, habes & puteus altus est. Vnde ergo habes aquam viuam? 12. Nunquid tu maior es Patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? 13. Respondit Iesus & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum; qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei non sitiet in æternum. 14. Sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. 15. Dicit ad eum mulier: Domine da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam haurire. 16. Dicit ei Iesus: Vade voca virum tuum, & veni huc. 17. Respondit mulier, & dixit, non habeo virum. Dicit ei Iesus; Bene dixisti, quia non habes virum. 18. Quinque enim viros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus vir. Hoc verè dixisti. 19. Dicit ei mulier: Domine vt video, Propheta es tu. 20 Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, qui Hierosolimis est locus, vbi adorare oportet. 21. Dicit ei Iesus, Mulier crede mihi; quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque Hierosolymis adorabitis Parem. 22. Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est. 23. Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate: nam & Pater tales quærit, qui adorent eum. 24. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum in spiritu & veritate oportet adorare 25. Dicit ei mulier: Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus Cum ergo venerit ille nobis annuntiabit omnia. 26. Dixit ei Iesus: ego sum, qui loquor tecum. 27. Et continuo venerunt Discipuli eius, & mirabantur, quia cum muliere loquebatur; nemo tamen dixit, quid quæris, aut quid loqueris cum ea. 28. Reliquit

ergo

ergo hydriam ſuam mulier, & abiit in ciuitatem, & dicit illis hominibus: 29. Ve-
nite & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci. Nunquid ipſe eſt
Chriſtus. 30. Exierunt ergo de ciuitate, & veniebant ad eum. 31. Interea rogabant
eum Diſcipuli dicentes; Rabbi manduca. 32. Ille autem dicit eis, Ego cibum habeo
manducare, quem vos neſcitis. 33. Dicebant ergo diſcipuli adinuicem, nunquid
aliquis attulit ei manducare. 34. Dicit eis Ieſus, meus cibus eſt, vt faciam volunta-
tem eius qui miſit me, vt perficiam voluntatem eius. 35. Nonne vos dicitis, quod
adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis venit? Ecce dico vobis, leuate oculos veſtros
& videte regiones, quia albæ ſunt ad meſſem. 36. Et qui metit mercedem accipit, &
congregat fructum in vitam æternam, vt & qui ſeminat ſimul gaudeat & qui metit.
37. in hoc enim eſt verbum verum; quia alius eſt qui ſeminat, & alius eſt, qui metit.
38. Ego miſi vos metere, quod vos non laboraſtis, alij laborauerunt, & vos in labo-
res eorum introiſtis. 39. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samarita-
norum propter verbum mulieris teſtimonium perhibentis, quia dixit mihi omnia
quæcumque feci. 40. Cum veniſſent ergo ad illum Samaritani, & ibi maneret &
manſit ibi duos dies. 41. Et multo plures crediderunt in eum propter ſermonem
eius. 42. Et mulieri dicebant, quia iam non propter tuam loquelam credimus; ipſi
enim audiuimus, & ſcimus, quia hic eſt verè Saluator mundi.

EXPLANATIO LITTERAE.

800 *In denaſtatione Regnorum permixtio fit varia nationum. Rodericus infelix Hiſpaniã perdidit. Filia Regis Roderici in matrimoniũ duxit Reg. Maurorum Hiſpaleñſ. Totteblãca l. nou. Hiſp. Sichen, vel Sichar vel Sichenca.*

OPortebat autem eum tranſire per mediam Samariam. Poſtquam Salmanasar Rex Aſſiriorum Samaritanos, Iudæos in captiuitatem duxit, Chaldæi, & Aſſyrij permixti ſunt cum aliquibus Iudæis qui remanſerunt in Samaria, ſicut in noſtra Hiſpania contigit quando à Sarracenis poſſeſſa fuit per tot annos; & tunc Chriſtiani multi quia filiam Regis infelicis Regis Roderici Rex Sarracenorum Hiſpalis in matrimonium duxit eius exemplo multi ex Chriſtianis cum Sarracenis permixti ſunt, vt Totteblanca ſuo nobiliario Hiſpaniæ adnotauit. Propter hanc ergo Chaldæorum, & Aſſyriorum mixtionem cum Iudæis non communicabantur Hieroſolymitani Iudæi cum Samaritanis, quia multas gentiles ſuperſtitiones habebant ideò Chriſtus dixit, quod oportebat eum tranſire, non manere, vt habitaret Samariam, ſed quaſi iter agendo tranſire, & dicitur oportere, quia adimplere mandata Patris circa conuerſiones peccatorum Chriſtum oportebat. Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichen, vel Sychena, aut Sychiniam, quia corruptum erat vocabulum, ſicut Toleti eſt forum, quod in Arabigo vocabatur Zochodouer id eſt, forum ad videndos tauros agitare, & corruptum vocabulum vocamus ſocodober, & alia infinita nomina corrupta ſic Sichar à Sichen Principe filio Hemor, qui Dinam ſtuprum fecit, & à Sichen fuit quædam vrbs principalis in Samaria, quæ vocabatur Sychar.

A Principe Sichen corrupta ciuitas hæc.

801 *Vbi aqua ſcaturit fons vel puteus dicitur.*

Erat autem ibi fons, vel puteus, quia vbicumque currit, vel manat aqua fontem vocamus. Ieſus autem fatigatus dicitur quia vt homo laſſus erat ex itineratione, tum ex motione tum ex ardore ſolis, quia hora erat quaſi ſexta, & in menſe, quando meſſes albeſcunt, vt ipſe Dominus dixit. Diſcipuli autem eius abierant, vt emerent cibos; quare autem Chriſtus ſolus remanſit. Patres diuerſas afferunt, rationes; ſed meo videri; quia ſecreta peccata mulieris dicenda erant, noluit teſtes adeſſe, ne verecundia confunderetur. Et vt noſtro idiomate Hiſpano dicimus, *Porno eſpantar la caza.* Mulier da mihi bibere. Ambroſius & Maximus Chriſtum non vere ſitiuiſſe putant, ſed ſitim ſimulaſſe, vt ſermonis anſam mulieri porrigeret. Sed qui ſitiuit in cruce, tam animas quam aquam ſitiebat, quia in vna diuinitatem oſtendebat, & in altera verum hominem ſe demonſtrabat.

Motus eſt cauſa caloris & fatigationis.

Auct. mens.

Hiſpana locutio.

Maximus hom. 1. de Eleemoſina. Ambroſ.

802 *Lingua & habitus diſtinguũt nationes.*

Quomodo tu cum Iudæus ſis, diximus Samaritanos Chaldæis permixtos eſſe, & ſic lingua & habitu multum diſtinguebatur quamuis clarè intelligebantur, ſicut Luſitani, & Caſtellæ Prouinciæ alumni. Quomodo tu Iudæus cum ſis bibere à me poſcis, ſiue ſint verba reſponſionis, non enim communicantur Iudæi, &c. mulieris, vel Euangeliſtæ, iam incommunicabilitatis rationem aſſignauimus, quia ex gentilitate multa obſeruabant Samaritani. Si ſcires donum Dei, & quis eſt qui dicit tibi, da mihi bibere, ego non dubito, quod donum Dei ſit ſpiritus ſanctus, vt Doctores ſancti auſcultant, quem poſtea aquam viuam vocat. Sed poteſt intelligi litteraliter totam periodum iungendo. ſi ſcires donum Dei, quomodo datum eſt tibi, quod ego dicam tibi da mihi bibere, id eſt, pro tali dono, quales Deo gratias dares. Tu forſitan petiſſes ab eo, id eſt, aquam viuam & viuificantem, non mortuam, ſicut aquam materialem; quia Chriſtus dicitur aqua viua, ſicut lapis viuus, vel hoſtia viua, à diſtinctione lapidis mortui, qui ponitur in ædificiis.

Auct. rationes ſupra aſſignatæ.

Merces Dei ingens Chriſtum ſe exhibere rogantẽ.

Homo viuus eſt beſtia viua, & Chriſtus lapis viuus quia dat vitam.

803 Chriſoſt. Euthymius, Tertulianus, *Aqua diuinæ gratiæ faſtidiũ generat.* Maldonati Reſponſio.

Domine da mihi hanc aquam optime adnotarunt Chriſoſt. & Euthymius, quod effectus aquæ viuæ iam ſcaturire incipiebant in corde Samaritanæ, quia cum reuerentia dixit Domine, & quia ſitire cepit aquam, quæ ſitim rerum temporalium extinguit, quia teſte Tertuliano, nulla maior voluptas, quam faſtidium voluptatis. Dicit ei Ieſus: vade voca virum tuum, & veni. de ſcientia Chriſti nullus eſt qui dubitet, ſed quare præcipit virum putatiuum vocare, dubium eſt: gratioſa & litteralis ratio Maldonati, quia inſcio marito nullum donum accipienda erat mulier. Sed meo videri virum vocare Chriſtus præcipit, vt ex mulieris reſponſione cognoſceret Chriſtum eſſe

Spiritus Prophetia maxime examinandus.

esse magnum Prophetam sicut contingit: nam cum abdita omnia cordis sui dixisset ei, & quod quinque maritos legitimos habuisset; tunc stupefacta mulier clamauit dicens, Domine, vt video Propheta es tu. Et ad confirmationem

Samaritana Christũ volebat examinare.

spiritus Prophetiæ, cæpit interogare quæstiones difficiles, quasi Christum de vero Propheta examinando, Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Hierosolymis est locus vbi oportet adorare, &c. Dicit ei, scio quia venit Messias, id est, venturus est, quia tempus pro

Tempus præsens pro futuro. Matth. 17. n. 11. Cyrill. *Messias iudex omnium nationum.*

futuro in scriptura sumitur, vt Matth. 17. n. 11. Elias quidem venit, id est, venturus est, vel vt Cyrillus dixit Messias iam propinquus est, & venit, nihil opus est inter vos de religione discerpere, ille nobis communis & æquus iudex erit, quem vtrique expectamus, cuius vtrique stabimus sententiæ ad illum disceptationem nostram deferamus.

804 Origen. Chrisost.

Et Discipuli mirabantur, quia cum muliere loqueretur. Origenes laudat Discipulos de insolita admiratione, quia cum paupercula muliere non dedignabatur loqui. Chrisostomus ad scandalum admirationem reducit; quia Apostoli stupefacti sunt, quod cum Iudæus esset loqueretur cum Samaritana.

Cyprian. de sing. Cler. Neother. in Euang. Auct. mens. *Bipartiti sũt in sententias Apostoli.*

Cyprianus lib. de singular. clericor, ideo miratos putat, quod non satis honestum esse videretur vt solus cum sola muliere loqueretur. Placetque neotherico cuidam hæc expositio; quia ex consequenti colligitur; quia dicitur; nemo autem dixit, quid quæris, aut quid loqueris cum ea. Mihi vero omnes opiniones non displicent; quia bipartiti sunt forsitan Apostoli in sententias: alij laudabant esse humilitatem, & benignitatem, quod cum paupercula, & meo videri verula, quia quinque viros habuerat: alij stupefacti dicebant; si forte scit quod est Samaritana illa mulier:

Communitas nunquã eiusdem sentẽtia est.

alij iudicium abstrahebant, & nemo istorum audebat interrogare, quare hoc facis; Iudas vero, qui omnia in malam partem recipiebat tanquam insolens & traditor in malam partem accepit, quia solus cum sola loquebatur: nam teste

Iudas impudicus inhoneste iudicabat.

Caietano: Iudas dixit cum tradere Christum voluit, quod inhoneste cum Magdalena tractabar, quia vt nostro Hispano sermone dicitur, *Qui en malas mañas ha tarde, o nunca las perdera:* Ideo blasphemus, & traditor Discipulus de Christo hic & semper male cogitabat.

805 *Prædicatorũ diligẽtia animos mouet.*

Exierunt ergo de ciuitate, & veniebant ad eum propter diligentiam mulieris, quæ relicta hydria properauit nuntiare inaudita, & omnes stupefacti, nouitate allecti, exierunt vt talem hominem viderent.

Charitas supplex est, & humilis.

Rabbi manduca, motiuo charitatis hoc dixerunt Apostoli, quia fessus erat Christus ex itinere & ieiunus & hora sexta, & ideo suppliciter postulabant, vt manducaret.

Christus clarè & sine parabola Discipulis loquebatur.

Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me. Hic clarè loquitur ad Discipulos, quod obscurius Samaritanæ dixerat de aqua viua saliente in vitam æternam.

Cura in ciborũ Prædicatores & Prælati non habeant. Auct. mens.

Vel meo videri instruit Discipulos quomodo debent prædicare, & voluntatem Patris adimplere peccatores ad pœnitentiam conuertendo, & nihil de cibis & potibus delicatis curando: quia si ita fecerint sine cura ciborum omnia quidem necessaria adiicientur vobis. Reliqua per quæstiones patebunt.

TRANSLATIONES ANTIQUIORES & Neotherica.

n. 4. *Vbi Vulgata.*		Oportebat autem eum transire per mediam Samariam.
Translat. Vatabli.	1.	Oportebat autem eum transire per Samariam.
Translat. ex Syriac.	2.	Opus autem erat ei, vt veniens transiret per Schamaritanos.
Rupertus in Ioan. lib. 4.	3.	Congruebat per alienigenos iter facere.
n. 5. *Vulgat. venit ergo in ciuitatem Samariæ, &c.* *Translat. ex Syriac.*	4.	Venit ergo in vrbem Chamaritanorum, quæ vocatur Schocar iuxta tumultum agri.
Caietan. in Euang.	5.	Venit in Sechen, vel Sychen, quæ erat ciuitas præcipua Samaritanorum teste Iosepho.
Iansenius in concord. c. 23.	6.	Venit in ciuitatem quæ dicitur hodie Neapolis sita in via, quæ ducit Galilæos in Hierusalem, teste Hieronymo.
n. 6. *Vulg. Iesus autem fatigatus ex itinere.*	7.	Fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem, hora erat ferme sexta.
Transl. ex Syriac.	8.	Ipse autem Ieschua fatigatus erat ex labore itineris, sedebat hic ad fontem & erat hora sexta.
Rupertus citatus.	9.	Ex itinere humanitatis suæ erat fatigandus.
Tertul. lib. de Baptism.	10.	Iesus apud puteum vires resumit.
n. 7. *Vulgat. Mulier da mihi bibere.* *Transl. Vatabli.*	11.	Mulier da mihi quod bibam.
Translat ex Syriac.	12.	Da mihi aquam bibendam.
Tertul. lib. de Resurr.	13.	Iesus sitit sub Samaritide.
n. 15. *Vulg. Domine da mihi hanc aquam* *Transf. Vatabli.*	14.	Domine da mihi istam aquam non sitiam neque veniam hic ad hauriendum.
Translat. ex Syriac.	15.	Domine da mihi ex his aquis, ne rursus sitiam,

neć

	nec veniam hic haustum.
Iansenius in concord. cit.	16. Non ironice aquam petit, quia dominum vocat.
n. 16. Vulg. Vade voca virum tuum Translat. ex Syriac.	17. Abi voca virum tuum,& veni huc.
Caietan. in Euang.	18. Quia nupta apparebat, dixit, voca virum tuum.
n. 18. Vulg. Quinque enim viros, &c. Translat. ex Syriac.	19. Quinque enim maritos habuisti, & iste quem nunc habes, non est maritus tuus, verum dixisti.
Tertul. lib. de Monogabia.	20. Samaritana maritum negat, vt adulterum ostendat numerosum maritum.
n. 25. Vulg. Scio quod Messias venit. Transl. ex Syriac.	21. Scio Meschicho esse venturum,&c.
Tertul. aduersus Prax.	22. Messias qui dicitur Christus venit.
Caietan. in Euang.	23. Confuse tempore præsenti vtitur pro incerto tempore.
n. 40. Vulg. Cum venissent ergo ad illum,&c. Translat. ex Syriac.	24. Cum venissent ad illum Schamaritani, efflagitauerunt ab eo vt apud ipsos maneret.
Transl. Vatabli.	25. Et mansit ibi duos dies, ac multo plures crediderunt,&c.
n. 42. Vulg. Iam non propter tuam loquellam. Translat. ex Syriac.	26. Non amplius propter sermones suos credimus in eum; nos enim audiuimus,& scimus hunc esse verissime Meschicho illum Seruatorem orbis.
Transl. Vatabli.	27. Iam non propter tuam narrationem ipsi scimus esse Christum.

DIFFICVLTAS PRIMA.

Quare dicitur quod oportebat Christum transire per Samariam?

806 QVæritur quare relicta Iudæa iterum Christus redire voluit in Galileam?

Franc. de Rojas in Euang. Tom. III.

1. RESPONSIO in cap. 4. Ioann. *Ipse enim Iesus testimonium perhibuit; quia Propheta in patria sua honorem non habet, ergo vt verum hoc comprobaret testimonium id est non aliam ob causam se apud Iudeos honorem non habere, nisi quia patria sua contribules sui Iudæi erant,& præ inuidia notum hominem contemnebant, ideo dicitur, quod oportebat eum.* Et addit Rupertus: *Hoc oportebat, hoc consilio diuinitatis eius congruebat, vt per illos alienigenas iter faceret, & illud quod de nobis, quia alieni à Deo & hospites testamentorum eramus, consilium habebat præfiguraret.* Quasi dicat: oportebat Christum relinquere Iudæam, quia conciues sui incipiebant inhonorare eum, eo quod mirabilia Discipuli sui faciebant, & à contertaneis non sperabat honorem; ideo oportebat eos relinquere. Vel oportebat, quia diuinitas, quæ in ipso erat vnita mouebat eum vt ad gentiles transiret, & Samaritanos doceret, quasi rubricando, & præfigurando, quod propter ingratitudinem Iudæorum ad gentes Euangelium transiturum erat cito.

Rupert. in Ioann. Nullus est acceptus in patria sua.

Rupert. cit.

Oportebat Christũ gentiles præsignare vicepœros Euangelium.

2. RESPONSIO Bedæ in Cath. citati. *Ideo oportebat ipsum transire per Samariam, quia sita est inter Iudæam, & Galileam. Est autem Samaria insignis Prouinciæ Palestinæ ciuitas adeo vt tota Regio ei sociata Samaria dicatur.* Quasi dicat, Samaria erat prouincia & ciuitas, sicut Toletum vocamus,& Regnum Toleti, quia pro toto Regno ciuitas Toletana supponit. 807

Beda cit. in cath.

Samaria ciuitas magna.

3. RESPONSIO Iansenij in concord. qui ex Cyrillo refert quod *Samaria* Hebraicè dicitur *Schomeron. Primum dicebatur Ephraim Semer, à quo cum montem hunc emisset Amri Rex Israël, vt scribitur 3. Reg. 16. ædificauit in eo ciuitatem eiusdem nominis, quam deinceps Reges Israelitarum pro Regia vsi sunt, cum prius Regia eorum esset Sichem à Hieroboam ædificata. Vnde est illud caput Ephraim Samaria. Hæc ciuitas post Hircani Pontificis expugnationem ab Herode Rege iterum reædificata in honorem Augusti Græco nomine vocabatur, quod Latine sonat Augusta; in hac teste Hieronymo in Epitaphio Paulæ sepulti sunt Ioannes Baptista, Elisæus & Abdias Prophetæ.* 808

Iansenius Cyrill. ibi cit.

Samaria in Hebræo Schomeron id est Ephraim.

3. Reg. 16.

Herodes reædificauit Samariam.

Ibi corpora sanctorum sepulta.

4. RESPONSIO Chrisostomi in cath. citati; *Non principaliter ad Samaritanos vadit, sed quasi transiens. quod Euangelista occultè ostendit dicens Oportebat eum transire per Samariam.* Quasi dicat, quia prohibitum erat cum Samaritanis communicare; ideo Euangelista dixit, quod non ibat ad illos sed passim. 809

Chrisost. in cathen.

Occulte aliquid non licitum faciẽdũ transire.

5. RESPONSIO Oportebat eum transire, quia mandata Patris sui oportebat adimplere,& quia misit illum, vt peccatores conuerteret ad pœnitentiam, & Samaritanam ibat prædicare. Ideo dicitur, quod oportebat eum causam superiorem occultare tanquam verus,& secretarius fidelissimus Ioannes. 810

Auct. mens. Oportebat Christũ obedire Patri suo.

DIFFICVLTAS II.

Quare dicitur quod fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem?

QVæretur, quare puteus fons dicatur, & quare Christus fatigabatur? 811

Aug. in cath. citat.

1. Responsio Augustini in cath. citati? *Puteus erat, sed non omnis puteus fons, vbi enim aqua de terra manat, & vsum prebet haurientibus fons dicitur: Sed si in promptu & superficie sit fons dicitur tantum; si autem in alto, & profundo sit ita puteus vocatur, vt nomen fontis non admittat.* Quasi dicat, aqua tam in puteo; quam in fonte scaturit, & dimanat, sed ex puteo difficulter hauritur, ex fonte facilè.

Puteus & fons in quo distinguitur.

812 Chrysost. in cath. S. Th.

2. Responsio Chrisostomi in cath. citati, *Christus in Samariam accedens facilē & delicosam vitam abiiciens, laboriosam vero sequens, non subiugalibus vtitur, sed ita difficulter incedit, vt ex itinere fatigetur erudiens nos ita à superfluis alienos esse, vt multa necessaria abscindamus à nobis.* Quasi dicat Christus non equitauit, sed pedibus nudis iter agebat, vt discant, qui Religionis vinculis aligantur quomodo Iesum in curribus, & equitibus prófanis deambulando imitantur, sed de hoc latius ad mores.

Christus non equitauit vt Religiosos doceret vota sua adimplere.

813 Rup. lib. 4. in Ioan. Ioan. 2.

3. Responsio Ruperti lib. 4. in Ioan. *Iesus ergo fatigatus sedebat hic super fontem, quomodo in subiecto fonte relucet solis imago. Sic ita Domini Iesu fatigatio vel sessio fatigationem, quam ipse in arcano diuinitatis suæ meditabatur consilio.* Et addit. *Iudæis dixerat Ioan. 2. soluite templum hoc, & ego in tribus diebus excitabo illud. Hoc autem dicebat de templo corporis sui, hoc vtique futurum erat, & hoc illis facientibus, Iesus ipse ex itinere humanitatis suæ vera passione, veris doloribus, & vera morte erat fatigandus, & post acerbam mortis fatigationem sedendo in magna requie ad dexteram Patris sessurus erat.* Quasi dicat mysteriosa fuit fatigatio, & sessio Christi, vt Augustinus ait; non enim frustra fatigatur.

Christus fatigatus in passione, & in ascensione requiescens.

814 Aug. in cath. citat.

4. Responsio Augustini in cath. *Inuenimus Iesum fortem & infirmum, fortem, quia in principio erat verbum; infirmum, quia verbum caro factum est. Sic ergo infirmus Iesus ab itinere fatigatus, sedebat sic.*

Diuinum esse forte humanum imbecille.

815 Caiet. in Euang.

5. Responsio Caietani plus ad litteram. *Sedebat sic sicut homines lasi solent sedere.* Quasi dicat, Alij sedent caput manum tenentes; alij ex calore incensi aerem, & vmbram quærentes.

Sic sedet vnusquisque sicut vult.

816 Auct. mens.

6. Responsio meo videri fatigatus sedebat, vt ostenderet humanitatem, & vrbanitatem, fatigatur; quia homo erat & vrbanus, quia expectabat socios Discipulos, qui forte non tantum ambulabant, vel quia occupati detinebantur cibum in ciuitate ementes.

Christus humanus & vrbanus sedens.

817 Iansen. in concord.

7. Responsio Iansenij sua in concord. c. 23. *Fatigatus autem sedebat corpus Iesu refocillans, & iuxta, vel super fontem sedebat, veluti ex aura fontis refocillationem captans, ac fontis occasione Samaritanæ mulieris venans conuersionem.* Quasi dicat, stabat iacens in terram, expectans sicut venator, quod cerua veniret ad fontem aquarum, vt sagitta verbi diuini occideret peccatum eius.

Christus iuxta fontē tanquam venator tacens vt prædam caperet.

DIFFICVLTAS III.

Quare Samaritanæ dixit Iesus da mihi bibere?

818 Quæretur quare sitim Christus habuit, & ad quid Samaritanæ aquam petit?

Theod. in cath. citat.

1. Responsio Theodoreti in Cath. *Congruè autem disputatio ad mulierem à siti sumpsit occasionem quia secundùm humanitatem sitiebat, & propter laborem & æstum.* Quasi dicat, non finxit Christus sitim, vt aliqui dixerunt, sed quia fatigatus ex itinere, ex ardore solis erat & humiditas radicalis sicca & calida erat, superans frigiditatem & humiditatem, ideo dixit sitio, mulier da mihi bibere.

Qualitates contrariæ demonstrantur in siti.

2. Responsio Caietani. *Suauiter volens mulierem ad sitim spiritualem disponere, dixit: mulier da mihi bibere.* Quasi dicat nostro Hispano sermone, *Esperaua Christo la suzon y coniunctura para hazer la suya.* Ideo cum sitiret aquam à Samaritana deposcit. 819

Caietan. in Euang. Hispana locutio.

Coiuncturam expectare prudentia est.

3. Responsio Ruperti lib. 4. in Ioan. *Non mulier Iesum sed mulierem Iesus prior alloquitur, vt dum ab illa bibere poscit, non se illam, vel vllum hominem communem, aut immundum æstimare profitetur, sed illam prior obsecrare dignatus est, qui sine eius ope, non solum aquam bibere, sed & totum puteum poterat in vinum conuertere.* Quasi dicat. Christus humilitatem ostentans dignatus est prior loqui, & obsecrare mulierem pro gutta aquæ, qui poterat totum puteum & fontem in vinum pretiosum conuertere, sicut in Chanaa fecit. 820

Rup. cit.

Peccatores rogat cum Messia.

Humilis est qui petit plura habens.

4. Responsio Iansenij sua in concordia: *Sicut in ficu quæ exaruit ficum requirebat non propter esuriem sed dispensatorie agens, vt accepta occasione ad mysticum illud perueniret miraculum. Ita modo dixit Euangelista; Discipuli enim abierant cibum emere.* Quasi reddens causam, cur à muliere Dominus aquam petierit, nimirum quod omnes abessent illius Discipuli, qui parandorum ciborum gratia in ciuitatem abierant. 821

Iansf. sua in concord.

Necessitate compelluntur homines petere.

5. Responsio meo videri, aquam petit, quasi innitans, & annuens eam, vt aquam viuam peteret, quia vt Hispani dicunt. *Albuen entendendor pocas palabras.* Et ita cum illa aquam viuam petiuisset, nulla vltro mentio facta est de aqua, vel siti Iesu. vnde constat, quod plus sitiebat quod inuenit, quam putei aquam. 822

Auct. mens. Hisp. locut.

DIFFICVLTAS IV.

Quare mulier respondit: non enim coutuntur Iudæi cum Samaritanis, & addit, neque in quo haurias habes?

Quæritur, quare mulier cum vas afferret ad aquam hauriendam dixit, neque in quo haurias habes? 823

1. Responsio Chrisostomi in cath. citati: *Iudæum quidem existimauit à figura, & a locutione.* Et addit: *Iudæi igitur à captiuitate reuertentes, zelotypia se ad Samaritanos habebant, sicut ad alienigenas, & impugnatores; neque enim scripturis omnibus vtebantur, solum enim ea quæ Moysi sunt suscipientes, Prophetarum non multam curam habebant.* Quasi dicat contendebant super nobilitatem Iudaicam, sicut modo omnes hæretici falsò prætendunt Religiosos vocari,

S. Chrysost. in cath. cit.

Hæreticorum Religio falsa.

tis quia religio eorum secta hæretica est, veri autem Religiosi veram sanctam Catholicam & Apostolicam confitentur.

824 2. RESPONSIO in August. in cath. *Ideo eorum vasculis non vtebantur Iudæi, & quia ferebat secum mulier vasculum vnde aquam hauriret, eo mirata est, quia Iudæus petebat ab ea bibere, quod non solebant facere Iudæi.* Quasi dicat Samaritana nimis erat inquisitiua, & apices, & traditiones Samaritanorum obseruabat. Ideo quasi admirata dixit, quomodo tu in vase proprio Samaritanorum vis bibere.

Aug. citat. in cath. *Mulieres inquisitiuæ sunt & loquaces.*

825 3. RESPONSIO Caietani 4. Reg. 17. habes, *Qui sunt Samaritani? ethnici enim erant, & erant exosi Iudæis plusquam illi, qui erant totaliter gentiles, sicut hæretici sunt Christianis Catholicis magis exosi, quam pagani.* Ideo dicitur, *Non enim coutuntur* &c. id est, *non consortium habent.* Quasi dicat Euangelista, quod Iudæi non habebant commercium dandi & accipiendi cum Samaritanis, quia hoc proueniebat ex Iudæis, non ex Samaritanis, qui libenter commercium habuissent cum Iudæis, vt patet 1. Esdræ 4.

Caietan. in Euang. *Hæretici exosi Catholicis.* 1. Esdræ 4.

826 4. RESPONSIO Samaritana, meo videri dixit; non enim vtuntur Iudæi cum Samaritanis, quasi despiciens Iesum, quia rogabat illam, & ideo statim difficultates ad petitionem adhibuit dicens, *Puteus altus est, neque in quo haurias habes.* Nam illa non habebat funem & vas, ad hauriendum aquam etiam ex puteo altissimo. Vnde Chrisostomus adnotauit, quod *Tales obseruationes indifferentes erant*, Et poterat dare Christo aquam si vellet, & Christus petere si sitiret, vt de facto petiuit, quia sitim habebat. Excusatio igitur fuit, & contemptus; quia qui petit nimis humiliatur secundum illud Senecæ, *Neque gratis accepit, qui cum rogatus accepit.*

Auct. mens. *Mulier rogata contemnit rogantem.* *Indifferens erat actio potandi.* Senec. de Benef.

DIFFICVLTAS V.

Quare dixit Iesus: O mulier si scires donum Dei & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo?

827 QVæritur, quare post postulationem mulieris Christus promisit dare illi aquam viuam?

1. RESPONSIO sit Origenis in cath. citati: *Nam quasi dogma quoddam est neminem accipere diuinum donum ex non quærentibus illud; ipsum autem Saluatorem iubet Pater poscere, vt det illi secundum illud Ps. 2. Postula à me, & dabo tibi gentes in hæreditatem tuam & ipse Saluator ait, Petite, & dabitur vobis.* Quasi dicat, tam placida Deo est oratio, & postulatio, quod semper petita promisit erogare.

Orig. in cath. cit. *Deus vult rogari & dare.* Ps. 2.

828 2. RESPONSIO Ruperti in Ioann. lib. 4. *Si scires donum Dei, quod profecto non est aliud, quam spiritus Sanctus, donum Patris & filij, quem ante Redemptoris aduentum miserisse mundus non cognouit.* Et addit: *Non ait, Si scires quis dicit tibi, da mihi bibere, quod vtique illa visu & auditu scire poterat: sed ait si scires, quis est qui dicit tibi, id est, qualis essentia eius est, quantum a cæteris mortalibus differt; quia non filius hominis tantum, sed & filius Dei.* Quasi scires Patrem & Filium & spiritum Sanctum, si audisses omnibus eius Euangelium, tu forsitan crederes in eum, & peteres ab eo donum Dei, scilicet aquam viuam, id est, baptizaretis.

Rupert. in Ioan. 4. lib. 4. *Donum Dei Baptismum.*

829 3. RESPONSIO Theophylacti in Iansenio citati, *Si primum nosses quale sit donum Dei, quamque diuersa sunt, quæ donat Deus ab his, quæ donat homo. Ac secundo nosses, quis sim ego, nempe quod Deus sim potens dona illa Dei conferre, tu petisses.* Quasi dicat, cognitio veritatis facit animum quiescere, quia diuidit quæ diuidenda sunt, & separat, quæ separanda.

Theoph. in Iansen. cit.

830 4. RESPONSIO Augustini in cath. citati. *Ille autem qui bibere quærebat, sciebat fidem ipsius mulieris, ideo dixit, si scires.* Quasi dicat non causa sitis potum petebat Christus, sed propter salutem mulieris.

Aug. in cath. cit.

831 5. RESPONSIO meo iudicio, declarat Christus desiderium salutis omnium peccatorum, & si enim fatigatus, & sitibundus, & famelicus, tamen velut oblitus suæ fatigationis, & sitis non cessabat vacare prædicationi, & doctrinæ postponens certè suas necessitates aliorum saluti, & ita ab aqua corporali per ænigmata, quo magis accenderet in muliere discendi studium & est sensus: tu mihi, quod Iudæum putas negas aquæ huius potum. Verum si scires quàm eximium sit donum, quod nunc vobis offert Deus, & quis aquam à te petit, potius petisses aquam viuam, nec eam tibi negaret, quemadmodum tu modo negas.

Auct. mens. *A prædicatione nunquam cessandum. Prædicatores de cibo & potu non curent, sed de animabus.*

DIFFICVLTAS VI.

Quare dixit mulier Domine da mihi hanc aquam vt non sitiam, neque veniam huc haurire?

832 QVæritur qualis & quæ sit hæc aqua, quæ sitim extinguit & requiem præstat?

1. RESPONSIO Theophylacti in cath. citati: *Gratiam spiritus sancti dixit aquam viuam, id est, viuificantem, refrigerantem, & mouentem: nam gratia spiritus Sancti semper mouet illum, qui operatur ascensiones in corde suo disponens.* Quasi dicat, effectus istius aquæ iam operabantur in Samaritana, quia scatere, & ebullire conabatur, si quidem dicebat, Domine da mihi hanc aquam.

Theophil. *Aqua viua est mouens, & viscera conturbat in Deum.*

833 2. RESPONSIO Chrisostomi in cath. citati: *Vide autem qualiter mulier ad dogmatum altitudinem ducitur: Nam primum quidem æstimauit eum iniquum quemdam esse Iudæum. Deinde audiens aquam viuam suspicata est de sensibili hoc dici? Postea dicens, quoniam spiritualia erant quæ dicebantur, credidit quidem, quoniam potest aqua necessitatem tollere, nondum autem sciebat, qualis esset hæc aqua; sed quærebat eam superiorem sensibilibus æstimans, & ideo dixit, Domine da mihi hanc aquam, vt non sitiam, & sic eum Patriarcha Iacob anteponit, de quo tam magnam opinionem habebat:* Quasi dicat, nemo repente Sanctus fit. Et sic Samaritana paulatim cogno-

Chrysost. in cath. *Nemo repente sanctus fit. Peccator in sua conuersione pugnas indicibiles patitur.*

 scere

scere iocepit, & postea incepta gratia spiritus Sancti, clamabat petens aquam viuam, vt posset quiescere à conflictibus quos in suaconuetsione patiebatur, quia Christus non venit mittere pacem, sed gladium. Lucæ cap.

834 3. Responsio Augustini in cath. citati: *Adhuc illa mulier carnem sapit, delectata est non sitire, & putabat hoc secundum carnem sibi promissum esse a Domino* Et addit: *Ad laborem enim indigentia cogebat, & laborem infirmitas recusabat: Vtinam audiret, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos; Hoc enim dicebat, vt iam non laboraret, sed illa nondum intelligebat.* Quasi dicat disponebat eam Christus ad receptionem gratiæ, & multoties peccatores lassati à viis iniquitatis suspirantes, & inferni tormenta intus perpetientes & in omnibus prauitatem reperientes fallacias, ingratitudines, persecutiones, dolores, & innumerabilia mala ad Deum intus aquam viuam inspirantes, clamant dicentes, Domine da mihi hanc aquam, vt non veniam amplius ad labores, quia intolerabiles sunt, & vires & patientia deficiunt.

Aug. in cath. Afflictiones & labores, via sunt per quas ad Deum peccatores conuertuntur. Matth. cap. Afflicti non ad dandum of fictio.

835 4. Responsio Iansenij in concord. c. 33. *Hæc mulieris petitio quamuis arguat eius crassitiem, & verborum Christi non assequutam intelligentiam, simul tamen declarat eius in credendo simplicitatem qua mox non dubitauit aquam tam excellentem petere, idque ab eo quem non cognouit.* Quasi dicat, callidus, & astutus intellectus non humiliter, neque dictis & sententiis Dei subicitur sed superbe semper contendit, & persistit suo in dictamine; iustus autem eo omnibus se cum præceptis Ecclesiæ, & conditorij confirmat, vt Samaritana facit.

Ians. sua in concord. c. 33. Hisp. locut. ga de negtos letteneos porfiador.

836 5. Responsio, Samaritana dixit, *Domine da mihi hanc aquam, vt non veniam plus hic haurire*, quia lassa erat à seruitute mundi, & Diaboli sub cuius potestate, & vanis, & falsis promissionibus sub quinque viros vitam contempserat: neque tamen requiem inuenerat, neque plus mercedis, quam vas, vel testa figuli cum fune misero ad hauriendam aquam in medio diei, æstu, & vt Hispani dicunt; *Sirviendo al Demonio trabaja la soga arrastrando, & lassata à via iniquitatis*, clamauit dicens: *Domine da mihi hanc aquam, vt non veniam*, &c. Quasi lamentabiliter Christo representando suam adueriam, & infelicem fortunam.

Auct. mens. La fortuna infelize suele conuertir los buenos entendimientos. Hispana locutio.

DIFFICVLTAS VII.

Quare dicitur, vade voca virum, & responsum dedit Virum non habeo.

837 QVæritur, ad quid Dominus virum Samaritanæ præcepit vocare & quare illum negauit habere?

1. Responsio Chrysostomi in cath. citat. *Quia igitur instabat mulier accipere aquam promissum quærens dixit ei Iesus, Voca virum tuum, quasi ostendens, quoniam & illum oportebat his communicare; hæc autem festinans accipere, & rei turpitudinem occultans, adhuc æstimabat se ad hominem loqui; ideo respondet, non habeo virum.* Quasi dicat festina Samaritana, plus petebat quam intelligebat, & celeritate curiositatis accipiendi donum promissum; agitabatur sancti Spiritu sancto, cuius gratia excitabatur, vt festinanter aquam peteret.

Chrisost. in cath. cit. 9. Nesele bonos multotius quid petat, & quare.

838 2. Responsio Caietani. *Sciebat Christus illam non habere virum, sed quia nupta apparebat dixit Voca virum tuum.* Quasi dicat, abdita cordis Christus incepit detegere, & mulier astuta occultare, dicens virum non habeo; cum autem reuelata sunt eius secreta, tunc manifeste credidit in Iesum.

Caiet. in Euang. Mulieres 19. per occultant impudentiam.

839 3. Responsio Responsio Iansenij in concord. *Nota autem libidinem mulieris; tam quia multis viris fuerit copulata; tum quod post tam multos viros; nec libido eius erat satisfacta, sed adhuc vetulas illecebras etiam ambierit certum, forte, vel non liceret, tanc post quatuor maritum aliam superinducere, vel nemo illius maritus posset tot viros fieri voluerit.* Quasi dicat, impudici consuetudine libidinosa quotidie peiores fiunt; quia tribulationem carnis maiorem habent, vt Apostolus ait: quia teste D. Gregorio in coniugatis huiusmodi tribulationes augentur per consuetudinem, quæ altera est natura. Neque mirum, si propter famam libidinosam maritum non inueniret Samaritanæ: quia inhonestæ mulieres sine honore & verecundia persistunt.

Ians. in concord. cap. 33. Tribulationes carnis consuetudine augentur. 1. Cor. cap. Gregor. in Euang. Meretrices sine honore.

840 4. Responsio Augustini in cath. citati; *Clarè intelligitur istam mulierem non habuisse tunc virum, quia vtebatur non suo, vt ex responsione patet, bene dixisti, quod virum non habes*, &c. Quasi dicat, ipsis suis verbis tanquam laqueis positis iuxta fontem passer est captus, & mulier conuersa.

August. in cath. citatus. Passer iuxta fontem captus, Samaritana iuxta puteum.

841 5. Responsio Chananæa conuicta est meo iudicio, quia semper anxie, indicibiliter abdita & supra scire desiderat ex contagio materno Euæ quam serpens hoc desiderio fecondi futura tentauit, & vicit, cum dixit: scit enim Deus quod in quacumque hora comederitis ex eo, eritis sicut dij scientes bonum & malum Gen. 3. ideo Dominus abdita pandit Chananææ clamabat laudans talem hominem, venite, & videte hominem, qui mihi abscondita reuelauit.

Auctoris mens. Mulier scire illicita desiderat. Genes. c. 3.

DIFFICVLTAS VIII.

Quare dicitur, quod mulier reliquit hydriam, & abiit in ciuitatem dicens, venite & videte hominem: &c.

842 QVæritur, quare tam celeriter mulier hydriam reliquit, & aquam non portauit ex puteo?

1. Responsio Augustin. in cath. citati: *Hydria autem Græco nomine appellatur, tanquam si aquarum ductor diceretur; quoniam Græcè aqua Hydor vocatur.* Quasi dicat nostro Hispano sermone vsque hodie corruptum Græcum vocabulum vocamus portatorem aquæ, *Aguador*. Tam nobis igitur, quam antiqua est Hispanorum locutio.

Aug. in cath. cit. Hidria Græcè Aqua hydor Hispanè aquador vocatur.

843 2. Responsio Chrisostomi in cath. citati. *Sicut Apostoli vocati dimiserunt retia; ita hæc dimittit*

Chrisost. in cath.

Amor Dei contemnit temporalia.

dimittit hydriam, & Euangelistarum opus fecit, & non vnum tantum vocat, sed ciuitatem integram: Ideo sequitur, Et abiit in ciuitatem. Quasi dicat, inflammata amore diuino, non curat de rebus temporalibus, sed de proximorum spirituali lucro.

844 *Ianf. in sua cõcord. c. 33. Peccatores sceleratissimi solent esse prædicatores insignes.*

3. Responsio Iansenij in concord. c. 33. *Mulier stupefacta sermone Domini, nec dubitans esse veracem, nihil quidem respondit, sed relicta apud puteum hydria; iam enim aquæ corporalis sitis exciderat gustata aqua spirituali, properans in ciuitatem populum omnem ex Samaritana peccatrice effecta Apostola.* Quasi dicat cum verum fontem Samaritana inuenit falsum mundi contempsit, & ex ingenti peccatrice facta est prædicatrix famosa.

845 *Auct. mens. Prudentia est non iudicare propria.*

4. Responsio meo videri, mulier venite & videte hominem dixit, & non Christum nolens, se constituere iudicem tantæ rei, sed venite, & videte experientia volens eos conuincere, sicut contigit quia ipsi dixerunt, iam non propter tuam locutionem credimus: sed quia verè agnoscimus, quod est Christus.

846 *Rup. lib. 4. citat. Voluptas ipsa temporalis impedimentum est hominibus Christi sectatoribus.*

5. Responsio Ruperti lib. 4. cit. *Vbi audiuit hæc mulier ego sum, continuo extinxit suam sitim, propter quam veniebat haurire aquam, & præ gaudio viuæ aquæ quam iam oblita est, hydriam suam reliquit, vt expeditior curreret totamque ciuitatem attonitam reddidit clamando huiusmodi hominem reperisse.* Quasi dicat, audito namque Christi nomine primitiua Ecclesia statim curam carnis in concupiscentiis facere oblita est cupiditatem suam, vel curiositatem quam inani Philosophi, seu fluxus rerum temporalium voluptatibus implere satagebat, abiecit, omnique onere deposito solum Christi nomen pectore & ore baiulans mundum omnem clamore boni nuntij compleuit, inuitans ad credendum, festinans ad generandũ spiritualem turbam filiorum.

847 *Alcuin. cit. in cath. Prudentia est sal virtutum.*

6. Responsio Alcuini in cath. citati: *Paulatim autem Samaritana venit ad prædicandum Christum, primo vocat hominem ne si diceret Christum, auditores irascentur, & nolent exire.* Quasi dicat, prudentia est sal virtutum, & ad mysteria, & verba Dei audienda necessaria multoties est cautela, & diligentia virtuosa.

DIFFICVLTAS IX.

Quare Christus Discipulis dixit, meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me?

848 QVæritur quare Christus esuriens, & sitiens respondit, meus cibus est, vt faciam voluntatem Patris &c.

Theophyl. in cath. In cruce sitit Christus peccatores crucifigentes.

1. Responsio Theophyli in cath. citati. *Dominus sciens, quod Samaritana totam ciuitatem ad eum traheret Discipulis dixit, ego cibum habeo manducare quem vos nescitis.* Quasi dicat teste Chrisostomo hominum salutem hic cibum vocauit, ostendens quantum desiderium habet nostræ salutis. Quasi dicant, cibus & potus Christi sunt conuersiones peccatorum; ideo in cruce pendens plus sitiuit, quam sentit dolorum tormenta.

849 *August. in cath. cit.*

2. Responsio Augustini in cath. citati. *Quid mirum si mulier illa non intelligat aquam; ecce Discipuli non intelligunt escam.* Quasi dicat, tam mulieres, quam homines rebus præsentibus, ita attrahuntur, vt nemo illorum Christum inter rogabat, quo ibat; tam fixa enim sunt corda hic, & oblita gloriæ.

Præsentia nimis mouens etiam perfectis, quod impiis.

850 *Theodoret. in cant. Vacantes litteris à cæteris fratribus debet seruiri.*

3. Responsio Theodoreti in cant. *Considerandum est quod cibos ab aliis oblatos Dominus suscipere solebat, non quia alieno cibo indigeret, qui dat etiam omni carni, sed vt deferentes meritum consequerentur, simulque formam tradens, non erubescere paupertatem, nec graue putare ab aliis nutriri, proprium enim & necessarium est Doctoribus alios habere procuratores ciborum, vt ipsi de nullo curantes verbi ministrationem procurent solicite.* Quasi dicat, felix Religio, vbi vacantes litteris à cæteris ineptis, ad studium litterarum administrantur, & seruiuntur omissa solicitudine; quia litterati semper laborant, vt eos honorent, quos onera materialia subportant.

Felix Religio societatis Iesu.

851 *Origen. in cath. citatus.*

4. Responsio Origen. in cath. citati. *Idoneus cibus filio cum actor paternæ voluntatis efficitur, hoc velle in semetipso protestans, quod erat in patre; solus autem filius perfectè operis paternæ voluntatis est capax; cæteri vero Sancti, vel præter diuinam peragunt voluntatem; plenam autem, & integram facit Dei voluntatem, qui dixit, meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me.* Quasi dicat, actiones filij Dei, cum à supposito diuino producantur perfectè, & adæquate, plenam voluntatem Patris operantur, quia specificantur ab infinito supposito; Sanctorum vero operationes quia à subiecto limitato procedunt voluntatem Dei facere possunt; plenam vero voluntatem, & adæquatam operari non possunt.

Actiones sunt suppositorum. Operationes Christi plenã Dei voluntatem faciunt.

852 *Auct. mens. Natura rationalis per peccatum diminuta per vnionem Verbi perfecta est.*

5. Responsio meo iudicio, erit interrogando, quãdo, & quomodo Christus adimpleuit voluntatem Patris, vt ipse testatur dicens, meus cibus est, vt faciam voluntatem &c. Respondeo, quod cum homo, quodã modo perfectus fieret, ob transgressionẽ factus est imperfectus; & ideo missus est Saluator Primo quidem vt perficeret voluntatem eius, qui misit eum, perficiens naturam rationalem, quæ diminuta erat, quod perfectè fecit, cum verbum caro factum est. Secundo vero, vt cõsumat opus Dei, vt quilibet perfectus fiat ad solidi cibi vsum; quia tunc homo vetus cibus Dei factus est cum voluntatẽ Christi facit, sicut Christus voluntatem Dei operatus est.

DIFFICVLTAS X.

Quare dicitur, quod multi Samaritani crediderunt propter mulierem, & rogauerunt eum, vt ibi manerent?

853 QVæritur, quare propter Samaritanam Christo crediderunt. Et quare rogabant vt maneret ibi?

Chrisost. in cath. Prædicator seuerus & sanctus diligitur.

1. Responsio Chris. in cath. *Quia considerabant, quod gratanter mulier nullo signo viso, & peccata sua redarguta clamabat, & eum laudabat.* Quasi dicat, signum magni Prophetæ prædicantis est, cum dura increpans peccata exaltatur.

854 *Auct. mens. Ingrati puniendi grati vero præmiandi.*

2. Responsio meo iudicio Christus rogatus duos dies in Samaria mansit, quia gratus erat, & Samaritani sine miraculis visis eũ rogabant, cum Iudæi eo quod multa signa faciebat, à se eiiciebãt, & tandẽ propter liuorẽ cruci affigendus est.

TRACTA

TRACTATVS VIGESIMVS

Ad Mores *In cap. 4. Ioann. de Conuersione Samaritanæ.*

DIFFICVLTAS XI.

Quare dicitur quod oportebat Christum transire per Samariam?

855 QVæsitum fuit, quare pertransire per Samariam oportebant Christum?

Rupert. in litt. citat. *Hospites & aduenæ sacrã Scripturam possident.*

1. RESPONSIO Ruperti; *Quia præfigurabat quod ad gentiles hospites, & aduenas Sacramenta & Mysteria scripturarum transferenda erant.* Quasi dicat, oportebat Christum ad Gentiles transire, & occultè, & secretè videret quos nimis diligebat, quia secreta Mysteriosa fidei, & sacræ Scripturæ abscondita sacramenta apud illos manifestanda erant.

Oleast. in Genes. 7. Trãs. Pagn. *Hiatus profundus terrã operuit tempore diluuij.* Basil. & D. Thomas.

Vnde interrogat Oleaster, quare dicitur Gen. 7. *Quod rupti sunt fontes, voragines multæ, & fenestræ cœli apertæ sunt?* Sic legit Pagnin. Et respondet: *In Hebræo* Thehom *significat aquam magnæ profunditatis, aut locum profundum, vbi sunt aquæ.* Et Hebraismus: *Voraginem multam vocat profunditatem, quæ est sub terra, & videtur esse immensæ profunditatis, & rupta terra in fontes erupit, sed tempore diluuij maioribus hiatibus terram rumpit, & terram alluit, & operuit.* Et addit cum Basilio & D. Th. *Quod sacra Scriptura est abyssus magna cuius profunda Mysteria per aduentum Christi rupta sunt, quia per doctrinam Euangelij quasi per hiatus terræ diuinis Sacramentis operta est; quia in omnem terram sonus eius diffusus fuit; & tunc fenestræ cœli apertæ sunt.*

Dictio Hebræa Arrubbah *idẽ quod fenestra.*

Quia in Hebræo Arubbah *idem est, quod fenestra, & propriè significat insidiari, quia digiti foramina vocantur, quia ad modum cancellorum perquirunt interstitia, & quasi per foramina cancellorum videre solent homines. Tunc igitur fenestræ cœli apertæ sunt, cum verbum carnem induit, & quasi per cancellos humanitatis gesta mirabilia redemptionis operatus est, & conuersionem peccatorum auscultabat secretè.*

Amor Samaritanæ quasi per fenestram videbat illã. Cant. c. 2. n. 9.

Quasi dicat, ideo oportebat Christum per Samariam transire quia ibi arcana sacræ Scripturæ, quasi in ænigmate vel speculo videbat, & per cancellos humanitatis suæ Samaritanam prospiciebat, vt adimpleretur quod Cant. cap... dicebat sponsa: *Ecce ipse stat post parietem nostrum prospiciens per cancellos.*

Amor auscultat remotam.

Et per fenestras sacræ Scripturæ, quæ passim testabantur oportere Christum pati, & ad se omnes peccatores trahere; quia cum exaltatus fuero, omnia traham ad me, vt Ioannes testatur.

856 Aug. in Ps. 86. n. 4. Transl. alia.

Hinc Augustinus explicans Psal. 86. *Memor ero Raab & Babylonis* legit, *vt cognoscat me.* Et addit, *Quod Raab per fenestram emisit coccinum, id est, in fronte habet signum sanguinis Christi Ecclesia gentium. Vnde publicani, & meretrices prædicabunt Regnum cœlorum.*

Signa Passionis fatigatio Christi ex itinere sedebat.

Quasi dicat, quod quasi per fenestram Samaritana videbat Messiam redemptorem generis humani signis passionis decoratum, quia fatigatum. Et Christus per fenestram humanitatis suæ annuebat eam & vocabat gentilitatem, vt veniret ad eum.

Fenestra diuinitatis humanitas Christi.

Et hoc est, quod Oleaster insinuat; quod per fenestras cœli insidiatur ei, & per cancellos prospiciebat illam scrutantem sacram Scripturam, & dicentem: *Domine in monte hoc adorauerunt Patres.* Et iterum: *Cum venerit Messias ille nobis annuntiabit omnia.* Et iterum, *Vt video, Propheta es.*

Samaritana fenestra scriptura. Aug. citat. Exod. c. 33. n. 13.

Et addit Augustinus: *Ideo memor fuit Deus Raab Babylonis, id est gentilitatis Babylonis, scientium me, id est, multitudinis Samaritanorum, qui propter prædicationem mulieris in eum crediderunt.* Vel vt legit Augustinus, *Vt cognoscam me.* Quasi dicat propter eximiam fidem Samaritanæ plusquam cum Moyse fecit, quia clarè dixit illi, *Ego sum qui loquor tecum:* Moysi autem tantum dixit; *Posteriora mea videbis.*

Exploratores Samaritani post mulierẽ salui facti.

Ideo quia sicut Raab signum fuit in Babylone, vt saluarentur exploratores; Samaritana signum fuit, vt ciuitas tota veniret ad Iesum, & crederent ei. Et propter hæc omnia dixit Euangelista, quod oportebat eum transire per Samariam vt adnotauit Rupertus.

857 Auct. mens. *Secreta Dei maximè celanda.*

VLTIMA RESPONSIO fuit meo videri Euangelista, vt verus secretarius causam prætentionis per Samariam tacuit (tanquam superiorem) quæ erat obedientia Patris æterni ad conuersionem peccatorum, hoc est, insinuare, quod qui cælestia secreta recipiunt summa diligentia debent ea seruare & raro tales inueniuntur, quia difficillima res est.

Oleast. in Numer. 24. Trãs. Pagn. *Familiares à Regibus & secretarij Prælatorum munera non videant.*

Vnde interrogat Oleaster, quare Numer. 24. Propheta Balam cum videret in extasi tabernacula Iacob gloriosa, textus narrans ait: *Dixit vir obturatos habens oculos.* Sic legit Pagninus. Et respondet: *Quia oculos corporis ad omnia terrena obturatos habere debent, qui sola cælestia contemplantur.* Quasi dicat, qui secreta Dei, & Prælatorum seruant, illi sunt qui nihil terrenum vident, & obturatos habent oculos ad recipienda munera oblata pro secretis reuelandis.

858 Ambros. Genes. 39.

Vnde interrogat Ambrosius, quare cum impudica Domina sua Iosephum accusabat falsum

crimen

crimen imponens ei & dicens Genes. 30. *En introduxit virum Hebræum, vt illuderet nobis.* Quare Ioseph innocentiam suam non defendebat, & veritatem enarrabat? Et respondet: *Quia iustus prudens secretarius tacere licebat accusare, & secreta reuelare non vouerat, & quia Putiphar fecit eum secretarium domus suæ non loqui conueniebat, etiam si impudica impunè faciebat.* Quasi dicat secreta, & defectus Dominæ suæ etiã cum periculo carceris noluit Ioseph aperire; quia secretarius debet habere obturatos, & clausos oculos, imo & aures & tanquam mutus non aperire os suum. Et addit Ambro.: *Illam igitur verè exutam dixerim etiam aliena vestimenta seruantem, quæ omnia amiserat velamina castitatis: illum satis ornatũ, satis defensum, cuius vox non audiebatur, & innocentia loquebatur.* Quasi dicat, omni laude dignus est Ioseph, quia sine pallio, pallio silentij zelauit honorem dominæ suæ; illa vero sine velo castitatis remansit; quia sine pudore secretum serui sui detegebat, etiam si per impossibile verum diceret.

Familiares & ancillæ prius mori quam damnare dominas suas.

Honor & secretum naturale semper seruandum.

859 Hinc summis laudibus Lypomanus laudat Abraham de quo dicitur Gen. 22. *Igitur Abraham de nocte consurgens, &c.* Non dubitat (inquit Lypomanus) *de verbo Domini, non causam quærit diuini præcepti, non allegat naturæ legem contrariam, non rogat pro filio, non plangit necem vnici, non murmurat, non refert Saræ, non tardat, sed tacens contra spem in spem erigitur.* Et ibi Chrisostomus. *Obstupesce secretum pium, religiosum & prudentem animum; quia sciebat magnitudinem præcepti, prorsus quasi sigillo signauit, nec pueris, nec ipsi Isaac, sed solum agonem illũ decertabat, & quasi adamas manebat inuictus.* Quasi dicat, loquaces non expectant, luctamen cum secreto pariendo, neque agonem sentiunt, sed quasi qui portant venenum in pectore fastidiantur, & torquentur vsquequo secretum euomunt. Prudentes vero sicut Abraham sigillati, vt iugulari manent, vt adamas ictibus malleorum interrogantium, & obiurgantium reserare secreta, plus constipantur. Et Lypomanus addit: *Iustus nihil iactat de reseruatis, vel promissis, sed parcissimus verbis arbitratur se id egisse tanquam inutilis seruus.* Quasi dicat, cui secreta cælestia communicata sunt, hoc cum terra semper compressum habet, & de se solum cogitat inutilia dicens, seruus inutilis ego sum.

Lypom. in Gen. 22.

Abraham exemplũ secretariorũ fidelium.

Gen. 22. Chrys. ibi.

Loquaces secreti, quasi veneno torquentur. Adamas ictibus constipatur.

Lypom. cit.

Qui fruuntur reuelationibus Dei sigillo seruant illas.

860 Hinc Ambrosius interrogat, quare Gen. 18. dicitur *Fac subcinericios panes?* Et respondet: *Quia subcinericea idem est, quod abscondita, & fieri iubentur, eo quod latere debent omne mysterium & quasi operi fides silentio, ne prophanis temere diuulgentur auribus.* Quasi dicat, hoc pascit diuina Maiestas, hunc epulatur affectum, qui parcus loquendo sit, ne sacra in publicum ferat vt discant fœminæ, quæ in Hispania *Beatas embusteras* vocantur huc illucque progredi sicut hyrundines reuelationes & fictiones clamando, & confessores, qui huiusmodi ora non obstruunt maxima digni sunt reprehensione. Ideo Euangelista suprema Mysteria, quæ Christus ibat facere celauit dicens solum quod oportebat eum transire per mediam Samariam, quia Sacramenta cælestia omnis celanda sunt.

Ambros. genes. 18.

Panes subcinericios secretum sigillatum.

Qui parcè loquitur oculos Dei allicit.

Beatas chismosas de reuelationes castigarlas.

Confessiones ora fœminarũ obstruant.

***

DIFFICVLTAS XII.

Quare dicitur, quod Christus fatigari voluit, vt Samaritanam conuerteret?

861 SECVNDA RESPONSIO fuit Chrisostomi in littera citata. *Christus in Samariam accedens deliciosam vitam abijciens, laboriosam sequens, fatigatus sedit, erudiens nos à superfluis alienos esse.* Quasi dicat, omnis fatigauit Deus respiciens homines, qui Ægyptum reliquerunt, & viam perfectionis inquirentes semper superflua requirunt, & cibos, delicatosque potus anhelãt, quærentes anxiè ollas Ægypti relictas. Vnde interrogat Oleaster quare Gen. 17. dicitur: *Ambula coram me, & esto integer seu perfectus?* Et respondet: *Docet nos hic Dominus viam perfectionis, vt scilicet cogitemus Deum semper habere præsentem fatigatum, esurientem, & sitientem, vt cor fiat immaculatum, & non confundatur.* Quasi dicat: væ illis, qui sepulto Ægyptio sub sabulo, viamque perfectionis quærunt, semperque superflua amant quia non possunt à voluptatibus sæculi se abstrahere, sed quotidie plures delitias, & delicatos cibos & potus quærunt, & isti non se, sed Christum fatigant. Hos Chrisostomus cum pueris comparat, qui moleste ferunt, & indignantur, quoties à lacte separantur. Et sanct. Isac. Syrus lib. 1. de mundi contemptu: *Ē sicut panis post ablactationē datur infanti, & homo qui vult delectari in diuinis primò se debet à sæculo velut infans ab vberibus matris alienare.* Quasi dicat, mundi vbera sugere, ac simul superis delectationibus perfundi impossibile est, illa reijcienda sunt, vt fruantur istis, & istis frui, & cælestia relinquenda, certum est.

Chrisost. in litt. cit.

Superflua abijcere prudẽtia ingens.

Oleast. in Genes. 17.

Religiosi superiores pauci contenti sunt.

Chrisost. citat.

S. Isac. Syr. lib. 1. de mũdi cõtem pt.

Perfectionem professores ablactãtur à mundo.

862 Hinc D. Antonius de Padua serm. in Dom. 7. clamat *miseræ animæ, quæ quasi à mamilla Diaboli mundi accipiunt voluptatem.* Quasi dicat, Proh hominum stultitiam! qui ab hac mamilla mundi pendent, & nihil cœlestium capiunt, cum à mamilla cælesti pendeant, hi comparantur cuidam infanti, qui fame exhaustus mortuæ matris vbera sugebat: nam reuera hic mortem sugebat & qui superfluis in perfecto statu vtuntur, & scandalosè edunt & bibunt, hi Sathanicam mamillam exprimunt; quia in voluptatibus & delitijs, sicut in olla Prophetæ mortem inueniunt. Hinc Guido Carthusianus in meditationibus cap. 17. cuius opera Bibliothecæ magnæ veterum Patrum inserta sunt, ait: *Ablactare amodo ab istis corporum formis, pudeat te non posse esse sine istis, & quia ista velis, nolisque es amissurus, fac modo volens cum gaudio mercede aut gratia, quod etiam sine magno supplicio quandoque facturus es.* Quasi dicat, ô tu qui vbera mundi, & voluptates eius reliquisti cum gaudio ingenti, quare cum dolore, cum iam ad præmium approximaris relinquere superflua sentis. Hinc Hugo Carensis in Psal. 50. *Quando mater vult puerum ablactare & repellere ab vbere respergit summitatem vberis, quam ponit in ore pueri aliqua amaritudine. Sic Dominus repellit ab vberibus mundi per appositionem amaritudinis.* Quasi dicat, mundus iste, dum tot diuersitates ingeminat quid

S. Ant. de Padua in serm. Dom. 7.

Puer famelicus à matre mortua sugebat.

Religiosi scãdalosi Dæmonis mamillam sugunt.

Guid. Carth. in med. c. 17. in Biblioth. PP.

Optima Religiosi consideratio.

Hugo Carẽsis in Ps. 50.

Voluptatibus Religiosi, sicut puer cum ablactatur fruuntur.

Ioann c.4. Fatigatus sic sedentes cogitabant. Religiosi quaerere sunt obliuisci laborum.

quid aliud, quam non diligatur, clamat, & quae penetrabilior, & omni gladio ancipiti vox quam verbum Euangelistae clamantis, quod Iesus fatigatus ex itinere sedebat sic, quasi contemplando delitias, & superflua hominum perfectionem profitentium.

863 Difficile equidem mundi vbera relinquuntur, hoc in populo Hebraeo expertus est Deus, quem vix auellere ab Ægypto potuit; imò vix auulsus quaerere eadem vbera capit; licet manna Deus exhibuit, vt noxarum mamarum quas reliquerat, obliuisceretur. Pulchre hanc rem sanctus Chrisostomus hom 4: in cap. 1. ad Colloss. vbi indicat etiam antiquum sui aeui morem, quod in ablactandis infantibus omnia in calathis paruis offerebantur, vt facilius ab vberibus auerterentur? Sic autem ille infantiles Hebraeorum mores perstringit: *Quomodo infantes, qui ablactantur omnia habent paruis calathis, ita illis dabant omnia, & multas diuitias; sed sicut infans requirit mammam: ita iste quoque Ægyptum, & quae illic erant carnes; quare suam infantiam prodiderunt.* Quasi dicat, misera, & lamentabilis conditio illorum est, qui sepulto Ægyptio sub sabulo, & in calathis virtutum exercitati vt ab vberibus delitiarum saeculi ablactarentur. Tandem iam ad terram promissionis accedentes, cum canes latrabiles super caput habent: tunc anxie superflua quaerunt, cibos & potus delicatos amant, delitias amplectuntur, neque recordantur finis sui, *Cum sordes senectutis* (ait Chrisostomus) *in pedibus habent.* Et Euangelistam clamantem auscultent, quod *Christus fatigatus ex itinere sic sedebat.* Sic attentè expectando vt misereatur nostri, qui superfluis vtimur, vt Chrisostomus adnotauit.

S. Chrisost. hom. 4 in c. 1. ad Coll.

Hebraeorum mos in ablactandis infantibus.

Calathi virtutum Religiosi prospiciunt vt ablactentur à saeculo.

Chrisost.

864 6. Responsio fuit quòd *Fatigatus sedebat,* vt ostenderet humanitatem, & vrbanitatem; humanitatem, quia fessus erat, vrbanitatem, quia expectabat socios, qui paulatim iter agebant. Quasi dicat, robusti, & fortiores imbecillium & infirmorum misereri debent. Vnde interrogat Oleaster, quare dicitur, quod *Moyses egressus est ad fratres suos Exod. 2.* Et respondet, *Quia cum fortis, & in sublimi collocatus esset non est oblitus generis sui infirmi, & laboribus afflicti, quia erat vnionis curialis in aula Regia nutritus, a filia Pharaonis in filium adoptatus.* Quasi dicat iusti, & sancti à Christo discunt vrbanitatem, quia expectabat sedens in puteo, infirmos, & ancianos Discipulos venisse lassus & afflictos, quia vt Apostolus ait Omnibus factus est omnia.

Auct. mens. Vrbanitas in Christo per excellentiam inueniebatur.

Vrbani multi compatiuntur infirmorum.

865 Hinc interrogat Guillelmus in cap. 7. cant. quare Ieremiae cap. 31. n. 22. dicitur: *Faemina circumdabit virum*, cur virum dixit, non puerum, aut paruulum. Et difficultatem auget quod Isaiae. 9 num 5. dicit, *Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis.* Quare igitur dum est in matris ventre vir vocatur; paruulus vero, dum in lucem proditur. E contra videbatur potius dicendum? Et respondit: *Paruulus dicitur Christus, quia nobis nascebatur; ideo non solum dicit paruulus natus est, sed adiecit nobis, vt in nostram salutem paruulum & nutritum sciremus.* Quasi dicat, qui fortitudinem diuinitatis in se essentialiter habebat ex visceribus maternis. Ita vrbanus natus est, vt nobis paruulus sit, cum in vtero virginis vir fortissimus erat, de quo dicitur, quod *Faemina circumdabit virum.* Ideo Hugo de S. Victore. *Induimini Dominum nostrum Iesum Christum ad Rom. 13.* Et addit: *Formam Christi assumeas confirmare commensiro sursum & deorsum pergit sapientia a fine vsque ad finem, sursum maiestate, deorsum humilitate: si altitudinem respicis, nemo est Christo sublimior; si deiectionem nemo humilior. Vide quantum descendit humilitate filius & vir in vtero virginis erat, & natus est paruulus, & seruus factus est, & accepit non solum conditionem serui, sed & amici, & socij infirmos Discipulos expectans; quia ipse compatitur infirmitatibus nostris.*

Guillerm. in cap. 7. cant. Ierem. c. 31. n. 22. Isaiae 9. n. 5.

Christus nobis paruulus sibi magnus.

Hugo de S. Vict. ad Rom 13. Christus magnus & paruus.

In vtero est vir & nō infāis Christus.

866 Hinc Guillelmus citatus explicans c. 7. cant. *Duo vbera tua, sicut duo hinnuli gemelli caprae* ait: *Pariebat nobis virgo Mater salutem, atque eo ipso pariebat nos ad salutem sacro lacte suo nutriebat nobis vitam, atque eo ipso nutriebat nos ad vitam, pius caput nostrum brachiis suspendebat ad vbera sua, & nos ad eadem in illo suspendebat.* Quasi dicat quia non soli sibi nascebatur sed & nobis; ideo nos in illo nascebamur, & in illo pascebamur. Duo ergo vbera matris sicut duo hinnuli gemelli caprae. Ideo clamabat Apostolus, *Induimini Dominum Iesum* Quia si nutriti estis tanquam gemelli caprae cingi fasciis humilitatis & paupertatis debetis: nam si vir fortis in vtero circumdatus à faemina est paruulus filius nobis natus est. Hinc Philippus Abbas Bonae Spei lib. 1. in cant. cap 5. *Ob hoc quippe & puer natus est, vt paruulis congruum se preberet & aetate profecit, vt se virum perfectum exhiberet in omnibus, qua fecit, & dixit, ducens, & docens paruulos, aut maiores, prout ad capiendum parua seu grandia se reddiderint promptiores.* Quasi dicat: Ideo sedet Christus lassus & fatigatus in puteo, sic vt Euangelista insinuat; quia cogitabat se virum in vtero matris circumdatum fortem & magnum, & etiam infirmum, & fatigatum, propter quos infirmos & lassos discipulos expectabat. Vnde Bernardus. *Totum nobis de Christo voluit, totum salutiferum, totum necessarium; nec minus profuit infirmitas, quam maiestas, qui & si ex Deitatis potentia peccati iugum iubendo submouit, ex carnis tamen infirmitate eiro moriendo concussit.* Et addit: *De magno paruus factus est, de excelso humilis, infirmus de potente. Fatigatus ex itinere sedens supra puteum expectans Discipulos lassos, vt eos reficeret dicens: Venite ad me vos qui laboratis itineris molestiis, & ego aspectu meo, & conuersatione mea reficiam vos.* Vnde Galfridus: *Videns Christum lassum & fatigatum sedentem supra puteum, & Discipulos lassos expectantem ait: Igitur cui placent haec, non placere illo non potest, quia qui haec amat non potest & illum non amare.* Quasi dicat Christus fatigatus, & sedens sic omnibus debet placere, quia paruus & magnus, diuinus, & humanus, fortis, & imbecillis, fatigatus, & vrbanus Aulicus, Dominus & seruus, Magister, & socius Discipulorum numerum expectans, stat sic, *Como onda vn lebamenester*, vt Hispani vtar sermone.

* * *

Guillelm. cit. 9. in cāt. cap. 7.

Duo vbera Mariae gemelles hominem & Christum nutrit. Ad Rom. 13.

Philip. Abbas lib. 1. in cant. c. 5. Christus prompiorē se prebet ad omnes.

Christus fatigatus vt lassos expectet peccatores.

Bernard. cit. Matth. c. 11. n. 18. Christus lassus requirit, vt reficiat nos.

Galfrid. in alleg. Tylm.

Christus sic sedens corda attrahit omnium.

DIFFI

DIFFICVLTAS XIII.

Quare dixit Christus mulieri Da mihi bibere?

867 QVæritur, quare consabulatio inter mulierẽ & Christum incepit à siti aquam petendo? 1. RESPONSIO fuit Caietani: *A siti incepit suauiter volens mulierem ad suum spiritualem disponens.* Quasi dicat, sitire se simulat, cũ siriente Samaritana, quia mitis erat, & humilis corde, & vt effectum consequeretur conuersionis mulieris suauitatem ostentat, non asperitatem. Vnde interrogat Oleast. quare Gen. 1. dixit Deus *Congregentur aquæ, quæ sub cœlo sunt?* Et respondet: *Quia cesserunt aquæ suo loco suauiter hæc Dominus disponens, vt terra posset fructificare.* Quasi dicat, sunt aliqui tam aspera, & rigida conditione innati, quod omnia furiosè disponant, & sibi soli viuere prætendunt, & alios contemnunt & stultè confunduntur, quia effectum non consequuntur, contra quos loquitur Isaia 1. c. 5. *Veh qui coniungitis domum domui, & agrum agro copulatis adeo vt sit locus ab iis. Et nunc inquit, habitabitis vos soli in medio terræ,* Quibus statim cõminatur dicens, *Si non domus multæ in desolationem fuerint grandes & pulchræ vbique habitaturæ.* Quasi dicat, audiant comminationem istam rigidam, & aspera conditione prætendentes, quod non præcipitur eis domum, vel locum relinquere, sed alienum non occupare. Discant ab aquis quæ vt suaues, & mites congregatæ sunt, quæ sub cœlo erant, vt terræ locum daret, vt appareret, & luceret coram hominibus & Angelis. Quia & ipse Altissimus Dominus sic ordinauit; quia ipse suauiter disponit omnia, & homines stulti, effectũ, quem desiderant, consequi, superbè & aspere disponũt; & ideo non consequũtur.

Caiet.
Suauiter disponat omnia qui effectum desiderat consequi.
Oleast. in Gen. 1.
Asperi & singulares sibi solis viuere volunt.
Isai. c. 5.
Suauiter moderate disponenda.

868 De quibus B. Dionysius Carthus. *Ipsi repleti sunt insipientia,* vt Luc. 6. n. 11. dicitur; *Quia stultissimus* (inquit Carthus.) *rigidis, superbis, & asperis cogitationibus vtitur.* Ideo Agellius in Ps. 21. ait, *Quod insipientia nonnunquam pro aspera & superba conditione accipitur quia rigidi, & aspera conditione repleti semper cæteros superbè contemnunt.* Hinc B. Larentius Iustinianus c. 3. de humilitate ita scribit: *Asperitas superba accipit corticem, suauitas nucleum, illa florem, ista nucleum; illa opinionem, ista veritatem.* Quasi dicat, quid insipientius, & magis à ratione alienum, & non euersæ mentis hæc certa consignatio est; quia videmus mites & suaues bene disponere omnia, & fructum prætensionis consequi; rigidi autem, & asperi sicut amigdalus semper florentes gelu & frigore sine fructu, & effectu prætensionis perire debemus. Non igitur aberrabit, qui rigidum superbum, fatuum appellabit: quia idem est *Exasperare, superbire, & infatuari.* Hinc Iob 15. n. 20. dicitur: *Cunctis diebus suis impius superbit,* vbi Theodocion pro superbit habet *infatuatur, euanescit, & in solicitudine.* Aquila, *in dolore.* Alia Trans. *in asperitate,* & cohærent omnes translationes, quia qui condtione asperus est; infatuatur, quia superbit; atque adeò ingenti semper solicitudine ac curis morderur, & dolore premitur quia sibi soli placet, & nulli cedit; & ideo semper sua ipsamet conditione torquetur, & punitur acriter secundum illud Poëtæ.

> *Heu quas habet molestias, aspera superbia.*
> *Semper dolet superbus semper ringitur.*

B. Dionys. Carth Lucæ 6. n. 11.
Stultus asperus, & rigidus est.
Agel. in Ps. 21.
B. Laur. Iust. c. 3. de humilitate.
Rigidi amigdalo similes.
Superbi asperi & fatui, & insipidi.
Iob. 15. n. 2.
Trãs. Theo.
Trans. 70.
Trãs. Aquil.
Rigidi, & asperi doloribus torquentur.
Poëta.

Quasi dicat, semper mens aspera & rigida superbaque laceratur semper scinditur, quia semper quiete mẽs quæque caret in qua inquies superbia requiescit. Et è contra, vbi mens suauis est & mitis requiescit Christus sicut super puteum sedens, & suauiter omnia disponit, vt peccatores sicut Samaritana requiescant à laboribus suis, & ideo dicit illi: *Da mihi bibere,* vt postea fonte aquæ viuæ satiet illam & extinguat sitim eius, & requiescat; quia effectus suauitatis tales sunt, vt adnotauit Caietanus.

Inquieti semper doloribus repleti.
Suauis mens & quieta semper læta.
Caiet. cit.

869 3. RESPONSIO fuit Ruperti in litter. citat. *Non mulier Iesum, sed mulierem Iesus prior alloquitur, vt dum ab illa bibere poscit non se illam vel vllum hominem communem, & immundum æstimare profitetur.* Quasi dicat, mulier immunda cum petit importune retributionẽ cogitat dare; Christus autem petit à muliere aquam, ne immundũ aliquid de Christo quiescente & otioso cogitaret. Vnde interrogat Oleast. *Quare vxor Putifar tam molesta erat adolescenti Ioseph,* vt Gen. 39. dicitur. Vel vt Trans. Pagnin. legit *Loquebatur ad eum dietim.* Et respondet: *Quia importuna res mulier est in desideriis suis, ita vt hominem non sinat quiescere, nisi cõcedat, quæ poscit.* Quasi dicat; cum mulier incipit petere, & homines quiescentes postulare retributionis impudicæ signum est. Ideo, inquit Rupert. quod cum Christus sederet supra puteum, ipse prius à Samaritana aquam petit ne insolens putaret aliquid ab eo petere. Hinc Richardus de S. Victore in Ps. 98. *Otiositas generat curiositatem; curiositas subintroducit cupiditatem; cupiditas autem, quæ omnium vitiorũ mater est, arcem mentis tenet, & vsque ad cordis penetralia cum quadam violentia penetrante facilè mutitudinem ad se admittit, & sub omni festinatione quasi exercitum suũ introducit.* Quasi dicat, omnium malorum origo duxque est otiositas. Et ideo subueniendus nobis est labor, ne vitia mentem subeant.

Rupert. cit.
Mulier semper petit, vt retribuat turpiter.
Immunda immundi cogitant.
Oleast. in Genes. 39.
Trãs. Pagn.
Mulier molesta cùm petit aliquid.
Rich. de S. Vict. in Ps. 98.
Otiositatis effectus perniciosissimi.
Exercitus vitiorũ otiositas parturit.

870 Hinc noster S. Bonau. tract. de peccatis c. 7. dixit: *Otiosi nullũ faciunt fructũ, sed solum vmbrã Diabolo, & refrigeriũ.* Quasi dicat, fatuique sunt, qui refrigerium hosti exhibent, à quo in æternũ cruciabuntur, si detrudere eos in infernũ queat, ignes pro vmbra rependet & flãmas, & placet tã sæuo hosti desidia atque torpore requiẽ quærere, requiẽ ac puluinar parare? imò vt Tritemius ait: *Otiosus puluinar est Diaboli.* Et D. Anton. noster de Padua interrogat cur in Apocal. 16. dicitur, *Quintus Angelus effudit phialam suam super sedẽ bestiæ.* Cur non potius super bestiã cecidit ira Dei sed super sedẽ signatè cecidit ira Dei; quia maxime illi Dei iram prouocant qui otio, ac torpore tales se exhibent, vt in illis Dæmon sedeat, & quiescat. Verba S. Antonij sunt in Dom. 3. post Pasch. *Per sedem bestiæ acediosi designantur.* Vnde bene Rupert. adnotauit, quod Iesus sedẽs, primò Samaritanã petit, ne putaret quia Christus otiosus sedebat aliqua verba impudica pronuntiare poterat. Hinc Cyprian. ponderans fragilitatem impudicã mulieris, inquit, quod solo aspectu accendatur, vt omnes incendio suæ concupiscentiæ vrat. vt suo contagio moriãtur. *De carbonibus* (inquit Cypr. libro de singularitate clericorũ) *scintillæ dissiliunt, de ferro rubigo nascitur, morbos aspides sibilãt, & mulier fundit concupiscẽtiæ pesti-*

S. Bon. tract. de peccatis c. 7.
Otiosi Diabolo refrigeriũ præstant.
Tritem.
Otiosi puluinar Diaboli.
S. Anton. de Padua in Dom. 3. post Pasch.
Apocal. 16. n. 10.
Rupert. cit.
S. Cyprian. lib. de sing. clericor.

Colloquia & aspectus mulierum fugere prudentia ingens est.

lentiam ferro igne aspide notior. Quasi dicat, quis credit tantum in viros sæuire hunc seuum, plurimosque tanquam niuem, ac glaciem muliercibus hisce radiis colliquatos? O quam pauci ab æstu concupiscentiæ liberi sunt.

871 Bachar. ep. de recip. lap. Apoc. 4. n. 6.

Hinc interrogat Bacharius epist. de recip. lap. Quare Apoc. 4. num. 6. dicitur, *Et vidi tanquam mare vitreum* &c. Et respondet *Memento frater, quod caro sumus, mare illud, idest, forma Baptismi, quod Beatus Ioannes vidisse se dicit vitreum fuisse & ideo in nobis cito periclitatur, aut frangitur.* Quasi dicat nemo quia baptizatus est confidat de se, quia subbaptizatus ambulat concupiscentia, tanquam super mare vitreum, quod tractu pedis frangitur, & pes submergitur. Et addit citatus Pater: *Lubrica est semita huius glaciali iniquitate conscripta, quam non immodica concupiscentiæ calor soluerit, facilis est ad lapsum ruinamque miserorum.* Quis ergo cum in sæculo viuat, ab hoc concupiscentiæ calore sibi non caueat? Cum ipse Christus, qui natura impeccabilis erat fugit audire prius verba Samaritanæ, & ab ea bibere possit, vt non se hominem immundum, & communem putaretur, cui meretrices sicut Samaritana statim aliquid petunt, vt retributionem impudicam concipiant,

Fragilitas humana mare vitreum.

Faciliter ruit qui cogitat turpia. Christum natura impeccabilis. Verba mulierum semper cautelosa.

DIFFICVLTAS XIV.

Quare dixit Samaritana, non coutuntur Iudæi cum Samaritanis, & neque in quo haurias habes?

872 QVæritur in quo cognouit mulier, quod Christus esset Iudæus & quare in vase proprio aquam non dedit?

Chrisost. in litt. cit. *Verba & vestimenta pigneora hominis ostentant.* Oleaster, in Gen. 1.

1. RESPONSIO Chrisostomi in litter. citati, *Quia Iudæum existimauit a figura & locutione.* Quasi dicat, vestimenta & verba hominis faciunt eum cognoscere, quis sit. Vnde interrogat Oleaster, Quare Gen. 1. dicitur, *Quod diuisit Deus lucem à tenebris?* Et respondet: *Quia nihil meo iudicio est, quod ita oculos diuinæ maiestatis offendat, quam confundere ea, quæ voluit ipse esse discreta. Hinc (vt reor) prohibuit agrum diuerso semine seminari, animalia diuersarum specierum coire, vestem diuersis liciis textam gestare, ne aliquis auderet confundere quæ ipse tanta solicitudine curauit discriminare.* Et addit: *Arguit Beatus Apostolus valde confusionem in Corinthiis, quod variis linguis loquentes sine ordine loquerentur. Hac de causa lucem à tenebris aquas ab aquis, & à terra aquas segregauit Dominus.* Quasi dicat, ô infelix sæculum, ô Hispania bis perdita, quomodo timeo, ne iterum perdaris propter confusionem vestimentorum, & verborum; quia quis audire poterit, quod oculis videt cum lucem non distinctam à tenebris videamus, & meretrices & impudici homines, vestes profanas auro & argento supertextas, ita induantur, quod non est distinctio Reginæ à meretrice, neque nobilis ab ignobili, neque lucis à tenebris, neque Christianorum à perfidis paganis. Christus autem a Samaritana in veste, & verbis cognoscitur; sed his calamitosis temporibus per verba impudica, & vestes enormes Principes & nobiles ignorantur; quia non verbis antiquis, & Hispanis honeste more suorum auorum loquuntur: sed ita impudica verba proferunt, quod aures abhorrent audire, & vestimentorum vsus videre Angelorum oculos offendunt, & vt opinor ante Deum Angeli pacis amare flent, præ nuntia quæ ventura sunt.

1.Cor.cap.

Hispania propter profana vestimenta timenda ne perdatur.

Meretrices & Regina in vestibus non distinguuntur.

Angeli pacis flent amare quos custodiunt.

Vnde Lypomanus interrogat, quare scriptura sacra referi quod Iacob fecit filio suo Ioseph *Tunicam polymitam* Gen. 37. vel vt alia translatio refert: *Tunicam variis coloribus textam.* Et respondet, *Non multicolorem ferre vestem peccatum est, sed superfluo cultu lasciuam.* Et addit: *Declinandas tamen vestes eiusce modi monemur, quæ tanti mali occasio fuerunt, & leuitatis sanè signum præferunt hodie vestes huiusmodi lasciuissimæ.* Quasi dicat, si sola vna vestis Ioseph discolor & profana causa fuit malorum tantorum, væ vobis! quid erit, cum vestes interiores & exteriores tam profanis & Diabolicis inuentionibus variatæ vtantur. Hinc Rup. in Gen. 38. ponderans desolationem, & vitæ periculum Thamar, inquit: *Quia deposuit viduitatis vestibus assumpsit Theristrum, & mutato habitu sedit in binio; in tam graue incidit peccatum.* Et addit Rup. *Theristrum est alinum, ab subtile palliolum* quod nostro Hispano sermone dicitur, *Manto de humo o de sopillo.* Et Lyp. ibi: *Locus hic aliquas Christianorum viduas reprehendit, quæ nostro tempore, non coniugatarum sed turpissimarum induunt vestimenta meretricum.* Quasi dicat, vestes profanæ pectora & vbera, & dorsa ostentantes meretricum vestes sunt, non coniugatarum, aut nobilium fæminarum. Vnde Radulphus in alleg. Galfridi: *Vestis adulterina, & reprehensibili duplicitate commixta est biformis habitus mentis & corporis:* Vel vt melius dicamus eiusdem formæ, quia neque munditia exterior coram hominibus dissimulatur, & diuinis oculis interius immundos nos exhibemus, & iram eius prouocamus: quia qui Christum induunt in honestate verborum, & vestium cognoscuntur, sicut Samaritana cognouit eum in veste & verbis, vt adnotauit Chrisostomus.

873 Lypom. in Gen. 37.

Vestes lasciuæ causa malorum innumerabilium.

Interiora vestimenta nociua nimis.

Rupert. in Gen. 38.

Theristrum velum latibulum. Hispana locutio.

Lypom. in Gen. 38.

Vidua profana meretrices.

Meretrices vbera & pectora ostendebant.

Radulph. in alleg. Galfrid.

Vestes interiores profanæ iram Dei prouocant.

2. RESPONSIO Augustini in litt. citati, *Quia mulier minus inquisitiua erat; Et ideo licet vas proprium ferebat, mirabatur, quomodo Christus peteret aquam; quia non poterant bibere Iudæi vasibus Samaritanorum, neque è contra.* Quasi dicat simulabat scelera sua, quia meretrix erat, & scrupulosam de minimis se ostendebat. Vnde Oleaster ponderat Adami patris nostri scrupulum, quo affligebatur, scilicet, quia absconsus erat, eo quod nudus esset, & immemor erat, quod suo peccato genus totum humanum perdidisset. Propterea interrogauit Deus dicens. *Quis indicauit tibi, quod nudus esses* Gen. cap. 3. Et addit Oleaster: *In peccatore virtutes vertuntur in vitia: nam si innumera opera virtutis sit operatus, nemo videt, nemo considerat, si aliud peccatum scandalosum insinuatur.* Quasi dicat simulabat se Adam, quod honestatem seruabat, & reuerentiam Deo debitam abscondens se præbebat: Sed Deus, qui omnia cognoscebat, quasi subridens de scrupulo verecundoso & honesto ait: *Quis indicauit tibi, quod nudus esses?* Quasi interrogando, annueret ad peccatum occultum, à quo omnia mala procedebant.

874 August. in litt. cit.

Peccatores simulatores de minimis curant, & grauia committunt.

Oleast. in Genes. 3.

Hypocritæ de minimis scandalizantur.

Aliqui scrupulosi subridendi.

Hinc

875 Caietan. in Genes.c.20. Trãs.altera. Hinc interrogat Caietanus, quare Gen. 10. dicitur quod. *Nembroth erat robustus venator coram Domino.* Et respondet cum alia Translatione, *Robustus contra Dominum: quia simulatè procedebat, contemnensque Deum, simulabat se esse Deicolam, cum exerceret Tyrannidem.* Alcuinus ibi. Propter quod Alcuinus legit: *Erat robustus venator, id est, oppressor hominum, & extinctos suos allexit, vt turrim contra Deum obstrueret.* *Sectatores Nembroth Prelati crudeles & ministri Regum fallaces.* Quasi dicat, Nembroth hodie sunt innumerabiles sectatores, qui Deicolæ se ostendunt orantes, sacra audientes, & de patuulis scandalizantes, cum in conciliis, & cõtractibus nil aliud faciunt quàm opprimere pauperes, viduas affligere, domos sumptuosas ædificant ex rapinis & muneribus acceptis, clamque aspicientes & simulantes sanctitatem pleni sunt dolis & fallaciis. Interlin. Vnde de Nembroth ait interlinealis: *Erat animarum deceptor, quia cogebat homines ignem adorare eorum Deo, id est, non ignorante Domino dolum & malitiam ipsius. & ibi in Glossa* Augost.in Gloss. *Augustin. oculos ad Dominum leuabat, & cor suum contra Dominum.* *Impij ministri bibunt sicut aquam iniquitatem.* Quasi dicat cum Samaritana Christo, vas in quo haurias aquam non habes; quomodo in vase proprio Samaritanorum potes bibere? Et illam iniquitatem adulterinam sicut aquam bibebat. Lypom. in Gen.27. Hinc Lypomanus interrogat, quare Gen.27. dicitur, *Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem?* Et respondit: *Quia tripliciter dicitur esse fraus vna eruditionis, alia inspirationis, tertia nociua deceptionis.* Et ego addo quartam quæ est stultæ præsumptionis, qualis est illorum stultorum, qui de minimis scandalizantur, & contra frangentes aliquam traditionem, institutum, vel constitutionem vociferantur, dicentes: *Cielo como no te caes, tierra como no te abres.* *Instituta frãgere non est peccatum mor tale.* Et tales insipientes præsumunt, quod audientes talia, non irridentes sint, quia peccata & scelera enormia ipsi perpetrant, & ignorantes sacram paginam non attendunt. Prouerb.c. Lypom.cit. *Quod simulata sanctitas, duplex iniquitas.* Vnde concludit Lypomanus: *Sancti enim laborant ad proximorum multorum vtilitatem, stulti vero tantum curant ambire dignitates & fictis vocibus clamant de minimisque curant & de obscœnis propriis non recordantur.* *Stultitiam trabem in oculo non considerant.* Quasi dicat, tales sicut Samaritana Christo dicunt; *Quomodo in proprio vase bibere a me petis?* De traditione friuola curans nimis inquisita, & de scelere adulterino nil curans, vt Augustinus adnotauit. Augost.cit.

DIFFICVLTAS XV.

Quare dicitur, O mulier, si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi: tu forsitan petisses ab eo?

876 QVæritur, quid per donum Dei hic intelligatur, & quare mulier illud petiit?

Origen. in litt.citat. 1. Responsio fuit Origenis in litt. citati, *Quia quasi dogma acceptum est neminem accipere diuinum donum ex non quærentibus illud.* *Dona Dei semper postulanda.* Quasi dicat dona diuina quo plus desiderantur plus postulantur, & quo plus postulantur, plùs æstimantur. Olcast. in Vnde interrogat Oleaster, quare post desperatas postulationes, & ingratas petitiones populi Israel in deserto, cum Dominus pluit illis manna ad manducandum dicitur Exod. 16. Exod.16. Trans.Pagn. *Egredietur populus & colliget de die in diem.* Sic legit Pagninus. Et respondet; *Dignum inquisitione est, cur Domine non dedisti eis panem ad mensem, aut quem ad hebdomadam saltem seruare possent, sed ad singulos dies. Vult Dominus nos semper ab eius prouidentia pendere; quoniam nouit nos non adituros eum, nisi indigeamus, qua in re melior est pauperum conditio, quam diuitum.* Quasi dicat, singulis diebus oculi pauperum ad Deum eleuantur, vt eorum misereatur, & necessaria saltem ad illum tribuat diem, vt etiam nullus transeat dies, quo Dei circa se non sentiant beneficia, & ob id saltem sunt memores Dei. Et addit Oleast. *Quod hac de causa Hebræi arbitrantur Deum voluisse terram septimo quoque anno quiescere, vt illam anxietatem quolibet septennio diuites paterentur quam pauperes singulis diebus, & annis patiuntur.* *Pauperes semper à Deo visitantur.* Oleast. cit. Matth 6. Quasi dicat, ideo Christus in Dominica oratione Matth.6. panem nostrum quotidianum petit, quem quotidie (Quasi dicat) à suo Patre æterno expectamus dicentes; *Da nobis hodie*; Quia dona Dei semper & summis precibus à Deo sunt petenda, & quærenda. *Panem quotidianum petere quia donum Dei est.* Ideo Samaritanæ dicit Christus: ô mulier, si scires donum Dei, tu forsitan petisses &c.

877 Chrisost. in Gen.21. Hinc Chrisostomus interrogat, quare Gen. 21. dicitur. *Aperuitque oculos eius (scilicet Agar) Deus qua videns aqua puteum?* Et respondet, *Non quia antea non videbat Agar, sed quia nil proderant ei aperti oculi ante supernam visionem. aperuit igitur oculos, id est, indocauit indicanti, & mentem eius excitauit, viamque ostendit, vt videret locum in quo puteus erat.* *Donum ingis est oculos mentis aperire.* Quasi dicat Samaritana mulier erat, & vt talis petere non ignorabat, sed non petebat, quod petere debuerat, & ei prodesse potuerat: Ideo dicit Iesus, tu forsitan petisses. Et ipse dedisset aquam, qua mediante non plus sitires, non aquam putei quem mulier videbat & sciebat, sed aquæ fontis salientis in vitam æternam. *Mulieris petitiones continua sed frustranda.* Hinc Rabbanus in Gen.33. Rabban.in Gen.33. *Quod enim maius alicui potest præstare beneficium quam Dei gratiam habere, ac conditorem suum agnoscere sibi esse propitium? aut quod maius est discrimen quam Authoris sufferre iram.* Quasi dicat nil habet boni, qui creatoris sui caret gratia atque præsentia; Samaritana enim Christum videbat, sed non sciebat, quis est, qui dicit tibi da mihi bibere; quia etiam si corpore Christus præsens erat gratia, & amicitia eius, absens erat; & ideo optimè lamentatur de ignorantia Samaritanæ dicens, si scires, quia ignorare donum Dei nescire est. *Summa infelicitas felicitatibus sine Deo frui. Qui dona Dei nescit, stultus est etiam si doctissimus sit.*

878 Rupert. citat. in litt. 2. Responsio fuit Ruperti in litt. citati, *Si scires donum Dei, quod profecto non est aliud, quam spiritus Sanctus, donum Patris & filij, quem ante Redemptoris aduentum, miser iste mundus non cognouit.* *Donum Dei spiritus Sanctus est.* Vnde interrogat Oleaster, quare Genes. 1. dicitur *In principio creauit Deus cælum & terram.* Oleast.in Genes. 1. Et respondet; *Quod in Hebreo Eloin idem est ac Dij, quæ dictio Hebræa singulari caret. Et ideo Sancti Patres ex hoc loco mysterium Trinitatis colligunt.* Sed ipse Oleaster multis Hebraismis probat, quod in radice etiã in singulari *Leboha* id est, Deus pronunciatur, & grauissimis locis scripturæ hoc probat, & *Hebraa lectio Leboha in singulari dicitur.*

Olcast.cit. tandem concludit : *Vnde meo iudicio, si Moyses hoc loco mysterium significare voluit Trinitatis, hoc non nisi velatim nimis fecisse videtur.* Quasi dicat; fuit enim mysterium hoc velatissimum Iudæis secretum, vt Messiæ tempore reuelaretur; quare Christus apud Ioannem dicebat : *Pater manifestaui nomen tuum hominibus, non quo vocaris Deus*, vt Augustinus adnotauit ; *quia notus in Iudæa Deus, sed quo vocaris Pater meus.* Et Rupertus hoc Chananeæ insinuat, si scires donum Dei id est, spiritum sanctum, qui à Patre, Filioque procedit, scires mysterium Trinitatis, & in nomine eius baptizaretis.

Ioan. c.17. n 6.

Aug.citat. Rupert. in Ioan. 4. *Baptismum Christus Samaritanæ insinuauit.*

879 Hinc Theodoretus ad verba Gen.1. *Dixitque Deus, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, ait : *vniuersorum Deus singulari numero loqui consueuit; raro tamen pluraliter Trinitatis mysterium ostendere volens. Vnde Propheta dicendo, Dixitque Deus, communionem diuinæ naturæ expressit ; subiiciens vero, Faciamus, trium personarum numerum indicauit. Ac rursus* imaginem, *singulari numero dicens diuinarum personarum eandem esse naturam ostendit.* Nostram *vero pluraliter nominans personarum numerum insinuauit vt homo, qui Deum creatorem suum in terra laudaturus esset, Theologiam in ænigmate sciret.* Et S. Iunilus citatus in Biblioth. Vet.PP. *Ideo in profundo fuit absconsa prædicatio Deitatis; quia non erat quis disceret ; vbi vero cepit hominis expectari creatio, reuelata fides, & euidenter doctrina, veritatis emicuit, & cum Christus venit mysterium Trinitatis notum factum est.* Quasi dicat hinc patet amor ingens quo pectus Christi in conuersatione Samaritanæ inflammatum est, quod quasi nimis docta esset, capaxque Sacramentorum Dei cæpit mysterium Trinitatis ei dicere: si scires donum Dei, id est, Spiritum sanctū, tu aqua Baptismi frueretis, quia peccatores, quos dicimus amor præuidere, & amare incipit vsque ad conseruationem non desinet.

Theod. in Gen. 1. *Theologiam homo in se p... ænigmatice sciret.*

S. Iunilus in Bibl.PP. *Amor diuinus in Samaritana inflatus est.*

Samaritana capax mysteriorum fidei.

880 Vnde Ambrosius explicās eadem verba Gen. 1. ait : *Consilio sanctissimæ Trinitatis, & opere Maiestatis creatus est homo, vt ex prima conditionis honore, homo intelligeret quantum deberet suo conditori, & tanto ardentius amaret conditorem, quanto mirabilius se ab eo esse conditum intelligeret.* Quasi dicat à mysterio fidei Trinitatis Christus incipit instruere Samaritanam; quia per fidem tanti mysterij amor eius augeretur, & innumerabilia delicta delerentur. Et addit Theodoretus : *Dum ipse Deus hominem per se formauit, ac fecit maiorem erga illum, quam cætera, quæ creauit paternam beneuolentiam, indicauit.* Quasi dicat, cum Deus ex Protoplasto formauit hominem abscondite & mysteriosè personæ Trinitatis operatæ sunt, ideo dicitur, *faciamus.* Cum vero imaginem deletam fœdatamque in anima Samaritanæ respexit, dixit clarè : *O mulier, si scires donum Dei*, id est, Spiritum sanctum qui cum Patre, & Filio vnus est essentialiter. Tunc amorem Trinitatis agnoscetes, & cum Iob clamares dicens : *Manus tuæ Domine fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu* ; quia à planta pedis vsque ad verticem capitis sanitas in anima mea non est. Ideo dicitur inquit Rupertus, *Quòd amor Dei ferebatur super aquas; quia magno suo affectu super Samaritanam ducebatur, vt aqua baptismi ablueretur, & donis sanctissimæ Trinitatis vteretur.*

Ambros. in Gen. 1. *Amor ineffabilibus Sacramentis fidei excitatur.*

Fides Trinitatis peccata delet.

Theod. in Gen. c.1.

Amor Trinitatis corda vrit.

Iob cap...

Spiritus sanctus super aquas Baptismi fertur.

DIFFICVLTAS XVI.

Quare dicitur, Domine da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam amplius huc haurire.

QVæritur, qualis aqua erat ista, quàm Samaritana anxia petit, vt sitim extinguat? 881

1. Responsio fuit Theophylacti in litt. citati qui ait. *Gratiam Spiritus sancti dixit aquam viuam, & viuificantem, & refrigerantem, & motiuam : nam gratia semper mouet, & operatur ascensiones in corde peccatoris conuersi.* Quasi dicat non audis commotionem, & mutationem, quam incipit operari sitis aquæ viuæ : nam Samaritana, quæ repellens petitionem Christi dixit, neque in quo haurias habes, quia puteus altus est. Iam mota, & inspirata, fatetur, quod Christus est conductor diuinæ gratiæ, per quem aqua viua transit, quæ sitim extinguit. *Da mihi hanc aquam* (inquit) *vt non sitiam.* Tales igitur effectus sunt humilitatis, inquit Euthymius: nam quæ superbè de altitudine putei dubitabat nunc & mota ascensiones in corde suo supremas disposuit in rei veritate humilitas aurora est, quæ præit, vt diuinarum gratiarum sol animā intret, & super lumine perfundat mētem.

Theoph. *Aqua viua ascensiones mouet.*

Peccatores conuersi omnino mutantur.

Euthym.cit. *Humilitas est aurora solem iustitiæ antecedens.*

Vnde interrogat noster S. Bernardinus Senensis, serm.4. in vigilia Natiuitatis Dom. Quare 1.Cor. 2. n.9. dicitur. *Nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se.* Et respondet, *Quia cor hominis fons est, & ascensum nescit ; scimus enim, quia fontium natura est, riuos consectari conuallium, montium ardua declinare, sicut scriptum est. Ps. 103. Qui emittis fontes in conuallibus inter medium montium pertransibunt aquæ. Hoc autem admonere charitatem vestram ; quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam ; fons enim ad altiorem non ascendit, quam sit locus eius vnde procedit.* Quasi dicat sanctus. Tum verum fontem Samaritana inuenit, cum cor suum fontem humilem ostendit ; quia aquæ fontium misericordiarum Dei in conuallibus humilibus pertranseunt, & sitim peccatorum extinguunt. Hinc idem sanctus Bernardinus dicebat serm.16. in sabbat. post 1. Dom. Quadrag. art.2. c. 3. *Sicut magnes attrahit ferrum, sic humilitas fontem gratiæ ad se attrahit.* Quasi dicat, tunc Christi cor, quasi magnes ad se attrahit ferrum, id est, errorum suorum cognitionem Samaritanæ cum se humiliauit petens aquam viuam, vt non sitiret, quia vt Theophilactus ait : *Gratia Spiritus sancti est aqua viua viuificans, & refrigerans & mouens, & semper operatur ascensiones in cordibus peccatorum, & de his loquitur Apostolus cum ait, in cor hominis non ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se*, Quia sola aqua viua gratiæ Dei corda hominum satiat, & sitim extinguit rerum temporalium & requiem præstat diligentibus se.

882 S.Bernard. Senensis serm.4.in vig.Natiuit. Dom.1.Cor. 2.n.9.

Cor hominis fons. Ps.103.

Humilitas quo plus descendit, plus ascendit.

S. Bernard. serm. 16. in Sabb.post 1. Dom.Quad. art.2.c.3. *Magnes gratiæ humilitas.*

Theoph.

Gratia spiritus sancti fons aqua viua. 1.Cor.2.n.9.

Vnde Rupertus interrogat, quare dicitur quod *Deus diuisit lucem a tenebris*, Genes. 1. Et respondet : *Nota bonitatem Dei, nondum erat homo, & iam ei Deus quietem, id est, noctem post laborem diei prauidit, & præordinauit* 883

Rupert. in Gen. 1.

Deus hominibus ſeruit, & ſomnum diſtruxit.

dinauit, hoc eſt, tanquam famulum Deus deſtinauit, qui cæli clauderet ianuas, vt quietus homo quieſceret, & dormiret. Quaſi dicat, Quomodo Samaritanæ aquam ſitim extinguentem negaret, qui pro amore hominis, quaſi ſeruus prudens & vigilans quietem in noctibus præparauit, & cælum quaſi clauibus clauſit, cum diuiſit lucem à tenebris, vt quem creauerat, & annuebat ſomnũ quietis ſumeret ex laboribus diei.

Clauibus cælum claudit Deus in noctibus.

184 3. RESPONSIO fuit Auguſtini in littera citati, *Adhuc illa mulier carnem ſapit, quia delectata eſt non ſitire; ad laborem eam indigentia cogebat, & laborem infirmitas recuſabat.* Quaſi dicat, male ſpiritualia requirebat; quia mulier miſera & indigens omnibus rebus erat, & conuerſa ad Dominum laborea & paupertatem recuſare cogitabat, id eſt, falluntur qui terrena cogitantes volunt ſpirituales, & perfecti videri, & titulo ſanctitatis duobus Dominis ſeruire, mundo & Deo.

Aug. cit. in litt. *Spirituales aliqui Deo, & mundo ſeruire volūt.*

Hinc interrogat Richardus de Sancto Laurentio, quare Cant. 1. n. 3. dicitur, *Sub vmbra illius quem deſiderabam, ſedi.* Cum paulo poſt n. 5. dicat, *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo.* Si ſedit, & requieſcit ſponſa, quomodo dicitur, quod languet, & infirmatur, vel vt alia tranſlatio ait; *Quia amore æſtuo, vel ardeo.* Et reſpondet. *Languere ſe dixit, vt tacite ſe ſui amore ſponſi mundana omnia faſtidire, atque ad illa nauſeare ſignificaret.* Quaſi dicat quemadmodum qui languent omnia cibaria faſtidiunt, & abhorrent, quæ aliàs deſiderabant. Sic qui ſeruire Deo profitentur, & ſpirituales nominantur omnia mundi delectabilia cibaria abhorrere debent: nam periculosè languet in domo Domini, qui ita non languet.

Richard. de S. Laur. in Cant. 1. n. 3. *Verus Pater ſpiritualis temporalibus fungetur.* *Languet ſpiritu qui non faſtidiat cibos delicatos.*

Richard. cit.

Verba Richardi ſunt: *Bene languere dicitur fidelis anima, quæ quanto ſe ad amorem ſponſi accendit, tanto ab amore temporalium langueſcit, ſicut ſolet mos eſſe languentium, vt illa faſtidiant, quibus agitur vita communis.* Quaſi dicat, qui de victu communitatis faſtidiatus, & ſemper potus & cibos delicatos quærit, non floribus fulcitur, neque ardet, neque æſtuat propter ſponſum, ſed fructibus terræ conſeruari, viuere, & voluptati prætendit: nam de verè conuerſis animabus Tertullianus ait lib. de ſpectaculis. *Nulla maior voluptas quam faſtidium voluptatis.*

Fructus non flores quærũt confeſſores Hypocritæ.

Tertul. lib. de ſpectaculis.

185 Vnde Guillelmus Pariſienſ. lib. meditat. ait. *Væ ſoli* ait Eccleſiaſt. cap. 10. *Verè væ mihi ſoli, ſi non tu ſolus fueris mecum vel ego tecum, beatum & beatiſſimum me credo. Domine ſi te ſolum ſentio eſſe mecum, ſed tædet me mei, & odio ipſe mihi ſum, quoties ſentio me non poſſe eſſe ſolum; quia tunc tu non es mecum, quandiu non ſum ſolus tecum, quamuis letus.* Quaſi dicat, quando anima ſpiritualis vllam iſtius mundi conſolationem ſpectat, tunc ſponſus eſt cum ea; cum vero rerum temporalium delitias, & cibos delicatos quærit tunc abſens eſt Deus ab ea quia claudicat vno pede, & duobus Dominis vult ſeruire.

Guillelmus Pariſ. lib. meditat. c. 10.

Spirituales ſoli cum Deo ſunt reſpectibus ad mundum.

Hinc Ambroſ. interrogat, quare Exod. 13. dicitur: *Primogenitum aſini redimes oue.* Et reſpondet; *Quia aſina laborioſum animal, ouis fructuoſum, fructu ergo dicit mutandum laborem, & ſinis operis ſui fructus ſit pinguis.* Quaſi dicat animæ ſpirituali omnem laborem tuum, omnem induſtriã puro & ſimplici commendabis affectu; nõ ſic ait Samaritana quæ ſitim temporalem ex-

S. Ambroſ. in Exod. 13.

Fructum laborum ſpiritus profitentur.

tinguere conabatur; neque recordabatur ſpiritualis aquæ de qua Chriſtus loquebatur, vt Auguſt. adnotauit; ſpirituales Patres docens, quod ſolum de ſpiritualib. curent, non de temporalibus titulo ſanctimoniæ fictæ & ſimulatæ. *Auguſt. cit.*

DIFFICVLTAS XVII.

Quare Chriſtus dixit, Vade voca virum tuum?

QVæritur quare Chriſtus vocare virum ſuum adulterum præcepit? 186

1. RESPONSIO fuit Chriſoſtomi in littera citati: *Quoniam & illum oportebat his communicari.* Quaſi dicat; quia amor Dei ad amorem proximi incitat; ideo iam vulnerata Samaritana ſagitta diuini amoris verum adulterum vocare præcepit, vt etiam conuerteretur ad Deum.

Chriſoſt. citatus in litt. *Amor ad charitatem prouocat.*

Vnde interrogat Oleaſt. quare Deuter. 23. n. 6. dicitur: *Non facies cum eis pacem* (id eſt, cum Ammonitis) *neque quæres eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in ſempiternum. Vel vt legit Pagninus, Non quæras pacem eorum, & bonum eorum?* Et reſpondet. *Et ſi omnium virtutum defectus malus ſit; peſſimus autem eſt defectus operum Charitatis & miſericordiæ in proximos, quem punire in auctorem licere, locus iſte inſinuat.* Quaſi dicat nullum maius ſupplicium paganis & infidelibus immittere poteſt Deus, quam non parcere defectibus eorũ, ſed punire eos abſque miſericordia.

Oleaſt. in Deut. 23. n. 6. *Paganorum odium propter fidem Dei licet.*

187 Hinc Dorothæus doctrina 6. ait: *Hæc eſt Charitatis vis & natura, quo magis à Dei dilectione recedimus, eo & à proximi amore diſtamus, & quanto Dei amori adhæremus, tãto & proximi, quãtoque & proximo tanto Deo.* Quaſi dicat, quia Samaritana amore Dei erat vulnerata. Ideo præcipit Chriſtus, vt celeriter proximum virum vocaret & prædicaret, vt conuertatur ad pœnitentiam, quia amor diuinus non poteſt eſſe otioſus, ſed proximos inflammare & ad Deum attrahere conatur.

Dorothæus doctr. 6. *Amor Dei & proximi nexum ſtrictum.*

Vnde interrogat D. Gregor. hom. 30. in Euang. quare ſpiritus ſanctus Apoſtolis apparuit ſub ſpecie linguarum ignitarum, Actor. 2. n. 3. *Et apparuerunt diſpertitæ linguæ?* Et reſpondet, *Vt de dilectione conditoris, lingua, mens, & vita requiratur.* Et addit: *Quia nunquam eſt Dei amor otioſus; operatur enim magna, ſi eſt, ſi vero operari renuit amor non eſt.* Quaſi dicat, qui repleti ſunt ſpiritu Sancto ſtatim innumeris linguis (ſi haberent) magnalia Dei deberent peccatoribus prædicare.

D. Greg. hom. 30. in Euang. Act. 2. n. 3. *Amor Dei verbis & operibus demonſtratur.*

Hinc manifeſtè videbis, quare Exod. 8. n. 19. dicitur: *Digitus Dei eſt hic.* & Lucæ 11. n. 22. *Porro ſi in digito Dei eiicio dæmonia*, Quia digiti operationi deſtinati ſunt: nam quemadmodum ſi ab homine digitos tollas nullum perfectum opus operatur, ſic qui gratia Dei abundat, ſi opera dilectionis cum proximo non operatur, opus amoris Dei imperfectum remanebit.

Exod. 8. n. 19. *Lucæ 11. n. 22.* *Digitus Dei quare dicitur Spiritus ſanctus.*

Et Bernard. lib. de modo bene viuendi ſer. 51. ait: *Amor Dei nunquam eſt otioſus; ſi verè Deum diligis, nulla hora otioſus eris.* Quaſi dicat, non verè amat, qui non quærit proximos ad amorem Dei illis communicet. Et Sanctus Auguſtinus in præfat. Pſal. 31. *Ipſa dilectio vacare non poteſt. Quid enim de quoquam homine etiam malè*

Ber. lib. de modo viuendi ſer. 51. *Auguſt. in præf. Pſ. 31.*

operatur, nisi amor. Da mihi vacantem amorem, & nihil operantem: non esset amor nisi operaretur, etiam malus operatur, sed mala flagitia, adulteria, luxuriam omnia hæc nonne amor operatur. Quasi dicat, mutentur amores, & mutantur labores, quia celeriter vulnerata charitate anima omnes peccatores ferire, & vulnerare desiderat celeriter; quia vt Ambrosius ait: *Nescit tarda molimina spiritus sancti gratia.* Et ideo Christus Samaritanam vulneratam, sicut ceruam amoris sagitta ait. *Vade voca virum tuum, vt tantis bonis fruatur & conuertatur.* Ideo August. cit. ait: *Purga ergo amorem tuum aquam fluentem in cloacam, conuerte ad hortum, quales impetus habebas ad mundum, tales habeas ad artificem mundi.* Quasi dicat Samaritanæ, sicut turpitudinem voluptatum amasti, amoris fontem in cloacam deriuasti, & fœtorem proximis dedisti; quia turpitudo omnibus nota, fœtorem insupportabilem spargit, Sic modo voca virum tuum, & deriua in hortum amoris Dei aquas virtutum, & flores eius aquis irriga, *Ita vt in odorem vnguentorum tuorum curraat*, non solùm vir tuus, sed omnes conciues Samaritani. Quia vt Augustinus concludit amor *est operarius.* Et addit: *Nam vobis dicitur, nihil ametis? absit. Miseri eritis, si nihil ametis; amate, sed quid amatis videte.* Quasi dicat, ô Samaritana, voca virum tuum, & si prius malè amasti nunc charitate fulcita: ama bene & amorem in Deum & proximum conuerte; quia consuetudo te sine amore non desinet esse, quia teste Gregor. lib. 6. moral. c. 17. *Amor ad opus excitat.* Et Tritemius hom. 6. *Si Deum ardenter amasti nunquam eris otiosus, quia verus Christi amor non sinnit in anima nasci torporem, sed semper impellit ad voluntatem dilecti, & voluntas dilecti est ad amorem proximi inde extenditur.* Hinc Stephanus citat. in allegor. Tylmani in Gen. 4. explicans, *Nunquid custos fratris mei ego sum*, ait: *Qui aliorum contemnit salutem, non solum Cain, sed & diuite, qui sepultus est in inferno, peior est: nam Abraha dixit, rogo te, vt mittas Lazarum in domum Patris mei.* Bene ergo dixit Chrysostomus, quod Christus vocare virum Samaritanæ præcepit, quia illum oportebat his communicare, vt ad pœnitentiam conuerteretur.

Amor non potest esse otiosus. — Ambrosius. — *Amor impudicus ad cloacam mutatur.* — *Turpitudo omnibus fœtida.* — Cant. — August. cit. — *Infelices qui non amant aliquid.* — Greg lib. 6. moral. c. 17. — *Amor est inquietus, non piger.* — Tritem. homil. 6. — *Amor nescit torporem.* — Steph. in allegor. — Tylm. in Genes. c. 4.

188 2. Responsio Iansenij in littera citati: *Nota libidinem mulieris, quia post multos viros, libidine eius non erat satisfactum imo erat tam cæca, quod virum habere negabat.* Quasi dicat, insatiabilis est, & cæca fera libido, quia quod ab omnibus abominatur illa ignorari præsumit. Quasi dicat nostro Hispano sermone, *piesan los enamorados que tienen los otros los ojos cerrados.* Vnde interrogat Oleast. quare Numer. 25. n. 6. *Et ecce vnus de filiis Israel intrauit coram fratribus suis ad scortum Madianitidem, vidente Moyse, & omni turba filiorum Israel, qui flebant, &c.* Vel vt legit Pagninus. *In oculis Moseh?* Et respondet. *Disce quàm sit cæca, & fera libido quod eo tempore peccatum admittat, quo viderit ea, in aliis castigare, & quæ flagellis aliorũ debuerat cohiberi vice versa audacior fit.* Quasi dicat, quis talia horribilia audiat quòd quando Deus peste, & bellis Hispaniam puniat propter enormes luxurias, tunc profana, & impudica vestimenta augeantur, & scandalosè superiores ministri luxurientur existimantes, & negantes, quod ab omni populo, & Deo non videantur.

Iansen. cit. in litt. — Hispanà locutio. — Oleast. in Num. 25. num. 6. — Trans. — *Libido cæca & fera.* — *Pestes & bella flagella Dei propter enormes libidines.*

Hinc interrogat Lypomanus, quare dicitur Gen. 19. quod Sodomitæ luxuriosi ita puniti sunt ab Angelo, *Vt ostium inuenire non possent*, (cubiculi scilicet.) Respondet: *quia cæcitas mentis & corporis sequela est immoderatæ libidinis.* Et Ambros. ibi. *Cæca ostenditur hic omnis libido, & ea quæ ante se sunt, non videt.* Et Chrysostomus, *vt discant homines, quod nihil sibi prosint corporales oculi, si oculi mentis fuerint excæcati.* Quasi dicat, Samaritana oculos apertos habebat, & virum negabat existimans cæteros non videre, sicut illa quæ oculis mentis non considerabat libidinem in qua era. submersa. Hinc Sanctus Clem. Alexandrinus 3. stromat. *Libido obumbrat & contegit rationem.* Quasi dicat mollis & desidiosæ vitæ libido vmbrat, ac summè cauendum iactat: nam rationem, mentemque obumbrat; quia sicut vmbra sequitur corpus, ita peccatum peccati auctorem, præsertim si diuinæ iustitiæ sol appareat, quod Samaritana clarè hodie cognouit existimans, quod peccatum tuum in noctis tenebris occultatum erat. Et ideo dicebat, *Virum non habeo*, sed quia coram sole iustitiæ hæc dicebat, vmbram sui peccati eam sequi clarè cognouit, cum à Christo audiuit: *benè dixisti virum non habeo, quia quinque habuisti, & hic quem modo habes non est tuus, sed adulter.* Quasi diceret cum S. Isidoro Pelusiota lib. 5. epist. 314. *Quin cum ita sit (ait Sanctus) vide quæso quomodo affecti erimus qui coram tota humanitate, & Angelorum pulchritudine causam dicemus, cum præsertim; omnis etiam subterfugiendi locum non reperiet; peccatis nos velut vmbra corpus solis consequentibus.*

189 Lypom. in Gen. 19. — *Cæcitas mentis libidinem sequitur.* — Ambros. ibi. — Chrysost. — S. Clem. Alexandr. 3. strom. — *Sicut vmbra hominem sequitur sic peccatum.* — *Libido noctibus & tenebris tegitur, sol iustitia Christus.* — *Coram Angelis patebit quod occultè libidinosi operantur.*

DIFFICVLTAS XVIII.

Quare dicitur quod mulier reliquit hydriam dicens, Venite, & videte hominem, &c.

QVæsitum fuit, quare Samaritana tam celeriter hydriam reliquit, & quare conciues vocabat? 190

1. Responsio fuit Chrisostomi citati in litt. *Quia sicut Apostoli dimiserunt retia, ita Samaritana hydriam.* Quasi dicat, qui vitam Apostolicam post conuersionem inuenerunt hydriam & omnes affectus temporales relinquere debent, & in Angelicam vitam transformari. Vnde interrogat Oleast. quare Isai. cap. 6. num. 2. dicitur quod *Seraphin duabus alis velabant faciem eius & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant?* Et respondet: *duabus alis faciem eius operiant, duabus pedes integunt, & duabus volant; quatuor vero alis seruiens Domino, & duabus sibi, vt nos doceant, omnibus fere nostris Deo administrare, & paucissima nobis relinquere, qua in re taxantur omnes illi, qui multa secum expediant, & pauca cum Deo suo.* Quasi dicat, væ his qui multa & magnalia promittunt Deo, & paucissima reddunt, pauca retia & hydriã miseram reliquerunt, & prophana ditissima pignora inuenerunt in relictione. Huiusmodi longè

Chrisost. cit. in litt. — *Perfecti omnia relinquunt.* — Oleast. in Isai c. 6. n. 2. — *Religiosi Seraphin sibi pauca quærentes, Deo omnia.*

ab

Ambitiosi ratia non relinquerunt, & in mare proiecerunt, vt gemmas capiant. ab Angelis distant, & multo magis illi qui Dei sui obliti carni sacrant omnia mundo, ambitioni seruientes. Propterea inquit Cyrillus Alexandrinus lib.6. n.3. in Isai. *Quod Seraphin clamabant, & dicebant, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus exercituum, plena est omnis terra gloria eius.* Et interrogat, *Cur vnus post alterum clamabat, & non ambo simul? An vt sibi mutuo cederent seque inuicem honorarent; neque enim putandum est eos diuinas laudes canendo defatigari?* Et respondit: *Os eorum plenum est fusis ominationibus, ac laudibus, non quia defatigantur, sed quia ore sibi mutuo cedunt.* Quasi dicat, Seraphin non referunt homines qui se proscindunt, se contemnunt, neque honore se mutuo prosequuntur, sed insectantur contumeliis, etiam si eiusdem Hierarchiæ Seraphicæ sint, sed qui laudibus fratrem suum exaltent.

Clem. Alex. in 6. Isai. n.3.

Religiosi se mutuo honorent & laudent.

891 Hinc Bernardus scribens ad fratres de monte Dei: *Altissima est professio vestra, cælos transit, pax Angelis est Angelica similis puritati.* Et S. Ephren. parenesi 50. *O castra sanctorum Angelorum, multitudo Monachorum in idipsum bene ordinata mentem suam semper ad Deum eleuatam habentium alioquin.* Quasi dicat qui solum terrena sapiunt, & honores ambiunt licet Monachorum habitum habeant, verè Monachi non sunt & Angelorum Apostolorum nomen merentur; quia non celeriter hydriam, sicut Samaritana, reliquerunt. Sed sunt Angeli qui ceciderunt velociter similes esse Deo prætendunt, huc illucque semper discurrentes inquieti & impulsu ambitionis allecti nunquam in cella permanentes. Vnde Abbas Besarion vocatus dicere solebat: *Monachum semper debere assistere in sua Hierarchia sicut Cherubin & Seraphin, vel scientia repletum, vel amore Dei ardentem.* Quasi dicat, ô vtinam hæc Religiosorum omnium mentibus insiderent, vt vitæ sublimitatem, perfectionemque ad quam vocantur considerantes imis hærere dignarentur, atque prauis moribus resisterent, quia tales similes sunt Samaritanæ quæ relinquens hydriam, mundum, & sitim, quibus ante vocationem vtebatur, omnino oblita est, nam qui seipsum relinquit omnia relinquit, vt aduotauit Chrisost. quia voluptatibus fastidiatur.

Bern. ad fratres de monte Dei.

Chorus monachorũ Angelorum.

S. Ephren. paren. 50.

Religiosi vagi de ciuitate in ciuitatem currētes Angeli apostata.

Besarion Abbas.

Perfecti Religiosi choris Seraphin & Cherubin similes.

Chrisost. cit.

892 2. Responsio fuit Alcuini in litt. citati, Samaritana dixit conciuibus, *Venite, & videte hominem*, non Christum, ne irascerentur & non exirent. Quasi dicat, coram Principibus alius Princeps non est exaltandus neque coram Prædicatoribus Prædicator vsque coram potentibus pulchritudo fœminarũ laudanda ne ad concupiscentiam isti sicut & alij ad iram prouocentur. Vnde interrogat Oleaster, quare dicitur Genes. 12. *Quod serui Regis Pharaonis laudauerunt pulchritudinem Saræ?* Et respondit: *Audiant qui coram Principibus aut proximis laudant, quod Princeps, aut proximus possit malè cupere.* Vnde Apost. ad Ephes c. 5. ait: *Fornicatio, aut immunditia, neque nominetur in vobis, vt decet sanctos.* Quasi dicat verba iocosa; quæ possunt concupiscentiam suscitare, neque in ore sumenda sunt. Hinc quærit S. Petrus Damianus quare Ierem. 2. dicitur: *Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas?* Et respondit: *Qui otiosis, & impudicis verbis assuetus duplici culpa videtur obnoxius; quia derelicto fonte aquæ viuæ, hoc est, postposito verbo vitæ ora sua cisternas faciunt, ex quibus verba fætida, & obnoxia, nociuaque proximis proferuntur.* Quasi dicat, quemadmodum, qui ex profundo puteo, vel cisterna veteri non aquã, sed cænum fætidum exhauriunt, quia mota est cisterna, vel puteus, & in terra putrida & fætida aquam claram per contagium infectant. Sic qui labia sua nesciunt moderata discretione reprimere tanquam cisternæ dissipatæ aquas nequeunt continere, & audientibus nocere; quia commotæ sunt scintinosæ libidines, & luxuriosæ cupiditates.

Alcuin. citat. in litt.

Oleast. in Gen. 12. Trans. Pagn.

Ad Eph. c. 5.

Coram Regibus verba turpia nocent multum.

S. Petr. Dam. in Ierem. c. 2.

Cisterna dissipata lingua prouocans ad luxuriam.

893 Hinc Ailredus citat. in Alleg. Tylin. ad cap. 16. Iudic. *Si rasum fuerit caput meum (dixit Sanson) recedet à me fortitudo mea.* Et clamat Ailredus citatus. *Custodite fratres fortitudinem vestram, quam instar Sanson vobis crines conseruant, nisi radantur crines nihil proficiunt peccatorum funes, de quibus Psalmista ait, Funes peccatorum circumplexi sunt me.* Quasi dicat, cum socij & amici verbis impudicis pulchritudinem fœminarum proponant funibus ligare Sanson prætendunt, & cogitationes honestas radere conantur; sed quia fortitudinem suam custodire conatur, recordatur de verbis subsequentibus Psalmistæ: *Et legem suam non sum oblitus. Audiant hoc* (inquit Ailredus) *qui occasiones quærunt vagandi, & luxuriandi quos cernimus Philistinorum innexos funibus, nunc carnis stimulis agitari, nunc stultis occupationibus infeliciter irretiri.* Quasi dicat, infelices illi, qui vt Regibus & Principibus placeant funibus Dalidis perpetuo ligare conantur. Vnde Galfridus in alleg. citat. *Attendunt Principes, quod Sanson fecit Iudic. 15. apprehendit Sanson trecentas vulpes, caudasque earum iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio, quas igne succendit iussit, quæ statim perrexerunt in segetes Philistinorum. Vulpes istæ non immeritò trecentæ dicuntur; quia per centenaria multiplices illæ subreptiones, quo trinam transgressionem id est, cogitationes, loquutiones, & operationes faciunt. Habent autem istæ vulpeculæ faculas ardentes in caudis, quia subreptiones noxiæ, nisi à principio deuitentur, cum iam ad effectum venerint, miseram conscientiam obruunt, & adurunt, & meritò comburitur ardentibus faculis; quia noluit à subdolis cauere vulpeculis.* Quasi dicat, meritò Princeps, vel Præpotens luxuriosis faculis ardentibus vritur, quibus tota Respublica scandalis destruitur; quia à principio vulpeculas fallaces, & susurrantes fœminarum pulchritudinem reiicere renuit. Faculas ardentes super linguas talia recitantes imponens; *Quia dignus est, quod fumis, & ignibus pereat, qui fumos luxuriosos excitat.* Hinc prudens Samaritana, cum iam flammis spiritus Sancti esset incensa, conciues suos noluit ad iram excitare dicendo. *Venite & vide Christum Messiam*, sed hominem nominauit, vt Alcuinus aduertauit.

Ailredus ad c.16.

Funes sunt susurrones Principum. Ps. 104. n. 61.

Ailred. cit.

Infelices feruntur quæ phantasmata luxuriosa Regibus proponunt.

Galfrid. cit. in allegor. Tylin. Iudic. 16.

Fumis pereant qui fumos luxuriæ portant Regibus.

Lingua prophana loquutes adusta sunt.

Alcuin. cit.

***

DIFFICVLTAS XIX.

Quare Christus dixit, meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me?

892 QVæsitum fuit, quare tam gratus sit cibus, Dei voluntatem adimplere?

Orig. cit. in litt.
Voluntas Dei fiat oratio iusti continuata.
Oleast. in Gen. 22. n. 16.

1. Responsio fuit Origenis in litt. citati; *Quia idoneus cibus filio cum actor paternæ voluntatis efficitur.* Quasi dicat nostro Hispano idiomate: *El plato mas regalado para Dios es hazer su sancta voluntad, y negar la nuestra.* Vnde interrogat Oleast. quare Gen. 22. n. 16. dicitur, *Quia fecisti hanc rem per memetipsum, &c. Non dicis, quoniam voluisti immolare filium mei causa, sed quia fecisti rem hanc, quam quæso Domine?* Et respondit. *Non inuenio dicit Dominus nomen dignum voluntati tuæ, cum non pepercisti vnico filio tuo.* Quasi dicat, tanti facit Deus voluntatem operandi secundum præceptum suum, vt cibo tam placido & sapido nomen non inueniat. Hinc Chrysostomus hom. 25. operis imperfecti: *Sicut ex floribus poma formantur; ita ex bonis voluntatibus perfecta nascuntur.* Et addit: *Sicut ante pomum flos præcedit: ita ante opus bonum bona voluntas.*

Chrysost. hom. 25.
Voluntas benè ordinata arbor floribus plena.

895 Hinc interrogat Tylm. in alleg. quare dicitur Isai. 6. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, &c.* Et respondet. *Solium non machinam imaginare corpoream, sed Angelicam intellige creaturam; si enim sedes sapientiæ anima iusti, quam dignior erit, sedes Angeli sancti?* Quasi dicat; hoc solium gratiæ eius excelsum per naturam, sed multo magis per gratiam eleuatum, quia agmina Angelorum, in quibus sedet Deus, & quæ sub ipso sunt, templum replent; licet omnis terra ipsius plena sit maiestate. Et addit Tylm. *Vbique enim regnat, vbique imperat, vbique maiestas eius, sed gratia forte non ita; non enim sicut potestas, sic & voluntas eius bona & placens & perfecta; fit enim voluntas eius de omnibus: sic per omnes, sed non in omnibus tamen.* Quasi dicat, omnis creatura rationalis animalis, vegetatiua, entitatiua & intellectualis sub potestate Dei sunt, & voluntatem eius faciunt: sed voluntas Dei tunc fit, quando voluntas nostra per ipsius gratiam mouetur, operatur, & perficitur, non respirando sine omnimoda resignatione in eius voluntate. Et tunc dicit Propheta Isaias, *Quod vidit Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & quod plena erat omnis terra maiestate gloriæ eius.* Quia gloriatur Deus, & ampliatur ostentans se magnificum super omnes creaturas, cum audit ab vno vero corde & perfecto, *fiat voluntas sua.* Quod Christus hodie protestatur dicens, quod cibus suus suauissimus est facere voluntatem eius, qui misit eum.

Tylm. in alleg. ad c. 6. Isai.
Agmina Angelorum sedes naturalis Dei.
In potentia obedientiali omnis creatura.
Voluntas sola perfecta Deo obedit.
Conformare se & resignare in voluntate diuina Deum honorat & magnificat.

896 Vnde Bernardus in alleg. cit. ad cap. 55. Isai. interrogat: *Venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum & lac?* Et respondet: *Gratia gratis datur, etiam cum emitur gratis, emitur quia quod datur pro ea nobis melius retinetur: nummo igitur propriæ voluntatis emendasunt omnia, quam dimittentes nihil amittimus, & lucramur plurimum commutantes illam in melius, vt communis fiat, quæ propria fuit.* Quasi dicat, communis voluntas charitas est: emamus ergo absque commutatione, recipientes quod non habuimus, & quod habuimus melius retinentes, quia scriptum est, *Quod gratis accepistis, gratis date.* Si ergo voluntatem propriam, & liberum arbitrium gratis accepimus, gratis Deo subiiciatur in omnibus & per omnia nutantes, & respirantes, *fiat voluntas tua.* Et tunc vinum & lac absque argento ememus; quia lac dulcedinem; vinum lætitiam significat, & qui se vere & corde Deo resignat omnes dulcedines, & delectationes, lætitiásque cordis, quæ omnem intellectum superant, neque in cor hominis ascenderunt experitur. Et concludit Bernardus; *Quomodo amans se ipsum & propriam semper interius voluntatem retinens diliget iustitiam, & odio habebit iniquitatem? Simulare quidem poterit ante oculos hominum, & seipsum seducere, qui à priuato amore, vel odio ducitur, & zelum putat esse iustitiæ, sed non ante oculos Dei.* Quasi dicat propria voluntas fere semper fallitur; qui vero se in manibus Dei resignat, aberrare non potest insusurrari & opprobriari potest. Sed quo plus voluntas resignata patitur plus sapida, dulcior & beneplacita est Deo, quia scriptum est. *Tunc acceptabis sacrificium, & holocaustum, tunc imponent super altare tuum vitulos,* id est, motus propriæ voluntatis, qui naturales sunt, sed oblati, & sacrificati Deo dulces cibos sapiunt, vt Christus insinuans dixit, *Cibus meus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me,* vt adnotauit Origenes.

S. Bern. in alleg. Tylm. ad c. 55 Isaiæ.
Gratia gratis datur & emitur gratis.
Dulcedine & lætitia repletur, qui voluntatem propriam resignans.
Propria voluntas, nequè zelū Dei, neque iustitiam obseruat, omnia perdit & errat.
Ps. 50.
Motus voluntarij cibi sapidi & dulces Deo.
Orig. citat.

DIFFICVLTAS XX.

Quare dicitur, quod multi Samaritanorum Christo crediderunt, & quod rogabant eum, vt ibi maneret.

QVæsitum fuit, quare mulieri prædicanti Samaritani crediderunt, & cur rogabant eum, vt maneret ibi? 897

1. Responsio fuit Chrysostomi in litter. Quia Samaritana læsa, etsi redarguta de peccato suo Christum multum magnificabat. Quasi dicat, ita concionator debet verba Dei pronuntiare, vt lucrum animarum curet, non famam inanem, & laudes humanas fugere quod per antecedentem orationem ad prædicationem cōsequetur. Vnde interrogat Oleaster, quare Deut. 18. dicitur. *Prophetam de medio tui suscitabit tibi Dominus.* Sic Pagninus. Et respondet: *Aduerte, quam bene Dominus populo suo prouiderit, dans semper Prophetam, & directorem, ne videlicet irent ad diuinos & idolorum vates: quare exemplo eius Prælati & Prædicatores debent à subditis omnem occasionem auferre discedendi à fide.* Et addit: *Omisso concionatorum cæteruam, qui verbum Dei, quemadmodum oportet, sobriè tractent, & gratis disseminare velint: deberent etiam maxime curare, & prædicare contra nepharias superstitiones, quæ in tantum apud nos creuerunt, vt pacto cum Dæmonibus inito, veluti gentilium*

S. Chrysost. in lit.
Peccator reprehensus per prædicatores confunditur.
Oratio ante prædicationem.
Oleast. in Deut. 18.
Trāsl. Pagn.
Prædicatores gratis prædicent.

gensilium tempore responsa sciscitantibus prabeant. Memini (inquit citarus Oleaster) *me dum apud suclitam & boram inquisitionem fœminam reperisse, qua 30. annis, & plus cum Dœmone familiaria colloquia permiscebat, quod sibilo, aut contactu manus ab ea vokatus statim aderat, & quidquid ab eo scire voluisset, explicabat.*

Pithonico vigilanda maxime sunt his temporibus.

Quasi dicat, attendant, & vigilent Prædicatores & confessores, quia Diabolus his calamitosis temporibus, plus vigilat, & incantatrices sibilo lucrandi munera; & pignora aurea pro idiomate Diabolico, & vulgari vtuntur, *Es menoster ayudarse la mas hermosa,* id est, *pacto implicito, vel explicito corda Principum ligare, & ad se attrahere;* Ideo super gregem Dominicum Prælati attendant, & Prædicatores, & confessores orent ante prædicationem, vt Deus adaperiat corda huiusmodi incantatricium & scientium tam pestifera dogmata vt Sanctissimæ deferantur Inquisitioni: nam quomodo scient nisi mittantur, & quomodo emendabuntur, nisi nuntietur viriliter, & fortiter pro de-

Exemplū verum Pithonicæ. Meretrices Hispana in cātationibus vtuntur.

Ideo delatantur Pithonicæ citissimè.

898 fensione fidei.

Paralip.c.12.

Hinc in Paralipomen. 12. refertur: *Erant fortissimi & egregij pugnatores tendentes arcum, & vtraque manu fundis saxa iacientes,* vbi glossa ait, *Prædicatores Christi non segnes, seu studiosos describit in prosperis, & in aduersis à dextris, & à sinistris.* Per fundibularios qui cum sonitu magno saxa iaciunt contra aduersarios significantur Prædicatores, qui clamando contra maleficas incantatrices Pithonissas pactum cum Dæmonibus habentes lucri causa, vel curiositatis scientia deterrent, & sibilo delationis sanctis inquisitoribus pœnitentes proiiciunt, vt saluentur, *Quod genus Dæmoniorum non eiicitur, nisi in ieiunio & oratione.*

Curiosi arte magica quarunt scire indebita.

Lucæ 11.

Lypom. in cap. Genes.

Vnde Lypomanus explicans cap. Gen. *Et iuxta puteum aqua orauit Dominus dicens Domine Deus Abraham, occurre obsecro mihi, & fac misericordiam,* ait: *Sicut seruus Abraha ad fontem Domini inuocauit, vt iter suum dirigeret, ac filio Domini sui de vxore prouideret: sic Prædicatores omnem spem suam in Deo ponentes eius auxilium, & directionem iugiter inuocent.* Et *Gregorius ibi: Puer iuxta fontem stans ex prefixa sententia qua puella eligenda esset proposuit; quia Prædicatores sacri eloquij fluenta considerantes ex ipsis colligunt, qua vel quibus prædicationis sua verba committant, & ex quibus auditoribus fiduciam certitudinis assumant.*

Gregor. in Glossa.

Audientes verbum Dei in se auscultāt quod audiunt.

Ioann. 4.

Quasi dicat, quod Samaritanæ accidit, quæ ex verbis, quæ Christus iuxta puteum ei dixit Quinque viros habuisti, & iste, quem modo habes, non est tuus, ruminans secreta abscondita cordis sui reuelata fluenta prædicationis verba collegit, & festinans iuit, & dixit Samaritanis: *Venite, & videte hominem, qui abscondita cordis mei dixit,* ex quibus verbis auditores fiduciam certitudinis assumentes in Christum crediderunt propter verba mulieris.

2. Respunsio; rogabant eum, vt maneret 899
ibi, & quia gratus erat duos dies mansit ibi, & postea ibi, quia & alijs ciuitatibus oportebat euangelizare verbum Dei.

Auct. ment.

Quasi dicat, tantum viget nobilibus & gratis animis quodlibet beneficium, quod transactis omnibus difficultatibus Christus per duos dies remansit cum Samaritanis. Vnde interrogat Oleast. quare Exod. 23. n. 19. dicitur. *Primitias frugum terra tua deferes in domum Domini Dei tui.* Vel vt Pagnin. *Solemnitatē messis primitiarum deferes?* Et respondet: *Gratitudinē ex nobis quærit Deus noster vt quā primum cœperis beneficium obtinere, incipias ei gratias agere & similiter in fine cum beneficiū fuerit consummatum.*

Oleast. in Exod. 23. n. 19.

Gratitudo à Deo diligitur.

Quasi dicat, putant homines se satis Deo gratos esse, si post acceptum beneficium gratias egerint, sed non sic docentur à Deo, imo gratitudinem ostendere cum primum cœperint spinæ ad maturitatem peruenire, & etiam cum omnes fructus domi incluserint: Ideo quasi compedibus ligatus Christus cum Samaritanis remansit per duos dies, quia primitias fidei dederunt ei; quia crediderunt, non solum propter loquellam mulieris, sed quia ipsi intentiora tenebant Christum audientes, & vt ingratitudinem magnatorum confunderet, gratum admo-

A principio & post beneficium acceptum.

Beneficia cōpedes sunt.

dum se monstrando. 900

Lypoman. in Exod. 1.

Interrogat Lypom. quare Exod. 1 dicitur, *Surrexit in terra Rex nouus super Ægyptum, qui ignorabat Iosephum?* Et respondet: *Magis autem ingratitudo notatur Regis, quia facilè beneficiorum obliuiscuntur magnates.* Quasi dicat, aliquot iam sæculis obierat Ioseph, vt de facie cum Rex nouus nouisse non potuerit. In hoc igitur Rege qui non nouerat Ioseph id est, beneficia, quæ Ioseph contulerat in Ægyptios obseruandi veniunt mores huius sæculi, in quo maxima inuenitur hominum ingratitudo. Et addit Lypom. citat. *In rebus enim humanis ferè fieri solet, quod Pindarus ait: vetus beneficium obliuioni & quasi somno traditur. sectemur igitur gratitudinem & beneficentiam, & faciamus nos hominibus quod volumus, vt faciant homines nobis.* Hæc enim quasi dicat, Christus facit cum propter rogationem Samaritanorum mansit duos dies in Samaria; quasi gratus beneficiis receptis, & vt ipsi grati remanerent pro tantis ab eo beneficiis acceptis sua ineffabili prædicatione, & præsentia.

Magnates semper ingrati.

Pindar. cit. à Lypoman.

Summa est gratitudo apud magnates.

TRACTATVS VIGESIMVS PRIMVS

Ad Litteram *In cap. 8. Ioann. De muliere adultera ante Christum delata.*

TEXTVS.

1 IEsvs autem perrexit in montem Oliueti 2. Et diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos. 3. Adducunt autem Scribæ & Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam, & statuerunt eam in medio 4. Et dixerunt ei: Magister: hæc mulier modò comprehensa est in adulterio. 5. In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? 6. Hoc autem dicebant tentantes, vt possent accusare eum: Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra. 7. Cum ergo perseuerarent interrogando eum, erexit, se & dixit eis: qui sine peccato est vestrûm primum in illam lapidem mittat. 8. Et iterum se inclinans scribebat in terra. 9. Audientes autem vnus post vnum exibant incipiens à senioribus, & remansit solus Iesus, & mulier in medio stans. 10. Erigens autem se Iesus dixit ei: mulier vbi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit, 11. Quæ dixit, nemo Domine. Dixit autem Iesus; nec ego te condemnabo. Vnde & amplius noli peccare.

EXPLANATIO LITTERAE.

901 *Auct. mens.*

IEsus autem perrexit in montem Oliueti. Distabat à Hierusalem Oliuarum mons itinere Sabbathi, vt Actor. 1. describitur & in isto monte, & Bethania, in qua apud Mariam, & Martham Domino erat gratum hospitium. Quare autem Christus iam sero perrexit in monte facile est coniectutandum quia iam conspirauerant sacerdotes & Scribæ, vt nullus in domo sua Christum auderet recipere: & ideo post prædicationem quotidianam perrexit Iesus! quia nemo illum inuitauit. Et diluculo iterum venit in templum, quia charitas Christi ingratitudinibus non extinguebatur, sed potius inflammatur quasi allectus, certatim confluit ad templum vt cibo spirituali ingrati sui pascantur.

Ingratitudo Iudæorum in Christum patet.

Charitas non æmulatur.

902 *Malitia inimicorum subtilis & acuta.* *Inuerecunda libido continuata.*

Et sedens docebat eos. Ingratitudinis retributio pro beneficiis acceptis demonstratur, Christus diluculo venit ad docendos Pharisæos & populum, & illi insidias & tentationes præparant, quærentes aliquam miseram adulteram, quæ diu forsitan in peccato erat, & publico & notato, & sic facilè fuit Pharisæis capere illam in flagranti delicto vt iuris consulti dicunt, id est, in lectulo cubantes. Relinquo ex consulto quæstionem. verum hæc adulteræ historia apocrifa sit, an à Græcis recepta, an à Papia relata, an addita post scriptum Euangelium ab ipso Ioanne; quia superuacaneum iudico tale certamen; quia dum Patres sunt Concilij Tridentini sess. 4. decret. de canon. scrip. Hoc de fide decreuit, & determinauit, sanciuitque sicut cætera quæ fide tenemus. Quare, vel quo fructu præteriti errores circa articulum de fide tenendum referendi sunt? Nisi forsan vt Hæretici Lutérani, & Caluinistæ, tanquam rem ab omnibus dubitatam proponant, vt de facto accidit.

Græcorũ opinio circa historiã adulteræ.

Cõcil. Trid. sess. 4 decr. de Canon. script.

Ridiculorum, sed ad rem referam aliquorum Gallicorum Auctorum dictameo scribentium apocrypham esse Regis Francisci in Pauiæ captiuitatem procedentem; ex insigni Hispanorum victoria tempore Imperatoris Caroli quinti fælicis recordationis, & Matriti in vinculis reseruati per duos annos. Quærentibus igitur rationem tanti delirij contra torrentem omnium veterum Auctorum, & neothericorum respondent, quod vt in opinione saltem adnoretur; quia pro tempore crescet dubitatio quasi dicant, stultorum infinitus est numerus: nam quomodo sufficiet dubitatio ad extirpandã veritatem; præsertim quod acceptum est à Concilio Tridentino, scilicet, quod historia Adulteræ vera, & indubitabilis sit propter quod neque opiniones Græcorum in contrarium referendæ sunt. 903

Delirium est negare Regi Franciæ Francisci Pauia non victũ ab Hispanis, & Matriti incarceratum. Scriptorũ insanum est numerus.

Cõcil. Trid. citat.

Adducunt autem Scribæ & Pharisæi mulierem in adulterio, &c. Si Leuitici 20. n. 10. & Deut. 22. n. 22. præcipiebat, quod vterque adulter lapidaretur, cur non adducunt adulterum. Non approbo vt Christum impudicè tentarent in medio templi, neque illorum opinionem, quod fugit adulter: sed meo iudicio, quia malitia Iudæorum demisit illum ex consulto; quia Iudæi erant, & timuerunt hominem, non mulierem 904

Leuit. 20. n. 10. Exod. 22. n. 22.

Intrepidos & resolutos timere debemus quia desperatio est periculosa.

lierem, Magister hæc mulier modò comprehensa est; ligantes Christum (inquit Prosperus,) ne probationem quæreret. In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidari. Tu ergo quid dicis. Quasi dicant tu es Magister magistrorum, & legislator super leges qui omnibus superas scientia, sapientia, & virtute, quid ergo tu dicis. Hoc autem dicebant tentantes eum, id est, desiderantes, quod de lege malè diceret, vel de Moyse rideretur, vt statim blasphemia arguerent eum.

Probatione non indiget flagrans delictum.
Prosperus.
In sermone Christum capere volebāt.

905 Iesus autem inclinans se deorsum digito scribebat in terra; quia corda Pharisæorum scrutabatur, quasi dissimulans se arbitrum iudicem fugiendo. scribebat, vel peccata mortalia vniuscuiusque Pharisæorum; vel vnusquisque primò trabem oculorum suorum auferat Matth. 7. vel fragilitatem fœmininam quæ de terra formata fuit, & quid mirum, *Que sepusiesse delodo si se formo de poluo.* Vt Hispani dicunt. Cum ergo perseuerassent interrogando. Quo significatur, inquit Iansenius Dominum velut coactum illorum improba postulatione ad diffinitiuam processisse; qui sine peccato est vestrum mittat in eum lapidem; non absolutè dicit, qui sine peccato est, quia Christus solus debebat propter hoc lapidare adulterā, quia impeccabilis est per naturam, & per vnionem, & multa alia; sed dicit vestrum, id est, scrutetur vnusquisque vestrum cor suum, & qui sine macula est sumat lapidem primus. Et iterum se inclinans scribebat in terra. Quare autem post aculeum criminatum, & inflictum hypocritis in terra scribit. Vel fuit characteribus, quasi phantasmatibus delineans, vt eos terreret; quia proterui, & rebelles stabant. Vel fuit, vt dareteis locum, vt abirent, & nonruberent videndo Christum, qui scelera, & peccata sua impudica, (& forsitan illa noctè commissa) scribebat, & timendo ne illa pronuntiaret palam.

Peccata propria stupens nimis.
Matth. 7.
Trabem oculi sui vnusquisque tollat.
Ians. in concord. c. 76.
Hispania loquutio.
Solus Christus impeccabilis per naturam.
Te ipsum nescis characteres horribiles liniuit in terra Christus.

906 Audientes autem hæc vnus post vnum exibant, id est, quasi fastidiosi, quod Christus iterum deorsum scribebat vilipendēdo delationem adulteræ, vel vnus post vnum, quasi dissimulans stimulum, quo intus torquebatur ex auditis. Et remansit solus Iesus cum muliere, id est, Pharisæis iam confusis abeuntibus in medio Discipulorum & populi, qui in templo stabant ad spectaculum. Mulier, vbi sunt qui te accusabant? nemo te condemnauit. Quasi dicat, vbi sunt bene scio: sed quare hîc non sunt, nisi quia peccatores sunt. Recognosce ergo beneficium à me factum, quia vt liberarum te, feci illos accusatores abire dissipatos, confusos, & fractos corde. Neque timeas quod ego qui sine peccato sum condemnare te præsumo, sed saluare, ideo dicit: neque ego te condemnabo iam amplius noli peccare. Quasi dicat, ego te absoluo à præterito peccato, quia contrita verecunda & pœnitens stas; & ideo emendare & iam noli amplius peccare, ne fortè aliquid mali deterius tibi contingat, per quod in æternum pereas in gehennam ignis æterni.

Coram iudice peccata hominem erubescere faciunt.
Hispana locutio:
Irse alo dissimulado.
Gratitudo debita Christo.
Christus adulteram absoluit.

TRANSLATIONES ANTIQVIORES & Neotherica circa c. 8. Ioannis.

n. 1. *Vulgata editio Iesus autem perrexit in mōtem Oliueti, & diluculo iterum venit, &c.*	1. Cunctusque populus venit ad eum, &c. sedens docebat eos.
Translat. Vatabli.	
Iansenius in concord. cap. 76.	2. Iesus ad montem Olearum multitudine plenum concessit.
Lyranus sua in glossa.	3. Secessit in montem causa orandi; quia domus Marthæ in qua hospitabatur erat propinqua monti illi.
n. 3. *Vulgata Adducunt autem Scribæ & Pharisæi mulierē in adulterio, &c.*	4. Et hanc deprehensam vidimus in adulterio, &c.
Transl. Vatabli in scholiis.	
Iansenius ex rigore Græco.	5. Modo in ipso actu reperta est in adulterio.
Lyranus sua in glossa.	6. Modo per præsentiam personæ & facti.
n. 5. *Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebāt, &c.*	7. Tu vero qui peccare non potes, quid dicis? Hoc dicebant, cum à conscientia redarguerentur.
Transl. Vatabli in scholiis.	
Lyranus sua in glossa.	8. Causa quæstionis subditur, tentantes & arguentes, vel propter pietatem nimiam vel transgressionem legis.
n. 6. *Vulgata Iesus autem inclinans se deorsum digito, &c.*	9. Non ore sed opere inclinans se digito respondit scribens.
Iansen. in concord. cit.	
Hieron. lib. 4. contra Pelag.	10. Digito scripsit accusantium peccata mortalia.

Caietan. in Euang. 11. Scripsit digito se esse Deum sicut legem scripsit digito.

Lyranus sua in glossa. 12. Scripsit sententiam quã postea protulit ad maiorem certitudinem.

n. 7. *Vulg. Qui sine peccato est vestrum, &c. Trãst. Vatab.* 13. Qui vestrum immunis est à peccato, primus in illam lapidem iaciat.

Lyranus sua in glossa. 14. Puniatur peccatrix, sed non à peccatoribus, impleatur lex, quam allegatis.

n. 9. *Vulg. Audientes autẽ vnus post vnã exibãt. Trãs Vatab.* 15. Singulatim alius post alium exibant.

Lyranus sua in glossa. 16. Vnus post vnum exibãt, quia diuina virtute in aliqua figura ab eo protracta quilibet eorum videbat sua.

Iansen. cit. 17. A conscientia redarguti exibant confusi.

n. 10. *Vulg. Vbi sunt qui te accusabãt &c. Translat. Vatabli,* 18. Mulier vbi sunt illi tui accusatores.

Lyranus sua in glossa. 19. Mulier examinatur de accusatione & consequenter de condemnatione.

Rupertus in Ioann. 8. 20. Sed egressis accusatoribus, non autem Discipuli, ait Dominus, mulier vbi sunt illi.

n. 11. *Vulgat. Nec ego te condemnabo, vade, &c. Translat. Vatabli.* 21. Nec ego te condemno, vade & posthac non peccaueris.

Caietanus in Euang. 22. Officium iudicis non exercet, sed Saluatoris monens, vt amplius non peccet.

Lyranus sua in glossa. 23. Saluando naturam damnat culpam quia contritionem Christus nouit.

Iansen. in concord. 24. Si malitia tibi parcere potuit, quid metuis innocentiam, vade noli peccare, vbi culpa sibi non placuisse nuntiat.

DIFFICVLTAS PRIMA.

Litteralis.

Quare dicitur, quod Iesus perrexit in montem Oliueti, & postea diluculo venit in Templum?

QVæritur, quare iam sole occumbente Iesus perrexit in montem Olìueti? 907

1. RESPONSIO Alcuini in cath. citati. *Secundùm consuetudinem Iesu in vltimo die Cenopegiæ, cum tota die in templo prædicasset, vespere perrexit in montem Oliueti.* Quasi dicat, in diebus Paschalibus, & festi..s Christus in templo semper prædicabat, & iam proximus ad passionem die noctuque laborat prædicando; quia tempus breue erat, in quo posset Patris voluntatem facere: ideo post prædicationem se contulit in montem, vbi erat domus Marthæ, & Mariæ. *Alcuin. in cath. cit.* *Consuetudo prædicandi in Christo semper.*

2. RESPONSIO Lyrani sua in glossa. *Christus perrexit in montem Oliueti, volens prædicatoribus Ecclesiæ exemplum dare, & ideo sequestrabat se ad orandum tota nocte, & iterum diluculo reuertebat ad idem.* Quasi dicat *Erat per noctans in oratione Dei*, quia prædicatoribus forma præscribitur, norma prædicandi dabatur. 908 *Lyran. sua in gloss.* *Oratio præuia ad prædicandum.*

3. RESPONSIO Ruperti in Ioann. 8. *Perrexit in montem Oliueti, & iterum redit in templum & docet; quia videlicet futurum erat, vt frustratis consiliis eorum, qui quærebant animam eius dicentes, quando morietur, & peribit nomen eius. Ps. 40. ascensurus erat in montem Oliueti ad cælum, & inde daturus Spiritum sanctum*, Actor. 4. Quasi dicat, quia passio Christi iam approximabatur, & quærebant calumniatores occasiones accusandi, vt eum occiderent; ideo in templum iterum, atque iterum docet, quia sciebat, quod malitiosè, & vt tentaretur adducta erat mulier in adulterio comprehensa. 909 *Rupert. in Ioan. 8.* *Inimici vsque ad mortem non quiescũt. Ps. 40. Actor. 4.*

4. RESPONSIO meo videri. Ideo Christus iam sero in montem Oliueti perrexit, quia post fatigationem prædicationis continuam crudelitas Iudæorum tanta fuit, vt nemo illi buccellam panis ad manducandum daret, neque iam propter metum Iudæorum, Scribarum & Pharisæorum audebat quispiam in domum suam Christum recipere; & ideo in montem Oliueti abiit; quia ibi Martha & Maria domum habebant, & eum recipiebant. 910 *Auct. mens.* *Nemo Christum post prædicationem hospitare ausus est.*

5. RESPONSIO Iansen. in concord. cap. 76. *Quam ardenter Christus cuperet hominum salutem, ostentat; quia neque Pharisæos, neque impias ipsorum conspirationes metuens diluculo venit in templum, vt doceret omnes etiam ingratos.* Quasi dicat, amor Christi ingratitudinibus fomentabatur, & plus ardebat pro salute hominum, quia repulsæ rei plus amatæ amantem probant, & insistunt ad plus amandum. 911 *Iansen. in concord. c. 76.* *Amor expulsionibus a pe. ris relevatur.*

DIFFICVLTAS II.

Quare dicitur: Magister, hæc mulier modò deprehensa est in adulterio, & lapidari meretur. Tu ergo quid dicis?

912 QVæritur qoare tam insolitam tentatioοem aduersus Christum cogitauerunt?

Lyran. sua in gloss. *Inimici semper iniqua machinantur contra innocentes.*

1. RESPONSIO Lyraoi nostri sua in glossa. *Potest dici, quod per hoc voluerunt ponere suspicionem in corde populi, quod adulter fuisset aliquis Discipulus Christi, & ideo solam mulierem adulteram adduxerunt, non adulterum.* Quasi dicat, ioscrutabiles suot machinationes calumniantium, ioimicorum contra innocentiam Christi accusando Discipulorum vitam immaculatam, vt resiliret in Magistrum talem.

913 Maldon. in Euang. *Sexus fœmininus imbecillis.* Daniel. 13. n. 59.

2. RESPONSIO Maldonati; *Nonnulli suspicantur adulteram potius quam adulterum adduxisse, vt Christi tentarent pudicitiam. Quid vis de maligno Pharisæorum animo prodi potest, sed probabilius est; propterea solam adulteram adduxisse, quod facilius fuerat adulteram, quam adulterum capere.* Quasi dicat sexus fœminæ imbecillis facile tenentur vt in Susanna visum fuit Daniel 13. n. 59. vbi senes libidinosi fugerunt, & fœminam innocentem delatarunt.

914 Rupert. in Ioan. 8. *Calumnia contra pietatem Christi formatur. Inimici defraudati à cauillationibus fremunt.*

3. RESPONSIO Ruperti in Ioann. 8. *Fama Christi auscultantes inimici putabant, quod iudicaret dimittere peccatricem: Hac autem pietas statim pateret crimini, ut dicerent illi robusti æmulatores legi, hostis legis est.* Quasi dicat captantes animam iusti hac calumnia sanguinem innocentem condemnabant, sed frementes quod proprium bestiarum est, illusi sunt, quia meditati sunt inania, & nisera apud misericordiam liberata est.

915 Auct. mens. *Pecunia omnia obedit.* Gen. 49. *Traditores timidi & pauidi.*

4. RESPONSIO meo iudicio, adulterum non adducunt ante Christum; quia vel erat Diues, vel adolescens robustus. Si diues pretio ipsum liberauerant (vt mos est vsque hodie) si robustus, timuerunt enim, quia Iudæi timidi nimis sunt & multo magis si meditantur iniqua vel facinus graue contra innocentem, vt patet in Ioseph, qui vt eum venderent, vel viuum in cisternam tanquam in sepulchrum proiicerēt, vnanimes dixerunt, *Ecce somniator venit videamus si prosint illi somnia sua*, Genes. 49.

916 D. Aug. in cath. *Mansuetudo causat contemptum.*

5. RESPONSIO D. Augustini in cath. citati: *Animaduertunt enim eum nimium esse mitem, de illo quippe fuerat prædictum; procede, & regna propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam.* Quasi dicat, inimici semper rapiunt quod noxium est ad augendum contemptum; Et quia scriptum erat, quod Messias futurus erat, mansuetus & mitis hanc cauillationem è vicino meditati sunt, non attendentes ad omne Propheticum dictum propter iustitiam. Quia Christus etiam iustitiam fecit eum adultera, qoia lex dicebat, quod immunes à peccato legem iudicarent & hoc fuit iudicium Christi, cum dixit, Qui sine peccato est.

DIFFICVLTAS III.

Quare Christus digito scribebat in terram inclinans se deorsum.

QVæritur, quare deorsom Christus inclinatur ad scribendum in terram, & quid scribebat? 917

1. RESPONSIO Bedæ in cath. citati. *Quantum ad historiam pertinet, per hoc quod digito scribebat in terram illum esse forte monstrauit, qui quondam legem in lapide scripsit.* Quasi dicat semper inimicis Christus in parabolis dicebat quis esset, & quasi in figura, vel indice legem signabat digito scribens; quod ipse erat, qui Moysi in lapidibus scripsit legem. Bed. in cath. *Digitus signum attentionis, & nota rei magna est.*

2. RESPONSIO Lyræ sua in glossa. *In sua responsione iustitiam tenuit, & à misericordia non declinauit, & per hoc enim cauillationem euitauit.* Quasi dicat, inclinauit se ostendens quod de cœlis de sinu Patris in mundum descendit ad reclinanda hominum peccata digito scripsit in terram peccata eorum, quæ etiam de iustitia, & per legem puniri debebantur. 918 Lyr. sua in glossa. *Iustitiam & misericordiā potest index seruare.*

3. RESPONSIO D. August. quam refert Iansen. in sua concordia, quod Dominus in terra scripserit ad ostendendum quod illi non in cœlo cum Apostolis, sed in terra scribendi essent, secundum illod Ieremiæ 17. *Domine recedentes à te in terra scribentur:* Aut ad significandum quod se humiliando, quod capitis inclinatione monstrauit signa faceret in terra. Quasi dicat; quia Scribæ de scientia, & legis interpretatione gloriabantur in terra scripsit Christus vt recordarentur de Prophetia citata Ieremiæ, vel quod humilitas eius de cœlo vsque ad terram causa futura citò esset videnda, vt vsque ad cœlum exaltaretur, & quod omne genu ei subiiceretur. 919 S. August. à Ioan. sen. in concord. Ierem. c. 17. *Peccatores in terra scribūtur, quia memoria eorum citò transit.*

4. RESPONSIO meo videri, digito scribebat in terra, quasi dissimulans ad propositā quæstionem, cui bene conuenit qood subditur in textu, cum ergo perseuerassent eum interrogantes, &c. colligitur hæc ratio ex Complutensi Biblia, quæ ex Græco legit: *Dissimulauit Christus ad propositam interrogationem*; quia summa prudentia est in magnis negotiis non celeriter respondere, sed maturè, prudenter, & attente. 920 Auct. mens. *Simulatio in gens prudentia ad tēpus.* Complutensis Biblia.

5. RESPONSIO Maldonati in Euang. *Neutrum Christus respondit, neque lapidandam esse, nec non lapidandam inclinans se deorsum, & digito scribendo in terra.* Quasi dicat, contra omnem responsionem Christi parati veniebāt Pharisæi, & quisciturus renes, & corda indifferenter, respondit, vt calumniatores confunderet. 921 Mald. cit. *Ad quæstionem rigorosam indifferenter respondendum est.*

DIFFICVLTAS IV.

Quare dicitur qui sine peccato est vestrum mittat in eam lapidem?

QVæritur, quare impeccabilem debebat esse qui legē executioni mandaret? 922

1. RESPONSIO Ruperti Abb. in Ioann. 8. Rupert. in Ioann. c. 8.

P Ne

Prelati praeuaricatores legis non possunt aperire os contra impios.

Ne aduersus gentes gloriarentur Iudaei quorum os recte ex eo obstruditur, quia legem acceptam non custodisse conuincuntur. Quasi dicat os Iudaeorum contra adulteram obstrui debuit, & contra Gentiles; quia ipsi Pharisaei praeuaricatores, & factores totius legis erant, & quando poterant de peccatis neminem arguere.

913 Lyran. in gloss. *Legislatores, & iudices iustè viuant.*

2. RESPONSIO Lyrani sua in glossa. *Puniatur peccatrix, sed non à peccatoribus, impleatur lex, quam allegatis, sed non à transgressoribus legis; inferendo enim poenam iustam debet obseruari debitus modus.* Quasi dicat si per legem debent iudices iusti iusta iudicare & punire; iniusta, & iniqua, quomodo vos transgressionem legis per adulteram vultis punire; si vos etiam adulteri, & peruersi estis.

914 Auct. mens. *Deprauata intentio in iudicibus dānabilis nimis.*

3. RESPONSIO. Duplicitatem cordis & peccatū in ipsa accusatione damnat Christus. Quasi dicens, si recto & puro corde, & zelo legis haec mulier accusatur à vobis, vos iudicate, & primus qui sine tali crimine venit, mittat in eam lapidem; si vero zelo inuidiae calumnias contra responsionem meam redarguitis quomodo potestis legem obseruare, & adimplere, quod iniqua & deprauata intentione machinati estis: Ideo meo videri subdit Euanglista, & hoc audito vnus post vnum exibant.

915 Aug. tract. in Ioan. 10. *Iudices legē adimpleant in totum.*

4. RESPONSIO August. tract. in Ioann. 10. *Non dicit non lapidetur, ne contra legem dicere videretur: aut vt diceret lapidetur: venit enim non perdere quod inuenerat, sed quaerere quod perierat.* Quasi dicat, Christus non venit soluere, sed adimplere, ideo neque lapidare adulteram venit; neque peccatores, qui nolunt iustitiam exercere, vult punire.

DIFFICVLTAS V.

Quare dicitur, quod vnus post vnum exibant incipientes à senibus?

926 QVaeritur, quid viderunt, legerunt, vel audierunt Pharisaei quod vnus post vnum exibant?

Lyr. sua in gloss. Hispanum adagium.

1. RESPONSIO Lyrani sua in glossa. Legerunt in terra scriptum, quod maioribus *peccatis irriti erant.* Quasi dicat, quod vulgariter in Hispania dicitur, *Quien tiene el texado de vidrio, no tire al del otro.*

617 August. in cath. *Testimonium male cō scientia Pralatos impios reddit.*

2. RESPONSIO August. in cath. citat. *Sic igitur illi voce iustitiae tanquam Zelo percussi vnus post vnum omnes recesserunt, incipientes à senioribus.* Quasi dicat si seniores, & Magistratus reipublicae iaculis veritatis percussi abibant, quid iuniores non facerent? quomodo non timerent penetrabilioribus telis à Christo percuti, ideo sequentes senes vnus post vnum abierunt.

918 Iansen. sua in concord. *Seniores malitia solent esse peiores.* Dan. 13.

3. RESPONSIO Iansen. in conc. c. 77. *Vnus post vnum exibant, quia volebant seruare ordinē aetatis, vel dignitatis suae, siue quia seniores grauiorum sibi criminum conscij erant.* Quasi dicat seniores inducebant iuniores, vt calumniarent facta, opera verba, & gressus Iesu. Ideo timentes, quia culpabiliores erant primi exibant, quia in simili casu scriptum est Daniel. 13. *A senioribus egressa est iniquitas.*

929 Auct. mens.

4. RESPONSIO meo videri, vnus post vnū exibant, quia stupefacti, & tremebundi à characteribus peccatorū in terra delinitis fugeruntad portam; & quia omnes volebant exire & non poterant, vnus post vnū exibant incipientes à senioribus qui dignitate & aetate maiores erant, & ideo propter reuerentiam eis locū debent, & nostro, Hispano idiomate hoc dicitur, *Salian apriessa, porque la puerta seles hacia angosta.*

Senes valde timidi. Hispana locutio contra timidos fugientes.

DIFFICVLTAS VI.

Quare dicitur, Vbi sunt, qui te accusabant? Nemo Domini. Nec ego te condemnabo, vade, &c.

QVaeritur ad quid examinauit Ream Christus, & quare absoluit eā à culpa, & à poena? 930

1. RESPONSIO Lyrani sua in glossa: *Quia defecerunt accusatores, secuta est Christi absolutio, dicens, Vade absoluta à culpa & à poena.* Quasi dicat, si non essent criminatores, & accusatores sententiae potius exirent in fauorem; quia multoties culpae exagerantur leues, & de vno phinice camelum, & gigantem faciunt.

Lyran. sua in glossa. Criminantes culpas nimis nocent.

2. RESPONSIO August. in cath. cit. *Vbi sunt qui te accusabant. Audiuimus supra vocem iustitiae, audiamus nunc mā suetudinis: nam sequitur, Neque ego te condemnabo: à quo te fortè condemnari timuisti; quia in me peccatum non inuenisti.* Quasi dicat, peccatum dānauit Dominus non hominē quia dixit, noli peccare, & vade. Intende ergo qui amant in Domino mansuetudinem, & timeant veritatem, quia dulcis & rectus Dominus. 931

August. in cath. Mulieres timida naturaliter ante iudices.

3. RESPONSIO Glossae. *Repulsis tentatoribus sanata culpa mulieris apertius subdit, quid possit ex diuinitate, ne ambigant de eo homine, an possit peccata dimittere.* Quasi dicat tota inimicorum contra Christum insania erat existimare quod blasphemabat, quando peccata dimittebat; ideo Christus potestate absoluta absoluendi ad alterā ostēdit, vt plus cōfundātur qui eum persequūtur. 932

Glossa ord. Potestas dimittendi peccata Christo debita iure vnionis.

4. RESPONSIO meo videri Christus accusatores quaerit, & cum non inuenisset fidē in adultera introductam consolidat; quia experta diuina potētia Christi, à qua calumniatores iudices, & potētes fugerant, verè cognouit, quod aliquid plusquam humanum latebat in Christo, à quo dissipari inimici fugiebant; & ideo omnipotentia manifestata pietatis & misericordiae attributo vtens, quae super iustitiam exaltatur, dixit, nec ego te condemnabo, vade & emendare. 933

Auct. mens. Misericordia exaltat iudicium.

5. RESPONSIO Caiet. in Euang. *Officiū iudicis recusauit exercere, quia non venit vt iudicet mundū officium vero Saluatoris exercet monens, vt amplius non peccet.* Et addit: *Non enim eam asperitate verborum corripuit, sed sola monitione cauendi in futurum à peccato.* Quasi dicat, blande eam reprehendit, vt benignitate & mansuetudine plus ad non peccandum obligaretur. 934

Caietan. in Euang. Pralati non asperis verbis reprehendant crimina.

6. RESPONSIO Ians. *Potuit enim metuere flagitiosa mulier, ne Christo decedente, qui sua peccata cognouerant postea eā lapidare conarentur; & ideo dixit, Vade in pace nemo te condemnauit; quia ipsi qui te reā agnoscebant, iam non accusant talem, ne timeas, si deinceps non peccaueris. Et addit, noli amplius peccare.* Quasi dicat, pauidus, & nimis timidus est reatus peccati, maximè in foeminino genere: nam etiam Christo patrono 935

Ians. in conc. c. 77. Reatus peccati pauidus.

Defectus à memoria inimicorū nunquam discedunt. troo o timet, ne ab inimicis poniatur; quia tam grauiter peccata feriunt, & corda inimicorum pertranseuot, vt post innumeros annos semper defectus proximorum in perpetua memoria retineneur, & in honorosa quacumque occasione in publicū prosilire conātur, quod nostro Hispano sermone, dicitur: *El enemigo mal diçiente a treinta generaçiones passadas desentierra los huessos de quien aborreçe y vo honrar.* Ideo adultera iā Christo absoluta à culpa, & à pæna, pauida, & timida dixit, *nemo Domine*, id est, te præsente, me condemoauit, sed te absente timeo valde. *Murmuratores esse defectorum sepulta detegunt.*

TRACTATVS VIGESIMVS SECVNDVS

Ad Mores, *In cap. 8. Ioann: De muliere in adulterio deprehensa.*

DIFFICVLTAS VII.

Quare dicitur, quod mane diluculo iterum Iesus venit in templum, & sedens docebat?

936 QVÆSITVM fuit quare abiectus, & increpatus Iesus ab inimicis diluculo iterum prædicaoit?

Alcuin. citat. in litt. 1. RESPONSIO fuit Alcuini in litt. citati: *Quia consuetudo predicandi in Christo talis fuit; quod in die Zenophegia etiam expulsus ab inimicis iterum predicabat, quia requiescebat, & pascua inueniebat docendo & predicando.* Quasi dicat, sane Doctores, & Prædicatores ita debent vacare litteris, quod propter consuetudinem nulla sit festiuitas, aut gaudium eis, quam scribere, docere aot prædicare. *Consuetudo scribendi, vel prædicandi altera natura.* Vnde interrogat Oleast. quare Exod. c. 6. dicitur, *Quod filij Israel non audierunt Moysem?* Sic Pagn. Et respondit; *Admonet nos locus iste surdo canere, qui animo tristitia occupato loquitur.* Et addit: *Docentur concionatores non despondere animo si non accepient homines, qua de Deo loquuntur.* Quasi dicat: nooquam debent Prædicatores à prædicatiooe cessare etiamsi hodie non audiantur, & in vna ciuitate noo recipiantur; qoia vt Christua dixit, *Nonne duodecim hora sunt diei.* Et qui aliquo tempore blaspbemabant; solent libentissimè audire aliis temporibus, & ciuitatibos aliis: nam scriptum est, si non receperint vos in vna ciuitate, fugite in aliam, &c. *Oleast. in Exod. 6. Transl. Pagn. Surdo canit qui tristem & non dispositum prædicat. Ioan. c. 11. Matth. n. 23.*

937 Hioc interrogat Lypomanus quare Gen. 10. dicitur: *Profectus inde Abraham in terram Australem, &c.* Et respondit: *Omissis fabulis Iudaorum de causis recessus Abraha id videtur verius, quod vno loco fidelis consistere non debuit, sed fidei, & morum exempla passim circumferre, Dei gloriam factis ac verbis prædicare.* Et addit: *Sic pij prædicatores Euangelij vno loco pulsi alio diuertetunt in gloriam Dei.* Quasi dicat, solatium, quies, & festa Doctorum, & Prædicatorom sita sunt (etiam aduerso Marte) oon cessare à prædicatiooe, & calami scriptione, qoia quod voi maleoolo non placet, alteri bene disposito prodest. *Lypom. in Gen. 10. Fabulosi sunt Hebræi. Prædicatores semper laborare infatigabiliter.*

Hinc S. Greg. quare, Act. 10. n. 11. dicitur, *Quod cum cecidisset super Petrum mentis excessus vidit cœlum apertum & descendens vas quoddam velut linteum magnum, in quo erant omnia quadrupeda?* Et responder lib. 33. mor. c. 16. *Quod significatur linteo syndonis subtilis interno sancta prædicationis, in qua molliter quiescitur, quia mens in illa fidelium superna spe refouetur.* Quasi dicat è cælo hoc linteum descendit, vt nouerit Prædicator nil terrenum loqui, oe laborē suum maculet, & quod in nulla pretiosissima sindone, delicatissimaque ita reqoiescit, quam in mentibus sua prædicatione suffultis; quia charitatis & amoris lex est amaotem delectari, & quiescere cum res amata dormit, requiescit, & delectatur, Ideo Christus diluculo iterom venit in templū, vt sua dulcissima prædicatione quasi pabulo sapidissimo & delectabili; meotes audientium requiescerent, quia gaudia & festa animarum fidelium, requiem, solatium, & somnum Christo ab æterno causatunt; quia scriptum est, *Et delitiæ meæ esse cum filiis hominum*, Prouerb. 8. n. 31. *S. Greg lib. 33 mor. c. 16. Actor. 10. n. 11. Syndon delicatissima prædicatoribus & scriptoribus vacare litteris pro conuersione animarum. Amor requiescit in re amata. Prou. 8. n. 31.*

938 2. RESPONSIO Lyr. in lit. cit. *Christus perrexit in montē Oliueti orare, quia diluculo venturus erat in templum ad prædicandum; quia tunc efficax erit prædicatio, cum prolixa oratio præcesserit.* Vnde interrogat Oleast. qoare Geo. 32. Iacob Angelo cum eo luctante per totam noctem dixit, *Non dimittam te, nisi benedixeris mihi?* Et respondet; *Quia non est Deus dimittendus, neque ab oratione cessandum, nisi obtinueris quod postulas.* Quasi dicat, Prædicator conoersiones animarum tam ardenter à Deo perere debet pernoctando in orationibus. Et addit Oleast. ideo Cant. 3. dicitur, *Tenui eum, neque dimittam, donec introducam eum in domum genitricis mea.* Quasi dicat Prædicator: non dimittam te Deus meus, donec introducā peccatorē in domum tuam à qua recessit. Et prosequitur Oleast. *Multa enim Sancti imo & ipse Deus quasi coacti faciunt per orationis* *Lyr. in lit. cit. Oleast. in Genes. 32. Oratio prædicatoris peccatores conuertit. Cant. 3. Oratio sanctorum Prædicatorum Deum vincit & quasi cogit.*

vim quæ ante facere nolebat, vt patet in Moyse, qui obsecrans pro peccatoribus dixit, Aut dele me de libro vitæ, aut dimitte populo huic noxam hanc, & de Eliseo in Sunamitide, quæ illius vestigia apprehendit, neque dimisit, donec ad resuscitandum filium compulit.

4. Reg. c.4. n.30.

939 Hinc Lypomanus aduertit, quod instantia, & vis quam Deo per orationem faciũt Prædicatores, & omnes sancti à Deo sola prouenire potest, & ideo in eum refundere illi gratissimum est. Et statim interrogat Lypoman. quare dicitur Gen. 30. *Recordatus quoque Dominus Rachelis, exaudiuit eam & concepit?* Et respondit, *Quod in Chaldeo habetur, Et venit memoria Rachelis in conspectu Domini, & suscepit Deus orationem eius, & dedit ei vt conciperet.* Et addit Lypomanus *Potuit quidem dudum ante filios desiderare Rachel, sed a Deo obtinere non potuit antequam oraret, verum neque orare quidem valuit, nisi prius à clementia Diuina preuenta fuisset: nemo enim dignè orat nisi à Deo illi detur, vt oret, vt discamus à Deo toti pendere, omnia quoque nostra bona illius esse.* Quasi dicat impossibile est, quod Prædicator Deo filios spirituales concipiat, & parturiat ex diuino verbo conceptos, nisi antecesserit oratio diluculo, quæ vt feruorosa & efficax sit ab ipso Domino qui rogari, & cogi desiderat per orationem prouenit.

Lypom. in Gen. cap. 30. Trãs. Chald.

Oratio efficax effectum desideratum producit.

Rachel per orationẽ concepit.

Orationis gratia consequitur per gratiam.

940 Vnde Chrisostomus lib. de orando Deum *Hac* (id est, oratione) *homines nos minus opus non habemus, quam arbores aquarum humores, neque enim valent illæ fructus producere, nisi bibant humorem radicibus, neque nos pretiosis prædicationis fructibus poterimus esse grauidi nisi precibus irrigemur.* Quasi dicat, Prædicatores sunt quasi arbores plantatæ in domo Dei nostri quæ vt fructibus copiosis abundent, & in mentibus audientium multiplicent opera virtutum, necessarium est vt prius imbribus orationum & lachrimarum profluuiis arida terra cordis irrigetur, aliàs in se, & in aliis impediet fructus gratiæ. Et rursus interrogat Lypomanus, quare Iacob dixit Domino Genes. 32. *Minor sum cunctis miserationibus tuis?* Et respondit: *Vt discat quilibet fidelis Prædicator* cum fratrem suum ad Dominum *conuertere conatur, & hac occasione fuerit in magna animæ angustia constitutus orando dicere: indignus sum (fateor Domino Deus meus) omnibus mihi hactenus impensis beneficiis, vt dignus fiam futuris.* Quasi dicat, ideo Iacob, vt melius oraret dixit scriptura Genes. 32. *Quod remansit solus*, quia Prædicatores in magnis laboribus constituti, propter honorem Dei debent remanere solitarij, & diluculo ad Deum orare incessanter & efficaciter, vt per misericordiam Dei teneant quod precibus & orationibus consequi desiderant. Propter quod Christus postquam pernoctans fuit in oratione Dei diluculo venit vt sedens prædicaret, & lucidum, & præclarum fructum prædicationis consequutus est; quia mulierem in adulterio comprehensam ad Deum conuertit, vt Lyranus adnotauit.

Chrisost. lib. de orando Deum.

Prædicatores arbores gratia orationis irrigata.

Oratio efficax fructus copiosos producit.

Lypoman. in Gen. 32.

Gratitudo seminat, & colligit fructus copiosos.

Gen 32.

Adultera orationibus Christi conuersa.

Lyran. cit.

***

DIFFICVLTAS VIII.

Quare Pharisæi, & Scribæ Christo prædicante adduxerunt mulierem in adulterio deprehensam?

QVæsitũ fuit, quare in tali occasione, mulierẽ adulterã in templum adduxerunt Pharisæi? 941

Idem Lyran. citat.

1. RESPONSIO fuit Lyrani. *Potest dici, quod per hoc voluerunt ponere suspicionem in corde populi, quod adulter fuerit aliquis Discipulorũ Christi, & propter hoc adulterum non adduxerunt.* Quasi dicat, inaudita est calumniantium malitia, quæ etiã Christi Apostolos impudicos facere prætẽdit, vt infamentur apud populũ. Vnde interrogat Oleast. quare dicitur Exod. 15. n. 24. *Et murmurauit populus contra Moysem:* Et respondet: *Detestanda est murmuratio maxime aduersus Deũ, & seruos eius. Et expende malitiã: cupiebãt aduersus Dominum murmurare; sed non audebant, ideo murmur in seruum conuertunt.* Quasi dicat, quod hodie Pharisæi perpetrant murmurantes & dolum in castitatem Discipulorum calumniantes; quia contra Christum non audebant.

Malitia inimicorũ Christi discipulos inquinare prætendit.

Apostoli à mala lingua liberantur.

Oleast. in Exod. 15. n. 24.

Malitia contra Dominum notabilis.

942 Hinc Lyran. ponderat quod Leu. 19. ait Dominus: *Non eris criminator, nec susurro in populis, id est, detegẽs crimen proximi tui manifestè, nec occulte,* Et ibi Esich. ait, quod septuaginta verterunt, *Non ambulabis in dolo in gente tua.* Et addit Esich. quod Dauid Ps. 5. *Coniungit homicidio, cum ait, Virum sanguinũ & dolosum abominabitur Dominus; dolus enim est occultus gladius.* Quasi dicat, dolũ fugiamus, qui tanto crimini est coniunctus. De quo crimine ait Bernard. *Quod vno crimine tres confodiunt videlicet, seipsos, eos de quibus dicunt, & eos, qui audiunt.* Quasi dicat, quæ aures non abhorrerẽt iniquitatem, quam Pharisæi, & calumniatores omnes interiorant dolum in Discipulos Christi meditantes, & in sanctos, modestosque viros calumniantes, vt Deum Christum, & sanctos sua impietate denigrent famam, & laudabilem vitam maculando.

Lyran. in Glossa ad c. 19. Leuit.

Psalm. 5.

Dolosi homicidæ sunt in corde.

Bernard.

Dolosi tripliciter homicidæ, & vulnerant.

943 Hinc interrogat Petrus Lombard. quare Numer. 12. dicitur, *Locuta est Maria, & Aaron cõtra Moysem propter vxorem eius Æthiopissam?* Et respondet; *Maria ista, quæ contra ducem populi Dei murmurat illam designat animã, quæ Deum timet, nec homines reueretur, quæ contra Deum murmurat, & suorum præceptis non obtemperat Prælatorum: Fœdatur ergo vitiorum lepra cum eius inobedientia, & pertinacia publicatur.* Quasi dicat, qui contra Prælatos murmurat suos, quamuis in occulto, & inter priuatos parietes cito fœtor murmurationis spargitur, & lepra murmurantes replentur; quia vt idiomate Hispano dicitur, *Las paredes oyen, y las piedras hablan.* Ideo Caietan. explicans verba Exod. 17. *Quid iurgamini contra me, & cur tentatis Deum, ait, Duo mala comisit hic populus, alterum iurgij, aduersus Moysem; alterum tentationis aduersus Deum, dicentes: est ne Deus in nobis, an non? Verè enim tentabant vertendo in dubium propter penuriam aquæ, vtrum Deus esset gubernator eorum.* Et ibi Lypomanus addit; *Quia experiri voluerunt ipsius potentiam, vbi obserua murmuratores superiorum appellari tentatores Dei.* Quasi dicat, vere tentant Deum qui

Petr. Lomb. in Num. 12.

Lepra fœtida murmuratio Prælatorum.

Hispana locutio.

Caietanus in Exod. 17.

Calumniatores iustorum tentatores Dei sunt.

Lypoman. in Exod. 17.

qui cum dolo Discipulos suos calumniant, & in sanctis suis malignantur, volentes infamare eos apud populum qui facilè omnia credit; & ideo de impudicitia cum adultera (Pharisæi dolosè agentes) intentarunt famam Discipulorum denigrare & patientiam Christi tentare, qui talia meditantes, & calumniantes in æternum non confundit, & aperire terram; eosque deglutire ordinauit, vt Lyranus adnotauit.

Famam inferre denigrantes Deũ tentant.

Lyran.cit.

944 Auct.mens. *Omnia sunt venalia.*

4. Responsio, quod ideo adulterum non adduxerunt, quia pretio cum liberauerunt, & reliquerunt. Quasi dicat, quia muneribus omnia obediunt, & ministri iustitiæ propter pecunias inumerabilia damna Reipublicæ & scandala permittunt, & pauperes imbecillosque accusant. Vnde interrogat Oleast. Exod. 4. *Deus Moysi interrogauit, quid est, quod tenes in manu tua?* Et respondit: *Virga voluit Deus Moyseh virgam ferre in manu quoniam facturus erat iudicia in Ægyptios, cuius quidem iustitiæ virgæ cum caput apprehenderet, serpens erat; cum vero caudam in virgam vertebat; hoc enim habet iustitia, vt si quis principium aspiciat mordere videatur reum, si finem inspectes, virga est æquans inæqualia.* Quasi dicat, minister rectus iustitiæ, æqualiter debet crimina cognoscere: nec vni mitis esse, & per caudam accipere serpentem, & per munera crudelis in alios: mordereque sicut serpens, quia pauper & imbecillis est. Et ideo addit Oleaster: *Ideo virga viuntur ministri iustitiæ, quia virga metiri solemus, & ostenditur, quod vnicuique debemus seruare mensuram.* Quasi dicat, ideò virga in terram proiecta in serpentem vertitur; quoniam ministri iustitiæ terrena munera cupientes omnia quæcumque veluti serpens deuorant, & dissimulant; si vero per caudam eam accipiunt, & indebilem agnoscunt personam, tunc in virgam rectitudinis, & asperitatis iustitiæ conuertuntur, vt in Pharisæis patet, qui propter munera accepta adulterum ante Christum non adduxerunt, sed solam fœminam, miseram, debilem, & sine pecuniis.

Ministri iustitia pecuniis corrumpuntur. Oleast.in Exod.4.

Iustitia à propria domo abominatur in aliena diligitur. Oleast. cit.

Iudices cõtra pauperes serpentes crudeles.

945 Lypom. in Exod. 23. *Cau, & pauperum etiam minores iudicantur, diuitum vero dissimulantur.*

Hinc interrogat Lypomanus, quare Exod. 23. dicitur, *Non declinabis in iudicium pauperis in causa sua, vel vt in Chaldæo habetur, non declinatis iudicium pauperis in causa eius?* Et respondit: *Quod idem est, ac si dicat, non recusabis esse iudex in causa pauperis contra diuitem; hoc enim frequenter contigit, vt pauper non possit habere iudicem in lite, quam habet contra aliquem diuitem.* Quasi dicat, ne ita munera oculos excæcent, vt peruertas iustitiam, & crimina pauperis exagerando punias, & diuitem iudicare recuses. Et Caietanus addit, quod in Hebræo habetur hominem, *Non pulchri facies in lite sua. O vtinam* (inquit Caietanus) *Non sæpissimè pulchri fierent causæ diuitum; tot enim coloribus ornantur, vt quamuis turpissima honesta appareant,* Vt patet in casu præsenti, quod adulter à falsis ministris excusatur, quia diues erat, & omnia obediunt pecuniæ, mulierem vero, adulteram, pauperem accusant de crimine tam pessimo quia pecuniis egebat, vt supra adnotauimus.

Caietan. in Exod.cit.

Omnia obediũt pecuniæ.

* * *

DIFFICVLTAS IX.

Quare dicitur quod Iesus inclinans se deorsum digito scribebat in terra?

QVæsitum fuit, quare inclinatus deorsum Christus digito scribebat in terra? 946

Auct.mens.

1. Responsio fuit, quod deorsum se inclinauit quasi dissimulans deprauatã Pharisæorum intentionem, qui titulo zeli legis intus de adulterio deprehenso lætabatur. Vnde interrogat Oleast. quare Num. 25. n. 6. dicitur, *Quod cum vnus de filiis Israel intraret ad scortum Madianitidem, omnis turba filiorum Israel flebat ante fores tabernaculi.* Et respondet: *Sunt multi, qui cum peccata aliorum dolent, non flent, sed flere fingunt, quod deterius est, quia intus rident, & gaudent.* Et addit: *Et tales considerare deberent illud Ezechielis, quo viui aliorum peccata gementes signari videntur à Domino, vt illis in die furoris Domini parcatur.* Quasi dicat hoc enim debet esse munus piorum cum peccata, & fragilitates proximorum viderint, aut audierint flere, & pro peccatoribus ipsis exorare, sicut Dauid faciebat Ps. 108. *Pro dilectione mea aduersati sunt mihi, & ego vir orationis eram.* Sic legit Pagnin. Et addit Oleast. *Considera hic quanto fortiora sunt vitia malæ intentionis ad irritandum Deum, & quomodo pænitentium lachrymæ ad eum placandum.* Quasi dicat, Christus verus Deus scrutans corda malignantium Pharisæorum, qui de misera fragilitate adulteræ delectabantur, deorsum se inclinauit dissimulans intentionem corruptam calumniantium, qua in furorem incitabatur, & lachrymas afflictæ, & pudicæ adulteræ in publicum positæ miserans, & vi lachrymarum inundantium peccati delens, & iram eius placans.

Viscera malæ intentionis iram Dei excitant. Oleast.in Num.25. n.6.

De alienis fragilitatibus compati signum prædestinationis. Ps.108. Pag.

Lachrima peccata delent. *Praua intentiones Deum prouocant ad iram.* *Confessio peccatoris conuersi iram Dei placat.*

947 Steph.in alleg.Tylm.

Hinc interrogat Stephanus in alleg. Tylm. Quare 1. cap. Nahum Prophetæ dicitur: *Vlciscens Dominus, & habens furorem, vlciscens Dominus?* Et respondet: *Bene dicit bis vlciscens Dominus, habens furorem quia qui furorem non cohibet, immò cum impetu furoris agitur, potius potest dici quod habeat eum furor, quam ipse furorem. vnde Iob. dicitur, 41. n. 17. Cum apprehenderit eum gladius, non poterit ei resistere, neque hasta, neque thorax.* Quasi dicat, qui per abrupta furoris graditur non apprehendit gladium, sed à gladio apprehenditur; quia talis impetus in Deum non cadit, rectè dicitur habens furorem; quia licet sit iratus, dissimulat; quia nulla ira dominabitur ei. Et addit Stephanus citatus: *Verumtamen graue est, cum pro praua hominis intentione, qui misericordia est, irasci cogitur. Vnde Isai 5. dicitur, sicut in valle, qua est in Gabaon irascetur, vt faciat opus suum; alienum est opus eius.* Quasi dicat væ terræ, væ homini illi, cuius deprauatam & malitiosam intentionem Deus dissimulans, deorsum se inclinans, scribit in terra; quia ibi scriptum reperiet opus suum alienum ab eo, cui proprium est misereri semper & parcere.

Iob.41 n.17. *Qui furore capitur non habet furorẽ sed ipse ab illo.*

Ira non dominatur Deo. Steph.citat. Isaiæ.5. *Ira Dei simulata cõtra homines duplicis cordis.*

948 Maldonatus in lit.citat.

2. Responsio fuit Maldonati; quia contra Christum ad omnem responsionem veniebant malitiosi parati; ideo *Neutraliter Dominus respõdit, vt eos confunderet.* Quasi dicat contra impios

Impij ignorãtes vnà aduersùs coniunguntur contra iustũ.

sceleratosque vnitos & congregatos ad operandum mala; prudentia ingens est cedere neutraliter furori eorum, vt postea separatim & seorsum puniatur, sicut merentur. Vnde interrogat Oleast. quare dicitur Gen. 37. n. 19. *Quod cum vidissent fratres Ioseph procul, congregati sunt, & mutuo loquebantur dicentes, occidamus eum, & mittamus eum in cisternam veterem.* Vel vt legit Pagninus. *Machinati sunt eum occidere?* Et respondit, *Vides quomodo robustissimos viros ad pueri occisionem, & proiectionem in cisternam, tanquam in sepulturam sese hortari & vniri. Nonne duo, aut tres ex vobis ad hoc facinus sufficiebant? Quid omnes ad hoc conuenistis?* Et addit: *Timet enim malus solus plecti, ideo socios quærit; malum enim in se formidabile est: ideo non nisi multi simul audent illud perpetrare.* Quasi dicat, semper ignorantes impij, & sine valore ad sepeliendum doctum, iustum, & à Deo dilectum iunguntur, & nequaquam adinuicem separantur, vt fratrem suum, vt sol stellas eos superantem in cisternam obliuioni datum sepelire conantur. Sed quemadmodum Ioseph simulans, & tacens cedit furori fratrum suorum vsque ad prædefinitum tempus, quo eos puniret. Sic contra Christum Matt. 22. legitur quod Pharisæi audientes, quod Iesus silentium Sadduceis imposuit in vnu conuenerunt, vt multitudine vincerẽt, quem ratione superare non poterant. Et hodie iterum, Pharisæi cũ Sadduceis, & Scribis congregati, & vniti, & parati ad omnem responsionem pietatis, vel iustitiæ contra Christum dissimulantem vniti sunt, qui malitiæ eorum cedens, digito scribebat in terra scelera occulta eorum, vt flagitium Dei timentes fugerent, & vnus post alterum abirent diuisi, qui coniuncti, vincere præsumebant.

Oleaster in Gen. 37. n. 19. Trãs. Pagn.

Ignorantes & impij aduersùs iustũ, & superantem se vniuntur & machinãtur.

Matth. 22. Ioseph redit furori fratrũ suorum tacẽs & simulans vsque ad tẽpus.

Occulta peccata detegere timorem incutit.

949 Hinc Lypomanus interrogat, quare Exod. 9. dicitur. *Qui timuit verbum Domini de seruis Pharaonis fecit confugere seruos suos, & iumenta in domos; qui autem neglexit sermonem Domini dimisit seruos suos & iumenta in agris?* Et respondit: *Quia timor Dei præseruat à malis etiam seruilis; præmium autem dignum sortitur perfidia, qui corrigi vel moneri non vult sibi damnum consciscet propriæ damnationis reus.* Quasi dicat, quia Pharisæi vniti & congregati adduxerunt adulteram ad Iesum, intrepidi, cauillosi, & malitia repleti, & corrigi renuerunt viso Domino deorsum scribens; ideo diuisi & separati quasi rei propriam damnationem adquisierunt. Adultera autem, quamuis timore seruili, id est pænam lapidationis timens Christi sententiã recep dabat, digito Dei suam defensionem scriptam inuenit & à timore calumniantium liberata est, quia multoties Deus timore timorem adimit. Hinc Theodoretus, quare Exod. 4. dicitur: *Occurrit ei Angelus (id est Moysi) & volebat eum occidere.* Et respondet: *Angelus gladium nudatum ostendit vt occideret eum, quia Pharaonem formidabat, & sæpe formidinem hanc declarauerat; & idcirco supplicium illi Angelus comminabatur, vt timore timorem expelleret; itemque maiori minorem.* Quasi diceret Pharaonem times, magis me time, qui nemine impediente, & plagam tibi possum inferre, & timorem Pharaonis expellere. & idem Christus scribens in terra forsitan insinuat; quia characteribus sculptis, & linitis, & timorem Pharisæis incutit, & ab adultera timorem eorum expellit, & Deum solum iudicem timere docuit,

Lypoman. in Exod. 9.

Intrepidi audaces incorrigibiles sunt.

Timentes Deum etiam timore seruili à Deo auxiliantur.

Theodor. in Exod. 4.

Timor maior minorem expellit.

& qui timore timorem expellit digito scribens in terra & puluere excitato dissipans Pharisæorum conspirationem tanquam puluis, quem proiicit ventus a facie terræ eos proiiciens, ideo subditur, quod vnus post vnum exibant.

Solus Deus timendus est.

DIFFICVLTAS X.

Quare dicitur, qui sine peccato est vestrum mittat in eam lapidem?

QVæsitum fuit, quare homines impeccabiles solum debebant lapidare adulteram? 950

1. Responsio fuit Ruperti in littera citati, *Ne aduersus gentem glorientur Iudæi, quod legem acceptam non custodiebant.* Quasi dicat, valde periculosa est inanis gloria, præcipuè in potentatibus, qui semper machinantur, quomodo inaniter glorientur. Vnde interrogat Oleaster, quare Rachel Gen. 30. n. 8. dixit. *Comparauit me Deus cum sorore mea, & inualui?* Et respondit cum translatione Pagnini; *Quia calliditatibus magnis callide egi cum sorore sua.* Quasi dicat, gloriabatur Rachel quasi potens quod callide, & fraudibus domum Patris sui exaltauerat. Et addit Oleaster: *exaltare solet ingenium cupiditas vehemens & etiam miseria; inuenerat enim sancta fœmina subtilem valde modum ædificandi domum suam; neque parum de inuentione gaudet.* Quasi dicat multi sunt, qui cum substantiam ex proprio labore augeri nesciũt, augentur alieno. Sed veh illis, quia laborant, & adquirunt, vt inaniter glorientur, de quibus scriptum est, *Quid gloriaris in malitia, qui potẽs es iniquitate.* In quibus verbis expende, *Qui potens es*, vt videas potentissimos esse fraudulentos & dolosos in iniquitatibus, quorum mala tanto plus nocent, quanto minus sunt præuisa. Ideo Christus Pharisæos, qui se tanquam iustos gloriabantur, & peccatricis peccatum suum exagerabant, dicit, *Quid inaniter gloriamini, qui sine peccato est mittat in eam lapidem.* Ideo Ezechielis cap. 1. n. 8. dicitur quod peculiare visionis illius quam videt fuit. *Quòd animalia illa habebant manus hominis, sed sub pennis eorum;* Quia manus perfectorum & opera eorum velata & celata esse debent ab oculis omnium.

Rupert. in litt.

Vana gloria periculosa res.

Oleast. in Gen. 30. n. 8.

Vanitas venerarum aliena fraudibus prosapiam illustrare.

Ps. 51. n. 3.

Audaci cautè omnes fallãt.

Ezech. c. 1. n. 8.

Opera virtutum occulta.

951 Hinc S. Petrus Damianus serm. de S. Barbatiano sic monebat: *Occultanda sunt ergo fratres bona quæ agimus, ne hæc in huius vitæ itinere incautè portantes latrocinantium spiritum incursione perdamus.* Quasi dicat humanos oculos caueat quisque, virtuorum bonorum latrones defugiat, & Richardus de S. Victore in cant. part. 2. c. 29. *Occultat bona sua anima deuota, vt laudes non audiat surda ad has sicut Aspidis obturans aures suas, ne audiat vocem incantantium; incantatur enim anima laudibus, vt mala sua non audiat, & de iustitia fallaciter se extollat.* Quasi dicat tot habemus incantatores, quot laudatores habemus. Præstabit autem amicos ol turare, occultare bona quæ agimus, manus obliquitare; securis nos munire ab hominum oculis eximere, quæ tuta erunt si recta. Ideo interrogat S. Antiochus hom. 43. quare Prouerb. 6. n. 6. dicitur. *Vade ad apem, & disce quomodo operaria est,* Sic legunt 70. Et respon

S. Petr. Damian. serm. de S. Barbatiano.

Richard. de S. Victore. in Cant. 2. c. 29.

Aspidis aures obturat, ne incantationes audiat, id est, laudes vanas.

S. Antiochus hom. 43.

Prouerb. 6. n. 6.

Septuaginta. Apis fugitivi. deri dulciter operari.

respōdit: *Quia vir intelligēs ingeniosā, & solertem imitatur apiculā: nā quos externè selegerit flosculos defert in aluearium internè mellificū, fauumq; operosius conficit.* Et addit Sāctus *Nel abores tuos humanæ isti gloriæ exponas.* Quasi dicat, nemo sit tā fatuus vt quos virtutū flores collegerit, quos virtutum actus expresserit, elicueritque in apertum producat, exponatque furibus suam dulcedinem labores suos iactans, quia hic araneæ similis non api est, quæ die noctuque laborat, vt opus suum omnium exponat oculis, & omnibus fastidium generat, immo omnibus nocet, & nulli prodest, propter quod, qui scopis domum mundat, artificiosam telam euertit, & araneam occidit, quia palam in domibus Regum, tanquam inanis stellio apparere conatur, sicut in præsenti monstratum est, quia Pharisæi inaniter gloriantes de sua sanctimonia, peccatum adulteræ in publicum promulgare venerunt, quos Christus verbo isto, qui sine peccato est mittat in eam lapidem, tanquam scopis confundit, & telas araneæ, quas malitiosè texerunt rupit, & euanuit quia vanagloriosi sunt, sicut flos fæni, qui manè oritur, & vespere decidit, & euanescit.

Vanè gloriosus similis Araneæ.

Stellio in domibus Regū moratur.

Vanagloriosus omnibus sicut aranea fastidiat.

952 Ideo Sanctus Thomas opusc. de Eucharistia c.8. ait, quod Christus mel tanquam apis confecit cum sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum instituit, quod melli, & mannæ comparatur, sed in alueario id præstitit sub tecto, & in cænaculo solis cum Discipulis, & se tanquam mel operuit obuelauitque, vt nos quoque doceret in nostris operibus, operimenta quærere & vmbracula; verba sancti Thomæ sunt: *Non vnam tantum rem in Eucharistia abscondit sed plures, scilicet personam, opus & modum; in his discimus in nobis tria virtuose abscondi, nostram personam, opera nostra bona, & bonorum operum intentionem*, Quasi dicat à mundo sua videri, qui quærit, non est mundus, vt in Pharisæis patet, qui vt mundi apparerent iudices, & reformatores rerum gloriantes de suo zelo & iustitia coram Christo præsumere conabantur, sed à Christo tanquam immundi confunduntur, dum prauam intentionem eorum cautelosè detegit, dicens, *Qui sine peccato est mittat in eum lapidem*; quia eximiam laudem meretur, qui se hominum laudibus eximit, sicut & opprobrium sempiternum, qui solum inanem gloriam quærit, & mille modis propter eam torquetur.

S.Th. opusc. de Euchar.

Eucharistia Sacramentū api simile.

Tria in Eucharistia sunt abscondita.

Vanagloriosi vituperantur ab omnibus.

953 6. Responsio fuit Lyrani in litt. citati, *Qui sine peccato est*, &c. Quasi dicat, puniatur peccatrix, sed lex à transgressoribus legis non adimpletur. Hinc interrogat Oleast. quare Exod. 19. dixit Ietro Moysi cum iudices instituere & designare voluit: *Considera ex omni parte viros fortes?* Et respondit; *Præcipuum opus est ad examen hominum ad iudicandum oculos super omnem populum habere, vt ex eo Rectores diligantur.* Et addit: *Mirum valde est, quod inter iudicis conditiones scientiæ non meminerit, quod scilicet essent viri scientes, vt doceret, quod non tam exequitur in iudice vel Prælato scientia, quam fortitudo & valor.* Quasi dicat magis necessarius est in Prælatis, & iudicibus rectus actus, quam perspicax intellectus; quia Scribæ & Pharisæi Doctores, & lectores erant legis, sed cum tortuoso, & maligno affectu legem lapidationis contra adulteram obiiciunt, sed à Deo reprobantur, quia non sunt factores legis, sed falsi transgressores & fallaces zelatores palliata vindicta Christi, sub specie obseruationis legis.

Lyr.

Oleast. in Exod. 19. Trāf. Pagn.

Valor & affectus requiritur in superioribus.

Zelatores obseruantiæ sine vindicta dant vanam gloriam.

954 Vnde addit Caietanus: *Ideo Ietro viros fortissimos eligendos esse consultat Moysi, non mulieres id est homines affaminatos sine valore & robore, quoniam regimen mulierum pessimum est adeo, vt communiter loquendo nulla in muliere affirmetur virtus, vt dicit Arist. 7. Ethic.* Et prosequitur Caietan. *Timentes Deum* (dixit Ietro Exod. 19. citato) *quia prima virtus requisita ad Principem cuiuscumque ordinis est timor Dei, idest, Prælati Primò aduertant, quod reddituri sunt rationem de omissionibus & negligentiis, quia si timor Dei cedit timoribus rerum temporalium, ad nihilum valet talis Præsul, nisi vt mittatur foras, & ab omnibus conculcetur.* Quasi dicat, si solus timor humanus in animo superioris regnat innumerabiles iniurias faciet, quia plus diligunt se, quam Deum, & naturalem gratitudinem, beneficia, opera, & eximiam voluntatem, omnia in obliuionem transeunt, cum apex vnus, aut iota vnum proprij lucri, & maioris augmentationis sui honoris interuenit, quos omnes vt transgressores legis diuinæ & naturalis Christus condemnat dicens, lex à transgressoribus legis non adimpletur, vt Lyranus adnotauit.

Caietan. in Exod. 19.

Affaminati incapaces sūt regiminu.

Arist. 7. Eth.

Temporales præsules Religiones dissipant: quia de spiritualibus nil curāt.

Ambitiosi Præsulos amatores sui ingrati, & sine timore Dei.

Lyran. citat.

DIFFICVLTAS XI.

Quare dicitur, quod vnus post vnum exibant incipientes à senioribus?

955 QVæsitum fuit, quid legerunt Pharisæi scriptum in terra, quod ita timidi fugerunt?

1. Responsio fuit nostri Lyrani citati in litt. *Grauiora sua delicta legerunt, & ideo fugerunt?* Quasi dicat, scripsit Christus grauitatem peccatorum suorum, & pœnam in lege positam, & ideo adulterij pœnam, adulteri executioni non mandauerunt. Vnde interrogat Oleaster, quare Leuit. cap. 1. dicitur de offerentibus pro peccatis holocausta, *& coniunget manum suam super caput holocausti.* Sic legit Pagninus. Et respondet, *Relictis Hebræorum interpretationibus: manu enim se coniungebat super caput sacrificij, vt in eo, & cum eo Domino Deo suo immolaret, & quia pro capitale, & magnum erat peccatum, hac cæremonia profitebatur se dignum, qui pro peccato suo iugularetur; Deum vero misericordia sua & pietate iugulationem suam in pecudis oblatæ iugulationem commutare.* Quasi dicat, hanc forsan Leuitici legem Christus in terra scripsit, sceleraque sua digito liniens, & sculptans pœnam debitam signauit, qua lecta & recognita timentes Pharisæi, quod Iudex Christus eam non executioni mandaret, vnus post vnum exibant, quasi grati de pietate iudicis, qui scelera, & peccata sua tam inaudita, quorum vmbra eos metipsos deterrebat, non castigaret.

Lyr. sua in gloss.

Legis transgressiones timende.

Oleaster. in Leu. cap. 1.

Pharisei pro peccatis scriptis digito Christi in terram iugulari merebantur.

956 Hinc Basilius terrorem & metum à peccatis innatum ponderans ait hom. 7. *Sicut vmbra corpus, sic peccatum animam sequitur gestorum imaginem referens.* Quasi dicat: quemadmodum vmbra manus scribentis in superficie aulæ Regis Regem Balthasar expauit, & terrore

S. Basil. hom. 7.

Daniel. cap

stupefa

Manens vmbra peccata scribarum Reges semimortuos relinquit.

stupefactum semimortuum remansit. Sic vmbra peccatorum Scribarum eos terrore repleuit, & fugientes ab ipsa vnus post alterum exibant. Vnde Isaiæ 9. v. 1. dicitur: *Habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est.* Quæ verba sic illustrat Hugo Charensis in cap. 4. Matth. *Peccata dicuntur vmbra mortis; quia sicut vmbra ducit ad corpus; sic peccata ad mortem æternam,* Quasi dicat, qui vult fugere hanc mortem ab hac vmbra fugiat: nam Scribæ & Pharisæi videntes hanc peccatorum suorum vmbram, vnus post alterum exibant, incipientes à senioribus, in quibus peccata & scelera maiora apparent; quia cæteris viuendi normam præstare debent.

Isai. 9 n. 1. Hugo Car. in Isai. c. cit.

957 2. RESPONSIO fuit August. in litt. citat. *A Senioribus incipientes; quia si senes suo malo exemplo, scandaloque proximos feriunt, quomodo iuniores exempla mala sequentes non peribunt.* Vnde interrogat Oleaster, quare Deuter. 20. dicitur. *Nullum omnino permittes viuere, sed interficies in ore gladij, ne fortè doceant vos cuncta, abominationes, quas ipsi operati sunt dijs suis?* Et respondet: *Audi quid dicat Apocalip. 2. Angelo Pergamo, Habeo aduersum te pauca; quia habes illic tenentes doctrinam Balaam qui docebat mittere scandalū Balac coram filiis Israel; Angelo etiam Tyatiræ dicit: Habeo contra te pauca, quia permittis mulierem Iezabel, quæ se dicit Prophetam docere; & seducere seruos meos fornicare, & manducare de idolothitis.* Et addit Oleast. *Nunc proh dolor! totus Christianismus huiusmodi vitiorum Magistros habet, & nemo est qui puniat, imo forsitan isti præmiantur, & orbem gubernant.* Hinc Lypomanus ait: *Quod filij Dei acceperunt sibi vxores videntes quod essent pulchræ Gen. 6. Sic intelligendum est, filij Principum, & potentum propter mala exempla Patrum nullum facinus eo tempore non audebant; opprimebant siquidem inopes, & eorum puellas constuprabant.* Et addit. *Corruptis autem Principibus facilè reliqui deprauati sunt, in quos Principum impuritas deriuabat.* Quasi dicant, timeant seniores Prælati, & Reges, qui turpiter viuunt; timeant iram Dei; quia eius exemplo vnus post alium celeriter prosiliunt & fugiunt à sententia manus Dei contra illos ferentis.

Aug. in litt. cit.

Mala superiorum exempla communitates perdunt.

Oleast. in Deut. 20. Apoc. 2.

Prouocantes ad luxuriam familiaris sunt potentibus cruciandi in inferno.

Lypom.

Exempla maiorum mala iuniores sequuntur.

958 Hinc Oleast. explicans cap. 21. Deut. Supplicium à Deo factum super Principes luxuriosos, scandalosos: *Non permanebit cadauer eius in ligno, sed in eadem die sepelietur,* ait: *Terret me reuera locus iste asserens Principem scādalosum mortuum contaminare terram. Quid enim viuus faciet qui mortuus non permittitur super terram esse, etiam in suspendio.* Quasi dicat, si post suspensionem in ligno scandalosus Princeps, adhuc non satisfecit quoad æqualitatem pro malo exhibito subditis exemplo, quid fiet de illis, qui neque hic puniuntur, sed permittuntur viuere sicut equus & mulus quibus non est intellectus; quia ad eius exempla tota communitas & Respublica festinanter, & insolenter peccant; & si aliquis eorum vestigia non sequitur, tanquam prodigium factus est in mundo, & adeo remunerantur miraculosè.

Oleast. in Deut. 21. Trāf. Pagn.

Princeps scādalosus mortuus terret.

Præsules qui male viuentes non puniūt vab illis.

959 Vnde interrogat noster Lyran. sua in Glossa. Quare Numer. 16. dicitur, *Et factum est grande miraculum, vt Core pereunte filij non perirent!* Et respondet: *Magnum quidem miraculum non sequi filios parentem suum, & merito, quia vt in plurimum, qualis pater, talis filius.* Et addit Lyranus ex Glossa Hebraica, sup. Psalm. 45. *Quod quando terra aperuit os suum, & deuorauit Core cum multis aliis, filij eius remanserunt stantes in aere diuina virtute, quousque terra iterum fuit reclusa sub pedibus eorum, propter quod in gratiarum actionem tanti beneficij compositus fuit ille Psalmus, qui intitulatur In finem filiis Core pro arcanis.* Quasi dicat raro contingit, & per miraculum, quod filij non sequantur vestigia & exempla parentum suorum, & iuuenes seniorum, & subditi superiorum, quia vnus post alium semper exeunt incipientes à senioribus, vt Augustinus insinuauit.

Lyr. sua in gloss. in Numer. 16.

Singularis in virtute prodigium mūdo est.

Lyr. cit.

Qualis Pater talis filius.

Heb. gloss. Ps. 45.

August. cit.

DIFFICVLTAS XII.

Quare dicitur, vbi sunt qui te accusabant; Nemo Domine, Nec ego te condemnabo, vade &c.

960 QVæsitum fuit, quare Christus ream examinauit, & quare absoluit eam à culpa, & à pœna?

1. RESPONSIO fuit Lyrani in littera citati; *Quia defecerunt accusatores sequuta est Christi absolutio.* Quasi dicat, inimici semper sunt criminatores & iudices corrupti, & vindictam cupientes ex leuibus causis quam abhorrent condemnant, vt nostro Hispano dicitur sermone, *Del ua nineria hazen torres de viento, y leuantan quimeras, y a sus amigos no ay maldadque no dissimulen.* Vnde interrogat Oleaster, quare Gen. 4. n. 6 dixit Dominus ad Cain, *Quare iratus es, nonne si bene egeris recipies; sin autem malè statim in foribus peccatum aderit.* Vel vt legit Pagninus. *Si non benefeceris ad ostium peccatum cubat?* Et respondit: *Vides quam cæca passio est inuidia, quam iniuste mala voluntas iudicat; quid enim malè fecerat Abel Deo offerendo selectiora, quomodo poterat Dei fauores praeludere qui an munus suum illi gratum foret ignorabat.* Quasi dicat fugiendæ sunt fraternæ passiones, quia maior frater Cain contra innocentem Abel talem excitauerat inuidiam, quod vsque ad fratricidium non cessauit pro culpa tantum fauores Dei criminando, & de gratitudine beneficiorum, rigide iudicando & detestando vsque ad vindictam execrabilem. Et addit Oleaster: *Sed attendant, qui male & torua, & deprauata intentione fratrem suum iudicant & condemnant, quod ad ostium peccatum suum cubat, vt nullus malè agens, & criminosè iudicans impunitionem sibi promittat: quoniam omne malum sua vindicta sequitur.* Quasi dicat, timeant iudices & Prælati passionibus repleti vitam innocentem condemnare, & minima crimina punire, iniquaque & peruersa impunita relinquere, quia sicut ad opus bonum sequitur præmium; ita malum è vestigio punito; quia peccatum suum cubat ad ostium, & ad tempus, clamat & dicit, vbi sunt criminatores iniqui.

Lyr. in litt. cit.

Iudices inimici vt impij recensendi.

Hisp. loc. Oleast in Gen. 4.

Trāf. Pagn.

Passiones Prælatorum detestabiles.

Beneficia à Deo data crimen iudicans impq.

Oleast. cit.

Peccata iniustitiæ cubāt ad ostium iudicum.

961 Hinc interrogatur in Glossa ordinaria, quare Leuit. 13. dicitur: *Recludet sacerdos leprosum septem diebus, & includet eum septem diebus alijs?* Et

Gloss. ord. in Leuit. 13.

Non criminatores Prelati sed sue passiones.

Et respondet, *Vt studiose inspiciatur, & duplici probatione transacta districtum iudicium fiat.* Quasi dicat antequam condemnetur peccatum alicuius, an sit leprosus, vel non. Examinetur causa absque passione, neque criminatione, sed includi expectent probationes, & responsiones defensionesque rei obiurgati; Quia Dominus Iesus, postquam Petrus eum ter negauit, de eius dilectione tertio examinauit, vt non cito iudicemus, neque culpam amicorum sine examine relinquamus. Et addit Oleast. *Si Dominus non sinit sacerdotem suum statim de lepra, quam oculis cernit decernere, quomodo te permittet de minimis, non probatis, sed mala intentione oculatis temere audis indicare, & condemnare.* Quasi dicat, nolite iudicare temere, & non iudicabimini, nolite condemnare, & non condemnabimini; quia Iudith sancta Sacerdotibus, & presbyteris dixit cap. 8. *Vos autem nolo, vt scrutemini actum meum, vsque dum renuntiem vobis.* Et idem vnusquisque debet dicere cum actiones proximi sui videat, nolite iudicare actum meum quoadvsque intelligatis motiuum, & intentionem talis actionis; quia ideo Christus adulteræ dixit, Vbi sunt, qui te accusabant, vt reddant, quasi diceret, rationem criminationis, & audiant tuam responsionem, & tunc sententiam à me prolatam, intelligent.

Oleast. in Leuit. c. 13.
Iudicium temerariū fugiendum.
Iudith c. 8.
Responsionem & defensionē in omni casu de iure audire debemus.

962 2. RESPONSIO fuit Augustini in littera citati, *Vbi sunt qui te accusant? Audiuimus suprà vocē iustitiæ, audiamus nunc mansuetudinis, Neque ego te condemnabo.* Quasi dicant, vbi sunt qui vt inimici detestabiles solum defectum fragilitatis aggrauantes accusarunt, & dolorem contritionis, & verecundiam quam habes, non aspexerunt? Sed pro vno defectu innumera bona non attendunt. Vnde interrogat Lypoman. quare Genes. 37. dicitur: *Audiens hoc Ruben nitebatur liberare de manibus eorum (Ioseph) & dicebat Non interficiamus eum, &c.* Et respondet, *Quia qui libidine carnali reliquis fratribus fuerat peior, naturali pietate compatientiaque fraterna, melior erat: non ergo temere iudicandi peccatores à peccatoribus facultas sit. Potest enim vno vitio deterior virtute alia melior esse.* Quasi dicat, multi pro vno scelere inhonorantur, qui digni aliàs erant omni laude, & dignitate dignissimi; quia litteris, nobilitate, ingenio, sapientia & prudentia cæteros superant, & pro minimo defectu ab æmulis inhonorantur. Ideo Christus adulteram iam contritam defendere cupiens, accusatores quærit, qui perfidi erant & sceleribus pleni, vnamque fragilitatem ponderabant nimis.

August. cit. in litt.
Inimici vnū defectum accriminant bona innumera non vidēt.
Lypom. in Genes. 37.
Defectus vnus propter insignes virtutes & pignora lucida suppleatur.
Pietas virtutes detegit, defectum zelat.

963 Vnde interrogat Albertus Magnus, quare Prouerb. 17. n. 9. dicitur, *Qui zelat delictum, quærit amicitias?* Et respondet; *Quia qui pallio pœnitentiæ celat delicta sua quærit amicitiam Dei: & per consequens, qui delictum proximi detegit, neque amicitias Dei, neque hominum inueniet.* Quasi dicat, adultera mulier, quia pœnitentiæ rubore quasi velamine faciem animæ operuit, amicum, & talem amicum Christum inuenit, qui eam protexit, & defendit; Pharisæi autem qui peccatum eius detegerunt inimicitiam Christi & Angelorum inuenient. Hinc Ambrosius quærit quare Ps. 31. dicitur, *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata?* Et respondet lib. de pœnit. c. 19. *Quia nuda atque deformis anima nostra manebit, si nos eam saltem pœnitentiæ velaminibus, & confessionis amictibus non obtegamus.* Quasi dicat, felix anima peccatoris, quæ tecta est velamine contritionis, & infelices nimis, qui sine velo verecundiæ tam propria quam aliena manifestant, atque coram omnibus detegunt; qui vero semper defectus alienos tegere & zelare conatur amicitiam Dei, & hominum adquiret, & cœlum proteget eum, & honorabit dando ei tot amicos, quot sunt stellæ cæli, quæ præ multitudine numerari non possunt, sicut fecit cum Abraham, eo quod secretum & sacramentum à Deo commendatum, neque proprio filio suo, (cui non pepercit,) expandit, sed semper vsque ad vltimum celauit.

Albert. Mag. ser. de circ. 8. Prou. 17. n. 9.
Velamen verecundia peccata tegit.
Ambros. lib. de Pœnit. c. 19. Ps. 31.
Confessio amictus pœnitentia.
Impudici propria delicta, & aliena detegunt.
Abraham secretū Dei altè seruauit.

Hinc interrogat Philo lib. quis rerum diuinar. hæres, quare Genes. 15. n. 5. dixit Deus Abrahæ *Suspice cœlum, & numera stellas, sic erit semen tuum, &c.* Et respondet: *Quia secretum reseruasti, sic eris, sicut quod vides in æthere, sic cæleste, sic vmbra carens plenum splendore purissimo: nam neque in cœlo nox habet locum, neque in tali virtute tenebræ dispositū ornatissima immoto materiæ ordine semper sui similem.* Quasi dicat qui propria secreta & aliena seruat immotus semper manens, noctem non agnoscet, vmbræ peccati ab eo fugient, plenum splendore sicut cœlum manebit, & tot ac tantos amicos habebit, quos numerari non possit sicut stellæ cæli, quæ præ multitudine non possunt numerari. 964

Philo lib. quis ret. diuin. hæres. Gen. 15. n. 5.
Cælo similis, qui celat secreta aliena.

Hanc splendidam vmbram quærebat anima conuersa ad Deum cum laudans protectionem sponsi dicebat Cant. 2. n. 3. *Sub vmbra illius quem desideraueram sedi.* Et Ierem. Thren. 4. n. 20. dicitur *In vmbra tua viuemus*; quia reuera anima, quæ ad Deum conuertitur, & illustratur splendoribus pœnitentiæ viuit, & requiescit, quæ in barathro huius mundi fatigata, nec viuebat, neque requiem habebat, semper periculis, afflictionis, dedecoris, & infamiæ detegendæ exposita & timida, atque conturbata. Verba Bernardi sunt: *Fortasse facilius aliquid ista expertam se gloriatur, quod se in vmbra dicit, non vt Propheta viuere, sed sedisse; sedere enim quiescere est; plus est autem quiescere in vmbra quam viuere vbi enim cum labore viuimus, qui conscij peccatorum sub labore fuerimus, ibi hac deuota & amans suauiter requiescit, & dixit singulariter, sedet, vt agnoscat prærogatiuam.* Quasi dicat, nulla maior prærogatiua, & merces magna animæ adulteræ euenire potuit, quam inuenire Christum protectorem, & defensorem suum percutientem illos, & castigantem reos, qui miseriam, & fragilitatem suam detegebant; quia sub vmbra talis defensionis requiescere incepit adulteta, quæ semper conturbata, & timida viuebat vt Hispani dicunt, *Zozobrada y temerosa no laquitassen la honra*: Et quiescere ab ista conturbatione, & perpetua anxietate plus est quam viuere, vt Bernardus insinuat; Propter quod inquit Lyranus dixit mulieri adulteræ: *Vade amplius noli peccare*, quia absolutionem dedit illi à culpa, & à pœna tam æterna, quam temporali; quia peccator cum gratia Dei induetur, *Quasi leo sine terrore manet*; Quia Deus in medio eius non commouebitur Psal. 45. Nam teste Ambros. in hunc Ps. *Vbi aliquis grauius peccat commouetur in eo Deus, vt ab eo transeat.* Vnde

965
Cant. 2. n. 3. Ierem. Thr. 4. n. 20.
Inquieta conturbatio viuere non relinquit.
Bern. ser. 48. in Cant.
Quies cordis singularis merces Dei.
Vita serena & secura plusquā viuere valet.
Hispana locutio.
Bern. citat. Lyran.
Psal. 45. Ambros. in Ps. cit.

Vnde & Adæ peccanti deambulare visus est, & contra Pharisæos adulterum inculcantes de terra, vbi digito scribebat, surrexit stans in medio eorum dicens, Vbi sunt, qui te accusant. Et stare pugnantis est, vt Chrisologus dixit, quia à peccatoribus ad eum conuersis non separatur, nec commouetur, sed stat ad latus eorum viriliter eos defendens, & pugnans contra eorum aduersarios quia sicut prius audierunt vocem iustitiæ, sic in statu gratiæ vocem pietatis & misericordiæ audiunt, vt de muliere adultera Augustinus insinuauit, cui iam contritæ, & solutæ ab inimicorum insidiis dixit, Vade in pace, & amplius noli peccare, quasi dicat: Vade, quia ego de cælis descendi, vt peccatum damnarem, & hominem absoluerem, vt adnotauit Iansenius ex Augustino.

S. Chrisologus ser. de S. Stephan.

Stare pugnantis est.

Vocem misericordiæ conuersi audiũt.

Christus peccatum damnauit vt hominem absolueret.

August. cit. Iansf. sua in concord.

TRACTATVS VIGESIMVS TERTIVS,

Ad Litteram, *In cap. 6. Ioannis De saturatione quinque millia hominum in deserto.*

TEXTVS.

1 POST hæc abiit Iesus trans mare Galileæ, quod est Tiberiadis. 2. Et se-
quebatur eum multitudo magna; quia videbant signa quæ faciebat su-
per his qui infirmabantur. 3. Subiit ergo in montem Iesus & ibi sedebat
cum Discipulis suis; 4. Erat autem proximus Paschæ dies festus Iudæo-
rum. 5. Cum subleuasset ergo oculos Iesus & vidisset, quia multitudo maxima ve-
nit ad eum dixit ad Philippum: Vnde ememus Panes, vt manducent hi: 6. Hoc au-
tem dicebat tentans eum; ipse enim sciebat quid esset facturus. 7. Respondit ei
Philippus, ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque mo-
dicum quid accipiat. 8. Dixit ei vnus ex Discipulis eius Andræas frater Symonis Pe-
tri: 9. Est puer vnus hîc, qui habet quinque panes hordaceos, & duos pisces: Sed
hæc quid sunt inter tantos? 10. Dixit ergo Iesus, facite homines discumbere. Erat
autem fænum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque mil-
lia. 11. Accepit ergo Iesus panes, & cum gratias egisset distribuit discumbentibus:
Similiter ex piscibus quantum volebant. 12. Vt autem impleti sunt dixit Discipulis
suis: colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant: 13. Collegerunt ergo &
impleuerũt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ
superauerunt his, qui manducauerant. 14. Illi ergo homines cum vidissent, quod
Iesus fecerat signum dicebant; quia hic vere Propheta, qui venturus est in mun-
dum. 15. Iesus ergo cum cognouisset, quia venturi essent, vt raperent eum, & fa-
cerent eum Regem; fugit iterum in montem ipse solus.

EXPLANATIO LITTERAE.

966 POst hæc abiit Iesus; quæ autem sint patrata ante hæc Euangelista distinctè narrat, expositoresque elucidant: nam Maldonatus insinuat, quod decem menses transierunt ab his, quæ narrata sunt cap. antecedenti. Caietanus & alij graues Auctores post annuntiationem decollationis Præcursoris intelligunt verba post hæc quod abiit hac de causa Iesus trans mare Galileæ: nam Matth. 14. dicitur, & venientes Discipuli Ioannis annuntiauerunt Iesu, quod cum audisset Iesus secessit inde in nauicula in locum desertum seorsum. Et sequebatur eum multitudo turbarum, scilicet pedissequarum; quia per littora maris deambulando ibant, dum Christus in nauicula transfretauit per mare. Subiit ergo in montem Iesus, id est, exiens de naui ascendit in montem separatum ipse cum Discipulis suis solus. Cum subleuasset ergo oculos Iesus, quia sedebat cum Discipulis, respexit ad littora maris, & vidit multitudinem venientem ex oppidis, ciuitatibus, & locis, quæ veniebat ad famam sui aduentus.

Maldonatus in Euang. ad c. 14. Matth.

Caietan. in Ioann. 6.

Christus mærore confectus in Ioannis decollatione secessit fugiens Tyrannum.

Qui sedet oculos submissos habet

Cum vidisset, multitudinem magnam, quæ
veniebat ad eum, principium benefaciendi fuit 967
misereri, inquit Abulensis in prolog. ad cap. 14. Matth. Dixit ad Philippum, vnde ememus panem.

Misericordia ianua benefaciendi.

Abulenſ. in Prolog. ad c. 14. Matth.

Paupertas collegij Apoſtolici ſũma. *Puer cum Apoſtolis abire probabile eſt.* Abul. citat. *Fænum fuit menſa conuiuij.*

panem. Cum Philippo loquitur, quia ipſe magis incredulus erat quia ipſe dixit, oſtende nobis Patrem, vel forſan, quia puer ille, qui panes quinque vendebat, à ſolo Philippo viſus fuerat. Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis. Experimento patet, fiduciam non habere Philippum, & paupertatem collegij Apoſtolici declarat. Eſt puer vnus hic qui habet quinque panes hordeaceos: non immeritò aliqui putauerunt; quod puer iſte cum Apoſtolis abibat, & pauperculam prouiſionem portabat. Sed Maldonato plus placet, quod erant panes & piſces venales. Matthæus cap. 4. ait, quod Chriſtus dixit afferte illos mihi. Quaſi diceret, teſte Abulenſi, ſufficiunt, vt omnes manducent, ideo ſubdit, facite homines diſcumbere ſuper fænum. Addit Matth. 14. Quaſi menſam præparando ad conuiuium futurum. Marcus cap. 6. dixit, facite homines diſcumbere ſuper viride fænum ideo erant grata ad ſedendum ibi.

Abul. cit. *Verba Chriſti multiplicationem panis & piſcium fecerunt.* *Apoſtoli miniſtri conuiuij.* *Quantitas panis & piſcium per augmentationẽ creuit.* *Puer vel Apoſtoli piſces diſpoſuerunt.*

968 Et accipiens Ieſus panem benedixit & fregit, prius benedixit quam fregit, vt per benedictionem videretur tranſitiua virtus multiplicationis, vt panes & piſces creſcerent. Hæc Abulenſis. verba autem benedictionis nemo ſcit. Maldonatus autem dicit, quod ſemper ad benedictionem Chriſti miraculum multiplicationis fiebat. Ego autem exiſtimo, quod tranſactis verbis Chriſti in manibus Chriſti, & Apoſtolorum multiplicabantur panes & piſces, quia Diſcipulos fecit Ieſus miniſtros conuiuij, & illi in partes minutiſſimas diuiſerunt quinque panes & piſces duos ſimul cum Chriſto, & fractione ipſa incipiebat augmentatio quantitatis continuæ. Ita vt quando plus Diſcipuli diſtribuebant, tanto magis creſcebant panes & piſces, ita Chriſoſt. Leontius, Euthym. vt in Maldon. 14. Matth. Neque ſcriptum reperi an duos piſciculos frixos, vel crudos Diſcipuli diſtribuerunt, quia non erant multiplicanda miracula, ſine cauſa. Et ſic puto, quod priuſquam miraculum multiplicationis cepit fieri Apoſtoli vel puer prius aptos ad manducandos diſpoſuerunt. Et tunc diſtribuerunt.

Mulieres inuitata quinque millia, & totidem pueri, & omnes conuiuæ quindecim millia fuerũt. *Fragmenta panis & piſcium maxima in quantitate.*

969 Et manducauerunt omnes & ſaturati ſunt viri, & mulieres & paruuli. Abulenſis autem ait, quod mulieres fuerunt plus quamquinque millia, & totidem pueri; quia ſemper plus deuotionem, & ſanctos ſequuntur quam viri. Et tulerunt reliquias, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum quia tam piſces quam panes fracti fuerunt à Chriſto, & ita integrum nihil ſuperauit, quia neque appoſitum fuit, ſed meo videri fragmenta à Chriſto diminuta in maximam creſcebant quantitatem in manibus Apoſtolum, ne forte dicerent Iudæi, quod Patentes eorum in deſerto, *Nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto leuiſſimo.*

Deut. 18. n. 15. *Auaritia Iudæorum.* Maldonat. *Miſeri ſaturari deſiderant.* Pſ. 58. n. 16.

970 Illi ergo homines cum vidiſſent ſignum dicebant; quia hic eſt verè Propheta, ſignum magnum fuit tale conuiuium; Propheta verus fuit Meſſias expectatus ab omnibus Prophetis & deſideratus cunctis gentibus Deut. 18. n. 15. patet, ibi diciturip ſum auditum &c. Ieſus autem cum cognouiſſet, quod venturi eſſent &c. ex ingenti beneficio admiratæ clamabant turbæ; iſte eſt vere Rex, & Meſſias in lege expectatus. Maldonatus non ex cibo, ſed ex auaritia Iudæos notat; quia ditare poſſet Chriſtus eos, ſicut ſaturare; ideo volebant eum facere Regem, ſed meo videri pauperes & turbæ ſi ſunt repleti nil aliud deſiderant; *Si vero non fuerint ſaturati murmurabant*, Pſ. 58. Fugit iterum, & abſcondit ſe ipſe ſolus id eſt, ſeceſſit à loco, vbi ſciebat. quod venturi eſſent, vt raperent & facerent eum Regem. Neque diſplicet ratio Maldonati, quod Chriſtus inuiſibilis factus eſt, vt hinc contra hæreticos caluiniſtas appareat, quod Chriſtus poteſt eſſe, & eſt in Euchariſtia inuiſibilis abſque eo quod videatur. Neque obſtat quod Mathæus ait, quod Chriſtus ad orandum ſeceſſit in monte ſolus; quia Matthæus non refert effectum gratitudinis conuiuatum, quod erat rapere Chriſtum, vt facerent eum Regem, & ita neque modum abſcondendi ſe, & facere inuiſibilem narrat. Caietanus acutè aduertit, quod volebant Chriſtum rapere, quia cognoſcebant eum, quod honores mundi fugiebat, etiam ſi Regis coronam illi offerrent.

Occaſiones vanitatum fugiendæ. Maldonatus citat. *Chriſtus inuiſibilis in Euchariſtia eſt.* Caietan. cit. *Chriſtus ſemper honores fugiebat.*

TRANSLATIONES ANTIQVIORES & Neothericæ

Vulgata editio. Poſt hæc abiit Ieſus trans mare Galileæ eſt quod Tyberiadis. *Tranſlat. ex Syriac.*	1. Poſt hæc profectus eſt Ieſchua trans mare Galileæ, & poſt eum abierunt cætus multi.
Tranſl. Vatabl.	2. Quia videbant ſigna, quæ edebat in ægrotis & ſequebatur eum turba multa.
Lyranus ſua in gloſſa.	3. Tyberiadis vocatur, quia Heroes ibi ædificauit, ciuitatem in honorem Tiberij Cæſaris.
Cyrill. lib. 3. cap. 11.	4. Appellatur autem mare, quia palus Tyberiadis eſt magna.
Abulenſ. in prolog. ad c. 14. Matth.	5. Aſcendit Ieſus in nauiculam, & dixit venite ſeorſum, & requieſcite puſillum.
n. 5. *Vulgata cum ſubleuaſſet ergo oculos Ieſus & vidiſſet, quia multitudo magna &c. Tranſl. ex Syriac.*	6. Suſtulit Ieſchua oculos ſuos, viditque turbam multam venientem ad ſe & ait Philippo Vnde ememus panes, vt iſti edant.
Tranſlat. Vatabli.	7. Cum ſuſtuliſſet oculos Ieſus, & vidiſſet multam turbam venientem ad ſe ait Philippo, vnde ememus panem, vt edant iſti.

Abul.

Abul. in Matth.14. date vos illis manducare.	8. Non mittamus eos famelicos.
Lyranus sua in glossa.	9. Tantum desiderabat audire quod propter paupertatem non portabant alimentum.
n. 9. *Vbi Vulgata: Est puer vnus hic habens &c. Transl. ex Syriac.*	10. Est hic puer quidam habens secum quinque placentas hordeaceas, & duos pisces, sed hæc quid sunt ad hos omnes?
Transl. Vatabli.	11. Est puellus vnus hic qui habet quinque panes, sed quid sunt inter tantos?
Abulens. citatus.	12. Non habemus hic nisi quinque panes & duos pisces.
n. 10. *Vulgata. Facite homines &c. Translat. ex Syriac.*	13. Efficite vt omnes homines discumbant; erat autem germen multum.
Transl. Vatabli.	14. Facite vt homines discumbant; erat autem gramen multum.
Lyranus sua in glossa.	15. Ordinate facite sedere ad manducandum.
Abul. citat.	16. Iussit vt omnes super fœnum discumberent ad manducandum.
Iansenius ex Luca ait.	17. Facite homines discumbere per conuiuia quinquagenos.
n. 11. *Vulgata. vt autem impleti sunt &c. Translat. ex Syriac.*	18. Cumque saturati fuissent dixit Discipulis colligite fragmenta, quæ superfuerunt ne quid depereat.
Transl. Vatabli.	19. Colligite quæ superfuerunt fragmenta
Abulens. citatus in Prolog.	20. Et comedit vnusquisque, ita vt nihil vltra cuperent, & tulerunt reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos.
Lyran. citat. in sua Glossa.	21. Per fragmenta portata aliis qui non fuerunt ibi publicatum est miraculum & approbatum, quia verè & non fictitiè reficiebantur.

n. 14. *Vulgata. Illi ergo homines cum vidissent quod Iesus fecerat &c. Translat. ex Syriac.*	22. Isti autẽ homines cum vidissent hominis signum quod ediderat Iesua dicebant verè est propheta ille, qui venturus erat in mundum.
Lyra sua in glossa.	23. Hic est verè Propheta, quem alij Prophetæ nũtiauerunt, quod venturus erat ad saluandum mundum.
Tertulianus in annotationibus in lib. de Trinitate f. 1065.	24. Quæritis me vt Prophetam, non quia signa vidistis, sed quia manducastis de panibus meis, & saturati estis.
n. 15. *Vulg. Iesus autem cum cognouisset quod venturi essent vt raperent &c. Translat. Vatabli.*	25. Cum cognouisset quod venturi essent, ac rapturi ipsum, vt crearent ipsum Regem secessit iterum in montem.
Translat. ex Syriac.	26. Ieschua vero cognouit eos venturos ad corripiendum eum, vt ipsum facerent Regem, subduxit sese in montem illum solus.

DIFFICVLTAS PRIMA.

Quare Christus abiit trans mare Galileæ, & cur sequebatur eum tanta multitudo?

QVæritur de ratione nauigationis Iesu in nauicula, & quare sequebatur eum tanta multitudo? 971

Beda in cath. citat. Christus secessit à Galilæa audita morte Ioannis ante suã per vnius anni spatiũ.

1. Responsio Bedæ in cath. citati; *Si quis autem verba Euangelistarum diligenter considerauerit, facilè cognoscet, quia vnius anni spatium fuit inter decollationem Ioannis, & passionem Domini? Cum enim Matthæus dicat, quia Dominus audita voce Ioannis secessit in desertum locum, & ibi turbas pauit, apertè demonstratur quia imminente Paschali festiuitate decollatus est Ioannes; euoluto autem vnius anni spatio passus est Christus in eadem festiuitate.* Quasi dicat, causam præsupponit Euangelista, quare Christus abiit trans mare Galileæ; quia ante suam mortem per spatium vnius anni, cum audiret, quod Herodes Ioannem decollauit, fugit, non ex timore, sed quia non erat tempus moriendi, & ideo abiit Iesus trans mare Galileæ.

2. Respon

972 Lyran. sua in glossa. Fluuius Iordanis transit per Galilæā. Hebræa consuetudo. Gen. 4.

2. Responsio Lyræ sua in glossa: *Illud enim mare est lacus magnus, per quem transit Iordanis fluuius, sed vocatur mare secundum modum loquendi Hæbraicum in quo congregationes aquarum vocantur mare, secundum illud Gen. 1. n. 4. Congregationes aquarum vocauit maria. Et vocatur mare Galilea ex prouincia per quam transit & vocatur Tyberiadis ex nomine ciuitatis ædificata in littore, quæ Genezareth dicebatur.*

973 Alcuin. in cath.

3. Responsio Alcuini in cath. citati. *Hoc mare pro diuersitate locorum diuersis nominibus vocatur, sed ratum ad præsentem locum mare Galileæ propter Prouinciam; Tyberiadis autem à ciuitate dicitur.* Quasi dicat, omnia mundi regna transitoria sunt; quia Tyberiadis à Tiberio Romano nomen accepit, quæ ante prætetita sæcula vocabaturGenezareth, & modo iam, neque reliquiæ ex omnibus Romanorum imperiis remanserunt.

Regna mūdi trāsitoria, & variis nominibus nominata.

974 Glossa odin.

4. Responsio Glossæ ordinariæ. *Dicitur autem quod sequebatur eum multitudo; quia sicut eis, quos à corporis infirmitate curabat, intus spiritus reintegrabat, sic ipsos à morbo incredulitatis sanabat,* Quasi dicat, quid mirum quod totus mundus post Christum abiisset si omnes infirmos sanabat, & corda peccatorum visis miraculis vulnerabantur ab spiritu Sancto, vt fidem acciperent.

Miracula Christi corda infidelium pungebant.

975 Lyran. sua in glossa.

5. Responsio Lyræ sua in glossa. *Sequebantur Christum turbæ quia videbant signa, hoc dicitur ad ostendendum, quod fiebant virtute diuina; magicis enim artibus bene fiunt aliqua curiosa & inutilia, sicut quod statua loquantur & consimilia, sed sanitates quæ fiunt ad reducendos homines in Deum fiunt tantummodo virtute diuina.* Quasi dicat miracula, quæ corda conuertunt, & ex sceleratis sanctos faciunt. Dæmon neque potest, neque vult facere & ideo sola Dei potentia fiunt.

Magi inuentiones non miracula faciunt.

976 Auct. mens.

6. Responsio meo videri. Sequebantur turbæ Iesum; quia monstruosa res est vulgus compositus ex variis humoribus; alij deuotione allecti Christum sequebantur; alij dulcedine verborum qua corda vulnerabat; alij ex necessitate curandi ab infirmitatibus, quibus vexabantur, & multi ex deprauata malitia cupientes capere eum in sermone.

Vulgus monstruosa res est.

DIFFICVLTAS II.

Quare dicitur cum subleuasset ergo oculos Iesus &. vidisset, quia multitudo magna, &c.

977 Qværitur, si Christus erat in altitudine montis, quomodo subleuauit oculos vt videret multitudinem?

Bed. in cath. citat.

1. Responsio Bedæ in cath. citati, *Quia oculos non erigebat huc, atque illuc, sed pudicè sedebat attentus cum Discipulis suis.* Quasi dicat, qui sedet etiam in altum constitutus submissos compositosque oculos habere potest, & cum aperuisset eos ad videndas turbas, à fortiori leuat oculos & ideo dicitur, cum subleuasset Iesus oculos.

Erecti oculi superbiā indicant, submissi humilitatem.

978 2. Responsio meo iudicio, subleuauit ocu-

Franc. de Rojas in Euang. Tom. III.

los, quia ipsi sunt fenestræ suæ misericordiæ, & pietatis, & initium beneficiorum eius fuit subleuatio diuinorum oculorum. Et ideo statim subdit; vnde ememus panem, vt manducent hi.

Auct. mens. *Oculi Domini ianua pietatis.*

3. Responsio Glossæ ordinariæ, *Vt exemplo suo nos admoneret oculos cordis nostri leuare, vt si forte eo ducente ad altitudinem actionis, & scientiæ ascendere permittamur turba sequentium carnalium cogitationum, nos non perturbet neque ab altitudine contemplationis deiiciat, sed eam spiritualibus escis quantum capere possit pascere curemus.* Quasi dicat insignes sceiptores, Doctores & Prædicatores, si ad honores, & altitudinem dignitatis ascēdant, nullatenus de temporalibus vanitatibus curent, sed in altissimæ contemplationis montem ascendere conentur. Sed de hoc ad mores postea. 979 Gloss. ordin.

Contemplatio, nis montem Doctores & Magistri ascendant.

4. Responsio Ruperti in Ioan. cap. 6. *Subleuauit oculos, quia per visibilia inuisibilium instantia rerum miro modo (vt ipse dixit) coarctabatur vsquedum perficerentur. Et quemadmodum ex abundantia cordis os loquitur: sic ipse secundum diuinæ Maiestatis suæ opera, quæ intus meditabatur, foris miranda operabatur.* Quasi dicat, semper Christus in corde meditabatur daturus se in sacramento panis & vini sub speciebus absconditus, & coarctabatur ex amoris desiderio, eo quod tardaret opere implere, quod in corde gestabat; cum autem oculos subleuauit, & copiosas turbas vidisset, famelicasque clamantes pro cibo, & nutrimento, quasi nimis conturbatus Christus, & impulsu amoris alteratus occasionem & ænigma Eucharistiæ sanctæ respiciens subleuauit oculos ad turbas, quia in die institutionis sacramenti Eucharistiæ, etiam oculos ad Patrem eleuaturus erat. 980 Rupert. in Ioan. c. 6.

Ex abundantia cordis os loquitur.

Eucharistiæ sacramenti memoria Christus latabatur.

5. Responsio Lyrani. *Tantum enim desiderabant Apostoli audire Christum, quod omiserunt asportare secum alimentum, & propter hoc necessarium erat miraculū facere.* Quasi dicat cùm Discipuli viderunt Christum oculos subleuantem, & interrogantem de alimentis turbatum lætati sunt; quia statim cogitauerunt, quod miraculum grande operaturus erat. 981 Lyrān sua in glossa.

Signum charitatis est necessitates videre compassiuè.

DIFFICVLTAS III.

Quare dicitur, Philippe, vnde ememus panes, vt maducent: hoc autem dicebat tentans eum?

Qværitur quare à Philippo talis interrogatio facta est, & quare eum Christus tentauit? 982

1. Responsio Chrisostomi in cath. citati: *Talis enim erat Philippus, qui postea dixit, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis; propterea igitur eum erudiebat: nam si simpliciter factum esset miraculum; non tantum appareret, nunc autem prius cogit confiteri inopiam, vt certius discant miraculi magnitudinem.* Quasi dicat, plus dubitabat de rebus fidei Philippus. & paulatim solidabat eum Christus mirabilia coram ipso operando. Chrisost. in cath. cit.

Miracula plus lucent cum multum desiderantur.

2. Responsio Interlinealis in Glossa, *Vt ignorantiam Discipuli demonstraret, fidem illius de futuro miraculo consulens.* Quasi dicat, quo 983 Interlinealis in glossa.

Q plus

Ignorantes proterui, & inflexibiles intellectu.

plus ignorans est, plus satisfactionis, & probationis ad eum confundendum est necessarium; ideo consuluit Philipo Christus.

984 Rupert. in Ioan. *Impatientes neque spem neque fidem habent.*

3. Responsio Ruperti in Ioan. *Philippus hoc interrogat, quia sunt plerique, qui dum libenter vacant otia de auditorum tarditate causantur, quorum modicam, quam in spiritualibus habent fidem, adhuc & in corporalibus habent.* Quasi dicat, Philippus, neque æqualitatem filij cum Patre credebat; & ideo neque alimentorum sufficientiam à Christo posse euenire cogitabat; imo plus dubitabat, respondens ducentorum denariorum panes non sufficiunt.

985 Iansen. sua in concord. c. 57. Matth. 14.

4. Responsio Iansenij in concord. cap. 57. *Quia Christus secundum Matth. 14. dixit, Date illis vt manducent; ideo tentans Philippum dixit, Vnde ememus panem, & ille respondit Ducentorum denariorum non sufficiunt. Perinde ac si diceret pracipis, vt nos demus illis manducare; id autem, vt possemus opus esset, vt emeremus panes non minus quam ducentis denariis, cum apud nos non sit pecunia quam minimum.* Quasi dicat, paupertatem collegij Apostolorum insinuat Philippus; non vt male aliqui putauerunt, quod interrogando dixit, etiamsi ducentorum denariorum consummamus non sufficiet ad subleuandam præsentem necessitatem.

Tentare dicitur animũ probare.

986 Maldon. in Euang. Matt. *Caluinistarũ error contra Monachos.*

5. Responsio Maldonati *Refutantis, & erudite reprehendentis Caluinistarum errorem, qui ex hoc loco colligunt Apostolos ducentos denarios, id est, viginti ferè aureos coronatos habuisse.* Et addit Maldon. *Nec enim monachis nostris mendicantibus; sed Caluinianis similes erunt nummati coniugati, compti, elegantes. Quia Philippus hoc dixit eo quòd neque vnum denarium forsan haberet.* Quasi dicat, & bene dicat Caluinistis similes sunt proprietarij, qui religiosam paupertatem profitendo ducenta millia aureorum coronatorum non sunt contenti, cum in Collegio Apostolico vix aliquis nummus aureus reperiebatur.

Religiones paupertatem sequuntur Christi.

987 Auct. mens. *Testes saculares fide digni.*

6. Responsio meo videri Christus tentare Philippum insinuat dilatando, & ampliando cor eius, vt constipatus, & nimis certificatus in rebus fidei, posset aliquando gentiles qui ad eum venturi erant Christumque videre cupiẽtes de mirabilibus Christi informare, & de experientia alloqui, vt Hispano sermone dicitur, *Informana de los milagros que por su mano auian passado.*

DIFFICVLTAS IV.

Quare Andreas dixit, est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos & duos pisces, sed quid inter tantos?

988 Quæritur quare Discipuli Christi tam paucos panes & pisces habebant pro duodecim Apostolis?

Chrisost. in Abulens. cit. *Apostoli pauca contenti erant.*

1. Responsio sit Chrysostomi in Abul. q. 84. citati. qui ait; *Addiscimus in hoc Discipulorum Philosophiam qualiter contempserant escam, duodecim quinque panes habebant & duos pisces.* Quasi dicat, contemptibilia enim erant eis corporalia, quia à spiritualibus possidebantur.

2. Responsio est Abulens. q. cit. *Quinque enim sufficiebant eis, etiamsi essent plures quam duodecim: quia fortè erant panes magni secundum consuetudinem illius Regionis, sicut in quibusdam Regionibus ita sunt panes magna quantitatis, quod vnus sufficiet homini plus quam quindecim dies.* Et addit Abulensis: *Et hoc est valdè verisimile.* Quasi dicat Rustici & coloni, quod in Hispania vocantur *Gananes* pro nutrimento ordinario habent panes hordeaceos, qui semper magnæ quantitatis sunt. Ex quo patet, quod Apostoli & Christus Dominus austerissimam vitam agebant; quia panes rusticorum miserorum duro & hordeaceo contenti erant vt erubescant, qui Apostolicam vitam sequuntur, & panibus lacteis non sunt contenti. 989

Abul. q. 84. in Matt. 14. *Rustici coloni panibus magna quantitatis vtuntur. Religiosi panibus lacteis non vtantur.*

3. Responsio meo videri, quinque panes & duos pisces tantum habebant Apostoli, quia fortasse victualia sufficientia non præparauerãt, cum in nauiculam ascenderent; expectantes quod citò in terram descenderent, & quidquid esset necessarium ad victum, & nutritionem pauperculam quærerent. 990

Auct. mens. *Itinerantibus cibi solent deficere.*

4. Responsio Lyrani sua in glossa. *Andreas dixit: Sed quid inter tantos? Quasi diceret, etiam si panes quinque multiplicentur eo modo quo factum est per Eliseum, qui de viginti panibus multiplicatis non satiauit, nisi centum viros in ista magna multitudine, hoc esset valde modicum, quasi impossibilitatem saturitatis Andræas exagerans & dubitans de factis dixit, Sed quid inter tantos?* 991

Lyr. sua in gloss. 4. Reg. c. 4.

5. Responsio Abulensis q. 86. *Discipuli paucos pisces secum portabant; quia non volebant rebus inutilibus se onerare; nihil enim in littore maris facilius habere poterant quam pisces. Et sic Marc. 18. dixit, quod paucos pisciculos habebant.* Quasi diceret, de prouisione panis maiorem curam habebant; quia vt Ecclesiast. 29. dicitur. *Initium vita hominis panis & aqua, & vestimentum & domus protegens turpitudinem.* Pisces autem, quia Apostoli piscatores erant, & circa littus maris ambulabant parum curabant. 992

Abul. q. 86. Marc. 8. *Panis & aqua initium vita.* Ecclesi. 29.

6. Responsio meo videri. De puero recordatus est Andræas, qui portabat venales cibos paucos, vt præceptoris Christi mandatum adimplerent: nam vt Matth. 14. dixit Iesus, date illis vos manducare, idest, quærite si fortè aliquis sit qui cibaria vendat, quia sub præcepto adimpleto obedientiæ prodigia mirabilia Deus operatur. 993

Auct. mens. *Obedientia materia proxima miraculorum.*

DIFFICVLTAS V.

Quare dicitur quod accepit Iesus panes & cum gratias egisset distribuit discumbentibus, & de piscibus similiter quantum volebant?

Quæritur quare antequam comedissent conuiuæ Christus gratias egit & ad quid? 994

1. Responsio Chrysostomi in cath. citati. *Cum Paralyticum sanat, & mare quietauit non orauit; hic autem erat gratias agens, vt scilicet ostendat eos qui commestionem incipiunt gratias* Chrysost. in cath. S. Th.

agere

Ante comestionem & postea gratias Deo agere.

agere oportere Deo. Quasi dicat propriam auctoritatem ostendit Christus gratias in minoribus agens, qui in maioribus prodigia faciebat absque gratiarum actione. Sed nihilominus semper gratias Deo agere placitum illi est; quia nos debitores sumus panem quotidianum recipiẽdo à Deo.

Theoph. in Abul. cit. Cyrill. ibi citat.

Qui nõ laborant non dãt Deo gratias, sed Diabolo cum comedũt absque benedictione.

Hinc ait Theophylus citatus in Abulensi. *Intuetur autem Christus cœlum vt nos instrueret à Deo Patre escam petere & non à Diabolo. Sic faciunt illi qui iniustè alienis laboribus nutriuntur.* Et Cyrilus ibi citatus. *Hoc dispensatiue pro nobis facit, vt discamus quod in principio mensæ, quando frangere debemus panem debemus Deo offerre, & elicere super ipsum benedictionem supernam.*

995 Maldon. *Gratias agere pro benedicere accipitur non è contra.*

2. Responsio Maldonati: *Nos gratias agere poni pro benedicere facile probamus; quia gratiarum actio nihil hîc pertinebat; benedictio autem maximè; volebat enim Christus panem multiplicare: Non ergo gratias agebat quod multiplicasset, sed panem benedicebat, vt multiplicaretur. Deinde si gratias egisset Patri vtique non pani egisset: at panem benedixisse dicitur; non ergo benedicere pro gratias agere accipitur, sed è contra gratias agere pro benedicere.* Quasi dicat, contra Hæreticos Caluinistas, qui in benedictionibus Christi conantur delirando consistere consecrationem Eucharistiæ. Contra quos disputant bene Caietan. in Euang. Castro de hæresibus, Suarez, Vasquez & recentiores omnes in materia de Eucharistia.

Caluinistarũ error circa Eucharistiã. Caietanus Castro Suarez Vasquez. recentiores tractat. in Euch.

996 Abul. q. 98. in cap. 4. Matth. *Christus tacitè potuit cõsecrare secundum Abulensem.*

3. Responsio Abulensis q. 98. in Matth. 14. *Non erat necessarium quando Christus gratias egit proferre aliqua verba demonstratiua, quia illa sunt verba ad efficiendum, quia Christus non efficit aliquid mediante verbo, sed per voluntatem omnipotentem suam diuinam, quando autem in conseruatione corporis & sanguinis sui protulit verba demonstratiua, non fuit hoc quasi illa forma consecrandi esset sibi necessaria, cum sine verbis potuit consecrare tacendo, sicut nunc quotidie facit in consecrationibus nostris, sed protulit illa verba, vt daret nobis illa in formam consecrandi, cum sine verbo sacerdos nihil consecret, & eo proferente verba summus sacerdos (id est, Christus) effectum causat conuertendo panem & vinum in carnem & sanguinem, vt dicit Eusebius Emissenus lib. 4. sentent. d. 9. Et tamen nunc volebat nobis Christus dare exemplum sic faciendi, cum nos multiplicare panes nunquam deberemus. Ergo non protulit verba demonstratiua, quæ erant ad exemplum: sed verba pertinentia ad gratiarum actionem, quæ nobis essent in exemplum agendi gratias cum manducaremus.* Quasi dicat in confirmatione contra Caluinistas, quod Christus cum gratias egit, non benedixit & consecrauit, vt hæretici volunt; sed docuit nos gratias Deo agere quando manducaremus.

Consecratio fit mediantibus verbis.

Christus præstat sacramẽtis effectum. Euseb. Emis. lib. 4. sent. d. 9.

Caluinistarũ error circa Eucharistiã.

997 Lyran. sua in gloss. *Malefici Deo non dant gratias.*

4. Responsio Lyrani sua in glossa; *gratias egit, vt ostenderet, quod talia non fiebant ab eo per Dæmones magica arte, vt Pharisæi dicebant.* Quasi dicat, eleuatis oculis ad Patrem dedit laudes pro beneficio, quo humanitatem suam honorabatur mirabilia operando, & inimicos cum similibus actionibus confundebat, qui per magicas implorationes miracula patrare putabant.

998 5. Responsio Augustini in cath. citati. *Vnde enim multiplicat de paucis granis segetes inde in manibus suis multiplicat quinque panes; potestas enim erat in manibus Christi, panes autem illi quinque quasi semina erant, non quidem terræ mandata, sed ab eo qui terram fecit multiplicata.*

August. in cath. cit. *Quinque panes semina ad meditandum abundè.*

999 Auct. ment.

6. Responsio meo videri dicitur, & comederunt omnes quantum volebant, & vt constaret, quod non erat miraculum secundum apparentiam; sed ita fuerunt saturati, quod superauerunt fragmenta. Et aliqua existimo, quod tanquam si essent reliquiæ seruauerunt conciues, vt in ciuitatibus & oppidis suis publicarent prodigium, & viderent omnes oculatim, quod saturati erant & quod comederunt quantum volebant, siquidem reliquias superatas demonstrabant.

Fragmenta ciborum reliquia fuerũt.

DIFFICVLTAS VI.

Quare dicitur, quod collegerunt, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum, quæ superauerunt

Quæritur, ad quid tanta copia fragmentorum superata, & collecta fuit? 1000

1. Responsio Chrisostomi in cath. citat. *Vide quanta serui & Domini differentia: nam Prophetæ quasi ex mensura habentes gratiam ita miracula faciebant, Christus autem absoluta virtute faciens, cum multa superabundantia omnia operabatur.* Quasi dicat, Christus venit vt legem adimpleret, & superabundantiam gratiæ præstaret, & ita miracula erant prodigiosa, & nunquam visa, neque audita superando in tali conuiuio duodecim cophinos fragmentorum.

Chrisost. in cath. cit.

Miracula Prophetarum diminuta.

1001 Ruper. in Ioann. c. 6.

2. Responsio Ruperti in Ioann. cap. 6. *Redarguta ergo est Discipulorum tarditas, & fides adhuc permodica qui dicebant Ducentorum denariorum panes non sufficere eis, vt vnusquisque modicum quid acciperet, & de piscibus & panibus dicebant, sed hi quid sunt inter tantos? & iuxta alios Euangelistas consilium incompetens dabant omnipotenti misericordiæ dimittendi turbas, vt irent in castella villasque.* Quasi dicat, saturati sunt & superauit tanta quantitas, vt spes & fides hominum in Deum semper super impossibilia augeatur; quia tunc fides Christianorum purificatur, cum spes contra spem firmiter in Deum retinetur. Et addit Rupertus: *Igitur quia vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem, rectè saturatis omnibus duodecim fragmentorum cophini superfuerunt, & vnusquisque Discipulorum, qui ministrauerat suum reportaret.* Quasi dicat, hîc adimpletum est, quod fidelis seruus, & prudens super familiam suam in tempore tritici condignam mensuram, & præmium reportabit; Et quia Discipuli tantum laborauerant, digni profecto erant mercede sua, & sic vnusquisque cophinum plenum reportabat.

Spes contra spem in rebus fidei.

Rupert. cit.

Merces copiosa apud Deũ.

Laborantibus in scripturis Sanctis ingẽs merces expectatur.

1002 Auct. ment.

3. Responsio meo iudicio duodecim cophinos impleuerunt, non quia ibi essent cophini, neque miracula multiplicanda sunt. Sed dicitur, quod impleuerunt cophinos duodecim; quia tanta copia cibi superauit, quod

poterant impleri duodecim cophini. & est modus loquendi scripturæ, vt satis doctè noster Lyranus adnotauit in sua glossa, vel dicatur cum ipso Lyrano, quod ex aliqua villa acceperunt Apostoli. Vel quod in tanta multitudine familiæ deportabant, vnaquæque suum cophinum, & in ista occasione Apostolis obtulerunt quantum petebant, & habebant.

Lyran. sua in gloss. ad c. 6. Ioan.

Cophini quomodo ibi erant.

DIFFICVLTAS VII.

Quare fugit Christus, quia volebant eum conuiuæ facere Regem?

1003 Quæritur, quare turbæ Christum Regem voluerunt constituere iam repleti?

Auct. mens. Pl.

1. Responsio meo iudicio; quia saturati erant propter quod scriptum est, *Confitebitur tibi, cum benefeceris ei.* Quia ingens imprudentia est torquere subditos, & milites fame perire permittere, & Regna & potestatem vexando adquirere, & conseruare putare.

Reges non opprimāt populos & subditos vt regnēt.

1004 Alcuin. in cath.

2. Responsio Alcuini in cath. citati. *Nondum pleni fide Dominum vocant Prophetam, qui nondum Deum dicere nouerant, sed iam multum profecerant ex virtute miraculi, qui eum secernentes ab aliis Prophetis dicebant, verè Propheta, qui venturus est in mundum.* Quasi dicat, cum beneficia supernenêre in animis gratis super omnia mundi bona laudando collocatur beneficus.

Miracula fidem augent.

Beda in cath.

3. Responsio Bedæ. *Turba viso tanto miraculo intellexerunt Christum pium atque potentem; & idcirco voluerunt eum facere Regem.* Quasi dicat, homines volunt habere Regem suum ad regendum & potentem ad tuendum; & pudicum ad exemplificandum. Et addit Beda: *Iesus ergo abscondit se fugiens in montem.* Datur ergo intelligi, quod Dominus descenderat de monte, cum turbas pauerat: nam quomodo fieri poterat, vt rursus fugeret, nisi antea descenderet.

Rex pius fortis & honestus diligitur à militibus.

1005 August. in cath. cit.

4. Responsio Augustini in cath. citati: *Erat autem Rex qui timebat fieri Rex, qui ab hominibus fieret, sed talis qui hominibus regnum daret; semper enim ille cum patre regnat secundum quod est filius Dei.* Quasi dicat regnum Christi non fuit de hoc mundo; quia hic in sanctis regnat per gratiam spiritualem, non temporaliter.

Regnū Christi non in hoc mundo.

1006 Auct. mens.

5. Responsio fugit in montem, & abscondit se inuisibilem se faciendo: nam aliter non poterat abscondi; quia mons erat planus & clarus, & turba innumerabilis quia crescebat ad famam miraculi multitudo copiosa ex omnibus ciuitatibus, locis, & oppidis; abscondere autem dicitur, quia per medium illorum transiens ibat, & cum nemo videbat, vt ex Maldon. adnotauimus supra.

Christus inuisibilis factus est in monte.

Mald. cit.

1007 Chrisost.

6. Responsio Chrisostom. *Vide quanta est gulæ virtus non vltra eis Sabbathi transgressis, cura non vltra zelant pro Deo, sed omnia remota sunt ventre repleto. Et Propheta iam erat apud eos, & Regem eum inthronizare volebant: Christus autem fugit erudiens nos mundanas contemnere dignitates.* Quasi dicat, pinguis venter non gignit bonam mentem, quia intrepide isti conuiuæ saturati erant; neque Sabbatha, neque spiritualia considerabant, sed quasi grati beneficij recepti Christum rapere in Regem volebant, quod neque erat sui iuris, neque conueniens Christo.

Pinguis venter intrepida intentat.

Honores fugiendi.

1008 Iansen. in conc. c. 78.

7. Responsio Iansenij sua in concord. c. 78. vt turbarum temerarium, insipiens & seditiosum factum impediret & Regni sui manifestationem suo tempore reseruaret Dominus dimissis Discipulis primum ac deinde etiam turba abiit in montem secedens è turba, hoc suo secessu docens popularem laudem non esse Pastoribus affectandam, sed fugiendam. Quasi dicat, etiam si Prædicatores, aut Pastores mirabiliter prædicēt, & miracula faciant debent fugere laudes, & famam humanam, & ad orationem recurrere, sicut Christus, cum raptim volebant eum facere Regem fecit.

Vulgus imperitus & amāt facit stulta nimis.

Prædicatores famosi laudes fugiunt orando.

1009 Rupert. in Ioann.

8. Responsio Ruperti in Ioan. citati. *Quia qui Christum propter aliud quam propter ipsum sequuntur fugit ab eis Christus, fugit veritatis spiritus, sicut ab illo damnato spiritu Symone fugit offensus, in quo totus erat felle amaritudinis.* Quasi dicat; quia Symon Magus spiritus Sancti gratiam, propter temporalia dona emere conabatur; ideo fugit spiritus Sanctus ab eo; tanquam homo amarus plenus malitia & dolo. Sic filius Dei fugit à turba quærente eum facere Regem propter auaritiam suam, quia experti erant, quod Christus poterat eos ditare, & restituere Regnum Israël temporale, & non quærebant Christum propter Christum, sed propter semetipsos. Et addit Rupertus. *Nec mirum est, quod ab illis Christus fugerit. Turbatur namque turba, & facit hæreses, & schismata.* Quasi dicat fugit Christus cum turbas turbatas vidit; quia ex cōmotionibus popularibus orta sunt scismata, & hæreses, & Hæresiarchæ, vt Luterus, & alij similes Ecclesiam Dei conturbauerunt, & conturbant modo commotione rusticorum & Aulicorum ignorantium, & tantummodo voluptates & vitia carnalia sequentes.

Christus propter Christū tantùm quærendus.

Act. cap.

Rup. cit.

Haeretici conturbant plebem & carnales Aulicos.

TRACTA

TRACTATVS VIGESIMVS QVARTVS

Ad Mores, *In cap. 6. Ioann. De Saturatione quinque millia hominum in deserto.*

DIFFICVLTAS VIII.

Quare dicitur quod Iesus abiit trans mare Galileæ.

1010 QVæsitum fuit qua ex causa secessit Iesus trans mare Galileæ, & cur sequebatur eum tanta multitudo?

Beda.citat. in litt. 1. RESPONSIO fuit Bedæ in littera citati. *Ideo secessit Christus in Galileam, quia audiuit decollatum fuisse Præcursorem Ioannem Baptistam.* Quasi dicat Tyrannos potentes etiam Christus refugit; quia sunt crudeles impij, & mala perpetrata malis mederi conantur. Vnde interrogat Oleast. quare Exod. cap. 1. dicitur. *Venite sapientes opprimamus populum Israel.* Vel vt legit Pagninus *Sapientes simus in eum?* Et respondet. *Ita sunt astutorum consilia impia, cum Dominus doceat non esse mala propter bona facienda, dum publicum bonum augere volunt, ipsum minuunt, & vt iniquus Pharao Tyrannus & crudelis, vt malis cogitatis medeatur mala præsentia perpetrat.* Quasi dicat ministri & Reges sine tegimine semper mala Reipublicæ maiori malo mederi consulunt; Et isti sunt similes Dauid, qui homicidio adulterium voluit operire. Ita potentes ministri crudeles, vt facultates suas augeant, & potentiores, & Principes fiunt, non vnum homicidium, sed vniuersam Rempublicam impositionibus impottabilibus grauant, & infinitos innocentes fame perire permittunt. Et addit Oleast. *Et hos vocat Parao sapientes, & mundus sapientiores arbitratur, quia astutiores & ambitiosiores sunt meditantes semper mala malis maioribus obuiare.* Quasi dicat, dissimilibus ministris etiam fugit Christus; quia sicut Herodes Præcursorem occidit, sic & ipsum Christum occidere meditantur, quia crudeles Reges & ministri impij scelera & iniqua meditata deterioribus crudelitatibus mederi conantur.

Oleaster in Exod. 1. — *Potentes mala medentur malis maioribus.* — *Ministri Regis solum dictari arbitrātur.* — *2. Reg. c. 11. n. 8.* — *Sapientiores ambitiosos mundus vocat.* — *Arbitria huius temporis Rempublicā deteriorem faciunt.*

1011 Hinc interrogat D. Ambrosius, quare Genes. 10. dicitur, *Fuit autem principium Regni Babylonis Nemrod.* Et respondet, *Quia principium Regni peccatoris Babylon, id est, confusio est, eo quod malitia, & potestas, non in simplicitate & puritate, non in distinctione virtutis, sed in confusione vitiorum est.* Quasi dicat principium & finis Regni cuiuscumque potentissimi est confusio vitiorum, & malitia ministrorum; quia si potentes ministri antecessorum Patrum suorum vestigia imitarentur in simplicitate & puritate conscientiæ ambularent, & vitia Reipublicæ festinatissimi extinguere conarentur: at quia malitia, rapina, & dolo repleti sunt Babylon, regnum fecerunt, & aperto muro, & ianuis patefactis vitia ingrediuntur & mala maioribus & sceleratis malis mederi conantur, sicut Herodes.

Ambros. in Gen. 10. — *Nemrod adificauit Babylonem.* — *Vestigia Patrum sequi renuunt Hispani.*

1012 Vnde Augustinus lib. 4. de ciuitate Dei cap. 32. loquens de huiuscemodi ministris, qui auaritia repleti iniqua deprauata Regibus consulunt sic ait: *Sicut Dæmones nisi eos quos fallendo deceperint possidere non possunt; sic & ministri non sane iusti, sed Dæmonum similes ea quæ falsa esse nouerunt lucri proprij causa Regibus tanquam vera suadent, vt hoc modo ciuili societate velut arctius alligantes quasi subditos eos possideant.* Quasi dicat ministri consiliarij, consules, & iurisperiti, vt corda Regum possideant & alligent arbitrantur, vectigalia, & impositiones importabiles populis, & pauperibus, & sub prætextu beneficij Reipublicæ, sua quisque commoda & lucra requirit & hoc est malo maiori mala mederi, sicut Pharo fecit, vt tandem Regnum & exercitus Regis Pharaonis demerganrur in profundum maris, & in derisum nationum cæterarum. Et concludit Augustinus loco citato: *Quis infirmus & indoctus euadet fallaces ministros ciuitatis & Dæmones?* Quasi dicat quid facient Orphani pauperes, viduæ, & simplices indocti si à similibus asturis fallacibusque Dæmonibus reguntur? Quid nisi fugere, sicut Christus docet Tyrannidem Herodianam fugiens; quin qui Præcursorem occidit Christo non parcet, & ministri crudeles qui Regem & Rempublicam fallunt lucri proprij causa etiam Christum occidere non recusabunt.

Aug. lib. 4. de ciuitate Dei cap. 23. — *Ministri falsa Regibus proponunt lucri proprij causa.* — *Vectigalia prudenter imponenda pauperibus.* — *August. cit.* — *Ministri auari Dæmonibus peiores.* — *Fallaces ministri excludendi.*

1013 VLTIMA RESPONSIO fuit quod sequebantur turbæ Christū ex variis affectibus allectæ, alij propter sanitates adeptas; alij vt consequerētur; illi ys eum laudarent, & illi, vt eum caperent in sermone. Quasi dicat, Christus sanabat infirmos vt asturos, & inuidos, qui falsa intentione eum sequebantur, torqueret, puniret, & feriret, & emendaret. Vnde interrogat Oleaster quare Genes. 3. dicitur, *Respexit Dominus ad Abel & ad munera eius.* Vel vt Pagninus: *Ad oblationem eius?* Et respondit: *Habet enim hoc particulare, vt defectum honoris sui inuidentia puniat, vt inuidus ex eo quod conspicit corrigatur, & iustum*

Auct. mens. — *Inuidus torquetur alienis fautoribus.* — *Oleast. in Gen. 3.* — *Trās. Pagn.* — *Bona inuide consolatio tribuitur.*

1. Reg. c. 2. n. 32.

imitari conetur. Quasi dicat cum Heli filios plus æquo diligens, non vt par erat argueret, quod primitias carnis ab offerentibus tollerent antequam Domino consecrarentur, audiuit: *Videbis æmulum tuum in templo in vniuersis prosperis Israel*, Vt hac comminatione emendaret filios suos desiderans consequi mercedes aliis factas. At cum nos sæui & crudeles simus illato inimicis malo, ex eis vindictam sumimus; Deus vero faciendo bonum illis, qui nobis inimicantur, quo vindictæ genere nihil facere videatur. Consumit tamen inuidi præcordia, cum ante eius oculos æmulum exaltat. Ideo ex turbis eum sequentibus omnes infirmos sanabat, vt æmulos qui veniebant deprauata intentione, vt caperent eum in sermone torqueret inuidendo fælicitates aliorum, & ex hac inuidentia (si vellent) prouocarentur ad credendum Deo. Et addit Oleaster. *Huiusmodi vindictæ genere vsus est aliquando Apostolus, cum ad Romanos dicit, Quandiu sum gentium Apostolus ministerium meum honorifico; Si quomodo ad æmulationem, prouocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex eis. Sic & Dominus volens prouocare Cain, vt de cætero cum illi vellet munus offerre meliora seligeret, non illi nocuit, sed munus fratris acceptauit, vt eum ad fratris mentem reuocaret; ipse vero vice versa in deterius mutatus est vnde debuit melior fieri.* Quasi dicat, Christus, omnes infirmos turbarum sequentium sanabat, & beneficiis cumulabat in corpore & mente mediante fide, vt sequentes ad hoc, vt in sermone eum caperent, inuideret & hac inuidentia ad fidem prouocaret videndo infirmos lætos, alacres, & placentes coram Christo laudesque ei exhibentes pro acceptis beneficiis: sed hoc inuidis Pharisæis nihil præstabat, quia deteriores & reprobi persistebant malitiam augentes, & plus Christum persequentes.

Vindictam de inimicis sumere, iniustitia est.

Benefaciendo inimicis corda eorum cruciantur.

Oleast. citat. ad Rom. c. 11. num. 2.

Vt Cain meliorareretur anguitur non vt perderetur.

Impij semper deteriorantur.

Calumniatores beneficiis deteriores fiunt.

1014 Hinc ponderat Lypomanus; quam verum est, quod contra sequentes doctrinam Christi statim persecutiones, & calumniæ malignantium sequantur, ad cuius probationem interrogat quare Exod. 2. dicitur, quòd *Egressus Moyses die altero inuenit duos Hebræos rixantes?* Et respondet: *Obserua in Moyse quid accidere soleat his qui relicta impietate sectantur vocationẽ Dei. Mox vt Moyses dereliquit aulam Regiam, in qua non poterat piè viuere, vt sequeretur vocationem Dei. Cooriuntur in ipsum, quasi collecta manu, paupertas, ignominia, contemptus, non ab Ægyptiis tantùm, sed etiam à suis Israelitis, ad quos liberandos, aulam reliquerat; insidiæ Regis, pericula mortis, fuga, exilium,* &c. Quasi dicat, cum infirmi, & turbæ in gratiarum actione Christum exaltabant, statim Pharisæi æmulando, & dolum ponentes eos propter Christum persequebantur, & stabant circa ipsos, sicut oues in medio luporum odio iniquo persequuti quapropter quia vulgus monstruosa res est: cum potentes æmulabantur Christum etiam populares sequebantur eum, vt caperent in sermone.

Lypom. in Exod. 2.

Contra perfectos insurgunt innumera pericula, & persequutiones.

Vulgus monstruosa res. Varius, inconstans, timidus & varius & nouitates desiderans.

* * *

DIFFICVLTAS IX.

Quare dicitur Cum subleuasset oculos, & vidisset quia multitudo &c.

Qværitum fuit, quare stans Christus super altitudinem montis, vt videret turbas oculos subleuauit? 1015

1. Responsio fuit Bedæ in littera citati; *Quia oculos non erigebat huc, illucque, sed honestè respiciebat attentè sedens cum Discipulis suis.* Quasi dicat, modestè, & honestè oculos incidebat, quia oculi sunt fenestræ dolosæ, per quas Dæmon subitaneas mortes, & improuisas interfectiones operatur. Ideo dicebat Ambrosius lib. 2. offic c. 1. *Sicut exortus sol lunæ globum, & cætera stellarum abscondit lumina: ita fulgor honestatis; vbi vero incorrupto vibrat decore cætera quæ putantur bona secundum voluptatem corporis, aut secundum sæculum clara & illustria obumbrat.* Quasi dicat, sicut ab homine honesto verba, visus & eloquia casta procedunt, sic à superbis, & insatiabilibus oculis omnia corrumpuntur. Hinc Basil. Seleuc. orat 36. *Quod sol in mundo, hoc oculus in corpore est.* Et Isidorus Pelusiota lib. 2. epist. 112. *Quemadmodum sol in terrarum orbe: Sic quoque oculus in corpore est.* Quasi dicant, quemadmodum sol & luna non spectant duntaxat terram lumineque perfundunt, sed fecundant, vt fructus suos parturiat. Ita honestissimè oculis vti debemus ad bona opera perficienda. Et D. Gregor. Nissenus hom. 7. in cant: *Oculi nobis omnium operum magistri sunt, & Doctores.* Et Cicero lib. 2. de natura: *Acies ipsa, qua cernimus, quæ pupilla vocatur: ita parua est, vt ea quæ nocere possint, facile vitet.* Quasi dicat multius vitanda, quæ non corpori, sed animæ nocent, non carnem, aut vestes inficiunt, sed mentem deuenustant.

Beda in litt. citatus.

Oculi submissi honestatem indicant.

Ambros. lib. 2. offic. c. 1.

Fulgor honestatis compositio hominis.

Basil. Seleuc. orat. 36.

Isidor. Pelus. lib. 2. c. 112.

Greg. Niss. hom. 7. in cant.

Hinc Chrisost. hom. 12. in epist. ad Rom. *Lasciuus es, luxui deditus pone tibi ipsi certum terminum, vt post hac mulierem non aspicias, tantummodo, ne hosti aperiamus portas, neque semina malitiæ recipiamus.* Quasi dicat, quemadmodum semina terræ commendata germinant & multiplicantur. Sic qui oculos non custodit, & promiscuè omnes aspicit malitiæ semina suscepit, quæ tamen adolescunt, & copiosum malitiæ, & iniquitatis prouentum producunt, & quam sæpe accidit, vt ex vnius mulieris visu magna criminum seges, velut ex iacto semine nascuntur, vt patet in Dauid, & in senibus Susanæ nudum aspicientibus, & passim exempla hoc probant. 1016

Chrisost. hom. 12. in epist. ad Rom.

Oculi causa malorum.

2. Reg. c. sup. cit.

Daniel. c. cit.

Ideo interrogat Saluianus lib. 3. de gubet. Dei, quare Matth. 5. num. 28. dicitur: *Si quis viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo?* Et respondet: *Quàm castos nos esse Saluator inserit, hinc intelligere plene possumus, qui etiam licentiam visionis abscidit; sciens enim fenestras quodammodo esse nostrarum mentium lumen oculorum, & omnes improbas cupiditates in corpore per oculos quasi per naturales cuniculos introire, extinguere eas penitùs foris volui, ne intus orirentur,* 1017

Saluian. lib. 3. de guber. Dei.

Matth. 5. n. 28.

Oculi fenestræ malorum.

tur, & lethaliter crescentibus fibris conualescerent fortasse in animo si germinassent in visu. Idcirco itaque ait Dominus, periculos impeditorum, intuitus noxa adulterij non carere, scilicet, vt qui bona fide fugeret adulterium, custodiret aspectum. Quasi dicat oculum ad modum agri se habere, qui ciliis, ac superciliis veluti sepibus muniatur, & obiectorum species veluti semina recipiat, quæ in eo germinant, præsertim si malorum obiectorum, aut eorum quæ ad non licita flectere videntem possint, noxia igitur semina non excipiamus visu, ne multiplicato fænore succrescant in animo, quæ in visu germinauerant. Ideo Beda insinuauit quod Christus oculos semper modestè aspicientes habebat, vt nos doceret non huc illucque respicere ne visionibus tanquam compedibus ferreis nos ligaremus.

Oculi fomentum adulterij. *Ager oculis comparatur.* *Oculi herbas malas pullulare faciunt.* Beda citat.

1018 2. Responsio fuit, *Quia initium beneficiorum Christi fuit sublenare oculos, & miserias nostras videre vt fontes misericordiæ suæ emanarent.* Quasi dicat, oculi Domini fenestræ sunt pietatis, ianuæ misericordiæ quia non est Deus, sicut noster. Vnde interrogat Oleast. quare Deut. 16. dicitur, *Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies.* Vel vt Interlinealis, *Illi soli adhærebis.* Vel vt alia Translatio, *Quia ipse est laus tua?* Et respondet: *Alij gloriantur in diuitiis, alij in genere, perpauci in Domino. Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt, beatus populus, cuius Dominus Deus eorum.* Et addit: *Quemadmodum ergo iactas sapientiam tuam, potentiam, vires, aut diuitias: sic te iacta de Deo tuo dicens, Non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut adest nobis Deus noster.* Quasi dicat, inaudita est hominum ingratitudo, quæ Dominum suum, tam perpetuo beneficia largientem nunquam laudat, aut de tali Domino gloriatur sicut Dauid; *In Domino laudabitur anima mea, audiant mansueti, & lætentur.* Vel vt alij legunt, *Glorificentur,* Ps. 35. num. 3. Et quod deterius est, quia tam liberalis, & misericors est contemnatur, & ex ipsis turbis, quas ad benefaciendum aperuit fenestras misericordiæ suæ, intentique ora tenebant, vt caperent eum in sermone.

Oculi Dei fenestra misericordiæ. Oleast. in Deut. 16. Trans. Pagn. Interlineal. Alia Transl. Ps. 143. n. 15. S. Thom. in Opusc. *Ingratitudo humana inaudita.* Ps. 35. n. 3. Alia Transl.

1019 Hinc Bernardus in alleg. Tylman. super Lucam ait: *Misericordia Domini multa vincent, ne miseria, & ingratitudines nostræ, aut misericordia miserias superabunt? vincant miserationes tuæ antiquæ Domine, vincat sapientia malitiam.* Et addit citatus Sanctus: *Absit vt muscæ morituræ exterminent suauitatem vnguenti, quod de corpore tuo, & de manibus tuis fuit; quia apud sinum tuum misericordia.* Quasi dicat, muscæ morientes ingratitudines sunt eorum, qui veniebant ad capiendum Christum in sermone, sed non propter hoc misericordias quas in sinu trahebat retinuit, sed oculos leuauit, & vt videt turbam famelicam misericordia motus fontes pietatis & subsidij diuini protinus scaturire fecit. Et addit Bernard. in alleg. citatus. *O quàm multus es Domine ad ignoscendum! O quam longe sunt cogitationes Dei à cogitationibus hominum! Mira res, illi volebant Christum capere in sermone, & ipse oculos misericordiæ suæ sublenabat, vt eis largiter, & abundantissimè fame esurientibus subueniret.* Quasi dicat, *Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula.* Psalm. 54. O Iudæi lapides estis, sed lapidem percutitis molliorem, de quo resonat tinnitus pietatis, & ebullit oleum charitatis, quia Christus dixit. *Facite homines discumbere,* & omnes conuiuæ famelici comederunt quantum voluerunt, & superauerunt duodecim cophini fragmentorum.

Bern. in alleg. Tylm. in Lucam. *Dei misericordia vincit miserias hominum.* *Ingratis etiã fontes misericordia dedit Christus.* Bern. citat. in allegor. Ps. 54. n. 22. *Tinnitus pietatis & oleũ charitatis Christus.*

1020 Vnde Lypomanus explicans verba Ioseph Gen. 50. *Ego pascam vos, & paruulos vestros* sic ait: *Vide iusti liberalitatem, vide benignitatem Dei largientem: copiosè cumulantem, qui dat affluenter, & supra quam petamus: fratres veniam precabantur, dumtaxat à Ioseph dicentes, oramus, vt seruis Dei Patris tui dimittas iniquitatem hanc; ille autem non tantum remittit offensam, sed insuper escas, & necessaria quæcumque illis, ac toti cognationi pollicetur.* Quasi dicat etiam Christus calumniantes, & dolo eum audientes & in sermone capi desiderantes, pauit, nutrit, ac abundanter cibos præstat, & super omnes eleuat oculos misericordiæ suæ, & ad omnes per ianuas pietatis suæ intrat in cor vt suprà adnotauimus.

Lypom. in Gen. 50. *Deus plusquã promittis donat.* *Misericordia Dei vsque ad cor pertingit.*

DIFFICVLTAS X.

Quare dicitur Philippe vnde ememus panes?

1021 QVæsitum fuit cur Christus à Philippo hoc interrogauit, quam ab alio Discipulo? 3. Fuit Ruperti Responsio in litt. citat. *Quia sunt plerique, qui dum libenter vacant otio de auditorum tarditate causantur.* Quasi dicat, otio vacat, qui intellectu non laborat vinciendo funibus fidei subtilitates, & dubitationes, quas callidior serpens subrepere conatur phantasmatibus, & speciebus dubiis obiectandis. Sed quia dubius in fide hæreticus est, & Philippus de æqualitate filij cum Patre dubius erat. Ideo de temporali saturatione conuiuarum plus dubitabat. Ideo ab illo interrogat Christus, *Philippe vnde ememus panes?* tam ingentia mala otiositas generat. Vnde interrogat Oleaster, quare Gen. 2. n. 3. dicit: *Posuit Deus hominem in paradisum voluptatis vt operaretur & custodiret eum?* Vel vt legit Pagninus. *Posuit eum in horto, vt coleret, & custodiret?* Et respondet. *Quia non vult Dominus seruum otiari; nouerat enim, quod mala docuit otiositas, neque tamen laboribus vrgeri voluit, & posuit eum horti custodem, qui se ipsum voluit custodire.* Quasi dicat duo sunt prudenti Christiano necessaria, alterum vt hortos qui nos ipsi sumus excolamus; alterum, vt custodiamus, quæ colimus. Quid enim prodest, si summo studio nutrias, & colas virtutem si eam ab impetu furtiis volentium non custodias? Quid enim prodest sublimitatem perfectionis per statum Religiosum adquisiuisse, si per continuas otiositates & ambitiones perdidisti, & vsque ad dubitationes in rebus fidei per otiositatem peruenisti?

Rupert. in litt. citat. *Otiosi infideles sunt.* *Otiositas mater hæreticorum.* Oleast. in Gen. 2. n. 30. Trãs. Pagn. *Anima virtutibus pleno custodienda.* *Ambitionis scientia astuta periculosa in fide.*

1022 Hinc interrogat Lypomanus quare Exod. 32. dicitur, *Videns Moyses populum, quod esset nudatus?* Et respõd. *Vidit Moyses, quod esset populus*

Lypom. in Exod. 32.

manifestatus; quia per exteriorem suam idololatriam interior eius impietas, qua idololatriam ante conceperat fuit aperta; quod enim operitur nudari dicitur. Quasi dicat, otiositas intus dubia in fide concipit, & si augetur foras erumpit in hæresim deprauatam. Et ideo Apostolus ad Hebr. 4. ait: *Omnia nuda sunt, & aperta oculis eius.* Quasi dicat, timeant otiosi, qui vagantur diu noctuque & laborantes in vinea Domini contemnunt, quod cito veniet, & non tardabit, quando manifestabit Deus labores & otiositates omnium, & tunc reddet vnicuique secundū opera sua. Et addit Lypomanus, quod in Chaldæo habetur. *Vidit Moyses, quod populus otiosus esset;* Otiosum enim fecerat eum Aaron, vt contamineret eos nomine pessimo in generationes suas. Vnde August. q. 146. in Exod. ait. *Alia littera sic habet: Et cum vidisset Moyses populum, quod dissipatum est.* Et Lypomanus: *Dissipauit eos Aaron, vt in gaudium venirent aduersariis suis.* Quasi dicat totum damnum quod populo euenit Aaron tribuitur, quia otiari eos permisit, & vbi otium permittitur subditis nullum malum cogitari potest, quod communitati, vel Reipublicæ eueniat.

Quod operitur nudatum dicitur. — Ad Hebr. 4. — *Otiosi Religiosi in periculo sunt salutis animæ.* — Lypom. cit. Trā. Chald. — S. August. q. 146. in Exod. — *Principes otiosi Regna perdunt & Prælati communitates.*

1023 Hinc Lyranus interrogat sua in glossa in lib. 2. Regum, cap. 11. quare dicitur, quòd *Dauid remansit in Ierusalem. Quia remansit otiosus, & ideo in adulterium lapsus est.* Et Ouidius. *Otia si tollas perire cupidines artes.* Et Ecclesi. 33. *Multam malitiam docuit otiositas.* Et Seneca, *Summa omnium vitiorum otiositas.* Et Hieronymus ad Rust. *Semper aliquid boni facito, vt te Diabolus inueniat occupatum.* Et Tertulianus lib. de spectaculis: Quid non contrà otiosos in repræsentationibus assistentes insinuat. Legatur Apologia, quam nuper scripsimus contra Comedias, ibi contra otiosos innumera inuenies. Et confundantur qui contrarium affirmant & præualere cito conantur. Hæc propter nostra peccata sic Deo permittente, ibi exemplum de Christiana vna sola, quæ in spectaculis adfuit, refertur, quod à Diabolo inuasa est, & possessa ab illo clamabat. *Hæc sola otiosa hic remansit, & ideo eam inuasi; quia cæteri iam mei erant,* vt timeant qui otiositatem in spectaculis dicunt euitari cum non solum potentiæ, & sensus & membra omnia impudicè ibi laborant, & inter otiositates maior, & quæ periculosa est euitari debet, qualis est eorum, qui in spectaculis assistunt. Hæc passim dicta sufficiant, cum ansam præstiterit dictum Ruperti, quod Christus à Philippo interrogauit, Vnde ememus panes; quia non solum vacabat otio in fide, sed de tarditate miraculi taxabatur.

Lyran. in gloss. ad 2. lib. Reg. c. 11 — Ouidius. — Ecclesi. 33. — Seneca. — Hieronym. ad Rust. — Tertul. lib. de spect. — *Author Apologia contra Comedias.* — *Otiositas in spectaculis maior omniū otiositatum & peior.*

1024 VLTIMA RESPONSIO fuit, quod Christus Philippo hoc dixit, *Vt cor eius angustiatum, & arctum dilataretur, & fidentiam & spem amplissimam in Deo haberet, qui potens est in necessitatibus & angustiis diffusè subuenire.* Quasi diceret Philippe fide cares, & de charitate mea dubitas: *Dilata os tuum & adimplebo illud, opera fac pietatis; & in fide stabilis eris.* Vnde interrogat Oleaster, quare Genes. 5. dicitur, *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, &c.* Et respondet: *Habes hic, quanti meriti sit fides, vt scilicet, propter illam Dominus iustos nos reputet; neque hic charitatem excludimus, sed requirimus. Lutherani enim dicunt, quòd sola fide apprehendere possumus iustitiam; per quam iusti sumus; non enim putant nos iustos iustitia nobis inhærente sed iustus denominatur extrinsecè denominari, iustitia scilicet, quæ in Christo est subiectiuè, quam per solam fidem nos apprehendere, & nobis applicari, seu nostram facere contendunt; Ecclesia vero Catholica sentit nos iustitia, quæ nobis inest iustificari; quæ tamen iustitia Christi in nobis causatur, neque nos sola fide in Christi iustitiam apprehendere, sed etiam charitate, quoniam quantumcumque Deo fidamus & credamus, nisi amici fuerimus, non iustificabimur.* Quasi dicat, ideo dixit Philippo, quod haberet fidem & charitatem cum proximis; quia fides sola per se non sufficiebat neque charitas sine fide nihil valebat, & hoc est, habere cor dilatatum ad credendum & operandum liberaliter, & diffusè: quia qui firmiter credit facilè quidquid habet, charitatiuè diffudit.

Auct. mens. *Charitas fidē excitat.* — Oleast. in — *Opinio Lutheranorum circa iustificationem nostram.* — *Fides cum operibus tenenda non sola.*

1025 Hinc interrogat Lypomanus, quare Exod. 32. dicitur: *Fecitque populus, quæ iusserat deferens inaures ad Aaron.* Et Respondit: *Facilè à fidelibus debet haberi iactura rerum temporalium propter fidem Dei, si tam sponè, & subito propter idolum pretiosa quæque isti abiicere potuerunt.* Et addit: *In horum etiam facto præposteram videas eorum liberalitatem in custodiendis etiam falsis Deorum cultibus liberalissimi sunt, qui alibi in instaurando, & conseruando vero cultu Dei auarissimi, & tenacissimi existunt.* Quasi dicant qui fideles & sectatores Christi fide firmissima existunt dilatum habent cor, & omnia possibilia pro eius amore largiter pauperibus distribuunt: qui vero solo nomine Christiani sunt in vanitatibus omnia consumunt, & in operibus sanctis tenacissimi sunt. In Ieremia namque legitur cap. 43. quod Iudæi liberaliter offerebant cultui Reginæ cœli, qui erat idolum Paganorum. In Nehemia vero Leuitæ ad conseruandum verum cultum Dei tamque liberaliter & miseri erant, vt necesse habuerunt ministerium Ecclesiasticum deserere. Idem etiam conqueritur Spiritus sanctus per Agæum, & Malachiam. Et addit Lypomanus. *Neque huic dissimile est, quod hodie passim fieri vides: Quotus enim quisque Christianorum est, qui non in voluptates, superflua & vana, ac populi auram captantia, non censum omnem profundat, at in pauperes Christi, neque vilem quidem obulum erogare curat.* Quasi dicat Apostolici Christiani, & fidem integram habentes non coarctantur, neque angustiantur corda, sed viuam spem habentes in Deum pauperibus defusè largiuntur, & hoc monens Christus Philippo ait, quod charitatem firmam haberet, & fides eius auctam & consolidam experiret, quia vt Actor cap... dicitur, quod Cornelius gentilis per eleemosynas diffusas, quas faciebat, fidem perfectam consequi meruit.

Lypom. in Exod. 32. iuxta Transl. Pagn. — *Charitas signum fidelis eximij.* — *Luxuriosi tenacissimi ad opus charitatis.* — Ieremiæ 43. — Nehem. — Aggeus. Malach. Lypom. — *Auari pro Ecclesiis subueniendis tenacissimi, & vanissimi.* — Act. cap. 10. num. 31.

***

DIFFI

DIFFICVLTAS XI.

Quare Andreas dixit, Est puer vnus hic qui habet quinque panes hordeaceos & duos pisces; sed quid inter tantos?

1026 QVæsitum fuit, quare discipuli Christi tam paucos panes & pisces habebant pro duodecim Apostolis?

Abulens. cit.

1. RESPONSIO fuit Abulens. in litt. cit. *Valde probabile est, quod habebant ad sufficientiam duodecim Apostolorum cum quinque panibus, quia erant magna quantitatis, vt rustici & coloni assuescunt comedere in illis partibus.* Ex quo patet, quod panibus hordeaceis durissimis, & asperis sustentabantur Apostoli, vt erubescant, qui Apostolicam vitam gerunt, & panibus luteis non sunt contenti. Nulla alia ratione nisi quia præsunt cæteris, & illuminant subditos, contra quos redarguit Oleast. interrogando, quare Gen. cap. 1. dicitur: quod *Creauit Deus duo luminaria, diuiduntque diem à nocte, & sint in signa tempora, dies & annos, & illuminent terram.* sic legit Pagninus? Et respondit: *Vides quot & quanta terræ luminaria præstent ministeria, nihil lucri ex ea sperantes, neque dedignantur; cum tam sublimia corpora sint, tam lucida, tamque pulchra infimo elemento, terræ scilicet tot præstare ministeria.* Quasi dicat, hoc exemplo docentur superiores Prælati nobiles, & perdocti inferioribus, cum opus sit ministrare quorum præcipuum munus est inferiores suos consilio dirigere & illuminare. *Sed proh dolor!* (addit Oleaster) *non solum dirigunt, sed deuorant pauperum bona, & cogunt pauperes vice versa sibi ministrare cibos, & potus delicatissimos, & panes lacte condidiores, ex quorum sudoribus viuunt, & delitiantur: præstantes panes subditis hordeaceos duros, & asperos Apostolicos, quos refert Abulensis portabat puer ille prædictus.*

Religiosi pauciis sint contenti. — Oleast. in Gen. 1. Transl. Pagn. — *Prælati infimis subditis ministrare debent.* — Oleast. cit. — *Cibaria communia debēt Prælati edere, non panes candidiores lacte.*

1027 Contra abusus deprauatasque huiuscemodi consuetudines, & scandala superiorum inquit Innocentius serm. 1. in Dom. Quadr. *Non sit Monachus securus, non sit Eremita securus in solitudine; quia tentatus est Adam in paradiso, quia tentatus est in deserto Iesus.* Quasi dicat, Religio equidem paradisus est; sed Pater supremus Adam ibi per escam & cibum periit, & omnibus nocuit, & Christum in deserto per gulam Dæmon tentauit; sic & prædictos potentes in Religione vel per gulam tentat, vel per cibos condemnat. Hinc Bernardus serm. de ligno, fæno, & stipula *Nusquam (inquit) est securitas fratris, neque in cælo, neque in paradiso multo minus in mundo; in cælo enim decidit Angelus sub præsentia diuinitatis. Adam in paradiso de loco voluptatis: in mundo de schola Saluatoris. Hæc idcirco dixerim, ne quis sibi de loco stabili blandiatur, quia dicitur, locus iste sanctus est.* Quasi dicat nihil proderit altitudo dignitatis, imo plus nocebit, nisi Sanctus ille sit, qui loci sancti, & superioris est inquilinus alioquin loci sanctitas, & sedes suprema; malos Religiosos scandalosque à suo instituto abeuntes magis damnabit; grauiores enim pœnas luent, qui in loco sancto pœnitentiam simulantes, opiparè, & sicut Toclodite viuunt.

Innocent. serm. 1. in Dom. Quad. — *Nemo etiam in Religione securus.* — S. Bernard. serm. de ligno, fæno, & stipula. — *Iudas cibos delicatos comedebat.* — *Suprema dignitates causa maiorum dolorum & tormētorum.* — *Toclodite superiores fendi.*

Vnde Beatus Vmbertus serm. 5. ad Relig. malæ vitæ. *Quid aliud est Monachus Religiosus, qui exterius habetur in reuerentia, & nihil habet intus meriti quam dolum? Tot ergo sunt idola in religione, quot Religiosi sunt malæ vitæ.* Quasi dicat cum Propheta; ô tu Pastor, & idolum erige aures inania quædam simulachra sunt, officia ordinis, motu viraque exemplaria carentia. Et addit idem Pater Vmbertus serm. 18. ad monachos: *Quidam sunt monachi, qui nihil, vel quasi nihil habent de Religione præter habitum: isti sunt sicut linteamina sine corpore Iesu Ioan. 20.* Et addit: *Isti sunt tunica Ioseph sine corpore, de quo Gen. 37. Tunica filij mei est, sed fera pessima deuorauit eum.* Verè fera pessima imò feræ pessimæ vitiorum in Religiosum irruerunt, vt solus externus habitus sit relictus, qui ad ostendendam harum ferarum rabiem, & mali Religiosi corporem explicabitur, cum iudici Christo supremo sistetur & dicatur illi fera pessima, quæ deuorauit filios meos tu es; quia ex sudoribus, & laboribus, bonorum Religiosorum perpetuo deuorasti, cum benedictos, & Apostolicos pauperes Religiosos panes hordeaceos duros & asperos reliquisti Et concludit Beatus Vmbertus. *Isti sunt simulachrum David sine eo.* Quasi dicat, *Quemadmodum 1. Reg. 19. dicitur, quod Michol vestimenta Dauid posuit in lectulo.* Et simulato Dauid vacua remanserūt. Sic qui spectatoribus extima quadam specie imponūt, quia Religionis habitu teguntur, sed cum omnia detegentur apertè constabit eos sub religiosi habitus tegmine vitia, & splendida cibaria occultasse, cum re vera panes hordeaceos duros & asperos edere arbitrentur sequentes vestigia Apostolorū quos Christus interrogat, *Vnde ememus panes,* vt adnotauit optimè Abulensis citatus in litt. Cui Andræas respondit Est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, &c.

1028 B. Vmbert. serm. 5. ad Relig. vitæ malæ. — *Pastor & idolum Toclodita sunt.* — Idem Vmbertus serm. 18. ad monachos. — *Religiosi fedalosi linteamina le, nportant sine corpore.* — Ioan. 20. — Genes. 37. — *Fera pessima Religiosus Toclodita.* — B. Vmbert. cit. 1. Reg. 19. — Abulens. cit. Auct. mens.

1029 VLTIMA RESPONSIO, quod interrogatio fuit, vt miraculum caderet sub præcepto adimpleto obedientiæ, quia vt Matthæus 14. refert, *Præcepit illis vt darent turbis manducare,* Quod videbatur impossibile ex tam parua quātitate; sed nihilominus Andræas fiducialiter adimplens præceptum dixit, *Est puer vnus hic, qui habet quinque panes, & duos pisces, sed quid inter tantos?* Quasi dicat vt obediens verus (impossibile videtur) sed obedientia materia est sufficiens ad ostendendam omnipotentiam tuam. Vnde interrogat Oleast. quare Exod. 12. num. 3. dicitur, *Neque pulmenti quidquam occurrerat preparare (id est) filiis Israel,* vel vt legit Pagninus: *Escam non fecerunt sibi ipsis?* Et respondet *Tam celeriter Deo obediendum est, vt omnium immemor sit, & Deo fidas, quod omnia necessaria suppeditabit tibi.* Quasi dicat obedientiæ nil impossibile apparet, quia quo difficilia præcepta, eo omnipotentiæ Dei magis incitatiua.

Matth. 14. — *Obedientia materia manifestationis omnipotentia Dei.* — Oleast. in Exod. 12. n. 39. Transl. Pagn. — *Obedientia prouocatiua ad prodigia.*

1030 Hinc Lyppomanus quærit, *Quare tanto tempore, vestes filiorum Israel in deserto non computruit vermis.* Exod. 16. Et respondet, *Quod obedientia*

Lyppom. cit. Exod. c. 16.

obedientiæ sancta opera, quibus Dominicis obeditur præceptis non putrescunt; quæcumque autem ex temeritate, & præsumptione propria attentauerit vermibus scatent. Quasi dicat obedientibus præceptis Dei maiorum impossibilia palpabunt prodigia. Et Ambrosius admiratur, quare Noë ausus est inter superabundantes aquas diluuij vsque ad cælum pertingentes de arca exire? Et respondet. *Quia obediuit voci Dei dicentis Egredere de arca tu, & vxor tua*, Gen. 8. Et addit Ambrosius: *Recedente aqua, & exsiccata terra exire potuit Noe de arca; Quia iustus nihil sibi arrogat, sed totum se committit imperio obedientiæ.* Quasi dicat neque diluuium, neque infernum timet vere obediens; quia omnipotentia Dei est fideiussor obedientiæ, & Hispani dicunt *Es fiador seguro Dios, aquien nole du elen prendas.* Hinc Lypomanus interrogat, quare Exod. 9. dicitur, *Excepto quod carnem cum sanguine non comedetis?* Et respondet: *rectè & sapientissimè Dominus etiam ante legem scriptam imposuit homini præceptum facillimum, & minimum per quod ad obedientiam exerceratur, seque Deo subditum protestaretur, quod dum inuiolabiliter obseruaret cumulatiori præmio se dignum exhiberet.* Quasi dicat si in lege scripta & ante legem per obedientiam in minimis tanta promittebantur? in lege Euangelica per impossibilia ad iussum obedientiæ quanto præmio coronabuntur? quia obedientia proxima materia est ad ostensionem omnipotentiæ Dei, vt in præsenti accidit, quod propter obedientiam Andreæ, qui puerum cum quinque panibus, & duobus piscibus attulit, Christus vniuersam turbarum multitudinem satiauit vsque ad summum.

S. Ambros. *Obedientia nihil timet.*

Gen. 8. Ambros.

Hispana locutio.

Lypoman. in Exod. 9.

Obedientia impossibilibus honoratur.

Obedientia minima in lege scripta grat.

DIFFICVLTAS XII.

Quare dicitur quòd Christus cùm gratias egisset distribuit discumbentibus quantum voluerunt?

1031 QVæsitum fuit, ad quid Christus gratias egit antequam miraculum fecisset?

1. RESPONSIO fuit Chrisostomi, *Vt doceret nos ante comestionem semper Deo gratias agere.* Quasi dicat, ingratos docuit Christus gratias ante comestionem facere; quia cito obliuiscuntur beneficiorum Dei receptorum. Vnde interrogat Oleaster, quare Deut. 31. n. 20. dixit Moyses ad populum, *Cumque comederint, & saturati, crassatique fuerint auertentur ad Deos alienos.* Et additur numero 31. *Scio enim cogitationes eius, quas facturus sit hodie.* Vel vt legit Pagninus: *Noui imaginationem vel figmentum, quod ipse faciet hodie?* Et respondit: *Sunt multi peccatores, qui in mediis, imo & initiis beneficiorum iam benefactori offensam, & ingratitudinem parant. Quemadmodum multi grati, qui ante beneficium, gratitudinem.* Et addit: *Dominus Deus noster in medio offensarum nobis parat beneficium, vt Chrisostomus dicit: nos vero paramus ei offensam, dum beneficia recipimus. Audi Paulum 1. ad Cor. 11. Dominus inquit, in qua nocte tradebatur accepit panem, & gratias agens.* Quasi dicat quando eius corpus tradebatur Iudæis, tunc ipse instituebat sacramentum corporis & sanguinis sui, & porrigebat suis tanquam gratis, & gratias agebat, vt doceret ingratos non immemores esse beneficiorum eius, & hac de causa hodie gratias egit, vt eos qui veniebant, vt caperent eum in sermone flecteret beneficiis, & Discipulos gratificaret obedientiam quia gratias agentes antecedentes, maiora, & excellentiora beneficia suor acceperunt.

Chrisost. in hic. *Ingrati cito obliuiscuntur beneficiorum.*

Oleast. in Deut. 31. n. 20.

Trãs. Pagn.

Grati semper Deo gratias præstant.

Chrisost. cit. in Oleast.

1. Cor. 11.

Eucharistia sacramentum ingratos damnat.

Hinc Chrisostomus. *Dominus preces nostras non nudam petitionem esse vult, sed coniunctam cum gratiarum actione pro iis, quæ accipimus: quomodo enim petet quis futura, qui de præteritis etiam non adhibet, quando noua petimus à Deo beneficia simul de acceptis gratias agamus; nihil enim ad noua dona impetranda à Deo iuuat quam ob iam accepta grates nos exhibere.* Ideo Anselmus: *Quia qui vult alia impetrare debet ex perceptis gratus esse.* Et Sanctus Bruous: *Redditio etiam gratiarum actionum ad impetranda futura vtilis est, sicut ingratum esse nocuum est.* Quasi omnes Patres citati dicant, qui gratias antecedentes soluit seminat pro futuris copiosissimis beneficiis metendis; quia qui in benedictionibus seminat de benedictionibus & metet. 1032

Chrisost. citatus. *Gratiarum actiones Deo gratissimæ.*

S. Anselmus S. Bruno.

Gratitudo semen fertilissimum. 2. Cor. 9. n. 6.

Et addit Chrisostomus, quod per ingratitudines etiam debemus gratias agere Deo, sicut Christus pro calumniantibus, & desiderantibus in sermone eum capere, hodie fecit: *Id enim veri grati hominis est; illud enim ipsa rerum natura postulat, hic vero ab animo grato, valdeque erga Deum affecto, atque ex illo penitus pendente proficiscitur.* Quasi dicat, non tantum pro lætis, & prosperis pro amicis, & benefactoribus, sed pro aduersis rebus, & pro aduersantibus gratias fore reddendas, nimis Deo placet. Hinc Bernardus in allegor. Tylm. ad caput 18. Lucæ explicans verba Publicani, *Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum raptores iniusti*, Lucæ 18. num. 11. citat. *Sciendum, quod non omnis gratiarum actio accepta est Deo, nisi quæ de cordis pudica, & mera simplicitate procedit. Pudica propter eos qui de malis suis actibus gloriantes Deo gratias dicere solent, quasi Deus in ore ipsorum lateat, cum malè fecerint, & exultent in rebus pessimis.* Quasi dicat, quomodo gratum obsequium præstare Deo quis putat si malis illicitisque mediis, & muneribus immensis elargitis consequutus est dignitatem, quam benemerito, & litterato dolosè abstulit? Quomodo non audiet quod Christus cuidam Abbati satis cupido & ambitioso nimis respondit consequuta dignitate Crucifixoque dicenti, *Gratias tibi ago Domine Iesu pro accepta dignitate, quam mihi tribuisti?* Cui ille respondit *Tu tibi adquisisti, quia à me non accepisti.* Sic in Annal. Sanct. Benedicti. Et addit Bernardus loco citato: *Huic gratias agenti dici potest, existimasti inique, quod ero tui similis* Ps. 49. num. 21. *sicut fuit iste Pharisæus, qui Deum quidem de bonis, verbo tenus glorificans corde retinebat, quod ore præbuerat, & quoniam dolosè agunt in conspectu eius inuenietur iniquitas eius ad odium.*

1033 Chrisostom.

Etiam ingratis gratias dare Deo placet.

Ber. in alleg. Tylm. ad c. 18 n. 11. Lucæ.

Pro male partis non Deo gratias agere.

in Ann. S. Benedicti, *Christus ambitioso Abbati loquutus est.*

Ber. citatus. Ps. 49. n. 21.

Ille

Hypocrita & ambitiosi eodem modo laudant Deū.

Ille impiè sua mala Deo occultabat; alij bona fraudulenter intorquent sibi. Quasi dicat Hypocritæ & ambitiosi vterque gratias Deo agunt, illi dissimulando malitiosè & ficte sanctitatem, quam falso demonstrant; isti de rebus male adquisitis gratificantes Deum illum participem in rebus illicitis, & iniquis faciendo, & vtraque gratiarum actio condemnabilis est, solaque laudanda, quæ ex puro, & recto corde pro beneficiis impartiendis tam gratis, quàm ingratis Deo dantur; quia sunt beneficia quæ vsque ad summum multiplicantur, vt Christo accidit, qui omnibus suis conuiuis distribuit, quantum volebant, vt Chrisostomus aduotauit.

Gratia Deo ex puro corde.

1034 Auct. mens.

VLTIMA RESPONSIO fuit, quod comederunt quantum volebant, vt ostenderetur miraculum à Christo operatum, & non à Dæmone, qui nunquam satiari permittit suos, sed plus adhuc voluptatibus torqueri. Vnde interrogat Oleaster, quare Exod. 32. n. 20. dicitur, quòd *Moyses arripiens vitulum, quem fecerant, combussit, & contriuit vsque ad puluerem.* Vel vt Pagninus legit, *Tulit vitulum, & combussit igni, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israel: sed quare eos potauit peccato?* Et respondet: *Quia Diabolus non sinit peccatores adhuc de peccatis suis saturari, ne post saturationem fastidio illis sit, & sic ad Dominum reuertantur. Moyses igitur, vt idololatra de vitulo fastidirent eos potare, & saturari permisit.* Quasi dicat, si peccatores sceleratos de iniquitatibus saturari Deus permittit, vt fastidiosi reuertantur ad eum, quomodo suos electos conuiuas cibos vsque ad saturitatem, & quantum voluerunt, non præstaret, vt in hac saturitate, etiam qui mala intentione comedebant, cognoscerent, quod ex Deo non virtute Diaboli miraculum fiebat. videatur hic discursus ampliatus tom. 2. tract. de tentatione Diaboli in deserto.

Oleast. in Exod. 32. Test. Pagn.

Diabolus nō sinit saturari peccatores de peccatis.

Fastidium peccati ingēt.

1035 Prouerb. 12. n. 21.

Peccator semper torquetur.

Sellus in alleg. Golfridi ad c. 3. Danielis n. 50.

Quod vero sceleratos suos non sinat saturari, sed semper intus torqueat, manifestè probatur ex cap. 12. Prouerb. num. 21. *Non contristabit iustum quidquid acciderit ei; impij autem replebuntur malo.* Vnde Sellus in alleg. Golfridi ait. *Hoc insinuat, quod Dan. 3. num. 50. dicitur: Ignis flamma, quæ de camino Babylonico exibat incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis. idem ignis* (inquit Sellus) *fornacis comburit Babylonios: Nam sicut eodem igne aurum rutilat, palea fumat, & sub eadem tribula stipula comminuuntur, & frumenta purgantur. Ita eadem vis tribulationis bonos purgat & viuificat, malos damnat & deuastat.* Quasi dicat delectationibus suæ conscientiæ iustus semper hilarescit, sicut & impius suis voluptatibus semper torquetur; quia nunquam satiatur. Ideo Apostolus ad Rom. 2. num. 9. clamabat: *Tribulatio, & angustia in omnem animam hominis operantis malum.* Vbi Augustinus: *Quid autem faciet malus homo cum cœperit tribulari? foris nihil est, ablata sunt omnia in conscientia, nullum solatium est, non est quo exeat, quia dura sunt, non est quo intret, quia mala sunt. Merito de isto dicitur, quia peccatores peribunt.* Et prosequitur: *Ergo illis peccatoribus non est locus in his, quæ foris sunt, quia ibi patiuntur tribulationes, vbi conscientia illos non consolatur.* Quasi dicat, quomodo sanari potest peccator perhibente sibi metum conscientia sua? vel quomodo non fastidiari poterit, qui in omnibus reperit prauitatem, infelicitatem, dolorem, & aduersitatem. Et addit Augustinus: *Non bene illis secum est, quia bene esse cum malo non potest, quisquis malus est malo secum est, torqueatur necesse est, sibi ipsi tormentum est; ipse enim pœna sua, quem torquet conscientia sua fugiet ab inimico, quo potuerit, à se quo fugiet.* Quasi dicat, si impius semper habet sonitus terroris in auribus suis, & cum pax sit, insidias suspicatur, quomodo saturabitur vsque ad summum deliriis & voluptatibus. Si orbis terrarum pugnet contra insensatos, quomodo vermis miser & timidus à propria conscientia stupefactus resistet omnibus Dei creaturis, quæ militant aduersus eum? Si inimicos, timet & ad illos aufugere non audet, quomodo aduersus se ibit; quia maior inimicus suus est cor suum & conscientia deprauata, à qua teste Salomone *Fugit impius nemine persequente.*

Impius in se ipso consumitur.

Ad Rom. 2. n. 9.

August. in Ps. 36.

Peccatoris conscientia carnifex crudelis.

Inimici hominis domestici eius.

August. cit.

Peccator à se non potest fugere.

Iob. 15. n. 21.

Orbis terrarum pugnat contra insensatos.

Prouerb. c. 28. num. 1.

1036 Plutarc. lib. cuius titulus est, *an vitiū sufficiat ad infelicitatē.*

Hinc optimè Plutarchus, lib. cuius titulus est, an vitium sufficiat ad infelicitatem. Vbi inter alia mirificè adstruit inualidam esse fortunam omni telorum apparatu instructam ad pugnandum hominis felicitatem, vllumque ei dolorem, aut cruciatum inferendum, nisi peccati prius consortio armetur, quod animus culpæ immunis, valentior omni fortuna sit; peccato vero infectus calamitati vndequaque pateat; *Iam alij Tyranni dum efferato animo student, quos cruciarint infelices reddere carnifices, in id alunt negotij, & tortores cauteria, atque alia id genus tormenta fabricant. Atqui improbitas, nullis machinis, nulloque apparatu, sed sola præsentia animum, atque adeo totum hominem labefactat, ac deiicit, denique mœrore, luctu, angore, & pœnitudine prorsus implet.* Quasi dicat, dum improbitas adest nullum homini scutum, nullum pectori munimentum est, quominus tribulationi penetrabilis intus, & in cute repleatur malo. Et concludit Plutarchus citatus. *Vnde persuasum habeamus oportet fortunam non nisi improbitatis præsidio infelicitatis esse effectricem.* Quasi dicat astutia Diaboli, ita perspicax est, calliditate, doloque plena, quod peccatis, ad quæ anxiè tentat, atque suggestis, & vincit, & prostrat animam omnium infelicitatum successus seminat, vt inde homines semper puniat & torqueat, à quibus delectabatur. Ideo dicitur quod nunquam peccatores sinit peccatis satiari, vt non fastidio allecti Deum quærant, & iam iustos delectet, vt Tertulianus dixit lib. de spectacul. *Nulla maior voluptas, quam fastidium voluptatis.* Ex quo incipit saturatio diuinæ gratiæ, quæ sola sufficit, vt homines quantum voluerint refecti sint.

Carnifex crudelior omniū improbitas animi.

Mœrore cōsumitur mala conscientia.

Infelicitas filia improbitatis.

Dæmonis astutia notabilis, vt corda torqueat.

Tertul. lib. de spectac.

Fastidium voluptatis ingens voluptas.

DIFFICVLTAS XIII.

Quare dicitur quod impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex his quæ superauerunt, &c.

QVæsitum fuit, quare tanta copia fragmentorum superata sint, & collecta?

1. RESPONSIO fuit Chrisostomi in litter. citati.

Chrisost. in litt. citat.

Serui Aulici à Rege familiares prodigia faciunt. citati. *Vide quanta sit differentia serui, & Domini, quia Prophetæ quasi ex mensura miracula faciebant, Christus autem absoluta virtute miracula in abundantiam operabatur.* Quasi dicat, Respublica Dei bene ordinata, vbi serui minora possunt, & operantur prodigia, quam Domini, non sic in mundo, vbi è contrario familiares aulici à Rege plura & maiora prodigia conantur operari, vt mundus ruat. Vnde interrogat Oleast.

1037 Oleast. in genes. 18. Trãs. Pagn. quare Gen. 18. dicitur, quod *Agar videns se grauidam vilipensa est Domina eius.* Sic Pagn. legit. Et respondet: *Admonentur hic, qui seruos habent non nimis delicatè eos nutrire, neque nimis imperare permittant, ne se, aut vxores suas despiciant.* Quasi dicat; hoc enim commune est, vt seruus in dignitate constitutus, etiam Regem, & mandata eius vilipendat. Vnde Salomon ait: *Mouit se terra, scilicet, propter seruum, cum regnauerit propter odiosam mulierem, & propter ancillam suam cum fuerit hæres Dominæ suæ.* Idest, caueant serui Aulicique familiares à Regibus, ne exaltentur nimis; quia statim terra contra eos mouetur, & parum, aut nihil amicitia Regum permanet.

Viles & abiecti in populo suo in dignitatibus superbiunt. Prou. c. 30. n. 22. Mulieris odiũ inextinguibile.

Ambros. Genes. 40. Hinc interrogat S. Ambrosius, quare Gen. 40. dicitur quod Ioseph incarceratus dixit cuidam seruo familiari à Rege Pharaone quod *Tria canistria, quæ somniauerat, tres adhuc dies erant post quos auferet caput tuum?* Et respondet: *Sublimem se esse credebat; quia in potestate habebat panem Regium, & nesciebat multos anfractus esse huius potentiæ: minabatur aliis ipse mox supplicio dedendus extremo, & etiam hoc exemplum deberet renocare Regios ministros, vt fauoribus non crederent.* Quasi dicat, qui habet aures audiendi audiat, & cum seruus sit timeat prodigia & mirabilia maiora Regibus facere; quia fauores Regum somnia sunt, & vt Hispani dicunt: *Sus riquezas son thesoro de duende, que piensan tienen oro en las manos, y hallan las vacias quando despiertan.* Vnde Ambrosius addit: *De istis quid dicam, nisi quod exemplum debet esse celeriter, quod status eorum fragilis ac tenuis, & in voluntate Regia spes omnes, quibus leuis offensa summum periculum est.* Quasi dicat fœcundæ res vile ministerium: nam Dog Præpositus erat Regis animalium, qui sacerdotem Domini detulit, & fraude Regem commouit in sacerdotis periculum, & hic Cyrus erat. Aman quoque cubiculo Regis, & ipse Præpositus, dum populum fidelem spoliare, ac persequi contendit grauibus sacrilegia suppliciis expendit, & hoc semper contigit his qui suprema loca apud Reges obtinent, quia paulatim vt gutta, quæ non semel, sed sæpe cadendo cauat lapidem: Sic per quærelas, & proprij amoris fomenta & per lucri diuitiarum augmentationem repente cadunt; quia prodigia maiora quam Reges volunt facere. Non sicut Prophetæ, qui Christo cedentes minora fecerunt vt adnotauit Christostomus de Cophinis duodecim qui superauerunt, eo quod prodigium videretur fuisse Domini, non seruorum.

Aulici familiares à Regibus ciis ruunt. Fauores Regum somnia sunt. Thesauri priuatorum sunt phantasmata. Ambros. cit. Reges facilius fastidiũtur. Aulici proximi à Rege fallaces, dolosi, & mendaces. Chrisost. citat.

1038 Rupert. cit. in litt. 2. Responsio fuit Ruperti in litt. citati: *Superauerunt duodecim Cophinos fragmentorum, quia vnusquisque mercedem accipiet secundum mensuram laborum suorum; & quia Apostoli nimis laborauerunt cophinos superabundantes receperunt.* Quasi dicat in domo Dei omnes laborant; sed qui mente in scripturis sacris laborant mercedem superabundantem recipiunt, quia in ipsis laboribus & studiis requiẽ, & lætitiam ineffabilem, quasi pro præmio accipiunt; qui vero non mente neque litteris, sed pedibus laborant, vt suprema loca obtineant in ipsis dignitatibus consecutis torturam super labores recipiunt, quia vnicuique datur merces ad mensuram.

Qui non laborant non accipiũt mercedem in vita æterna.

1039 Oleast. in Leuit. 2. Trãs. Pagn. Vnde interrogat Oleaster Leuit. 2. Quare præcipiebat Deus, *Quod superest de sacrificio erit Aaron.* Sic Pagninus. Et respondit: *Expende quæso quam delicate Dominus nutriat Doctores suos qui in lege die ac nocte laborabant quam abunde, quales carnes, & panes illis administrauerit.* Quasi dicat tam abunde mercedem Doctoribus, scriptoribusque legis, ministeria Dominus dabat, quod de sacrificiis altaris nutriri præcipiebat, quod nostro Hispano sermone dicitur: *Del altar y de la Voca se lo quiere quitar para sustentar los que trabajan en la sagrada Escritura*; Quia mente, corde, animo, & vita laborat. Ambitiosi etiam laborant, sed manibus & pedibus, vt Prouerb. 30. n. 28. dicitur. *Stellio manibus nititur, & moratur in domibus Regum.* De stellione inquit Plinius; *Nullum animal fraudulentius inuidere homini tradunt.* Et Hysichius lib. 3. in Leuit. ait: *Stellio nimis quidem paruulus, venenosus tamen est.* Quasi dicant, quemadmodum stellio manibus laborat, visquequo in domibus Regum moratur: Ita dolis, & fraudibus, & muneribus pretiosis ambitiosi laborant quousque suprema in domibus Regum officia obtinent vel de manu Regis dignitatem Episcopalem consequuntur, & quia paruulum animal est, ideo venenosum, & dolis plenum, quia diu, noctuque impia, & iniqua meditantur, sicut Hispani dicũt; *Si les pica la tarantola de la ambiçion*, Inquieti, & tremuli sine requie viuunt, & moriuntur inquieti, & martyres Diaboli. Laborantes autem in sacris litteris martyres sunt, sed floribus coronati, sicut victimæ, quæ olim Diis offerebantur coronis aureis ornatæ. Videatur Tertulianus à nobis supra citatus.

Scriptores de altari sustentabat Deus. Prouerb. 30. n. 28. Plinius. Hysic. lib. 3. in Leuit. Stellio ambitiosus est. Stellio Hispania Tarantola que inquieta alqui pica. Ambitiosi martyres Diaboli.

1040 Steph. cant. in alleg. Golfrid. 3. Reg. 18. n. 23. Hinc interrogat Stephanus Cantuariensis in allegor, Golfridi, quare 3. Reg. 18. n. 23. dicitur, quod *Elias dixit dentur nobis boues, & eligant sibi vnum, & in frusta cedentes ponant super ligna?* Et respondet; *Quia Deus habet suam victimam, & Diabolus suam; qui enim macerant se & labores sustinent, incessanter ambulãtes, vt superiores efficiantur in hoc mundo, sunt bos interfectus à Prophetis Baal, qui superior interpretatur, qui vero suo Deo tota vita sua litteris vacant, & sine honorum dignitate mortificantur sunt bos mactatus ab Elia.* Et addit. *Prophetæ Baal sunt diuites Eliæ pauperes.* Quasi dicat sic potentes cultores suos tractant: sic sæculi idola cum his qui ipsis obsequuntur & sese gerunt: in frusta cadentes, & super ligna vrenda imponentes, & pro mercede copiosos fructus laborum, & inquietudinis reddentes, & intus ad Deum clamantes *Lassati sumus à via iniquitatis.*

Baal Deus ambitiosorũ. Scriptores sine præmio in hoc mundo sectatores Eliæ. Sap. cap.

1041 Lactan. lib. 1. instit. c. 21. De his Lactantius Firmianus lib. 1. instit. c. 21. *O dementiam insanabilem, quid illis Dij facere possent, si essent iratissimi quam faciunt propitij? Cum suos cultores parricidiis inquinant orbitatibus mactant, humanis sensibus spoliant.* Quasi dicat, non videtis mercedem, quam mundus præstat istis ambitiosis stellionibus similibus manibus,

Ambitiosi cruces & tormenta post tormenta cõ- sequuntur.

manibus, muneribusque reptantibus vsque ad supremas Regum domus? Pœnas pro pœnis retribuens, & labores super labores pro præmio exhibens, & Cruci pro ambitione consequuta illos Crucifigens. De cultoribus autem, & in sacra scriptura laborantibus audiamus superabundantem mercedem, & præmium in ipsis à Deo porrectum; *Quasi tristes & solitarij semper autem gaudentes* 2. Cor. 6. num. 10. Vbi Theophylactus *Videmur mæsti esse, cæterum voluptas nobis est placida, florida, & viuax.* Quasi dicat volumina librorum & separatio à tumultu, & conuersationibus stultorum, non solum est labor, tristitia & dolor, sed gaudium & interna lætitia, quæ superat omnia mundi gaudia; quia libri, qui otiosis & ambitiosis spinæ videntur, litterato, & studioso flores fragrantes videntur.

Qui vacant litteris semper animo læti. — 2.Cor.6.n. 10. — Theophyl.

Scriptores sicut lilium inter spinas: libri stultis spina sunt.

1042 Ideo Cant. 2. numero 2. dicitur, *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea.* Vel vt legit Chaldea: *Comparata sunt rosæ, quæ germinat inter spinas à quibus perforantur, & rumpuntur folia eius.* Quasi dicat, interignaros, & idiotas, qui lacerantur libris & studiis litteratis ibi germinant, qui vacant litteris dulces conceptus animabus iustis dulciores melle & fauo, & hoc sine labore, sed summa cum requie & pace, vt Christus Matth. 16. n.28. asseuerauit: *Non laborant (inquit) neque nent.* Vbi S. Nilus in Ascetico, *De animo perfecto dicitur lilium inter spinas; hoc namque illum inter curas tranquille degentem indicat; lilium enim in Euangelio quietam animam significat, non laborant, inquit Dominus, neque nent.* Quasi dicat, etiamsi die, noctuque serui Dei vacantes litteris laborant: non nent, neque laborant; quia quasi lilium quietum, lætum & serenum inter spinas viuit; quia Dominus pro laboribus suis mercedem præstat superabundantem. Vnde præmia non merita possunt nuncupari; quia fragmentorum de mensa Domini duodecim colligunt quæ superauerunt de eius conuiuio, vt adnotauit Rupertus.

Cant.2.n.2. — Transf.Chaldea. — Matth.16.n. 28. — B.Nilus in Ascetico.

Merces studiosis superabundans expectatur.

DIFFICVLTAS XIV.

Quare Christus fugit quia volebant eum conuiuæ facere Regem?

1043 QVæsitum fuit, quare conuiuæ iam repleti voluerunt Christum facere Regem?

Auct. mens.

1. RESPONSIO fuit; quia saturati erant læti & grati propter quod Ps.48. n.19. scriptum est, *Confitebitur tibi cum benefeceris ei?* Quasi dicat tunc homines Deo immensas referunt gratias, cum temporalia bona recipiunt, & prospera eis eueniunt. Vnde interrogat Oleaster. Quare Gen.41. dicitur, *Quòd cum Pharao somniaret, quod septem spicæ ascendebant in culmo vno vocauit omnes Magos?* Et respondit *quod in Hebræo Magos idem est, quod Charton, quod latinè sonat conIectorem lætum somniorum*: Vel vt Hieron. legit; *Genethliacos, quod significat sapientes, qui ex die natalis hominis fortunam prosperam, & successus hilares prænuntiant.* Quasi dicat, tunc Pharao Rex lætatus est cum prospera & læta magi prædixerunt; Quia Aulici, qui cum Magis conuersantur semper falluntur; quia prospera & cum Regibus familiaritatem & amicitiam mentiuntur; non vero sic prudentes, & iusti Principes, sed cũ magnalia & Regna futura temporalia prænuntiantur eis, tristãtur, lugent, & irascũtur.

Ps.48. n.19. — *In prosperis omnes laudãt Deum.* — Oleast.in Gen.41. — Trãs.Hebr. — Hieronym. — *Fortuna prospera ab omnibus desideratur.* — *Aulici quærunt scire futura contingentia.*

1044 Hinc interrogo, cur 2.Reg.1. n.15. dicitur, quod Dauid Amalechitæ, qui futuri Regni venturi annuntiauit prospera pro nuntio tam læto, & gratuito mortem crudelem rependit? *Dixerat enim Amalechita, tuli Diadema, quod erat in capite eius (id est, Saul) & armillam de brachio illius, & attuli ad te Dominum meum.* Et quod donum pro isto accepit beneficio? *Vocauit Dauid vnum de pueris suis, & ait: accedens irrue in eum, qui percussit illum, & mortuus est.* O Bone Deus, quis tam horribilia audiens, non miratur? pro nuntio tanti beneficij gratitudo in odium mutatur. Nunc oculis cerno, quod Eccles. 29. n.4.& n.9. dicitur. *Multi præstiterunt molestiam iis, qui se adiuuerunt.* Et additur: *Pro honore, & beneficio reddet illi contumeliam.* Et Seneca epist. 19. *Leue æs alienum debitorem facit graue inimicum.* Et Martial. *Odisse quam soluisse vilius constat.* Et Cornelius Tacitus lib.4. annal. *Beneficia eo vsque læta sunt, dum videntur exolui posse vbi multum ante venere pro gratia odium redditur.* Quasi dicat, quod homines præsertim Reges alios obnoxios, & oppignoratos atque adstrictos sese videre grauiter ferunt; At enim horum Dauid nihil premit, sed à mitissimo, & iustissimo illius animo necem cruentam pro tam felice nuntio prætulit.

2. Reg.1. n. 15. — *Iusti prosperitates temporales contemnunt.* — Eccles.29. n.4.& 9. — Seneca e.19. — Tacitus lib. 1. annal. — *Ingrati nimis qui beneficia in odium conuertunt.*

1045 Sed meo quidem iudicio hoc zelo proprij dictaminis & conscius futuri regni, hæc Amalechitæ contulit, vt seruo nequam diroque insidiatori, qui tanquam hostis infestus prospera futuri Regni nuntiabat, in quo tanto periculo fuit expositus vt vi, & imperio allectus, & adulterium, & homicidium perpetrauit, & ingentia tormenta ex vi regiminis adsportauerat. Et quia ex ore ipsius Amalechitæ audierat Dauid. *Et locutus est mihi, sta super me, & interfice me; quoniam tenent me angustiæ, & adhuc tota anima mea est in me.* 2.Reg.1 n.9. vbi Transf.Tygurina legit, *Insiste mihi quæso & trucida me; apprehendit enim me corona, & tota anima mea est in me.* Quasi dicat, audiuit Dauid quot quantasque angustias corona causaret Sauli, & tremefactus, tanquam legitimus à Deo electus successor, timuit, & tristitia affectus Amalechitam occidere facit.

Dignitates & prospera lugent iusti. — 2.Reg.1.n.9. — Trãs.Tigur. — *Causa mortis Amalechitæ.*

1046 Hinc Gregorius dixit 2.p. Pastoral.c.3. quod Christus repletus fuit tristitia, cum acclamationem, & rumorem conuiuarum audiuit venientium vt raperent, & facerent eum Regem. Quasi dicat, quemadmodum homines lætantur cum eis benefecerint: ita iusti tristantur cum honores summos appropinquare auscultarentur, & fugiunt celeriter ad munimen orationis, vt Christum Matthæus testatur fecisse, cum fugit in montem solus, vt oraret. Verba Gregorij sunt: *Quis enim principari hominibus tam sine culpa potuisset, quam is, qui hos nimirum regeret, quos ipse creauerat? Sed quia idcirco in carne apparuit, vt non solum nos per passionem redimeret, verum etiam nos per conuersationem doceret: exemplum se sequentibus præbens Rex fieri noluit; ad Crucis enim patibulum sponte peruenit;* oblatam

S Greg.2.p. Past.c.3. — *Iusti dignitatibus tristantur.* — Greg citat. — *Christus honores Regales fugit, & crucẽ amauit.*

oblatam gloriam culminis fugit, pœnam probrosæ mortis appetiit, vt membra eius discerent fauores mundi fugere pro veritate, aduersa diligere prospera formidando, derelinquere; quia illa sæpe per tumorem cor inquinant, & illa per dolorem purgant. Quasi dicat, falluntur, qui solum, cum prospera accidunt læti, immensas referunt gratias; quia in aduersis plus laudatur Deus & probatur quasi per ignem iustus vt supra insinuauimus.

Cor prosperitatibus conturbatur. Iustus per tribulationes probatur.

1047 Beda in litt.

2. Responsio Bedæ in litter. citati. *Viso miraculo volunt eum facere Regem, quia homines diligunt Regem pium & potentem.* Quasi dicat, Reges tunc à Deo, & à populis diliguntur, cum fortes sunt ad faciendam iustitiam, & cum à Deo per peccatum non separantur. Vnde interrogat Oleaster, quare Deut. 17. dicitur, *Ponam super me Regem.* Sic legit Pagninus, & respondit; *Quia tunc Reges venerabuntur à suis; cum tam purè, & iustè viuant, quasi essent electi à Deo, & super capita omnium mortalium præpositi. Et ideo septem conditiones optimi Regis assignat. 1. Vt sit electus à Deo, quia cum per debitam iuris naturæ hæreditatem regnat, seditiones in regno euitantur. 2. Vt sit de fratribus, id est, eiusdem nationis, vt ab illis diligatur 3. Vt non multiplicet equos sed sit pacificus cum vero licet amator bellorum sit quæ per ambitionem oriuntur, quia sua quæque defendere iustum, & necessarium est. 4. Ne multiplicet vxores, quia quæ vitio carnis datur vsque ad idololatriam per feminas non cessat, vt in Salomone visum fuit. 5. Ne multiplicet argentum, id est, quod non sit auarus pauperibus & miseris vectigalia summa multiplicando, ne forte populus conturbetur. 6. Vt describeret sibi multiplicatam legem; quia Rex, quo plus in lege diuina die noctuque meditatur, plus regnum suum confortat & reseruat per orationem. 7. Vt non se eleuet super fratres suos, hoc est, vt non contemnat nobiles, & Principes suos, quia superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper ad cælum, & scriptum est; Terribili & ei, qui aufert spiritum Principum, terribili apud Reges inflatos, elatosque terræ.* Quasi dicat. Rex superbus citò subuertit regna sua.

Reges per gratiã Dei diliguntur per peccatũ odio habentur.

Oleast. in Deut. 17.

Regum septẽ conditiones.

1. Rex à Deo electus.

2. Eiusdem nationis.

3. Pacificus.

4. Castus.

5. Nõ auarus.

6. Non vectigalia imponens.

7. Nobiles nõ contẽnat.

Reges superbi dissipant regna.

Ps. 75. v. 13.

Hinc Cyprianus lib. 12. abusionum. *Paxillus nisi bene sit fixus, firmiterque alicui fortiori adhæreat; omne quod in eo pendet cito dilabitur, & solutus a rigore suæ infirmitatis cum oneribus ad terram dilabitur. Sic & Princeps nisi suo conditori pertinaciter adhæserit, & ipse, & omnes qui ei consentiunt cito deperit.* Quasi dicat qui non habet gratiam Dei, qua regimen & regna quasi columnas fortes sustentet sine dubio tota Regnorum fabrica ruat, cito & omnes subditos opprimet. Hinc Chrysostomus hom. 34. ad Hebr. *Melius est a nullo quam a Principe pessimo regi; ille quidem saluatus est sæpenumero, plerumque etiam in periculum decidit, iste autem omnibus modis periculosa subiturus est, dum ad foueas, & ruinas impellitur.* Ideo Origen. insinuat quod Leuit. 4. præcipiebatur. *Si peccauerit Princeps, offeret hostiam Domino hircum de capris immaculatum, non capram facilem* (Origenes ait) *scilicet, & mediocrem sed asperam, & difficilem pænitentiam.* Quasi dicat, quanto quis intellectu præeminet, tanto si peccat pro maiori culpa maiores pænas sustineat. Vnde interlinealis: *Cui plus cõmittitur ab eo exigitur.* Ideo qui regnat, videat ne cadat à gratia Dei, quia potẽtes potenter tormenta patientur in venturo sæculo, & in isto de suis non diligetur; imò exprobrabitur; quia turbæ Christum quærebant, vt Regem facerent, eo quod pius, potens & magnificus & liberalis esset. Vnde Lyppomanus confirmat intentum dicens quòd *Pharao Rex vidit notabile somnium in bonum Reipublicæ Ægypti* Gen. 41. *Per mysterium scilicet boni Angeli, non propter eius meritum, sed propter commune bonum: Deus namque erga publicas personas prouidentiam suam ostendit, & aliqua his bona elargitur propter regni vtilitatem.* Quasi dicat, diligit Deus vtilitatem communem, & ideo Regem liberalem desiderat, vt à Deo, & hominibus diligatur, vt de Christo Beda adnotauit, quod propter liberalitatem voluerunt eum facere Regem.

1048 Cyprian. lib. 12. abus.

Reges munimenta & muri Regnorũ.

Rex virtuosus Angelus ciuitatis.

Oleast. in Leuit. 4. interlinealis.

Lyppom. in Gen. 41.

Deus erga publicas personas vigilantissimus.

TRACTA

TRACTATVS VIGESIMVS QVINTVS,

Ad Litteram, In cap. 2. Ioannis De zelo Christi circa reuerentiam Domus Dei, & de disputatione cum Iudæis circa solutionem templi tribus diebus, vt dicitur.

TEXTVS.

13 PROPE erat Pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam 14. Et inuenit in templo vendentes boues, & oues, & columbas & nummularios sedentes. 15. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & numulariorum effudit æs, & mensas subuertit. 16. Et his qui columbas vendebant, dixit Auferte ista hinc, & nolite facere domum Patris mei domum negotiationis 17. Recordati sunt vero Discipuli eius, quia scriptum est, Zelus domus tuæ comedit me. 18. Responderunt ergo Iudæi & dixerunt ei, Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? 19. Respondit Iesus & dixit eis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. 20. Dixerunt ergo Iudæi, quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus excitabis illud. 21. Ille autem dicebat de templo corporis sui 22. Cum ergo resurrexisset à mortuis recordati sunt Discipuli eius, quia hoc dicebat & crediderunt scripturæ, & sermoni, quem dixit Iesus 23. Cum autem esset Hierosolymis in Pascha in die festo multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius, quæ faciebat, ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes 24. Et quia opus ei non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.

EXPLANATIO LITTERAE.

5049 *Bis Christus ementes, & vendentes è templo eiecit* Matth. 21. n. 12.

PRope erat Pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymis, &c. Clarè & manifestè constat, quod ista eiectio fuit prima inter scriptas ab Euangelistis: nam ista facta est paulo post miraculum nuptiarum, antequam miraculum in Galilea faceret; alij autem Euangelistæ narrant gesta similia paulo ante passionem, vt Matthæi 21. n. 12. Et inuenit in templo vendentes boues & oues, &c. quoniam hæc historia circa venditionem tractata fuit à nobis, cum cap. 21. Matth. explicauimus tom. 2. fer 3. post 1. Dom. Quadrag. Ideo ad subsequentia transferamus. Quod signum ostendis nobis; quia hæc facis, id est, solitum est Iudæis signa petere, tanquam sectatores Moysis, qui in Ægypto signa, prodigiaque magna operatus est; & ideo causam potestatiuam, & resolutionem tanti facti inquirunt Iudæi.

Tom. 2. nostræ cath. in Matth. 21.

Iudæi signa petunt.

5050 *Error Apollinaris circa humanitatē Christi.*

Soluite templum hoc, ridiculosa est & hæretica Apollinaris sententia, quod Christus animam humanam non habuit, quia templum Dei erat, quia ex hoc etiam probaret, quod ossa & carnem non habuisset, sed ligna & lapides. quia non ossibus & carne, sed lapidibus & lignis constat. Sed dicendo, soluite templum hoc, & in triduo excitabo illud clare diuinitatis potentiam declarauit; quia posse solui corpus signum erat humilitatis, & tam cito reædificare, & resuscitare illud diuinitatis potētiam demonstrabat. Cum autem esset Hierosolymis in Pascha multi crediderunt in nomine, vel in nomeo eius. Ex quo patet, quod omnes septem dies in quibus Pascha celebrabatur prædicando in templo sacerdotes legis Christus assistebat, & faciebat miracula multa: nam ideo subdit Euangelista, multi crediderunt, videntes signa non audientes. Et quamuis non modicum signum potestatis Christi fuit potentes vendentes, & Cathedras tenentes ad venditiones cum flagello eiicere, & omnes tacere obediendo potestati eius: tamen hoc fuit signum in prima die Paschæ factum. Sequentes autem dies signa, & prodigia fecit, ita vt stupefacti, omnes eum reuerentiare[illegible] ciebant timendo suam potestatem.

Diuinitatis potētia in resurrectione patuit.

Pascha septē dies celebrabatur.

Signa videre plus prouocāt ad fidem quā audire.

Christus quotidie in templo prædicabat.

Quadraginta & sex annis ædificatum est templum, &c. Lyra ait, quod inchoatum fuit à Zorobabele a primo Cyri anno vsque ad sextum Daria filij Hydapis, & tunc finitum est, & fluxeruot quadraginta & sex anni, & hoc est, quod Iudæi insinuant dicentes Quadraginta & sex annis 5051

Zorobabel incœpit ædificatio templi.

&c. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum, non dicit mysteria sua, sed seipsum; significasur enim, quod non fallebatur putando alios bonum animum erga se habere. Hæc Caietanus. Et addit Maldonatus erga se habere perseuerantem & fixum; quia sciebat, quod variabiles, & mutabiles erant illi, qui de præsenti credebant in eum, & hoc denotat pronomen *eis*.

Caietan. in Euang. Maldonat.
Mutabiles, & varij non sunt credendi.

1052 Sed meo videri plus significatur quam declaratum est; quia vt simulationibus, & fictionibus non crederet Iesus, vel propter metum Iudæorum, vel propter propriam, falsam, vel fragilem conditionem, sufficiebat dicere Iesus autem non se credebat eis, eo quod nosset omnes. Sed ly semetipsum non credebat, meo videri significat duplicem actum cognitionis existentis in eadem potentia, per primum actum ad humanitatem pertinentem, cognoscebat, & delectabatur de sua cognitione prima; quia pro tunc visis signis verè, & realiter multi crediderunt in eum. Sed per secundum actum cognitionis à diuinitate procedentem, ipse Iesus non credebat semetipsum, quia per secundam cognitionem, qua noscebat omnia; & ideo subdit Euangelista, eo quod ipse cognoscebat omnes.

Auct. mens. Cognitio cognitionis existentis in eadem potentia in humanitate est.
Cognitio supernaturalis omnia transcendit.

1053 Et hoc patet ex Doctrina D. Bernardi, qui interrogat, quomodo Christus potuit dicere, *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Nam Christus quomodo corde poterat cogitare, quod erat humilis, si re vera erat Deus, & persona, & suppósitum Dei erat? Et respondet, quod re vera non poterat cognoscere se non esse Deum, & per consequens non humilem corde; sed quia illa cognitio humilitatis procedebat ex affectu charitatis, faciebat quod in prima cognitione se humilem existimaret; quia amor nescit modum, ignorat tempora, & momenta, quod nostro Hispano sermone clarius explicatur. *El amor y de seos engañan al coraçon.* Verba Bernardi sunt: *Humilis erat, non ea humilitate, quam extorsit discussio veritatis sed affectio charitatis.* Sic ipse Iesus desiderabat, quod in eum crederent (& reuera pro tunc credebant) sed per diuinam cognitionem à diuinitate procedentem ipse Iesus non credebat semetipsum, quatenus ab humanitate & desiderio amoris procedat affectus suus.

Bern. supra citat. Matth. c. 11. n. 29.
Christus non potuit esse humilis corde sed charitatis affectu.
Hispana locutio.

1054 Ipse autem sciebat, quod esset in homine, id est, in intellectu & voluntate hominis; quia nunquam in eodem statu permanet & iam incipiebant ipsi qui crediderunt ab æmulis prouocati varias suspiciones, & imaginationes habere, an falsa, & Diaboli virtute essent signa, quæ videbant, an vera, & per diuinam virtutem operata, & cum talis dubitatio sit imperceptibilis ab humano intellectu, dixit solus Christus sciebat, quid esset in homine; quia fides cum dubitatione nihil valet: nam vt Rupertus ait, intellectus est quasi vas subtilissimum Venetorum, vbi scisura minutissimi pili, perdis & frangis vas, ita in scisura mentium non est fides Dei.

Caietan. Dubium in fide hæreticum.
Rupert. in Ioann. Intellectus vas Venetum delicatissimum.

***

TRANSLATIONES ANTIQVIORES & Neotherica iuxta cap. 6. Ioannis de solutione templi Corporis Christi.

n. 13. Vulg.	*Prope erat Pascha Iudæorum, & ascendit Iesus in templum* Videantur loc. citat. in cath. nostra vsque ad n. 18.
n. 18. *Quod signum facis nobis, quia hæc facis. Translat. ex Syriac.*	1. Quod signum ostendis nobis, vt ista facias.
Transl. Vatabl.	2. Quod signum ostendis quãdoquidem ista agis.
Lyranus sua in glossa.	3. Quam potestatem commuuem habes corrigendi excessus sacerdotum.
Iãsenius sua in concord. cap. 19.	4. Si hoc propria voluntate facis, temeritas est.
Glossa Ordinaria.	5. Signum quærunt quare solita commercia de templo eiicit.
Caietan. in Euang.	6. Causam potestatiuam per aliquod signum petunt.
Interlinealis in glossa.	7. Non audentes sibi resistere, quia viderunt quid diuinum in facie eius irradiare.
n. 19. *Vbi Vulg. Soluite templum hoc &c. Translat. ex Syriac.*	8. Destruite templum hoc, & in tribus diebus ego erigam illud.
Translat. Vatabli.	9. Destruite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud.
Tertul. lib. de Resurrect. carnis.	10. Diruite templum istud & ego illud triduo resuscitabo.
n. 24. *Vbi Vulgat. Ipse autem Deus non credebat semetipsum eis. Translat ex Syriac.*	11. Ipse autem Iesehua non credebat eis semetipsum, quippe qui nosset omnes.
Transl. Vatabl. in scholiis ex Hebræo legit.	12. Ipse autem Iesus non se fidebat eis.
Interlinealis.	13. Non se credebat eis, quia sciebat non firmiter credere.

Lyranus

Lyranus sua in glossa. 14. Non se credebat alia mysteria eis reuelando.

Caietanus in Euang. 15. Non fallebatur putando illos bonum animum erga se habere.

Iansen. sua in concord. 16. Humanitatem & diuinitatē insinuat habere, & non posse seduci, quia per diuinitatem cognoscebat fallacias eorum.

n. 25. *Vbi Vulgata. Et quia opus nō erat, vt quis testimoniū perhiberet. Translat. ex Syriac.* 17. Nec indigebat, vt quisquam ei testaretur de quouis; ipse enim nouerat quid esset in homine.

Transf. Vatabli. 18. Neque opus haberet, vt quis testatetur de homine; ipse enim sciebat quid esset.

Interlinealis in glossa. 19. A nullo quicquam accipere posset cum sciret de homine, quod non ipse homo de se.

Lyranus sua in glossa. 20. Vt mentem & statum cuiuslibet hominis cognosceret per informationem alterius, quia hoc sciebat perfecte per semetipsum.

Caietan. in Euang. 21. In intellectu, & voluntate, & in affectu hominis omnia cognoscebat.

DIFFICVLTAS PRIMA.

Quare dicitur quod Iesus fecit quasi flagellum de funiculis & eiecit de templo vendentes oues & boues.

1055 QVæritur quare Christus solus opus Iustitiæ contra tantos inimicos ausus est operari.

1. RESPONSIO. sit Origenis in Cath. citat. *Consideremus autem, ne forte enorme videatur, quod Dei filius captis funiculis, parat sibi flagellum ad eiiciendum de templo tot vendentes, & ementes, vnum tamen refrigerium ad horum responsionem relinquitur diuina potestas Iesu, vt cum volebat posset iracundiam hostium suffocare, quamuis essent innumeri, & sedare mentium turbines.* Quasi dicat Dominus qui dissipat cogitationes hominum, quia vanæ sunt, vi rationis, & zelo iustitiæ solus timere fecit inimicos etiam flagellatos. Et addit Origenes. *Maiorem quippe Christus demonstrauit potentiam in hoc miraculo, quam aquam in vinum conuertendo; quia illic inanimata subsistit materia; hic vero tot hominum dominantur ingenia.*

[Origen. in Cath. *Potestas diuina mentes furiosas sedat.* — Orig. cit. *Ingenia aeria domare difficile nimis.*]

2. RESPONSIO August. de concord. Euang. *Manifestum est autem, non semel, sed iterato hoc factum esse à Domino, sed illud primum commemoratur à Ioanne, illud vltimum à ceteris tribus.* Quasi dicat reiterata malitia sacerdotum, & nūmulariorum Christi Iesu furorem excitauit, vt Disciplina correcti emendarentur, qui verbis deteriorabantur, reiterando peccatum. 1056

[Aug. de controu. Euang. *Bis Christus de tēplo eiecit vendentes.*]

3. RESPONSIO Ruperti in Ioann. 2. lib. 3. *Quid funiculus ille fecit in manu potentis, in manu sapientis, quid nisi Romanum præfurat exercitum durum ad cedendum, fortem ad ligandum, & captiuandum.* Et addit: *Funiculus iræ Dei lorumque ferreum, & captiuandæ huius gentis vinculum ipsa est.* Quasi dicat, hoc malum portendit illis infaustum prodigium, quod maxime patet ex Euangelio Lucæ 19. Cum ingressus in templum, & facturus signum prius videns ciuitatem fleuit super illam & dixit, quia si cognouisses & tu, quia venient dies in te &c. Et addit Rupertus. *Cum ergo prius illud excidium pronuntiat, & ad eiiciendos illos de domo Patris sui factum de funiculis adhibet flagellum apertè iunxit se facto præsignare ipsum quod verbo prædixerat malum, quod & secundum naturæ humanæ compassionem deflet, & secundum iustam diuinitatis suæ censuram exercet.* 1057

[Rupert. lib. 3. in Ioan. 2. — Lucæ c. 19. — *Iudæi à Hierusalem per Romanos expulsi.* — Rupert. cit.]

4. RESPONSIO Theodoreti in Cath. citati, *Non solum eiecit, qui vendebant; & emebant sed etiam res eorum,* Vnde subditur. *Oues, & boues, & mensam nummulariorum effudit.* Quasi dicat, etiam occasiones reiterandi actiones prohibitas eiecit, & fuit inimicis Dei hoc quasi alterum flagellum plus sensibile. 1058

[Theod. in Cath. *Reiteratio culpæ pessimū malum.*]

5. RESPONSIO Lyrani sua in glossa, *Quia illicitum erat vendere & emere in templo propter cupiditatem sacerdotum, qui diuersis adinuentionibus depauperabant populum; ideo flagellum fecit vt puniret irreuerentiam; & palliatas vsuras, quæ in templo, operabantur.* 1059

[Lyra in glossa. *Sacerdotum cupiditas cauillosa.*]

6. RESPONSIO Interlinealis in glossa' *Qui peccata peccatis addit, quasi funem connectit, quo flagelletur, & ligetur.* Quasi dicat, fecit paulatim Iesus quasi flagellum ex funiculis mercatorum vt aduerterent, quod paulatim quotidie deteriores erant, & thezaurizabant iram in die iræ. 1060

[Interlinealis. *Peccatū sucper peccatum addere iniqua res.*]

7. RESPONSIO Augustini tract. 10. in Ioann. tom. 9. *Qui flagellandus erat prior illos flagellauit.* Quasi dicat, quod flagella peccatorum ceciderunt super eum; ideo flagellando culpas alienas rememorabatur de pœnis propriis. 1061

[Aug. tract. in Ioan. tom. 6. *Christus flagellat flagellatores.*]

8. RESPONSIO meo iudicio quasi flagellum fecit, vt potentiam diuinitatis detegeret, & infirmitatem humanitatis insinuaret, qui tam leue supplicium, & flagellum ex funibus faciebat cum per potestatem diuinitatis potuit vt terra aperiretur, & deuoraret eos, sicut iuxta tabernaculum fœderis Domini Athan, & Abiron duos istorum deglutiuit. 1062

[Auct. mens. *Terra deuorat calūniatores murmuris.*]

DIFFICVLTAS II.

Quare dicitur Auferte ista hinc, & nolite facere domum Patris mei domum negotiationis?

1063 QVæritur, quare si tam ira repletus Christus eiecit sacerdotes, modo dicit, auferte ista hinc?

Rupert. in Ioan. 2.

1. RESPONSIO Ruperti in Ioan. *Hoc valde notandum, nam Scribis & sacerdotibus dixit, nolite facere domum Patris mei domum negotiationis, qui reuera sub specie diuini cultus quasi spelunca latentes prædam & latrocinium de populo faciebant; hoc autem pauperibus columbas vendentibus dicit, qui nesciebant quid esset inter dexteram & sinistram suam.* Quasi dicat potentes ingenio, & dignitate flagellauit; quia ex malitia cæteros fallebant; pauperum vero columbas, vt non volarent, & adirent, & miseri inculpabiliter lugerent suam paupertatem; istis dixit, auferte ista hinc id est, tollite, exite foras.

Pauperes nesciunt qual es sumano derecha, vt Hispani dicunt.

1064 Orig. cit.

2. RESPONSIO Origenis in cath. citati; *Spargit æris pondera velut indigna in domo Dei retineri, arbitror autem & exemplum ipsum statuisse iam cito non debere sacrificia & oblationes offerri, quia ipse futurus erat in cruce sacrificium pro nobis.* Quasi dicat, auferte ista hinc, recedant vetera, noua sint omnia, quia tempus redemptionis aduenit.

Christus omnia noua fecit, & vetera recessit.

1065 Iansf. sua in conc.

3. RESPONSIO Iansenij sua in concordia: *Circa mortem suam dicit eos fecisse speluncam latronum, in initio enim prædicationis & signorum adhuc erat, atque ob id mitius cum eis agit: nam & tunc etiam vendentes & ementes eiecisse dicitur, & cathedras vendentium columbas euertisse, iam vero nihil horum fecisse dicitur.* Quasi dicat, non semel, sed iterum, atque iterum idem crimen Christus reprehendit, primo mitius, deinde seuerius.

Prælati mites & asperi.

1066 Auct. mens.

4. RESPONSIO meo iudicio, funiculum fecit, vendentes eiecit, & pauperibus dixit, *Auferte ista hinc*, vt vexationibus tribueret illis intellectum, & occasionem, vt signum resurrectionis suæ acciperent, quamuis obscurum. Vnde sequitur quod Iudæi dixerunt, quòd signum facis, &c.

Vexatio dat intellectum.

DIFFICVLTAS III.

Quare dicitur, quod signum ostendis nobis, quia hæc facis?

1067 QVæritur ad quid signum, cum flagellantur à Christo, quærunt?

Theod. in cath. cit.

1. RESPONSIO Theodoreti in cath. citati; *Quia Iudæi videbant Iesum talia facere cum potestate multa, & dicentem nolite facere domum Patris mei domum negotiationis, signum ab eo petunt suauiter.* Quasi dicat, suauiter respondent seuerè punienti, quia culpa auctorem suum grauat, & silere facit.

Culpa auctorem suum silere facit.

1068 2. RESPONSIO Chrisostomi in cath. citati. *Numquid signa opus erant, vt quæ mala fiebant cessare faceret: nonne zelum talem accipere pro domo Dei, maximum signum virtutis erat; non autem illius Prophetæ meminerant, sed signum petebant, simul quidem de suo turpi lucro impedimento dolentes.* Quasi dicant, nullum maius signum est eximiæ virtutis, quam inter sceleratos præpositos, & altiora loca obtinentes de zelo Religionis, aut virtutis arguere viriliter & sine metu, quia qui peccatis vacant de Prophetarum comminationibus non recordantur, sed lucra suorum peccatorum tantum quærunt.

Chrisost. in cath. cit.

Prælati sine valore nihil valent.

Ambitiosi Prælati immemores scripturæ Dei.

3. RESPONSIO Ruperti in Ioann. 2. Commentaria *Moyses signa & prodigia de cœlo ostendit. Tu ergo si Christus es sicut Ioann. 5. testificare vulgo cœpit, iam quod signum ostendis nobis.* Quasi dicat, quid operaris, vt credamus quod Deus, cuius hæc domus est, pater tuus sit? Et addit Rupertus: *Non decebat eis signum dare, quia vellent ipsi, nihiloque meliores effecti, semper magis ac magis quærere curiositate insatiabili.* 1069

Rupert. Exod. 16. Num. 14.

Signa facere debet qui sacerdotes reprehendit.

Rupert. cit.

Iudæi insatiabiles miraculorum.

4. RESPONSIO Interlinealis in Glossa, *Non audentes sibi resistere, quia viderunt diuinum quid in facie eius irradiare ideo dixerunt, quod signum facis*, &c. Quasi dicat, malitia superabat opus: nam si oculis splendorem in facie Christi videbant, ad quid malitiose maius signum petebant, nisi præsumentes quod Christus, quod de se exibat, non videbat, sed ipsi trepide timebant, & humiliter dicebant, fac aliquod signum, & credemus, quod domus hæc Patris tui, id est, Dei est. 1070

Interlinealis in glossa.

Lumen de facie Christi eradiabat.

5. RESPONSIO meo videri signum petunt, quia non pertinebat ad quemlibet hoc facere, sed solum ad eum qui habet potestatem ad corrigendos excessus sacerdotum, quod non conueniebat alicui de populo, cum sacerdores essent sapientiores in populo, & semper Deus Prophetas ad emendandum eos mittebat, ideo dicunt, si tu es Prophera, ostende signum. 1071

Auct. mens.

Signa & prodigia diuinitatē probāt.

DIFFICVLTAS IV.

Quare dicitur soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud, hoc autem dicebat de templo corporis sui?

QVæritur, an Christus ad solutionem & mortem sui corporis prouocabat Iudæos? 1072

1. RESPONSIO Lyrani sua in glossa *Non est verbum inductiuum ad hoc faciendum, cum fuerit simpliciter malum ex parte Iudæorum, ad malum autem Christus non poterat inducere, sed est verbum denuntiatiuum eius, quod erat per ipsos faciendum.* Quasi dicat cum interlineali non imperat, sed quasi diceret, vos soluetis cito, & ego reædificabo, resuscitando per meam potentiam.

Lyran. sua in glossa. Interlineal.

Christus non prouocauit ad mortem suam Iudæos.

2. RESPONSIO Glossæ ordinariæ, *Quod de proprio corpore, quod est templum Dei dicit Iesus excitabo; Iudæi non intellexerunt, licet ignorantes diuinitus respondent dicentes Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, &c. quia non conuenit lapidi, sed homini suscitatio.* Quasi dicat 66. diebus corpus Christi, & cuiuslibet hominis 1073

Gloss. ordin.

Arguentes cauilosi verba transuertunt.

66 dies organizatur corpus in ventre matris. hominis in ventre matris organizatur, sed destructum à Iudæis a morte die tertio suscitetur, quod etiam dictū neque Apostoli intellexerunt, donec die tertio suscitatus apparuit eis.

1074 Theod. in cath. 3. Rasponsio Theodoreti in cath. citati; *Iudæi enim de inanimato templo putantes eum dicere, irridebant eum; ideo sequitur, quadragiata annis, &c.* Quasi dicat, semper Iudæi audiebant *Iudæi Christum irridebant.* Christum desiderantes capere eum in sermone & cum hoc audissent, deridebant eum, & reseruabant, vt æmuli venenosi, vt in iudicio, postea verba illius accusarent vt facto fecerunt, cum dixerunt apud iudicem, ipse dixit *Possum destruere* Matth. c. 2. n. 19. *templum hoc, & in triduo readificare illud*, falso verba mutando: nam Christus hodie dicit, *Soluite destruam ego.*

1075 Bed. in cath. 4. Rasponsio Bedæ in cath. citati; *Quia enim signum quærebant à Domino, quare solita commertia proiicere debuerit ex templo respondit; quia ipsum templum, significabat templum corporis* *Interrogatio & responsio cauarire debent.* *sui, in quo nulla prorsus esset alicuius macula peccati.* Quasi dicat, sicut immaculatum à vestris commerciis sceleribusque mea expio potestate, *Corpus Christi solutū per manus Iudæorum.* ita & hoc corporis mei templum cuius illud gestat figuram vestris manibus dissolutum tertia die resuscitabo.

1076 Auct. meus. *Christi anima in triduo separata à corpore.* 5. Rasponsio meo iudicio, *Soluite templum hoc*, id est soluetis quia in passione Christi anima fuit soluta à corpore, & sanguis à carne, & continuitas membrorum in confixione clauorum & lanceæ: & dixit in tribus diebus suscitabo illud, quia Christus non fuit mortuus tribus diebus complete.

1077 Ians. in cōc. Ad col. 2. *Metaphorica locutio corpus templum est.* 6. Rasponsio Iansenii sua in concord. *Templum vocat corpus suum propter habitantem in ipso diuinitatem non solum per gratiam, sed etiam per vnionem personalem, in ipso enim inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*, ad Coloss. 2. Quasi dicat, quoniam de templo corporis sui loquebatur sub metaphora templi materialis vtitur verbis vtrique communibus.

1078 Rupert. cit. Vltima Rasponsio Ruperti in Ioan. 2. *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Cur tanti signi gloriam sic edixit, vt tamen ab his, quibus respondebat non posset intelligi. Vel si non volebat intelligi, cur non omnino reticuit. Videlicet idcirco non omnino reticuit, vt hi qui iam erant digni reuelatione Mysteriorum Dei in tempore suo recordarentur verborum eius, & ad cognoscenda, vel credenda facta sequentia dictis eius præcedentibus adiuuarentur.* Quasi dicat ænigmatice de sua sacratissima resurrectione loquu- *In parabolis turbis loquebatur Christus.* tus est, vt videntes inimici non videant, & audientes non intelligant; quia superbis Deus resistit, & humilibus reuelat Mysteria fidei, & ad tempus recordarentur de verbis ænigmaticè dictis, & cætera Mysteria fidei credenda colligeret.

DIFFICVLTAS V.

Quare dicitur; ipse autem Iesus non se credebat semetipsum eis, eo quod nosset omnes?

1079 Lyran sua in glossa. QVæsitum fuit, quomodo Christus semetipsum non se credebat eis?

1. Rasponsio Lyrani sua in glossa, *Altiora Mysteria reuelando, quia cognoscebat imperfectionem illorum, quia inconstantes, varii, & mutabiles erant.* Quasi dicat, nolebat confidere eis Mysteria maiora; quia erant semen super petram seminatum, quod non habebat humorem, & cito siccabatur. *Corda Iudæorum terra arida, & sine humore.*

1080 Origen. in cath. 2. Responsio Origenis in cath. citati. *Iesus non se credit credentibus in nomine eius, & non in illum; in illum enim credunt, qui angustam viam vadunt ducentem ad vitam, qui autem credunt signis, non in eum, sed in nomine eius credunt.* Quasi dicat, non se credat Iesus eis, qui plusquam fidem in attestante quærunt; quia talis fides non est bene radicata. *In eum credere est præter signa.*

1081 Chrisost. in cath. 3. Rasponsio Chrisostomi in cath. *Hoc dixit, quia non confidebat in eis, vt in Discipulis perfectis.* Quasi dicat, non intendebat exterioribus verbis ad mentem eorum intrans, & tempus opportunum manifestè sciens. Vnde sequitur, eo quod ipse nosset omnes. *Exteriora simulant multum.*

1082 August. in cathen. 4. Responsio Augustini in cath. *Quid sibi vult hoc? illi credebant in nomine eius, & ipse Iesus non credebat semetipsum eis, an forte non credebant ei, & fingebant se credidisse, sed non diceret Euangelista, Multi crediderunt in nomine eius. Magna ergo res & mira, credunt homines in Christum, & Christus non se credit hominibus, præsertim quia filius Dei est, sed tales sunt omnes cathecumeni, si dixerimus cathecumeno, Credis Christo, respondet, Credo, & signat se. Si interrogemus, Manducas carnem filii hominis? nescit quid dicimus, quia Iesus non se credit ei.* Quasi dicat, non credit Christus hominibus, si in minimo articulo fidei (si minimus dici potest) dubitant vel vacillant. *Cathecumeni Christo credunt, sed Christus non eis.*

1083 Ians. in cōc. 5. Responsio Iansenii in concordia *Iesus non se credebat eis, quia nonnulli animum nondum declarauerant, & odio illum habebant, & quamuis verbis pacificis loquebantur cupiebant eum capere in sermone.* Quasi dicat, quia nondum venerat hora eius; ideo ab insidiatoribus fugit, & non se credebat eis. *Non se declarare indicium odii.*

1084 Auct. meus. Ber. cit. supr. Vltima Responsio. Difficillima res est intelligere quomodo Christus semetipsum non credebat, nisi repetamus verba Bernardi in litt. citat. *Christus humilis erat corde, non ea humilitate, quam extorsit discussio veritatis, sed affectio charitatis.* Quasi dicat, pugna quæ versatur inter portionem inferiorem, & rationem torquendo corda iustorum impugnādo contra carnis rebellionem ex deordinatione à peccato Originali procedente, qua homines superbire inclinat, in Christo impossibile erat manere quia ex vi vnionis, & per gratiam habitualem; & quia filius Dei, & quia filius Mariæ Virginis, & multis aliis ex causis, talis repugnantia erat impossibilis. Et ideo neque cognitio humilis, quia filius Dei erat; veruntamen per affectum charitatis & amoris se humilem cognoscebat. Et in hac cognitione dicitur semetipsum non credebat eis, quia amor humanus (quasi fallebat desideria eius,) & per cognitionem potestatis diuinæ à diuinitate procedente semetipsum per affectum charitatis credentem in fide aliquorum, non se credebat eis, eo quod omnes nosset cognitione diuina supradicta. *Caro concupiscit aduersus animam.* Theologi in 3. p. D. Th. Scot. in 3. sent. Tyquetus. Dortaret. Corduba. Castro Vega. & Scotistæ omnes in 3. d. 23.

DIFFICVLTAS VI.

Quare dicitur; Ipse enim sciebat quod esset in homine?

1085 QVæritur, quare dicitur; quod Christus omnia, quæ sunt in corde hominis nosset? 1. RESPONSIO Lyrani sua in glossa, *Id est, in mente, & statu cuiuslibet hominis, & ex hoc Euangelista testatur ipsum esse Deum, cuius proprium est scire secreta cordis.* Quasi dicat, quia solus est, scrutatur corda, & renes omnium, ideo insinuat Euangelista, quod in quantum Deus non se credebat illis, licet in quantum homo Iudæi eum decipere conabantur, credentes ad tempus.

Lyran. sua in glossa.

Solus Deus secreta cordium cognoscit.

1086 2. RESPONSIO August. in cath. S. Thom. *Plus etiam nouerat artifex quid esset in opere suo, quam ipsum opus, quod esset in semetipso: nam & Petrus non nouerat, quid in ipso esset, quando dixit, tecum ero vsque ad mortem, sed Dominus nouerat, quid esset in homine dicens antequam Gallus cantet ter me negabis.* Quasi dicat non erat necesse Christo, vt aliquis homo testimonium perhiberet de seipso quia plus hominem cognoscebat, quam ipse homo de se.

August. in cath. S. Thō. Matth. 26 n. 34.

Deus plus homines cognoscit quam ipsi seipsos.

1087 3. RESPONSIO Caietani in Euang. Ioann. 2. *Nisi enim male dispositi fuissent multi eorum iniuriam quodammodo intulisset Iesus eis, sciens omnia, non credendo semetipsum illis.* Quasi dicat, quia in promptu erat causa malæ erga Iesum dispositionis, scilicet eiectio ouium, & boum, & euersa mensa nummulariorum, quæ omnia redundabant in sacerdotum infamiam, ideo dixit, ipse autem cognoscebat quid esset in homine, scilicet, quod in corde Christum abominabantur, sed tacebant, quia timebant Christum, & plebem.

Caietan. in Euang.

Sacerdotum infamia maxima fugienda.

1088 4. RESPONSIO dicitur meo iudicio, ipse enim sciebat quid esset in homine, vt patientiam humanitatis demonstraret, & potentiam diuinitatis absconderet; per patientiam enim odium pro tanta dilectione subsistens, & mala pro beneficiis, & prodigiis præparando; diuinitatis potentiam in opere primo ostentando, flagellando prophanatores domum Patris sui, & abscondendo eam non dissipando malignantes quos clare cognoscebat, quod eum odio habebant, etiam simulando, & dulose eum venerando.

Auct. mens.

Dissimulatio molestia malignorum ingens prudentia.

TRACTATVS VIGESIMVS SEXTVS

Ad Mores, *In cap. 2. Ioannis De zelo Christi circa reuerentiam domus Dei, & de disputatione cum Iudæis circa solutionem in tribus diebus.*

DIFFICVLTAS VII.

Quare Christus fecit quasi flagellum, vt eiiceret vendentes, & ementes?

1089 QVæsitum fuit, quare contra multitudinem inimicorum Christus solus flagellum fecit?

1. RESPONSIO Caietani in litter. citati. *Quia per diuinam potentiam iracundiam inimicorum volebat suffocare.* Quasi dicat, irati homines ita imbecilles, & timidi sunt, vt contra innocentes inardescunt contra potentes, & maximè contra Deum, & ex timore tacent, non ex animo. Vnde interrogat Oleast. quare dicitur Exod. 16. *Murmurauerunt omnis congregatio contra Moysem &c.* Sic legit Pagninus. Et respondit: *Mira valde est hominis impatientia; neque enim ad horam defectum sustinet, & contra Deum libenter insurgerent, si non timerent punitionem, quam quia timebant Israelita contra seruos conuersi sunt.* Quasi dicat, solent homines irati, & malè affecti mala sua referre etiam in eos, qui nihil culpæ habent, præsertim, si pauperes, aut infirmi sint ad resistendum, quia iracundi timidi sunt ex se?

Caietanus in litt. citat.

Iracundi sūt timidi & imbecilles.

Oleast. in Exod. 16.

Trā. Pagn.

Contra innocentes iracūdi inardescūt.

1090 Hinc Ambros. interrogat, qua Ezech. 3. n. 8. dicitur *Omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde; ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum.* Et addit, *Vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam, ne timeas.* Vel vt Pagninus, *Vt adamantem fortiorem dedi faciem tuam.* Et Ambros. lib. 1. offic. cap. 21. *Non respondeas irato ad iracundiam suam, citò culpam excutis; nam si lapides teras, nonne ignis erumpit.* Quasi omnes insinuent quod iratus incalescit contra resistentes; sed si resistentes faciem habeant valentiorem, expauescunt, & timent; ideo contra homines duro corde, & attrita fronte, iracundos, iratos, & impios valentiorem Ezechieli dedit faciem, vt mites, & timidi

Ambros. lib. 1. officio. c. 21.

Ezech. 3. n. 8.

Pagn.

Iudæi semper timent.

remane

remanerent, quia Iudæi semper timidi sunt. Hinc Dauid Ps. 54. num. *Expectabam eum, qui saluum me fecit a pusillanimitate spiritus, & à tempestate.* Vnde lectio Hebræa: *A vento vehementius tumultuante quam tempestas.* Quasi dicat, semper cum videamus homines soperbos, iracundos & elatos expectare debemus à Domino auxilium, quia ipse sedauit eos, & humiliauit, sicut tempestas sedatur apparente sole; quia irati sunt veluti nubes grandine, & fulmine repletæ, quæ ex vaporibus terræ, & ex igne generantur; sed transacta tempestate euanescunt nubes nil operantur, neque valent. Vnde Prou. 18. num. 44. *Spiritum ad irascendum facilem.* Pagninus legit, *percussum*, Et 70. vertunt. *pusillanimem*, Et Chaldæus, *demissum*. Quasi dicant omnes, timidi semper, & infirmi & vt Iuuenalis ait:

Ps. 54. n. 9. — Trans. Hebr. — Ira quædam est tempestas. — Irati nubes grandine repletæ. — Prou. 18. n. 44. — Trãs. Pagn. — Trans. 70. — Trãs. Chald. — Iuuenalis.

Nemo magis gaudet quam fæmina.

Quia iracundi à ventre materno, pignus hoc iræ acceperunt, & quid mirum, si timidi, iracundi sint, quia vt Hispani dicunt, *Lo mamaron en la leche.* Vnde Iob 14. num. 1. dicitur. *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis.* Vbi Trans. Hebræa legit, *Saturatur ira*, Et 70. *Plenus iracundia.* Quasi dicat, hæreditas à muliere est iracundia, & vt Hispani dicunt, *Siempre saben alapega* irati & iracundi, quia fæminini, timidi, & effæminati sunt.

Hispana locutio. — Iob. 14. n. 1. — Trans. Hebr. — Trans. 70. — Hæreditas iracundia à muliere. — Hispana locutio.

1091 Ideo Plutarchus lib. 4. de Republica. *In pueris hoc videtur qui statim, atque nati sunt; ira quidem repleti apparent.* Et addit; *Ratiocinationis vero meo iudicio nunquam compotes sunt.* Et Seneca lib. de ira cap. 9. *Irascuntur boni viri pro suorum iniuriis? Sed idem faciunt, si calida non bene præbentur, si vitrum fractum est, si calceamenta luto sparsa sint.* Et addit: *Non putas illam iram, sed infirmitas mouet, sicut pueri qui tam parentibus amissis flebant, quam nucibus; irasci pro suis non est pij animi, sed infirmi.* Et sanctus Valerianus Episcop. hom. 12. de bono conseruandæ pacis, ait: *Scimus quidem, dilectissimi quod aliquoties in contentione verborum laceratis auribus corda suspirant.* Quasi dicat Motus primo primi ab ira succensi, ita verba intrepida soleot comere furore repleta quod statim corda ira timida, & imbecilla remanent, quod suspirantes aërem quærelis inuocant, & elementa contra se moueri cogitant; quia de ipsis scriptum est. *Sonitus terroris in auribus illius & cum pax sit insidias suspicatur.* Hinc Seneca lib. 2. de ira cap. 34. *Pusilli hominis, & miseri est repetere mordentem.* Et addit: *Mures & formicæ, si manum admoueris ora conuertunt imbecillia se lædi putant si tangantur.* Quasi dicat, impij, & scelerati, si iracundique nimis, si à manu potenti tangantur mures sunt, & formicæ, fæminæ imbecilles & infantes irati; ideo Christus alte loquens & funiculo flagellans ementes; & vendentes tacuerunt velut lepores, etiam si innumeri erant, & Christus solus, vt adnotauit Caietanus.

Plutarch. lib. 4. de Rep. — Seneca lib. de ira c. 9. — Irati pueris similes. — S. Valerian. Episc. hom. 12. De bono conseruanda pacis. — Post iram dolor & pœna. — Eccl. cap... — Seneca lib. 2. de ira c. 34. — Muribus & formicis similes sunt iracundi.

1092 2. Responsio Augustini in littera citati *Certum est non semel, sed iterato hoc factum esse à Domino.* Quasi dicat, flagella Dei excitant reiterationes, & cõsuetudines proteruorum in sceleribus suis. Vnde interrogat Oleaster, Quare Leuit. 6. dicitur. *Contra oblationem peccatoris proterui, non pones super eam oleum, & non pones super eam thus; quoniam oblatio pro peccato est?* Et respondet: *Quid faciunt qui lætantur, cum malè egerint, & exultant in rebus pessimis? non vult Dominus peccatorem lætari, aut lætum videri, sed gaudet aspicere sacco indutum, cinere capite conspersum. Qualem legimus post peccatum apparuisse Achab coram eo flentem, eiulantem, totusque lætitia expertem.* Quasi dicat cum Psalmista Ps. 67. *Iusti lætabuntur, & exultabunt coram Deo, & gaudebunt in lætitia.* Peccatores autem, qui de iterationibus peccatorum rident & lætãtur abominatur Deus Ideo addit Oleast. cit. *Prohibet etiam thus; ne putaret peccator aliquid boni odoris in se esse, quod Dominus libenter olfaceret.* Quasi dicat, tam terribile, & fœtidum est peccatum reiteratum, vt quibuscumque illud odoribus misceas, aut respergas fætorem non perdat, quia plus irascitur contra reiterantes peccatum, quam imaginari potest; ideo flagellat illos hodie, & eiicit de templo.

Aug. in litt. citat. — Reiteratio peccatorum irritat Deũ. — Leuit. 6. — Peccatores lugeant non lætentur. — Ps. 67. — Oleast. cit. — Reiteratio peccatorum abominabilis.

Ideo Galfridus exclamat in allegoriis suis ad cap. 21. super Ecclesiast. *Quasi à facie colubri fuge peccata. Puto non quæres de colubro, & peccato, qui primam præuaricationem intulisse meminit per serpentem.* Quasi dicat; qui de misericordia, & pietate primi peccati recordatur, nescio quo animo reiterato iterum, atque iterum peccat, quia scriptum est, *De propitiato peccato noli esse sine metu,* quid erit de peccatore, qui de reiteratione non recordatur, quia consuetudo fecit alteram naturam. Et addit Galfridus citatus: *Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur, noli ergo sustinere donec mordearis mox vt videris fuge, fuge à facie eius, ne expectaueris morsum eius; non dices, quid mihi nocet, si proximus est coluber dum non me occidat. Lubrica res est pectore, & ventre graditur, plena veneno mortifero.* Quasi dicat consuetudo peccati sicut coluber repit, & non cessat, quousque intrat in cor, & lætet. Vnde patet est sæpenumero non sentire contagium periculosum est vel habere vicinum. 1093

Galfrid. ad c. 21. Eccl. — Eccl. c. 5. n. 5 — Galfrid. cit. — Consuetudo peccandi periculosa.

Hinc Radulphus in alleg. Galfridi *Attende quod Ecclesiast. 20. dicatur, quam bonum est correptum manifestare pœnitentiam; sic enim effugies voluntarium peccatum. Hoc fit* (inquit Radulphus) *cum peccator corripientis mansuetudine comperta, etiam piam indignationem grataner amplectitur, & increpantem diligens aduersus vitium suum in iracundiam concitatur. Ergo si violenta, & contumeliosa adhibeatur increpatio, licet ad tempus propter timorem praui operis fiat intermissio voluntatis, tamen praua mutatio non sequetur.* Quasi dicat, ideo Christus flagellat sacerdotes ementes, & vendentes in templo; quia propter timorem iterum, atque iterum flagellatos, & exprobratos eiectos de templo, tacebant & corripientem non increpabant, sed consuetudo auaritiæ, & pessimi lucri, ita eos assumpserat, vt reiterationem sequerentur; 1094

Et ideo Christus irascitur, vt Augustinus adnotauit.

Radulph. in alleg. Galfrid ad c. 20. Eccles. — Reiteratio peccatorum flagella Dei non sentit. — August. cit.

DIFFICVLTAS VIII.

Quare dicitur, auferte ista hinc, & nolite facere Domum Patris mei speluncam latronum?

1095 QVæsitum fuit, quare per tam distincta verba Christus dixit aliis auferte ista hinc; aliis, nolite facere domom Patris mei speluncam &c.

Rupert. citatus in litt. — 1. RESPONSIO fuit Ruperti, *Quia pauperibus noluit nocere columbas eiiciendo, ne abirent volitando, quia nesciunt pauperes, quid sit in dextera, vel sinistra sua; prædam autem facientibus, id est, mugnatibus sacerdotibus dixit, Nolite facere domum Patris mei speluncam latronum.* Quasi dicat acriter puniuit sacerdotes, qui vilipendebant cultum Dei viliotis lucrando, & reuerentiam Deo debitam non obseruando in sacro loco.

Pauperes simpliciter ambulant.

1096 Olcast. in Num. 25. n. 11. Trás. Pagn. — Vnde interrogat Oleaster, qoare dicitur Num. 25. numero 11. *Ecce do ei* (idest Phines) *Sacerdotium sempiternum quia zelatus est pro Deo suo.* Vel vt Pagninus: *Pro eo quod zelatus est honorem Dei sui?* Et respondet. *Est iste zelus quadam (vt ita dicam) inuidia ex amore nascens nimio, qua quis dolet amicum offendi, aut in persona, aut in honore putans se maximè lædi, si amicus lædatur.* Quasi dicat, dolebat enim maximè Phines, quod Princeps vnus tam impudenter propter vile scortum hooorem Domini præstaret idolo, & sua fere libidine illi esset iniurius. ideo Christus Princeps sacerdotum flagellauit malos sacerdotes; quia honorem non amici solum sed Patris etiam sui æterni tam insolenter tolerent faciendo templom eius speluocam prædoonm, & irreuereoter domuin Dei tractando, & hoc zelo motus illos flagellanit, pauperum vero, qoi lugebant videndo Christum iratum mensas euertentem nummulariorum, misertus est, ne columbis perditis volitando afflicti temsnetent, & ideo de illis dixit, auferte ista hinc, id est, ite in alium locum ad vendendum.

Zelus Dei qualis & quid sit.

Luxuriosi impudici inhonorant domum Dei, id est, tēpla.

1097 Galfrid in alleg. ad c. 5. Michex. — Hinc Galfridus interrogat, qoare Micheæ 5. dicitur. *In virga percutient maxillam iúdicis Israel?* Et respondet *Quia pauperes dicuntur maxilla Christi; quia sicut in maxilla cadunt oculorum lacbrimæ: sic qui pauperibus nocent Christum lugere faciunt; & sicut in maxilla cognoscitur homo, sic in misericordia circa pauperes apparet qualis sit, verus sit amicus Dei, & hos in virga potentes percutiunt, dum imperiis, & auctoritatē premunt.* Quasi dicat miseriam pauperum Christus luget, quia oescinnt qualem dexteram, vel sinistram manum habeant; quia à potentibus & diuitibus vbi imperant ingrediuntur & vadunt; ideo suauiter Christus pauperibus dixit, *Auferte ista hinc*, vt adnotauit Rupertos

Pauperes pupilla oculorū Dei.

Rup. citatus.

1098 Orig. citat. in littera. — 2. RESPONSIO Origen. In litter. citati. *Spargit æris pondera velut aliena in domo Dei retineri.* Quasi dicat flagella Dei spectet durissima, qui de bonis Ecclesiasticis lucra & auaritiam congregat. Vnde interrogat Oleaster, qoare Leuit. 21. dicitur, (loqnens Deus de proprietaribos sacerdotum:) *Capita vestra non nudetis.* Sic Pagnious. Et respondit. *Admonet locus iste sacerdotes nihil præter diuina debere curare, non honorum adquisitionem, sed solum quæ Dei sunt; nunc autem eo res venit, vt nulli magis curent negotia sæcularia, quam sacerdotes & clerici, omnis confabulatio inter eos est, de pecuniis, de reditibus & fauoribus, & aliis temporalibus rebus, omissis quæ ad cultum Dei pertinent.* Quasi dicat, ô sectatores sanctissimi Petri Apostoli, nunquid ipsum non audistis dicentem, argentum & aurum non est mihi: numqurd Christum non videtis hodie, spargens pondera æris, & eiciens de templo mensas nommulariorum, quod his temporibus non videmus obscuratum aurum in manibus sacerdotum, quia & pecuniæ è manibus corum citò elabuntur, pereunt & fugiont ad seculum; quia pecuniæ sacerdotum non immerito rotundæ sigoantur, inquit Augustinus, quia non stant.

Æris & pecuniæ pondera aliena à sacerdotibus. Oleast. in Leuit. 21. Trāt. Pagn.

Aurum colorem mutat in sacerdotibus.

Aug. citatus. *Pecunia rotunda quia non stant.*

1099 Balduinus in alleg. citat. Actor cap. 3. Marth. c. 19. n. 27. — Hinc Balduinus citatus in allegoriis Galfridi interrogat qnare Act. Apost. capite 3. dicitur, *Argentum & aurum non est mihi?* Et respondit: *Digna vox principatu Principis Apostolorum, Principis Ecclesiæ. Quid Petro & auro? nonne Petrus dixit, Nos reliquimus omnia, quid ergo erit nobis? de mercede quarenti non aurum, vel argentum repromittitur; hæc enim contemnebat, quia in gloria agentium superbiebat, vnde & agrorum ad pedes ipsius, ac cæterorum à fidelibus ponebantur; meritò quæ ante pedes quasi pedibus conculcanda, quod indignum erat manibus attrectari.* Quasi dicat, si Apostoli à pecuniis ita fugiebant, quid erit de sacerdotibus, qui auaritia captiuati, sicut Iudæi pignus corporis Christi recipiunt rapinis & muneribus ligari & excæcari.

Pauperum princeps Petrus Apostolus.

Sacerdotes ne sint cupidi.

1100 Galfridus in alleg. Actor. c. 1. n. 25. — Hinc Galfridus in allegoriis ait: *Iudas abiit in locum suum. Pulchre omnino in aere crepuit medius aerearum collega potestatum, vtpote quem veri Dei, & veri pariter hominis, qui de cælo venisset operaturus salutem in medio terræ proditerem nuarum, nec cælum reciperet nec terra sustineret.* Quasi dicat auari sacerdotes semper sectatores Iudæ, neque à Deo, neqoe ab hominibus, neque ab Angelis, neque à terra, neque à cælo diliguntur, sed abominantur, & à potestatibus aeris recipiuntur; quia commercia cum illis habuerunt, & hæredes bonorum suorum illos reliquerunt: nam semper litigant Principes sæculares & Ecclesiastici super hæreditatem Episcoporum, & neque Deus, neque terra, neque homines, neque creatura aliqua grata fruitur bonis illorum: qoia in aere remanent, quæ sub litigiosis ministris consumitur, & remanent æris pondera sparsa in templo, sicot quæ Christus sparsit, quia aliena erant, in domo Dei retenta, vt Origenes insinuauit.

Lites super hæreditatem clericorum.

Litigant Principes Ecclesiastici super hæreditatem Episcoporum.

* * *

DIFFI

DIFFICVLTAS IX.

Quare dicitur, Quod signum ostendis nobis, quia hoc facis.

1101 QVæsitum fuit ad quid signum, cum flagellantur Iudæi à Christo petunt?

Theod. in litt. cit. Culpa tacere facit. Oleast. in Gen. 31. Trãsl. Pagn.

1. RESPONSIO fuit Theodoreti in litt. cit. *Suauiter respondent, leniter punienti; quia culpa Auctorem suum silere facit.* Vnde interrogat Oleaster, quare dicitur Gen. 31. *Et ita fuit ipsi Iacob*, sic legit Pagninus respondet: *Ostendit locus iste qualiter culpa timor timidum faciat hominem; iustitia vero audacem, quandiu enim timuit, ne forte socer esset idola inuenturus tacuit. Postquam vero non inuenit audax factus est.* Quasi dicat culpa ipsa auctores suos timidos facit.

Culpa auctorem suum grauat.

1102 *Galfrid. in alleg. ad c. 1. Isaiæ.*

Hinc interrogat Galfridus in alleg. ad cap. 1. Isaiæ, quare dicitur. *Omne caput languens, & omne cor mærens?* Et respondet: *Caput languidum est iniquitas magnatorum, qui sunt caput Reipublicæ: cor mærens cogitatio sine consolatione; quia aliquando in corde suo manere nequeunt. Ideo foris vagi, & profugi se se fugiunt, quia intus in se nec ipsis cor mærens inueniunt, quoties ad se veniunt.* Quasi dicat, multo potentes diuites, & in supremis collocati ita pondere cupiditatis stare non possunt, quod semper terrena, & crudelia meditantur, & aliquando ex permissione diuina, ita corda eorum mærore torquentur, quod neque vnum alacre verbum pronuntiare possunt, quia culpis & peccatis suis grauantur. Et addit Galfridus. *Vnde dicitur in eodem Propheta: Scio quod durus neruus ferreus, ceruix tua, & frons tua ænea est. Flexibilis enim debuit esse neruus, sed superbia vitio ita solet quis mærore consumere se ipsum, vt neruus ferreus, & ceruix ænea sit, quando scilicet, quis peccatorum suorum funibus constringitur.* Quasi dicat, væ ei, qui ligatus fuerit neruo tristitiæ & mærore, quia non facile neruus mæroris potest solui. Licet enim valde teratur; difficile est, vt exteratur, quia confusione non sunt confusi, & mærore confecti non consumuntur ex nimia tristitia, eo quod peccata sua caput leuare non sinunt, quia culpa auctorem suum grauat.

Diuites & potentes mærore ad semper consumuntur. Tristitia cor torquet. Galfrid. cit. Isai. citat. Funibus cor ligatur. Tristitia caput leuare non sinit.

1103 *Ezech. 3. n. 20.*

Ideo Ezech. 3. n. 20. loquens de Principe iniquo, & peccatore diuite scelerato ait: *Si fecerit iniquitatem ponam offendiculum coram eo, ipse morietur.* Quasi dicat, ipsa diuitiarum & dignitatum adquisito erit offendiculum cordi suo; itavt ex tristitia moriatur. Sic legunt 70. *Inueniet tormentum* & Theodotion *inueniet infirmitatem*. Et Rabbi Dauid legit: *Prosperari enim faciã in omnibus suis locis in hoc sæculo.* Ac si dicat peccata Auarit. & Ambit. causæ multoties sunt mæroris & tristitiæ, & infirmitatis, quia nulla maior infirmitas quam tristitia, & mæror, quæ ex multitudine peccatorũ procedit. Hinc Aug. serm. 15. de diuersis: *Omnis terrena possessio supplicium est cupiditatis, vt in ipsis crucietur animus cui voluit, cui tanta largitur.* Et Seneca ep. 110. *Non est quare cuiquam, quem pœna dignum putaueris optes, vt infensos Deos habeat. Habet inquam etiamsi videtur eorum cura, & fauore produci.* Et addit: *Adhibe diligentiam & intuere quid sint res nostræ non quid vocentur, & scies plura mala nobis contingere, quam accidere.* Quasi dicat, mundi bona egregia, & magnifica mala sunt, quæ ab irato Deo sæpius in pœnam dantur; quia Deus flagellat diuites peccatores mærore & tristitia eos consumens. Ideo addit Seneca lib. 1. de Prouidentia cap. 5. *Nullo modo potest Deus concupita traducere, quam si illa ad turpissima defert ab optimis abigit.* Pulchrè, quasi dicat, traducit Deus dignitates à benemeritis vt contentus, ac ludibrio translatione facta ab eis, & ab indignis adquisita in publicum, & theatra traducantur, tanquam vt à Deo plecti videatur, & flagellis mæroris, & tristitiæ puniri, non audent contra cœlum caput leuare propter confusionem acquisitam ex silentio à culpa productam, quæ vt nouit Theodoretus Iudæos fecit tacere, vel leniter respondere, quia supplicium malorum suorum accipiebant à Christo, quia culpa auctorem suum grauat, & silere facit.

Cupiditas nimia causa mæroris & afflictionis. Trasl. 70. Tristitia malum super omnia mala. Aug. serm. 15. de diuers. Senec. ep. 110.

Temporales dignitates in pœnam dat Deus immeritis, & ignauis. Senec. lib. 1. de Prou. c. 5. Transfert Deus dignitates à benemeritis & dat ignorantibus vt mærore pereant. Hisp. locut. Los indignos estan en lo alto puestos a la verguença. Theod. cit.

1104 *Chrysost. in litt. cit.*

2. RESPONSIO Chrysostomi citati in litt. *Nonne zelum talem accipere pro domo Dei maximum signum virtutis erat.* Quasi dicat, eximium signum virtutis est inter sceleratos viriliter pro Christi gloria & honore clamare, & zelo virtutis etiam cum periculo vitæ prædicare. Vnde interrogat Oleaster quare Exod. 34. dicitur, *Dominus zelotes nomen eius, fortis zelotes ipse.* Sic Pagninus. Et respondet: *Vocat Deus se zelotem quod non patiatur secum consortium alterius Dei.* Quasi dicat. Qui terram mundi quærit, & altiora loca dignitatis desiderat non potest esse Præsul zelator gloriæ, & honoris Dei, quia alium Deum quærit simul, id est ambitionem, propter quam innumera peccata viriliter non punit, omnia simulat quia se plus quam Deum diligit, & remisse offensas Dei non curat emendare. Ideo Bernardus in allegor. Galfridi citati. *Securus glorior, si de gloria conditoris nihil mihi vsurpo.* Quasi dicat, ille zelum Dei verè habet, qui propter gloriam, & honorem nominis eius hominibus placere non curat.

Præsul qui zelat honorem Dei signum diuinitatis habet. Oleaster. Exod. 34. Præsul qui zelum Dei habet hominibus fugit placere neque sibi. Galfrid. in allegor. cit.

1105 *S. Bern. in alleg. ad cap. 35. Gen.*

Hinc interrogat S. Bruno, quare dicitur Genes. 35. *Dederunt Iacob Deos, quos habebant in auribus eorum, &c. At ille infodit ea subter terebinthum, & post hac ascendit in Bethel quod interpretatur domus Dei.* Et respondet: *Quia nemo inhabitat in domo Dei, qui diis seruit alienis: Iacob autem viriliter Deos terra infodit, vt & mortui intelligant ad homines decipiendos, & vlterius non appareant.* Quasi dicat, Præsul qui honorem, & gloriam Dei zelat signum diuinæ gratiæ ostentat & si zelum Dei sicut Phines habet propter Dei honorem confodere debet omnes qui in domo Dei scandalizant, & hoc ita fortiter & viriliter, quod vitia, & scandala confessa & sepulta omnino remaneant. Et addit S. Bruno. *Sed quare inaures cum eis infodit? nisi vt nemo vlterius in eorum memoria aures hominum solicitare præsumat; sunt enim inaures aurium ornamenta pro quibus auditus intelligitur; aures enim quæ audiunt ornatæ non sunt.* Quasi dicat. Sic Iacob domesticorum suorum aures circumcidens ad deorum audiendas laudes surdas & sine auditu esse voluit. Quia qui viriliter se & sua non quærit, sed quæ Iesu Christi, & ea quæ ad eius gloriam, & honorem pertinent, & aures

Scandalosos subter terrã viuos confodere debet Prælatus zelo Dei repletus.

Præsules zelotes aures habent, & non audiunt ad lucra, & propria commoda.

aures omnino clausas habere debet ad cōmoda, & lucra propria, neque alteri quam Deo soli placere studere. Et hic verè est zelator Domus & signa famosi viri, & à Deo electi, euidenter demonstrat, vt Chrysostomus adnotauit de Christo, quod zelum talem accipere pro domo Dei, maximum virtutis signum erat.

Chrys. cit.

1106 3. RESPONSIO Ruperti *Signum vllum Christus non addit qui curiositate insatiabili illum quærebant non fide & desiderio emendandi se.* Quasi dicat, Aulici semper curiositatis causa, vel vt melius dicam, palliata superstitione, quæ sapit hæresim, ariolos consulunt, vt futura contingentia sciant, vel remedia malis exhibeant. Vnde interrogat Oleaster, quare Numer. 22. dicitur. *Vidit Rex Balach omnia quæ fecerat Israel Amorrheo, & timuit valde, & ait, Obsecro maledic propter me populo.* Et respondet, *Vide quibus consuluit malis suis, nempe superstitionibus, & execrationibus populi; ista enim solent esse medicina impiorum aulicorum, ægrotat puer currit ad carmina mater, dolet caput, & mulier superstitiosa, aut magam vocat, quæ capitis dolorem execrabilibus verbis mulceat.* Quasi dicat, ô calamitas infelicis Regni, vbi fortè ex contagio, & ex superstitione mala quotidiè crescunt. Et addit Galfrid. in alleg. super lib. 4. Reg. c. 21. *Fecitque Pithones Rex. Pithones sunt ventriloqui, qui de ventre, & de his, quæ ad ventrem pertinent loquuntur, & alios loqui faciunt, & mendacia semper fantur.* Quasi dicat Pithones qui pactum cum Dæmonibus habent, semper quæ placita sunt ei à quo inuocantur & loquuntur, sed semper fallunt & mendaces sunt; quia Diabolus spiritus mendax est, & qui eis credunt, & obseruant auguria auscultant, leues sunt, & omni vento cedunt (ait citatus Galfridus.) Quia curiositatibus allecti signa petunt, sicut de Iudæis Rupertus adnotauit, quibus Christus signum non præstitit, quia curiositate insatiabili illud quærebant.

Rupert. in litt.
Aulici superstitiosi puniendi.
Oleast. in Numer. 22. trāsl. Vatabl.
Aulici impij incantationibus abutuntur vt futura sciāt.
Galfrid. in alleg. in lib. 4. Reg. c. 21.
Pithones semper mendaces.
Aulici leues in credendo Pithonibus.
Aulici curiosi.

DIFFICVLTAS X.

Quare dicitur Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud?

1107 QVæsitum fuit, An Christus ad solutionem & mortem sui corporis prouocabat Iudæos?

1. RESPONSIO Lyrani in littera citati: *Non est verbum inductiuum ad faciendam mortem Christi, sed denuntiatiuum, quod erat per ipsos operandum.* Quasi dicat, iusti, & si mortem meditentur quotidie tanquam terminum laborum suorum, sed non prouocare licet alios, vt eum occidant. Vnde interrogat Oleaster, quare Num. 16. n. 28. *Si consueta morte hominum interierint, & visitauerit eos plaga, &c.* vel vt Pagninus legit. *Si vt moriuntur omnes homines morientur isti, & visitatione omnis hominis visitatum fuerit super eos &c.* Et respondet, *Quod verbum* Pachad *in Hebræo idem est ac latere, quod recordari. Et erit sensus, si homines recordati fuerint suæ mortis, non visitabo eos repentina morte; si vero obliti fuerint, puniuit eos à vita subtrahendo repente.* Quasi dicat, memoria mortis iustis requies est; malis autem supplicium; sed qui memoria eam continuo retinuit, licet delectentur; non tamen licet eam procurare.

Lyranus sua in glossa.
Iusti mortē præmeditantur, & desiderant, sed nō prouocant ad illam alios.
Oleast. in Num. 16. n. 28.
Pachad Hebræa dictio, idem quod recordatio.
Morte repentina qui moriuntur.

Hinc Galfridus explicans Ecclesiast. 41. *O mors quàm amara est tua memoria homini pacem habenti in substantiis suis*, ait *Amara mors est, sed salubris, si dulcedinem noxiæ delectationis excluserit. Vtilius absinthium, quam mellitum toxicum, seu mel toxicatum.* Et addit. *Cui tamen spiritualiter est hæc memoria mortis amara homini pacem habenti in substantiis suis, substantias dicit opes terrenas quas substare oportuit homini non ipsum hominem eis stare.* Quasi dicat, iustis non est amara memoria mortis, sed dulcis, quia super eas est, & præsidet, & dispensat, in eis est, qui delectantur, & amando inhærent. Et addit Galfridus. *Væ substantiis talibus, imo væ ei qui innititur arundineo baculo, vt confractus manum perforet incumbentis.* Quasi dicat spinas arundinis fractas per viscera cordis intrat peccator, quando mortis memoria recordatur, sicut iustus floribus, & malis stipatur delectatur quia venit finis & terminus laborum suorum. 1108

Galfrid. in alleg. ad cap. 41. Eccles.
Mors amara malis, iustis dulcis.
Diuitias subter se habet iustus, peccator supra se.
Galfrid. cit.
Memoria mortis spina peccatoribus. Finis & terminus laborum mors est iusti.

Ideo Lypomanus in Genes. *Singulis patribus additur mors finis malorum, vt post longissimam etiam vitam, nos certissimè morituros esse cognoscentes, in Dei semper timore viuamus.* Quasi dicat, non expedit mortem desiderare, neque inducere ad illam, licet delectari de eius memoria iustis licitum sit. Vnde Ambrosius, *Iusti cum bonæ spei compotes sint migrare potius quam deficere credendi sunt.* Quasi dicat, iusti memoria mortis delectantur, sicut peccatores torquentur. Hinc interrogat Stephanus in allegor. Galfridi, quare 1. Reg. 15. dixit Rex Agag Sauli occidenti illum. *Siccine separat amara mors.* vel vt alia translatio. *Profectè recessit amaror mortis, vel vt Vatablus præ se ferre videtur hoc sermone contemptum mortis.* Quasi dicat: non moriar, vel vt Hebræi dicunt, *vens irrue in me.* Quasi dicat, actum est de me iam, iam non moriar. Et addit Stephanus: *Ecce duo contraria sunt sed applica vnum ad mortem iustorum, alterum ad peccatorum.* Quia iusti desiderant mortem, sed non inducunt, neque prouocant ad illam, peccatores autem, vt à tormentis, & doloribus huius vitæ separentur, desiderant finiri, & ignorantes, quod maiora tormenta recipient. Ideo Lyra dixit, quod Christus dicens *Soluite templum hoc*, non ad mortem inducebat illos, sed denuntiabat, quod facturi erant, & ex nimio amore desiderabat eam dicens *quomodo coactor.* 1109

Lypom. in Genes.
Mortis memoria timorē Dei format.
Ambros.
Steph. in alleg. Galfrid. 1. Reg. 15.
Transl. alia.
Amaror mortis ingens.
Trāsl. Vatabl.
Contemptus mortis.
Hebræa locutio.
Steph. cit.
Amor pati pro re amata desiderat.
Lucæ 12. n. 50.

2. RESPONSIO Theodoreti in littera citat. *De inanimato templo Christum loqui intelligentes Iudæi irridebant illud.* Quasi dicat, Sapientes superbi, & ambitiosi de simplicitate iustorum irrident, & non attendunt, quod sapientia huiusmodi stultitia est apud Deum. Vnde interrogat Oleaster, quare Exod. 28. dixit Deus Moysi. *Loqueris ad omnes sapientes corde*, Sic Pagn. Et respondet: quod dictio *Chacham* omnem sapientem communiter significat. Et addit: *Vocat autem eos sapientes corde, quia sunt multi, qui corde solum sapientes sunt, quia eorum sapientia non videtur, cum intus eam habeant: nam operibus suis nunquam eam foris prodeunt.* Quasi dicat multi sapientes corde, quos nostro Hispano idiomate vocamus, *letrados de estomago* 1110

Theodor. in litt. citatus, 1. Cor. c. 1. n. 20.
Oleast. in Exod. 28.
Transl. Pagn.
Sapientes artificiosi ignorantes sunt.

estomago, ó deciençia en pozo; Isti semper de simplicitate, & scientia iustorum irridentur; cum re vera de astutia, & ignorantia illorum omnes prudentes irridentur, sicut & stulti de simplicitate iustorum.

Stephanus in alleg. Tylm. Iosue 7. Sapientes artificiosi fures sunt.

1111 Hinc interrogat Steph. in alleg. Galfrid. Quare Iosue 7. dicitur: *Abscondit Achon auream regulam in terram?* Et respondet: *Aurea regula est sapientia, quæ vitam nostram, quasi regula lineam in rectum dirigit, hanc furatur qui sine studio studiosis præmium debitum tollit; vel qui illam retorquet ad aliud, quam sibi à Domino datur, ad multiplicanda, scilicet, temporalia, hanc regulam abscondit in terra, qui terrenis inhiat, qui terrena cogitat, & sectatur.* Quasi dicat illi in hoc mundo soli sapientes sunt, qui quamuis pænitus litteras nesciunt: ita tamen à primo instanti suæ in rebus temporalibus laborant, quod ipsi adeptis dignitatibus, sint nobiles, ipsi sapiẽtes ipsi scientia repleti, ipsi de doctis irridentur (etiam si sectatores Christi sint) de quo Pharisæi irridebant, quia dixit, soluite templum hoc, & in triduo reædificabo illud; quia neque ipsi Christo Domino cedunt huiuscemodi irrisores sapientes huius sæculi, qui astutia, & malitia omnes vincunt iustos, & verè sapientes.

Ratio hominis aurea regula.

Ioan. 2.

Iudic. cap. 1.

Litteræ difficile conuertuntur.

Rupert. cit. Hispan. loc. Cieuçia en pozo.

1112 Vnde interrogo, quare Iudicum 1. dicitur, quòd *Caleb dixit militibus suis, qui percusserit Cariath Sepher, id est, ciuitatem litterarum, & vastauerit eam, dabo ei Axam filiam meam vxorem?* Et respondeo, quod & si alias fortiores & copiosiores ciuitates vicerat Caleb, sed proposuit præmium ob difficultatem, quam sentit in ciuitate litterarum; quia vt Rupertus ait: Difficile enim sapientes huius sæculi conuertuntur. Quasi dicat, qui suis capitibus confixi sunt; quia aliquando operam dederunt litteris difficiliter conuertuntur, etiam si post triginta annos libros non adaperuerint, ex quo consequuti sunt dignitates, & qui habent scientiam reclusam, nihilominus de iustis ridentur; quia filij huius sæculi sapientiores videntur, etiam si nunquã sint.

Gloss. ordin. Mach. 16.

1113 Hinc Glossa ordinaria in illud 1. Malchab. 16. *Et fecit Ptolomæus deceptionem magnam in Israel, scilicet, occidendo Symeonem, & duos filios eius* ait. *Debet ergo simplicitas à nobis haberi, vt nemini noceamus, debet & prudentia, ne decipiamur ab aliis: nam non multum distat inter decipere quenlibet & ab illo decipi posse.* Quasi dicat ita callidi, & astuti sunt sapientes huius sæculi, quod quo plus ignorantes in diuinis sint, eo crudeliores contra litteratos ostenduntur; & ideo de illis ridentur; quia semper eos decipere malis mediis conantur. Vnde Hieron. explicans c. 18. Exod. *Facies, & laminam de auro purissimo* ait: *nihil enim nobis prodest omnium rerum eruditio, nisi scientia coronetur, ideo dicitur lamina aurea rutilet in fronte.* Et addit: *Linis induimur, ornamur hyacinthynis sacrato balthao cingimur, dantur nobis opera; Rationale in pectore ponitur, accipimus veritatem, profert sermo doctrinam, imperfecta sũt vniuersa, nisi tam decoro curru dignus quæratur auriga, & super creaturas Creator insistens, regat ipse quæ condidit.* Quasi dicat, sapientia huius sæculi stultitia est apud Deum, si prætextu imperandi, & currus regendi tantum assequatur, nisi pro auriga, fine, & scopo solum Deum in corde ferat; quia qui se ignorat stultus est; quia de ænigmatibus à Christo pronuntiatis irridet, cum Pharisæi ridentes de verbis Christi dicentis; soluite templum hoc, & in triduo reædificabo illud, vt adnotauit Theodoretus.

Prudentes & astute sapientes auscultari licet.

Hieronym. in c. 18. Exod.

Scientiæ sine virtute nil prosunt.

Ambitiosa sapientia, & astutia inimica Deo doctissimi. Ioan. c. 2.

DIFFICVLTAS XI.

Quare dicitur? ipse autem Iesus non se credebat semetipsum eis eo quod nosset omnes?

Qværitum fuit, quomodo potuit Christus non semetipsum credere? 1114

1. Responsio Lyrani in littera citati, *Non se credit semetipsum eis altiora mysteria reuelando; quia erant homines inconstantes, varij & mutabiles.* Quasi dicat, non erant capaces beneficiorum Dei, quia ingrati, & inconstantes & modo laudabant Christum, & statim clamabant in eum. Ideo dixit, quod quia nouerat homines non se credebat eis. Vnde interrogat Oleast. quare Gen. 7. dixit Dominus ad Noë, *Te vidi iustum coram me?* Et respondet: *Admonet esse iustos in oculis vulgi, de quibus Christus dixit Matth. 6. Receperunt mercedem suam; alios verò in oculis suis, qui miseri, & miserabiles, & cæci prædicantur. Quare illi soli verè iusti dicendi sunt, qui in oculis Domini iusti inueniuntur. Quamobrem dicebat Paulus 1. Cor. 4. Mihi pro minimo est, vt à vobis iudicer, multum verò si Deus, qui nec falli, nec fallere potest me bonum discernat.* Quasi dicat, solum iudicium illius Domini timeo, qui homines vt sunt nosse testatur, & apud ipsum timeo, si reuera metipsum mihi non credat; quia inconstans sum & si hodie lachrymas coram illo effundo, cras illum negabo. Hinc interrogat Bernardus citatus in alleg. Galfridi, quare Eccles. 2. dicitur; *Non laudes hominem in vita sua.* Et respondet: *Non laudandus est homo in vita sua, quia tentatio est vita hominis super terram. Nec ideo laudandus est cum mortuus peccato viuit Deo.* Et addit, *Vana quidem laus, & seductoria, quia laudatur peccator in desideriis animæ suæ.* Quasi dicat sola Dei cognitio pertingit vsque ad constantiam, & fortitudinem cogitationum, & desideriorum hominum, & nunquam in se quisque laudari licet, sed in Christi vita, quam cum ipse nouerat ab istis cito auferendam; ideo dixit, quod non se credebat semetipsum eis, eo quod ipse homines nouerat.

Lyran. sua in glossa.

Incapaces sunt mysteriorum Dei inconstantes & varij.

Oleast. in Gen. 7.

Matth. 6.

Miseri, & miserabiles, qui non se cognoscunt.

Inconstãs vt stultus mutatur.

Ber. in alleg. Galfridi. Ecclesiast. 2. Iob. c. 7. n. 1.

Deus solus cogitationes noscit.

2. Responsio Iansenij in littera citati; *Non se credebat eis; quia nonnulli animum non declarauerunt, & ideo odio illum habebant in corde.* Quasi dicat nostro Hispano idiomate, non se credebat eis; *Porque eran hombres ano malos de dos caras*, Et tales nunquam fide digni sunt, neque amici; quia temporales, & polytici Diabolici. Vnde interrogat Oleast. Quare Genes. 6. dicitur: *Vidit Deus, quòd cuncta cogitatio hominis prona esset ad malum.* Vel vt Pagn. legit, *Quòd multa malitia esset hominum in terra?* Et respondit: *Quemadmodum in fabris sunt artifices, qui continuo noua excogitent in operibus artis suæ; ita sunt Polytici inuentores, faciles, & varij, qui quotidie cogitent, quomodo fallere cæteros possint, vt cogitata conualescant.* Quasi dicat, tam fragilis, & astuta est Polyticorum conditio, quod sẽper cogitationes ad potẽtiores respiciat, 1115

Iansen. citatus in litter.

Hispan. loc.

Oleast. in Gen. 6. Trãs. Pagn.

Cogitationes Aulicorum fallaces sẽper.

S &c

& vt Hispani dicunt, *Se mudan como la veleta del texado, y ponen la capa adonde corre bien viento prospero.* De quibus hominibus nunquam quis confidere licet; quia teste Oleastro: *Difficile valde est, vt conscientia mala, & varia, assueta mutationibus bona aliqua ratio admittat.* Quasi dicat, Christus neque homo quisquam potest se credere eis, quia inconstantes, ingrati, varij & mutabiles polytici sunt, & si commoda propria olfaciunt Christum relinquendo, quem laudabant cum Principibus sacerdotum clamabunt, *Crucifige, tolle, tolle.*

Ambitiosi inconstantes, & in quocunque vento mutantur. *Homines faciles & inconstantes in Hispania vocantur.* Amigos deteça.

1116 Hinc interrogat Hugo de Sancto Victore in allegor. Galfridi, quare Genes. cap. dicitur. *Cur praecepit vobis Deus, vt comederitis &c. nequaquam moriemini?* Et respondit: *Deus affirmauit, mulier dubitauit, Diabolus negauit.* Et addit *Nequaquam autem Diabolus coram muliere verba Dei negare praesumpsisset, si non prius ipsam mulierem inconstantem inuenisset.* Quasi dicat, inconstantes, & faciles filij diaboli sunt, & Euae dubitantis; quia Deo relicto, & praecepto eius, plus diabolo credit quàm Deo; & ideo omnes faeminea inconstantes & faciles sunt, quia filiae Euae à Diabolo praenaricatae. Et Bernardus ibi in allegor. citat. *Ex quo sub dubio Eua posita est, ruina generis humani incepit.* Quasi dicat inconstantes, & faciles propter ambitionem semen sunt destructionis, & deuastationis cuiuscumque communitatis, & Reipublicae & Galfridus ibi in suis alleg. ait. *Primus hortulanus Adam omnibus sibi paradisi lignis, & eorum fructibus concessis solum legitur ex gustus variatione lignum scientia boni, & mali comedisse quod solum ei fuerat interdictum, inde nobis instabis, & varia concupiscentia innata per quam variari semper nitimur, & in vetitum cupimus negata.* Quasi dicat tam innata, & veluti naturalis est inconstantia in homine, vt Adam sola cogitatione ambitionis existimans, quod plus esset quam homo, vetita appetiuit; & ideo filij eius vsque nunc vani sunt diligentes vanitates, & mutabilitates, & ideo Christus quia cognoscebat homines non se credebat eis, quia varij, faciles, & inconstantes sunt vt adnotauit Iansenius.

Hugo de S. Victor. in alleg. Galfrid. Gen. c. 3. n. 4. Ber. ibi citat. *Eua inconstans semen ruinae mundi.* Galfrid. in alleg. citat. *Homo naturaliter inconstans & facilis ad mutationes.* *Homo varius pronus ad mala vetita.* Iansen. citatus.

DIFFICVLTAS XII.

Quare dicitur; ipse enim sciebat quid esset in homine?

1117 QVaesitum fuit, quare dicitur, quod omnia quae sunt in corde hominis Christus agnoscebat?

1 RESPONSIO fuit Lytani citati in littera, *Quia solius Dei est scire secreta cordium* Quasi dicat: confundantur qui irreuerenter, & fictitie Deum confitentur, & sacramenta non puro, & simplici corde recipiunt, sed cum alia relatione accedunt adea. Vnde interrogat Oleast. quare dicitur Exod. 35. *Venerunt omnis vir, qui leuauit cor suum.* Sic legit Pagninus? Et respondet *Quod in Hebraeo cor eleuare idem est, quod sponte offerre, & erit sensus, verebantur filij Israel, quod inuenti fuerint tam spontanei ad offerenda dona pro vitulo fabricando, & non pro tabernaculo veri Dei.* Quasi dicat, confusione repleti fuerunt, & his calamitosis temporibus facies Christianorum, nescio quomodo non confunduntur, cum ad ornatum muliebrem tanta munditia, & curiositate vana, scandalosa, curiosa, & profana intenti omnes sint, & ad munditiam, custodiam, & puritatem cordis pro recipiendis sacris non curent, sed sordibus secretis tam insolenter accedant. Plinius lib. 11. c. 37. de custodia cordis, & puritate eius inuisa ait: *Cor animalis caeteris in medio pectoris est; hominis tantum infra laeuam papillam turbinato mucrone in priora eminens. Palpitat certè, & quasi alterum mouetur animal, intra praemolli firmoque opertum membrana inuolucro, munitum costarum, & pectoris muro vbi docet custodiendum natura cor custodibus: nec sinat illecebrarum sordibus pollui, rerum mundanarum cura, & solicitudine innumerabilium curiositatum prophanarum.* Et vtinam pro Sacramentis recipiendis intra cor, & ad eius munditiam similis cura adhiberetur.

Lyra citatus in litter. *Sacramenta pure corde recipienda.* Oleaster in Exod. 35. Trāsl. Pagn. Hebraea Translatio. *Eleuare cor idem quod offerre sponte.* Plin. lib. 11. c. 37. *Cor intra corpus munitum cum custodibus.* *Cor custodiendum natura custodiuit.* *Sacramenta purè recipiantur.*

Vnde Rhemigius ad illa verba Matth. cap... *Beati mundo corde* ait: *cor mundum qui seruat beatus est; eius autem munditia sic seruanda est, quemadmodum virgo muliebrem mundum in theca reponit, ne sordes attingant: sic anima cor suum in pura abdit conscientia, ne labes inquinent peccatorum.* Quasi dicat, ô felix anima, quae cum sacra mensa recipit euigilat attenta, quod Christus stat scrutans cor si fortè, si ea cura custoditur à cogitationibus saecularibus, quemadmodum mulieres huius calamitosi temporis muliebrem mundum in theca, vel arca à sordibus custodiunt, quod Hispano sermone dicitur, *Es indecible el cuydado que las Damas tienen de guardar sus galas.* Hinc Hieronymus epist. ad Eustochium explicans verba cant. 8. n. 6. *Pone me vt signaculum super cor tuum,* legit: *Pone me sicut vmbraculum super corde tuo.* Quasi dicat, vmbraculum spiritus sancti necessarium est his calamitosis temporibus, vt carnis aestus quiescant, motus comprimantur, quia muliebris vsus ita sordes cogitationum labefactant, vt corda munda, & custodita puritate intrinseca necessaria ad recipienda sacramenta ferè impossibiliter appareant quibus dicere possumus, quod incessanter attendant; quod solus Deus est, qui secreta cordium noscit.

1118 Rhemig. in Matth. c. 5. n. 8. *Cor quasi muliebre mundum in theca custoditum.* Hispan. loc. Hieronym. ep. ad Eustoch. Cant. 8. n. 6. *Vsus prophanus vestimentorum libidinum perniciosus.*

1119 HincBernard. in Lucam num. 36. *Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptiis &c.* Et addit: *Et si in tertia vigilia venerit, Beati sunt serui illi. Est autem vigilia haec super cor* inquit Bernardus. Quasi dicat correctè custodiatur, quia excubiae quodammodo ad illud agendae sunt, & per omnes noctis vigilias vigilandum si fortè sponsum, quem recipiendum in sacramento expectat intus recipiat. Si hostium aestus eludat, nihilque immittatur cordi, quod eius puritatem, pacemque inficere possit ac turbare; *Ne nocturni timores irruant,* inquit Anonymus in Biblioth. Veterum P P. Et addit: *Ne sopore depressa obruant peccati nebulae, quas immittunt feruores noctium grauis sopor ludibrium in carne fragili sed non habent suos introitus, vbi cubat Christus,* De quo ait Ioann. c. 2. quod *Ipse solus scit quid sit in homine, quia secreta scrutatur,* Vt Lytanus ait.

S. Ber. in Luc. 12. n. 36. *Cor in omni noctis vigilia custodiendū.* Ber. citatus. *Excubiae cor. di exhibendae.* Anonymus in Bib. Veter. P P. Lytan. citat.

VLTIMA

1110 VLTIMA RESPONSIO. Ipse *Christus sciebat, quid esset in homine vbi patientiam humanitatis demõstrauit, odium intrinsecum pro tantis beneficiis occultando.* Quasi dicat, patientia Christi necessaria ad ingratos qui beneficia in odium, & opprobrium conuertunt tolerandos. Vnde interrogat Oleast. quare Exod. 32. dicitur. *Et vidit Aaron vitulum erectum, & voces populi dicentis, hi sunt dij tui Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti, & ædificauit altare coram eo, clamauitque & dixit solẽnitas est Domino cras.* Sic legit Pagn. Et respondet: *Multa mala sequi solent, ambitionem. Audis quod sacerdos perpetret, ne sacerdotij munus amittat.* Et addit: *Magna ingratitudo est beneficium non referre maior non agnoscere, sed omnium maxima, non quæ sunt benefactori tribuere.* Quasi dicat, vbi patientia homines impassibiles facit (donum corporibus cælestibus debitum) est quando ambitionis causa, & propter temporales respectus, non solum immemores sunt homines beneficiorum, sed beneficiorum effectus in inimicos conuertunt, & illis honores amicis debitis & benemeritis indignis Diis falsis tribuuntur, & proclamant dicentes, *Hic sunt dij tui Israël, qui exierunt te de terra misera Ægypti*, & quod omni patientia carere est, quod beneficia in odium conuertunt, & de his conqueritur Christus quod ipse sciebat, quod intus odium pro beneficiis occultabant. Et ideo dixit Euangelista; *Ipse enim sciebat quid esset in homine.* Et ideo istos flagellauit, & de templo eiecit quia patientia circa ingratos aliquando non est sustinenda.

Auct. mens. — *Impassibiles facit toleran-tia ingratorum.* — Oleast. in Exod. 32. Transl. Pagn. — *Ambitio idolatrare facit.* — *Ingratitudo malorum ingens malum.* — *Beneficiorum immemores viles & ignota progenitis oriundi.* — *Ingrati à Deo flagellãtur.*

Hinc Bernard. citatus in allegor. Galfridi in 2. Epist. ad Cor. ait Apostolus. *Libenter suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes*, &c. *Magna est virtus patientiæ* (inquit Bernardus) *Sed interdum impatientem esse probabilius. Tu ne improbes illorum patientiam, quibus Paulus dicebat libenter suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. Ni fallor ironia erat, non laus, sed suggillatio quorundam mansuetudinis, qui à pseudo-Apostolis trahi se in peregrina, & peruersa dogmata patienter ferrent.* Quasi dicat: quod peius dogma, quam propter ambitionem simulare publica scandala, & prætextu mitis & mansueti Prælati tacere, & patientiam exercere? Nonne patientia tunc laudabilior est quam patientia, quæ suggillat faciem mala tolerantis propter ambitionem? Et pro acceptis beneficiis iniurias, & opprobria pati. *Nonne homines impassibiles facit*, vt Sanctus Zenon insinuauit. Et addit Bernardus citatus. *Non bona patientia est, cum possis esse liber seruum te fieri permittere. Quæso te quale est istud pastori animarum de mane vsque ad vesperam litigare, vel litigantes audire.* Quasi dicat hebetari cordis iudicium est propriam non sentire continuam vexationem. Quasi verum sit, quod *Vexatio dat intellectum.* Sed si nimia sit non dat intellectum, sed contemptum. Ideo Christus quasi iratus eiecit ingratos de templo; quia ipse cognoscebat quod esset in eis odium, scilicet pro beneficiis receptis vbi effectus patientiæ plus suggillant, quam prosunt vt Bernardus ait. 1111

S. Bernar. in alleg. Galfr. in 2. Ep. ad Cor. — *Sugillatio est aliquãdo patientem esse.* — *Ambitiosi Prælati nimis patientes.* — S. Zenon cit. *Patiẽtia impassibiles facit.* — B. cital.

TRACTATVS VIGESIMVS SEPTIMVS

Ad Litteram, *In cap. 7. Ioannis De Christo in templo, & clamante contra volentes ipsum interficere.*

TEXTVS.

13 IAM die festo mediante ascendit Iesus in templum, & docebat, 15. Et
mirabantur Iudæi dicentes; quomodo hic litteras scit, cum non didicerit? 16. Respondit eis Iesus, & dixit: mea doctrina non est mea,
sed eius qui misit me. 17. Si quis voluerit voluntatem eius facere
cognoscet ex doctrina vtrum ex Deo sit, an ego à me ipso loquor.
Qui à semetipso loquitur gloriam propriam quærit; qui autem quærit gloriam eius
qui misit eum, hic verax est, & iniustitia in illo non est. 19. Nonne Moyses dedit
vobis legem, & nemo ex vobis facit legem 20. Quid me quæritis interficere? Respondit turba, & dixit, Dæmonium habes, quis te quærit interficere? 21. Respondit Iesus & dixit eis, Vnum opus feci, & omnes miramini. 22. Propterea Moyses
dedit vobis circumcisionem, non quia ex Moyse est, sed ex Patribus, & in Sabbatho
circumcidistis hominem. 23. Si Circumcisionem accipit homo in Sabbatho, vt non

soluatur lex Moysis, mihi indignamini, quia totum hominem saluum feci in Sab-
batho. 24. Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. 25.
Dicebant ergo quidam ex Hierosolymis: Nonne hic est quem quærunt interficere?
26. Ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Numquid verè cognouerunt Princi-
pes, quia hic est Christus. 27. Sed hunc scimus vnde sit. Christus autem cum
venerit, nemo scit, vnde sit. 28. Clamabat ergo Iesus in templo docens, & dicens:
Et me scitis, & vnde sim scitis, & à meipso non veni, sed est verus qui misit me,
quem vos nescitis. 29. Ego scio eum; quia ab ipso sum, & ipse me misit. 30.
Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo misit in illum manus, quoniam non-
dum venerat hora eius.

EXPLANATIO LITTERAE

1122 *Christus Pharisæis dedit locorum ira.* *Humanitas Christi de Iv rabatur.*

IAm die festo medianre ascendit Iesus in templum; quia festum scenopegiæ durabat septem dies, verisimile videtur, quod quarta die ascendit Iesus in templum, à quo paulo antea iterum ascenderat, prima scilicet die, vt Ioannes testatur sciens quod ascendit Iesus ad diem festum; an vero causa detentionis fuerit, vt Pharisæos & æmulos defer esseret ab ira præterita, an vt plus doctrina æstimarur, an latuerit, vt infirmitatem humanitatis ostenderet, variæ sunt Doctorum sententiæ. *Æmuli exactam examinationem faciunt.* Et admirabantur Iudæi de profunditate, & modo subtili, & inaudito quo abscondita, & scripturarum Mysteria declarabat. Ideo dicebant quomodo hic litteras scit, cum non didicerit. Quasi dicat, nos exactam examinationem vitæ Iesu fecimus, & scimus, quod arti fabrili operam dederit, non litteris. Quomodo ergo tam inaudita scripturæ loca explicat, quam nos senectute, litteris & immensis studiis non pertingimus.

1123 *Verbum est distinctum à persona à qua procedit.*

Mea Doctrina non est mea. Non vult insinuare quod est verbum diuinum, ideo si verbum Patris non est suum; quia verbum aliud est à proferente: sed vult dicere mea doctrina non est à me composita, sed à Patre qui misit me per mysterium incarnationis si quis voluerit voluntatem eius facere cognoscet de doctrina, vtrum ex Deo sit, an ego à me ipso loquar. *Simpliciter doctrina Christi Patris est.* Quasi diceret probando, & concludendo contra obiectiones Pharisæorum. Tum quia, si Patris voluntatem facio, ergo non infero nouam doctrinam. Tum etiam quia non quæro gloriam meam, sed eius qui misit me, & quicumque Patri obtemperare voluerit cognoscet, quomodo, obedientia à voluntate imperantis nullatenus separatur. *Voluntas propria quærit doctrinã nouam.* Nam ideo subdit; quia à semetipso loquitur quærit propriam gloriam; id est, qui nouam doctrinam inferit propria quærit; mea autem doctrina Patris mei est, ergo non mea requiro, sed eius cuius est. *Doctrina Christi quãsi quæ Patris.*

1124 *Argumentũ ad hominem contra calũniantes Iesu opera in Sabbatho.*

Nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem. Quasi dicat, quid me accusatis eo quod Paralyticum Sabbatho sanaui & ob hanc causam tanquam transgressorem legis vultis me interficere. Quare ergo talia meditamini, transgressionẽ legis euidenter operando; quia occidere hominem quis ignorat, quod plus transgressionis legis Dei habeat, quam Paralyticum Sabbatho curare; quia ad curandum sola verba sufficiunt, quæ sunt medicinæ diuinæ ad benefaciendum; voluntas autem occidendi ad male operandum contra ius naturale, diuinum, & humanum est. Dæmonium habes, quis te quærit interficere, quod Christus dixerat in communi, ne sacerdotes suggillaret nota homicidij vulgus imperitus pro se accepit, tanquam ignorantes de simulata Pharisæorum intentione & resolutione iam assumpta circa mortem Iesu. *Ingratitudo torquet recipientes, & opprobriatur ex ingratitudine.* Et meo videri irritatio hæc procedit ex cogitatione sceleris ingratitudinis, in quo comprehendebantur à Christo dicente, quod volebant eum interficere, qui tot, tantaque beneficia ab ipso accepissent. Ac si dicerent nostro Hispano sermone; *¡Estas endemoniado hombre, que tal dizes o piensas de nostros que te queremos matar.* *Hispana locutio.*

1125 *Argumentũ à minori ad maius.*

Vnum opus feci, & omnes miramini. Non respondit contumeliis, sed reddit rationem iniustæ persequutionis, illorum scilicet, quia Sabbatho curauit Paralyticum. Et subdit, Moyses circumcisionem dedit vobis, Moyses, &c. Quasi dicat, circumcisio plus habet laboris, & operationis quam sanare Paralyticum, quia manus corpus & gentes mouentur in circumcisione; In sanatione autem sola verba operantur. *Iniustitia est personarũ acceptio.* Quare ergo mihi indignamini, quia totum hominem Sabbatho saluum feci. Nolite iudicare secundum faciem. Quasi dicat Deus non est personarum acceptor, ideo quia me videtis pauperem & humilem, Moysem autem legislatorem, ne arbitremini, quod non possum Sabbatho sicut Moyses mirabilia operari, quia ex parte finis, & obiecti actiones iudicandæ sunt non ex parte personarum, & hoc est, iudicare secundum iustitiam.

1126 *Diuinitas Christi factis & dictis quãdo volebat ostendebatur.* *Cæcitas Iudæorum contradicebatur.*

Ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt, aliqui bene affecti hoc dicebant contra Iudæos Christum videntes, & audientes, & non apprehendentes, in quo apparet quod Iesus tuebatur virtute diuinitatis, quando volebat liberè loqui, & non capi, neque inimici dicere in contrarium audebant, sed hunc scimus vnde sit, Christus autem cum venerit nemo scit, vnde scit. Misera cæcitas, sciebant Messiam ex semine Dauid promissum, & cum hoc ignorant, vnde sit; ex quo duas Christi naturas fateri coguntur, humanam ex Maria Virgine, diuinam quam ignorant. *Duplex Christi natura humana, & diuina probatur.* Clamabat ergo Iesus in templo ex occasione responsionis, quasi lætus clamauit dicens, & me scitis, sicut dicitis, quia ex Matre paupercula natus sum, & nescitis diuinam alteram naturam, quam in vna hypostasi habeo, & ideo subdit, à me ipso non veni, sed est verus, qui misit me, quem vos nescitis. *Clamor Christi ex gaudio, quia diuinitatem suam auscultabant homines.* Quasi dicat, si nescitis vnde Christus sit, qui misit me verax est, & ipse testificatur de me, quod sum filius eius dilectus in quo illi bene complacuit, & quod sum ille, quem vos nescitis vnde sit.

Quærebant

1127 *Ira motum animo & corpore conturbat.* Quærebant ergo eum apprehendere. Accensos animos Iudæorum ex dictis Iesu verbis, quibus duas origines suas manifestabat; quia blasphemiam reputabant, quod Christus diuinitatem sibi affirmaret; ideo apprehendere, id est, tenere eum, & incarcerare conabantur; & nemo in eum misit manum, quia interim omnes ora tenebant per diuinitatis potentiam, quæ eos sine funibus ita ligauit, quod timerent vultum Christi respicere. *Diuinitas Christi ligat actiones Iudæorum.* Quia nondum venit hora eius, idest, prædefinitum tempus à Patre, quo genus humanum erat redempturus, & ideo sicut alibi per medium illorum transiens ibat.

TRANSLATIONES ANTIQVAE & Neotherica circa cap. 7. Ioan.

n.14. *Vulgata editio. Iam die festo mediante ascendit Iesus in templum & docebat. Trans. Vatabli.*	1. Cum autem iam dimidiũ festi peractum esset, ascendit Iesus in templum.
Transl. ex Syriac.	2. Quum autem dimidiati essent dies festi ascendit Ieschua in templum.
Rupertus in Ioan. 7.	3. Ascendit Iesus non in remotum ciuitatis angulum, sed in templum.
Lyranus sua in glossa.	4. Dies festus dicitur totum illud tempus solemnitatis.
n.15. *Vulgata Et mirabantur dicentes quomodo hic litteras scit. Translat. ex Syriac.*	5. Et mirabantur ij homines dicentes, quomodo nouit iste litteras, cum non didicerit.
Rupertus citatus.	6. Admiratio Iudaica pœnalis est & impatiens.
Iansenius in concord.	7. Mirabantur volentes eũ arguere quod Dæmonium haberet, aut ex arte Magica litteras consecutus esset.
Lyranus sua in glossa.	8. Mirabantur propter rem insolitam quia sciebant Christum esse occupatum in labore corporali.
n. 19. *Vulg. Nonne Moyses dedit vobis legem quid me quæritis interficere. Trãs. Vatab.*	9. Et nemo ex vobis factis præstat legem.
Translat. ex Syriac.	10. Nemo tamen ex vobis custodit legẽ, quid quæritis me interficere.
Lyranus sua in glossa.	11. Vos estis obligati ad obseruantiam legis magis quam ego, quia secundum veritatem non erat obligatus.
n. 24. *Vulg. Nolite iudicare secundum faciem. Transl. Vatabli.*	12. Ne iudicetis secundum aspectum, sed iusto iudicio iudicate.
Translat. ex Syriac.	13. Ne iudicaueritis per aspectionem vultus personarum, sed iudicio recto iudicate.
Lyra in glossa.	14. Nolite iudicare attendentes ad id quod non pertinet ad rem, quod fit quando amor, vel odium attenditur.
n. 27. *Vulg. Sed nunc scimus, vnde sit &c. Trãs. Vatab.*	15. Sed hunc nouimus, vnde sit; Christus autem cum venerit, nemo scit, vnde sit.
Translat. ex Syriac.	16. Sed nouimus vnde scit hic, Meschicho autem cum venerit, nemo cogniturus est vnde sit.
Lyranus sua in glossa.	17. Quia de Messia scriptũ est Isaiæ 53. generationem eius quis enarrabit, & c. 45. Vere tu es Deus absconditus.
n. 28. *Vulg. Et me scitis, & vnde sim &c. Trãs. Vatab.*	18. Et me nostis, & vnde sim nostis, & à me ipso non veni.
Translat. ex Syriac.	19. Et extulit Ieschua vocẽ, dum doceret in templo, & me nostis, & vnde sim nostis, &c.
Tertul. lib. contra Marcion. f. 854.	20. Neque me scitis vnde sim, & non veni à meipso, sed est verus, qui me misit, quem vos non nostis.
n. 30. *Vulg. Quærebant ergo eum tenere. Transl. Vatabli.*	21. Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo iniecit illi manum, quia nondum venerat hora eius.
Translat. ex Syriac.	22. Iraque quærebant eum prehendere; nemo autem

iniecit in eum manus, quoniam nondum venerat hora eius.

Caietanus in Euang.

23. Accendebantur ad apprehendendum eum tãquam blasphemum.

Iansen. sua in concord.

24. Nondum venerat voluntas Patris, non fatum aut fortuna eius contra fati assertores.

DIFFICVLTAS PRIMA.

Quare dicitur quod ascendit Iesus in templum, & quod mirabantur omnes?

1028 QVæsitum fuit, quomodo ausus est Christus in templum intróire, & quare de eius doctrina mirabantur?

Lyra sua in glossa.

1. RESPONSIO Lyrani sua in glossa. *Quia debuit ostendere vnde originetur doctrina sua excellentia ex qua admiratio procedebat, ideo ascendit in templum, vt doceret.* Quasi dicat in medio solemnitatis Paschæ, quando ex omni natione gentes Iudæorum congregabantur in templo, tunc ascendit, ne putarent, quod timebat Principes Pharisæorum.

Excellentia doctrinæ admirationem generat.

1029 2. RESPONSIO Ruperti in Ioan. 7. *Nunquid Christus mutabilitate vsus est, qua in ille est, & non vt prius voluerit ambulare, & postea propter verba fratrum suorum mutatus est vt ascenderet, quo voluisset ascendere.* Quasi dicat, non fuit conturbatus neque permotus propter cõsanguineos ad ascendendũ in templum, sed sapientiã, & fortitudinem suám voluit manifestare Sapientiam, quia solius diuinæ sapientiæ est tempus mortis suæ agnoscere, & ideo nolebat in Iudæam ambulare. Fortitudinem quia in medio inimicorum suorum ascendit, vt doceret in festo mediante. Et addit Rupertus. *Iuuenis quodammodo morte inhians, vt foris excubet, suumque promissum expectet morituri arbitrio frænatus, & imperij eius capistro ligata.* Quasi dicat, sapientia futura prædicit, fortitudine impetus furentium inimicorum detinuit; & ideo ascendit in templum, non in angulum Reipublicæ, & mortem quasi effrenatum animal ad portam expectare iussit (Iuda pedisequa tenente illam) vsquequo veniret hora eius.

Rupert. in Ioann. 7. *Christus immutabilis in sua sententia.* *Cõsanguinei molestè non audiẽdi, quia se solum quærunt.* *Rupert. cit.* *Mors Christi fræno ligata expectabat voluntatem eius.* *Iudas pessimus pedisequa mulam frænatam tenens.*

1030 3. RESPONSIO Chrysostomi in Cath. citat. *Vide admirationem nequitia plenam: non dicit, quod in doctrina admirarentur, sed in aliam admirationem inciderunt.* Quasi dicat admiratio non erat, vt laudaretur Christi persona, sed vt calumniaretur; quia cum esset plebeius, & faber lignarius scientias sciret.

Chrysost. in Cath. *Admiratio inimicorum murmuratio meritorum.*

1031 4. RESPONSIO Augustini, & ex eo interlinealis; *Omnes quidem quantum arbitror mirabantur, sed non omnes conuertebantur. Et vnde admiratio? quia nouerant vbi natus, quemadmodum fuerat educatus.* Quasi dicat: semper è vicino rapit æmulatio, quod noxium est ad augendum contemptum. Et ideo recordabantur de educatione paupercula Christi, & obliuiscebantur de excellentia sapientiæ ex quo fonte bibere recusabat.

August. in interl. *Inuidus quærit vnde improbrare possit.*

1032 5. RESPONSIO meo iudicio mirabantur, & dolum ponebant in his quæ captum eorum non capiebat, neque intelligebant, & quia eum odio habebant, admiratio contemptum generabat: nam si eum diligerent ex his quæ non intelligerent admirationem inauditam proferret; quia poterant cognoscere, quod diuina erat doctrina Christi & laudare illam; quia eam non intelligebant, neque Christum dicentem agnoscebant.

Auct. mens. *Admiratio captum capit & in odium prosilit.* *A mala voluntate cuncta mala procedunt.*

DIFFICVLTAS II.

Quare dicitur mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me:

QVæritur, quomodo doctrina Christi non est Christi, si Christus & Deus vnus essentialiter sunt? 1033

1. RESPONSIO Lyrani sua in glossa: *Ista doctrina approbatione, & subiectiue non est mea, per exercitium acquisitionis humana.* Quasi dicat cum responsum dedit his, qui admirabantur, quod litteras sciret, cum non didicerit illas, quia in eo erant, & inquantum homo illas nesciebat, sed in quantum Deus, in quo est plenitudo sapientiæ, & scientiæ incomprehensibilis.

Lyranus sua in glossa. *Christus in quantum homo subiectiue litteras sciebat.* *Altitudo scientia Dei incomprehẽsibilis.*

2. RESPONSIO Augustini citati in Glossa ordinaria in cap. 8. Ioannis hom. 48. tom 3. *Videtur esse contrarium mea & non mea: nam si dixisset ista doctrina non est mea, nulla esset quæstio: quæ est ergo doctrina Patris, nisi Verbum Patris. Ipse ergo Christus est doctrina Patris, si Verbum Patris est. Sed quia verbum non potest esse nullius, sed est alicuius, & suam doctrinam dixit se ipsum, & non suum quia Patris est verbum, quid est tam tuum, quam tu: & quod tam non tuum, quam tu? Si alicuius es quis es? Breuiter ergo hoc mihi dicere videtur, mea doctrina non est mea. Ac si diceret, ego non sum à meipso.* Et addit Augustinus. *Sabellianam heresim sententia ista dissoluit, qui dicere ausi sunt esse ipsum filium, qui est & Pater, duo esse nomina, sed vnam rem.* 1034

August. in glos. hom. 48. tom 3. *Sabellianus error confutatur ab Augustino.*

3. RESPONSIO Maldonati, *Verissimum sentio sensum, qui simplicissimus est suam vocat, quam docebat, non suam, id est, à se inuentam, sed acceptam à Patro.* Quasi dicat, vt Lyranus aducitit non esse Patris, ita Ambrosius disputans contra Arrianos. 1035

Maldonatiũs Euangelia simplex & clara expositio.

4. RESPONSIO, meo Videri dixit non est mea, sed eius qui misit me, vt ostenderet originem suæ incarnationis; quia propterea Verbum caro factum est, vt doctrinam, quam prædicabat, ostenderet, quod erat, quam Pater illi iusserat prædicare; & testificari. 1036

Auct. mens.

5. RESPONSIO Ruperti in Ioan. cap. 7. *Sicut doctrina Pharisæorum sua est, quia videlicet doctrinam sensumque suum in plerisque doctrina Dei non communicant docentes seruare mandata, hominum, Dei quippe traditiones propter suas derelinquerunt,* 1037

Rupert. in Ioan 7. *Doctrina nomen semper propter homi-*

reliquerunt, legemque sanctam, iustam, & bonam lucris suis, & voluptatibus propriis seruire compellunt. Quasi dicat, mea doctrina non est mea, id est, à me imposita, sicut vos propter traditiones vestras, & ita vestra doctrina non est Dei, sed vestra, mea autem doctrina Dei est, non ex aliquo respectu particulari procedente lucrum, gloriam, honorem, famam, aut aliquid huius mundi, sed tantum obedire mandatis eius qui misit me.

DIFFICVLTAS III.

Quare Christus dixit, quid me quæritis interficere & quare? Respondit turba, Dæmonium habes?

1138 QVæritur, quare Christus ex abrupto dixit quid me quæritis interficere?

Chrysost. cit. *Criminationes contra Christum soluuntur.* 1. RESPONSIO Chrysostomi. *Quare duas criminationes Iudei contra Christum inducebant, vnam quod Sabbatha solueret; aliam quod Patrem suum dicebat Deum æqualem se ipsum faciens Deo.* Quasi dicat, si docet, quæ Deus præcipit, non est Deo contrarius. Et si legem trangressus est Christus, non est quod erat mendacium; quia legislator est super leges, & illi qui occisionem eius meditabantur, non erant digni, neque iusti iudices, sed rei scelerati.

1139 Lyr. sua in gloss. *Ignorantes conuitiis sibilantes irascuntur.* Hisp. loc. 2. RESPONSIO nostri Lyrani sua in glossa, *Quia non poterant rationabiliter respondere; quia lex præcipiebat innocentem non occidere; ideo conuertunt se ad conuitia dicentes Dæmonium habes. Quis te quærit interficere?* Quasi dicat nostro Hispano idiomate. *Conocioles el iuego, y que daronse cortados y respõdieron desproposita damente.*

1140 Aug. in cath. 3. RESPONSIO Augustini in cathen. citati. *Hoc dixit quia si legem facerent in ipsis litteris Christum agnoscerent, & præsentem non occiderent: ideo malè responderunt dicentes Dæmonium habes? Quis te quærit interficere, & clare patet, quod qui Dæmones expellebat, Dæmonium non habebat.* Quasi dicat, plus torquebat illos Christus insinuans, quod scientia diuina penetrabat corda eorum, & quod legem ignorabant prohibentem innocentem occidere. Et ita tanquam insani delirando respondent, quod Dæmonium habebat; qui dæmones expellebat.

Ignorantes conuitia respondent conturbati & præter rationem loquentes.

1141 Lyr. sua in gloss. *Calumniatores mendaces.* 4. RESPONSIO Lyrani. *Quis te quærit interficere. Quasi dicant, nos non quærimus, & in hoc mentiuntur, sicut in primo; quia Christus iam non palam ambulabat propter metum Iudæorum.* Ac si dicat, calumniantes semper mentiuntur. Et quia quod desiderabant adimplere, nequibant, ideo negant veritatem.

1142 Iansen. sua in concord. c. 75. *Inuidi litterarum alterius quia sutè viuntur. Dæmonibus tribuunt aliena sicut sua opera.* 5. RESPONSIO Iansenij sua in concordia: *Quoniam admirabantur Iudæi quomodo Dominus litteras sciret, & quantumuis res ipsa satis declararet diuinitùs illum edoctum, tamen Dæmoni tribuere eius scientiam maluerunt.* Quasi dicat, inaudita malitia inuidorum est, quod veritate scientiæ Christi conuicti, & confusi, tandem Dæmonio tribuere & quæ à Christo dicebantur, ausi sunt.

1143 Auct. mens. 6. RESPONSIO meo iudicio, nimis irati fuerunt, qui responderunt, quis te quærit interficere, eo quod Christus abdita maligna cordis eorum publicè pandit existimantes, quod maligna quæ meditabantur inanem effectum producerent, quod nostro Hispano sermone dicitur, *Conocidoles han el Iuego.* Propter quod ira & furore incensi dixerunt Dæmonium habes, ac si dicerent, *hombre estas endemoniado, como dizes tal cosa.* Hisp. loc. *Homo opprobriatur ab altero Dæmoniacum illum vocando.*

DIFFICVLTAS IV.

Quare dicitur, nolite iudicare secundum faciem sed iustum iudicium iudicate?

QVæritur, quare Christus prohibet secundum faciem res & causas iudicare? 1144

1. RESPONSIO Glossæ ordinariæ. *Non debetis irasci de saluatione hominis in Sabbatho, sicut non irascimini de circumcisione in Sabbatho, quia non est iudicandum secundum faciem, id est, actionem personarum, vt quod licuit Moysi, mihi non liceat, sed iustum iudicium, id est, secundum veritatem rerum, qua cognita, nec me, nec Moysem damnabitis, nec me contrarium illi dicetis.* Quasi dicat illos & nos arguit, ne in iudicandis causis personas accipiamus, non quod pro diuersitate graduum, diuersimodè non honoremus, quia etiam discolis Prælatis obedire debemus; quia honores, & summæ reuerentiæ illi debitæ sunt, cum hoc tamen stat, quod in defectibus iudicandis non sit acceptio personarum, sed rectum iudicium faciendum est, ita vt virga iustitiæ, recta, & æqualis sit; quia ideo virga iudicium recta est. Sed væ nobis, quia his calamitosis temporibus, vt Hispani dicant *Todos los poderosos y superiores quieren vn Dios para si y otros para los otros*, Et hoc à Christo damnatur dicens *sed iustum iudicium indicate*, de quo latius ad mores. Gloss. ord. *Differentia personarum actiones prohibitas non mutat.* *Prælati & potentes maximè venerandi sunt.* Hisp. locut. *Superiores Deos sibi placidos quærũt subditis rigidos & asperos.*

2. RESPONSIO Augustini tract. 10. in Ioan. tom. 9. *Hoc autem quod Dominus notauit hoc loco euadere in hoc sæculo magni laboris est, non personaliter iudicare. Quis ergo est, qui non iudicat personaliter, qui æqualiter diligit Non enim homines diuerso modo pro suis gradibus honoramus, timendum est, ne personas accipiamus.* Quasi dicat, si odium vel amor propter munera; vel amorem interuenerit, quis æqualiter iudicatur, quis passiones non sequitur, quis digna dignis impartitur? quis est hic, & laudabimus eum. Et addit Augustinus, *Nonnumquam enim est iudicium inter Patrem, & filium, non æquamus filium in honore, sed præponimus, si bonam causam habet filius Patri in veritate, & sic tribuimus honorem debitum, vt non perdat æquitas meritum.* Quasi dicat, ille iudicium rectum facit, qui inter Patrem & filium reseruatur & pro supposito honore par is, causam pro filio definit, quia iustitiam habet. 1145 Aug. tract. 10. in Ioann. tom. 9 *Rectum iudicium seruatis seruandis inter subditum & Prælatum.*

3. RESPONSIO Lyrani sua in glossa, *Nolite iudicare secundum faciem, id est, attendentes ad id, quod non pertinet ad rem, quod fit quando amor, vel odium attenditur, propter quod aliter, quam secundum veritatem iudicatur.* Quasi dicat, si passio dominatur inter iudicantes nihil quod ad rem 1146 Lyra sua in gloss.

Passiones mutant mores iustitiæ & veritatis.

pertinet rectè iudicatur, sed vel ad vindictam, vel ad beneficia recepta respicitur, & tunc compedes sibi inuenit, qui beneficiorum recordatur, & flagellū recipit, qui vindictam solum desiderat.

1147 *Amor & vindicta iustitiā conquirebant.* Auct. mens.

4. RESPONSIO meo iudicio, nolite iudicare secundum faciem idem fuit ac dicere, iudicare de miraculo Paralitici à me patrato, si mea potestate hoc feci, & ex eo colligere potestis quod est iustum iudicare, quod per potentiam diuinitatis in me essentialiter inhærentem prodigia huiuscemodi facio; & quia hæc facio, vt credatis, non vt gloriam meam inquiram.

DIFFICVLTAS V.

Quare dicitur; nonne hic est, quem Iudæi quærebant interficere? Ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt?

1148 QVæretur, quomodo Christus palam loquebatur coram illis qui quærebant eum interficere?

Aug. in cath. S. Thom. *Vtraque natura diuina & humana ostenditur.*

1. RESPONSIO Augustini in cath. S. Thom. citat. *Nunc apparet potestas, qua putabatur timiditas; nouerant enim; quia sanitia quærebatur, mirabantur, quia potentia non tenebatur.* Quasi dicat ambulat Iesus quasi in occulto, & manifestatur, vt consanguinei, qui ei non credebant, cognoscerent, quod timiditas erat, vt naturam humanam ostenderet; potestas autem palam loquendo, vt diuinitatem demonstraret, & crederent quod erat filius Dei, & hominis.

Filius Mariæ virginis id est filium hominis corpus.

1149 Lyranus sua in glossa.

2. RESPONSIO Lyræ sua in glossa. *Numquid iam desistunt Iudæi ab eius persecutione; sed quia non habebant certitudinem dicunt; nonne hic est quem Iudæi quærebant interficere ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt, num cognouerunt Principes, quod est Christus.* Quasi dicant, forsitan ex tantis prodigiis à Christo operatis, veritatem iam Principes cognouerunt. Vnde patet quod turbæ, Principum dictamina sequebantur, & quando volebant Christū laudabant vel persequebantur.

Turba maiores sequuntur.

1150 Chrisost. in cath. cit.

3. RESPONSIO Chrisostomi in cath. citat. *Quoniam qui magis passi erant signis, hi omnes erant miserabiliores, qui Deitatis eius signū videntes maximum omnia iudicia corruptarum Principum relinquebant, an non magnum signum infantes & quærentes interficere habere eum manibus, & quiescere.* Quasi dicat, paruulis Mysteria fidei sunt reuelata, & ab illis cognita, & pro illis vitam multi dederunt, sed erant pauperes spiritu: nam miseri, & abiecti plebis, qui nihil reliquerunt pro exposito semper sequuntur, quidquid delirant superiores: nam si signis crederent, non solum quando Herodes infantes occidit, & Christus euasit illæsus; sed videre eum coram potentibus inimicis palam loqui, arguere, & confundere quod signū diuinitatis maius ostēdi potest.

Pauperes spiritu Christū sequuntur.

Miseri & abiecti ambitiosissimi sunt.

1151 Rupert. in Ioan. 7. *Conspirationes semper ab impiis fiunt contra innocentes.*

4. RESPONSIO Ruperti in Ioann. 7. *Quidam ex Hierosolymitanis, qui vtique non per famam didicerant vel per opinionem sciebant; sed præsentes ipsi præsentium conspirationes & conuenticula oculis viderant, mirabantur, quod eo præsente, & palam loquente nihil ei dicerent; & ideo dicebant, nunquid vere cognouerunt Principes, quia hic est Christus.* Quasi dicat tanta quippe mutatio, tanta Iudæorum taciturnitas videbatur non euenisse nisi ea maxima causa.

5. RESPONSIO meo videri isti Hierosolymitani erant ignorantes nimis, & temporales, & placere nolebant Pharisæis, & magnatibus sacerdotibus, & ideo dicebant, Ecce nunc Christus palam loquitur, & forsitan Principes & seniores qui habent clauem scientiæ, & legis, ipsi legerūt, quod iste sit Messias promissus in lege: siquidem neque factis, neque dictis nocent illi, imò ipse altè loquitur. Cum autem his dictis, forsan inimici Christi oculis anouentes, & loquentes contrarium cognouerunt, ipse se tanquam famosi ambitiosi sententiam mutantes, & intentionem sacerdotum penetrantes dixerunt; *Sed hunc scimus vnde sit; Christus autem cum venerit, nemo scit vnde sit.* Ideo fragilitatem præter malitiam Pharisæorum Christus agnoscens voce magna clamauit, *Et me scitis & vnde sim scitis.* 1152

Culpa timor facit impios.

Ambitiosi, temporales ad nutum oculorum mutantur.

Polytici temporales odiosissimi Deo.

DIFFICVLTAS VI.

Quare exclamabat Iesus in templo docens & dicens, Et me scitis, & vnde sim scitis?

QVæritur ea qua occasione Iesus clamabat 1153
in templo docens *Et me scitis.*

1. RESPONSIO Augustini in cath. citat. *Et me scitis, & vnde sim scitis, hoc est, dicere, & vnde sim scitis, quia Iesus ex Nazareth erat, cuius etiam parentes nouerant: solus enim in hac causa latebat virginis partus, quo excepto totum nouerant in Iesu, quod ad hominem pertinet. Rectè ergo dixit, Et me nostis, & vnde sim nostis secundum carnem & effigiem hominis, quam gerebat; secundum diuinitatem autem a me ipso non veni, sed est verus qui misit me.* Quasi dicat de mendacio illos arguit, quia ipsi dicebant hunc scimus vnde sit, hoc est, natū ex Maria, & ignorabant vnde esset; quia ea quo erat Deus erat vere absconditus, & scriptum erat, *Generationem eius quis enarrabit*, & nescire diuinitatis generationis scire est, quia solus filius scit ex parte diuinitatis quis & quomodo sit.

Aug. in cath. *Generatio temporalis sciri potest, æterna ignorari, est scire, quia fidei est auditu.*

Isaiæ c. 53. n. 8.

1154 Lyr. sua in glossa. *Iudæi genealogiam secūdum humanitatem sciebant.*

2. RESPONSIO Lyræ sua in glossa; *Et me scitis, & vnde sim, scitis quantum ad humanitatem patriam & genus cognoscendo, sed quantum ad diuinitatem nescitis; ideo sequitur, & a me ipso non veni.* Quasi dicat, sed à Patre, quem vos ignoratis.

1155 Auct. mens. *Christus in quantū filius Dei habet scientiam comprehensiuam.*

3. RESPONSIO meo iudicio; quia Hierosolymitani dixerant: hunc autem scimus, Christum autem nescimus vnde sit, ideo clamat dicens, & me scitis & vnde sim. Scitis quia ego scio, quod à Patre procedo, & hoc vobis prædico quia ad hoc misit me, & verax est, qui me misit: Quia per hoc quod procedit à Patre in natura diuina habet scientiam primam, quæ est scientia comprehensionis. Per hoc autem quod missus est in natura humana ad salutem mundi habet in natura humana plenitudinem gratiæ, & scientiæ, quæ potest in natura creata recipi, id est, quod in quantum Deus filius habet eandem scientiam cum Patre & sic eum comprehendit, secundum autem quod homo eum clarè vidit à principio, licet non comprehendat; ideo dixit ego scio eum, & si dixero,

Iudæi Christi diuinitatem negant.

dixero, quia nescio eum, ero similis vobis mendax, sed scio eum, quia ab ipso sum, *Et ipse me misit*.

1156 Chrysost. in cath. *Ignorantia crassa & supina voocăda.*

4. RESPONSIO Chrisost. in cath. cit. *Quæ occulta loquebantur Iudæi, hæc in medium ducit clamans vt eos verecundari faciat.* Quasi dicat, vt naturæ diuinæ potentiam ostenderet. Ad tacitam obiectionem respondit clamans, vt confunderentur, quod renuebant scire quod ignorare de generatione æterna Christi profitentur, & erubescerent, quod non ex ignorantia peccabant volentes eum occidere, sed ex malitia crassa & supina: nam doceri renuebant.

1157 Iansen. in concord. c. 75. *Impij vane gloriantur omnia scire.*

5. RESPONSIO Iansen. in sua concord. c. 75. *Alij* (inquit Auctor iste) *sic intelligunt Dominum hæc respondisse per ironiam quæ significauerit eos falli, nec id scire quod iactabāt.* Quasi dicat, ô astutia Diabolica, vt quid publicatis cognoscere me & vnde sim, vt me contemnatis? Quia ego solus scio generationem æternam Patris, à quo procedo.

DIFFICVLTAS VII.

Quare dicitur, quod quærebant eum apprehendere & nemo immisit in illum manus, &c.

1158 QVæritur, quomodo si in templo erat Christus, quærebant illum apprehendere?

Chrisost. in cath. cit. *Præsumptuosi conuicti tanquam coloni rustici nō ratione, sed manibus respondent.*

1. RESPONSIO Chrisost. in cath. citati. *Irritauerunt autem Iudæos, ea quæ dicebantur, propter hoc quod dixerat, quem vos nescitis; quia simulant se scire, propter quod & sequitur & volebant eum apprehendere.* Quasi dicat, Scribæ, & Pharisæi nimis de scientia legis præsumebant, & quia Christus ignorantiam suæ æternæ generationis redarguit, ira incensi quærebant modum quomodo eū apprehenderent, quod nostro Hispano sermone dicitur, *Como villanos faltoles las razones, y vinieron a las manos.*

Chrisost. cit. *Furor & ira intus & foris cæcant.*

Et addit Chrisost. *Vide furorem eorum inuisibiliter refrenatum, Euangelista vero humanius, & humilius loqui volens vt ex hoc Christus homo putaretur, non dixit, quod eos inuisibiliter retinuit, sed subiecit, quia nondum venerat hora eius.* Quasi dicat, respondendo ad quæsitum, apprehendere eum quærebant, & modum nesciebant; quia eo præsente non respiciebant eum; quia malitia sua excæcauit eos intus & foris, quod Euangelista humiliter tractauit silentio prodigium tacens.

1159 Lyr. sua in gloss. *Fides animū præstat. Diuisiones impiorum in Iesu prosunt.*

2. RESPONSIO Lyrani sua in glossa, *Hic ostenditur populi diuisio sequens ad responsionem Christi, quia ea audita maligni exarserunt in malitia, & boni fuerunt in fide solidati.* Quasi dicat, forsitan boni, qui Christum diligebant, impedierunt malos, vt eum apprehenderent; quia diuisio magna facta est, & alij Christum accusabant, & alij laudabant, & quærentes illum apprehendere separabant.

1160 Auct. mens. Ioan. 7. *Schisma cōtra impios cōcitatum ad mala non eunādum.*

3. RESPONSIO meo videri, quærebant Christum apprehendere, confutando, & confundendo rationibus, & argumentis illos, qui illum defendebant: nam ideo subdit Euangelista eodem cap. cum venerit Messias, numquid plura signa faciet his, quam hic facit, & hæc dicebāt de turba multi, & schisma erat inter illos; Et paulo post dicitur quod Principes sacerdotum audientes schisma tale, miserunt ministros, vt apprehenderent Iesum. Ergo si quærebant eum, idem est, ac resolutionem & conuenientiam omnium inquirebant, non personam, quia in templo erat, & non erat necessarium eum quærere.

1161 Aug. in cath. cit. *Fatū & fortuna neque nominentur inter Christianos.*

4. RESPONSIO August. in cath. citati, *Nondum venerat hora eius id est, quia nolebat, non enim Dominus sub fato natus est, hoc nec de te credendum est, quanto magis de illo per quem factus es, si tua hora voluntas est illius, hora quid est nisi voluntas sua? Non ergo horā dixit, qua cogeretur mori, sed qua dignaretur occidi.* Quasi dicat, absit à Christiana Religione sub fato immutabili nasci, vel mori quia in volūtate Dei omnia sunt posita; Et si creaturæ rationales sub fato, neque nascuntur neque moriuntur, quomodo creator earum fato subiiceretur, sed hora eius voluntatem eius insinuat.

1162 Iansen. sua in concord. c. 75. *In figura Christi passio voluntaria figurabatur.* *Pharao beneficiis indurabatur corde, & ingrati similiter.*

5. RESPONSIO Iansen. sua in concord. ad c. 7. Ioan. c. 75. *Ex hoc Euangelista voluit insinuare Christi diuinam potestatem, qua inuisibiliter eorum malitiam coercuit, & eius passionem fuisse illi voluntariam non coactam.* Quasi diceret, si eo absente quærebant eum interficere, quomodo præsentem, nemo audebat eum apprehendere, neque manus in illum mittere, sed malitia eorum qui te oderunt ascendit semper optime Iesu. Id est, quanto magis, & euidentibus tuam diuinitatem signis exterioribus, & inspirationibus demonstrabas, tanto iniqui plus sicut Pharao indurati permanebant, quia indurare cor Pharaonis nil aliud fuit, quam augere Moysis prodigia & in figura corda Iudæorum repræsentata fuerunt quia beneficiis & signis plus indurabantur.

TRACTA

TRACTATVS VIGESIMVS OCTAVVS,

Ad Mores, *In cap. 7. Ioannis De Christo clamante contra volentes interficere eum?*

DIFFICVLTAS VIII.

Quare dicitur, quod ascendit Iesus in templum, & mirabantur omnes?

1163 QVæsitum fuit, quomodo ausus est Christus in templum intrare quando quærebant eum interficere?

Lyran. sua in glossa.
Satisfacere inimicis ingens prudentia & fortitudo.

1. RESPONSIO fuit Lyrani, *Vt ostenderet vnde doctrina suæ excellentia originaretur & ne putarent, quod timebat Principes Iudæorum.* Quasi dicat sancti viri, & immaculati, cum ab impiis Principibus persequuntur, & arguuntur, non solum non timent, sed sua vita & innocentia pungunt, & combutunt inimicos. Vnde interrogat Oleaster, quare Exod. 3. dicitur, quòd *Apparuit Deus Moysi in flamma ignis, & rubus non consumebatur.* Sic legit Pagninus? Et respondet: *Quia ardet in sanctis flamma persecutionum, & nonnunquam grauis; ipsi tamen vt rubus non solum non consumuntur ab igne sed suam semper seruant viriditatem, & insuper sua immaculata vita pungunt inimicos.* Quasi dicat, tunc qui ex aduerso est, veretur aliquid maledicere de nobis, cùm excellentia doctrinæ & vitæ innocentis originaliter ostenditur.

Vita innocens subditorum tortura Prælatorum peccatorum.

1164 Hinc Chrisostomus Epist. 1. ad Timoth. ait, *Qui regendi alios suscepit munus tanta debet gloria virtutis excellere, vt instar solis cæteros & velut stellarum igniculos in suo fulgore occurrat.* Quasi dicat, innocentia Pastoris & Præsulis ita debet offuscare & tenebrescere vitas cæterorum, quemadmodum cum oritur sol, stellæ non apparent, sed in conspectu solis euanescunt. Et addit Hugo Charensis in Ps. 98. *Prælati debent esse, vt columna nubis, columna per rectitudinem, vmbra per refrigerium sed modò multæ columnæ versæ sunt in festucam.* Quasi dicat Pastores, qui suorum refrigerium esse debent, suos vrunt, & sceleratis fauent, cum Christus contrarium docuit in templo se & suos defendens & vmbrans, & inimicos pungens cum admiratione omnium. Et addit Hugo citatus de his Pastoribus, qui originem suæ doctrinæ probare non possunt, conqueritur Ecclesia Dei. *Tulerunt pallium meum custodes murorum,* Cant. 5. n. 7. Quasi dicat, custodes isti sunt Præsules, qui dum pallium sponsæ auferunt rerum temporalium affectus custodes potius murorum merentur dici quam animarum, De quibus dici potest, quod conqueritur Ecclesia sponsa Christi per os Dauid Ps. 53. num. 5. *Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me. Alieni sunt* (inquit Hugo citatus) *qui potius quærunt fructum temporalium, quam animarum.* Quasi dicat, qui temporalia lucra solum quærit Præsulis nomine indignus esse debet; quia sponsæ pallium aufert rebus perituris inhians, nam de odore bonæ famæ non curat, & talis neque originem suæ doctrinæ & exempli potest probare, pungitur & quia passim inimicorum opprobriis vritur non sequens Christi Pastoris vestigium, qui ad templum ascendit (omnibus admirantibus) vt originem suæ doctrinæ probet, & defendat, vt adnotauit Lyranus.

Chrisost. in ep. 1. ad Timoth.
Vita Prælatorum vt sol respectu stellarum.
Hugo Charensis in Ps. 98.
Prælatus vt columna.
Hugo citat. Cant 5. n. 7.
Prælati temporales palliū sponsæ auferūt.
Ps. 53. n. 5.
Prælatus qui non curat de fama bona vilis & abiectus viuit.

2. RESPONSIO Ruperti in litt. citati. *Numquid Christus mutabilitate vsus fuit, quæ in illo est, & non vt prius noluerit ambulare, & postea propter verba consanguineorum suorum mutatus est, vt ascenderet.* Quasi dicat fugiendi sunt amici, parentes, & consanguinei, qui fortes, & constantes animos Prælatorum, fallere conantur, ambitionis lucro, & extensionis ad honores prætextu. Vnde interrogat Oleast. quare dicitur, quòd *Serpens erat callidior omni bestia agri.* Sic legit Pagninus? Et respondet: *Non homines consanguineos esse dicendos, sed serpentes, qui arte, & aliis mille modis persuadent ambire honores.* Quasi dicat periculosa res est voces, & importunationes consanguineorum audire, quia summi Prælati solent lamentabiliter conqueri Deo veniam precantes, & dicentes in articulo mortis: *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero.* Psalm. 18. n. 18. Quia propter amorem illorum mutabilitate & inconstantia circumdantur & addit Psalmista: *Et emundabor à delicto maximo*; Quia crimen maximum est propter consanguineos ditandos; animam suam à pignoribus gratiæ depauperare, ideo Christus non attendens ad vota fratrum suorum ascendit in templum docendi gratia. 1165

Rupert. in Ioan. citat.
Consanguinei Præsulibus nocent nimis.
Oleast. in Gen. 3.
Trāsl. Pagn.
Cōsanguinei fugiendi, quia animæ nocent.
Ps. 18 n. 18.

Hinc interrogat B. Albertus Quare 1. Machab. 10. n. 88. dicitur, *Vt audiuit Alexander Rex sermones istos, addidit adhuc glorificare Ionatham & misit illi fibulam auream, sicut consuetum est dare cognatis Regum?* Et respondet, *Fibula hæc significat absconsionem verborum, quæ præcipue necessaria est cognatis Regum.* Quasi dicat, Præsules Reges, & in supremis collocati, cognatis & consanguineis fibulā in ore ponant, 1166

B. Albertus in cap. 10. Machab. lib. 1. num. 88.

vt

Ambitio & cupiditas cõsanguineorũ familiares à Rege perdiderunt.

vt non perant altiora loca, & impares, & inæquales ascensiones, quæ ferè semper in ruinam, & in desolationem superiorum proueniunt, vt nostris temporibus propter consanguineorum ambitionem tot calamitatibus agitatos, & conturbatos, & opprobriatos Aulicos à Regibus familiares desolatos intuemur cum regnorum pernicie.

1167 Ber. cit. in alleg. Galfr. adc. 3. Marc.

Hinc interrogat Bernardus, quare Christus excitatus à quibusdam dicentibus, *Ecce mater tua, & fratres tui foris expectant te* Marc. 3. Respondit, *Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei?* Hinc Bernardus, *vt doceret nos hoc verbo, ne soliti simus super propinquis carnis nostra, plus quam Religio postulat; quoniam de ipsa matre (& tali matre) taliter respondit.* Et addit Sanctus: *Vbi modo sunt, qui tam carnaliter, & inaniter super carnalibus propinquis solent esse soliciti, ac si adhuc viuerent ipsi cum eis* Quasi dicat, vbi sunt qui propter ditandos consanguineos anxie vniuersum orbem gyrare non cessant? Vbi Religiosi, qui titulo parentum, & consanguineorum solicitudinibus temporalibus inquietam vitam Monasticam agunt? Vbi qui ira à sanguineorum, & Parentum dominari delectantur, quod etiam si iniqua perpetrentur laudantur in desideriis animarum suarum; ideo Christus non mutabilitate ductus, neque consanguineorum sequuto consilio in templum ascendit, sed doctrinæ zelo instigatus, vt inimicos confunderet, vt Rupertus insinuauit.

Cõsanguinei fugiendi. Bern. citat.

Religiosi cõsanguineorũ amore inquieti viuunt patriam diligentes.

Rupert. cit.

DIFFICVLTAS IX.

Quare dicitur, Mea doctrina, non est mea, sed eius qui misit me?

1168 QVæsitum fuit, quomodo Doctrina Christi potest esse quod non sit Christi.

Lyran. cit. in litt.

1. Responsio fuit Lyrani in litt. citati: *Non est mea per exercitum acquisitionis humanæ, sed eius qui misit illum.* Quasi dicat; solus Christus, qui ab instanti suæ conceptionis plenus fuit sapientia, & scientia diuina quantum capax de potentia absoluta potest esse creatura humana. Potest docere, quod non acquisitione ac studio humana sciebat; cæteri vero homines vasa lutea portantes laborent, & aures erigant, & vacent litteris, quia potentiæ sunt tanquam tabula rasa, in qua nihil est pictum & per studium, & labores adquiruntur species scientiarum; & sic qui non vacant litteris, sunt sicut equus & mulus quibus non est intellectus, si male potentiis animæ vtantur.

Christus scientia & sapientia plenus.

Ignorantes & peccatores equus & mulus.

1169 Auct. inter.

Vnde interrogo secundum Græcos, hominis Ethimologia à quo deriuatur, respondent Græci, quod homo idem quod sursum aspicere studiosè laborando. Ergo qui non laborat, neque litteris vacat, vt cælestia adipiscatur, sed semper terrena meditatur, non homo, sed bellua vocatur. Audiatur D. Hieronymus, interrogans, quare dicitur. Danielis. 4. n. 31. *Igitur post finem dicerem; ego Nabuchodonosor oculos meos ad cælum leuaui, & sensus meus redditus est mihi, & Altissimo benedixi?* Et respondet: *Nisi oculos leuasset ad cælum sensum pristinum non recepisset.* Quasi dicat, cum herbas campi edebat bruti formam gerebat; quia qui solum terrena respiciunt, cælestia non aspiciunt bestiis comparantur, vt Nabuchodonosori, qui litteris Danielis non curabat. Doctores vero, qui ab instanti suæ conceptionis & rationis vacant litteris, vt studio humano, cælestia capiant, vt alios velut stellas in cælum transforment, meritò super omnes à Deo honorantur, & diliguntur.

Homo, id est, quod eleuans oculos ad litteram. Hieron. in Dan. 4.

Ignorantes potentes similes Nabuchodonosori.

Illiterati Præsules de agrestibus semper tractant.

1170 Greg. Magn. lib. 26. mor. c. 5. Ezech. 4. n. 1.

Hinc Greg. Mag. lib. 26. c. 5. interrogat, quare dicitur Ezech. 4. n. 1. *Fili hominis sume tibi laterem, & pones eum coram te, & scribe in eo ciuitatem Hierusalem & ordinabis obsidionem, &c.* Et respondet, *Quia Doctores sancti in rota figuli huius terreni corporis semper studiose laborant, vt lateres coram se ponant, id est, vt terrenum cor apprehendant, & summa solicitudine ciuitatem Hierusalem in eo describant, & scribendo, & prædicando summopere pacis visionẽ demonstrent.* Quasi dicat, si præmium labori correspondere debet, quasi præmio dignus est doctor qui die noctuque laborat in auertendis peccoribus, rudisque cordibus terrenis deliriatis & auctoritatibus sacræ scripturæ, & sanctorum Patrum, subtilibusque cõgitationibus in corda lateribus simillima visionem Hierusalem cælestis depingere mouere, & vsquequo transformentur in margaritas pretiosissimas. Et addit Gregorius ita, *Cui bene etiam dicitur, & ordinabis aduersus eam obsidionem, & ædificabis munitiones; quia sancti Doctores obsidionem circa laterem, in quo Hierusalem ciuitas descripta est, ordinant, quando terrenæ menti sed iam supernam patriam requirenti, quanta eam in huius vitæ tempore vitiorum impugnet aduersitas demonstrant.* Quasi dicat præmio digni sunt Doctores, qui semper litteris vacant miris, & admirabilibus modis obsidionem contra peccatores ignorantes demonstrando & excitando, vt sursum corda teleuent, qui terrenis dediti, neque cælum aspicere memorantur.

Scriptores quasi in rota positi semper spiritu laborant.

Greg. cit.

Dæmoniorum exercitus cõtra conuersũ peccatorem insurgunt. Prædicator ad cælestia corda excitet.

1171 Bern. lib. de diligendo Deo.

Felices labores dicere solebat Bernardus *eorum, qui studio humano ad cælum eleuant laborantes; quia si de iustorum morte Dauid dicebat, Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.* Psalm. 115. numero 15. *Quomodo pretiosa apud Deum non erit vita Doctorum semper laborantium in vinea Domini vsque ad mortem ad quam infalibiliter sequetur vita æterna. Quod si mors pretiosa* (dicebat Bernardus lib. de diligendo Deo) *Quid vita & vita illa? Explicet qui potest cum silentio; vt Isaias, qui cap. 24 num. 16. dicebat, Secretum meum mihi. vbi Paraphrastes Chaldæus vertit Dixit Propheta secretum præmium iustorum monstratum est mihi secretum vindicta impiorum reuelata est mihi.* Quasi dicat, tam præmium in vinea domini Sabaoth laborantium quam vindictam non laborantium, monstratum est mihi: nam etiam Christus conqueritur de persequentibus & contemnentibus eum, eo quod nesciebant, vnde litteras didicisset, & dicebat, mea doctrina non est mea, quia superat omnes scientias, & sapientias humanas, eo quod sunt eius, qui misit me, vt docerem vos, quomodo

Ps. 115. n. 15. *Mors pretiosa laborãtiũ in sacra pagina.*

Bern. cit.

Isa. 24. n. 6.

Vindicta expectatur ob insipientibus.

quomodo doctrinam Patris mei stimare debeatis & laborantes, & litteris diuinis honorare. Hinc Oleast. interrogat, quare Exod. 22. dicitur *Iudicem sapientem non contemnes, neque maledices?* Et respondet, *Quod in Hebræo dictio* Chalal *idem est maledicere, aut contemnere, quia semper miseri, & abiecti maledicuntur.* Et nulla maior maledictio potest homini subuenire cum sapiens sit, quam contemptio ab insipientibus loco vel dignitate superioribus, ideo vacantes litteris, qui ad superna loca non peruenerunt, sed contempti sunt Christi vestigia sequentes, possunt dicere, *Mea doctrina non est mea*, sed gratia Dei, cum id quod sum, id est, abiectus, opprobriatus & tolerantia munitus; quæ omnia labore, & studio humano non consequuntur sed gratia Dei, vt adnotauit Lyranus.

Vacantes litteris honorandi sunt.
Oleast. in Exod. 22. Trāſ. Pagn. Trāſ. Chald.
Contemptus summa maledictio.
Contemptus ignorantium gratia sola Dei toleratur.

1172 Maldon cit.
Hypocrite doctrinas nouas inuentant.

2. Responsio Maldonati citati in litt. *Verissimum sentio sensum, qui simplicissimus est, suam vocat quam docebat, non suam id est, non à se inuentam.* Quasi dicat, ille nouam à se doctrinam inuentam docet, qui rebus temporalibus totaliter non expeditus, abstinentiam, & mortificationem docet de quo dici potest, Qui prædicas non furandum, furaris; qui seruare doces, cibis delicatis & potibus suauibus vteris? Qui paupertatem profiteris, diuitias & munera anxiè curas. Vnde interrogat Oleast. quare Exod. 19. dicitur. *Castrametati sunt in deserto filij Israel è regione montis?* Sic legit Pagninus, Et respondet; *Quia exigit doctrina secessum & à mundanis curis expeditum hominem; ideo Dominus Iudæos in desertum locum induxit, vbi expeditiores ab omnibus facti cælestis doctrina essent capaces.* Quasi dicat, qui doctrinam Dei docere solum intentant, & non sua quærunt separati, non inter Aulica strata iacere debent, sed in eremo eleuari & à concursu, & tumultu gentium remoti. Ideo apud Oseam legimus c. 2. *Ecce ducam eam ad solitudinem, & loquar ad cor eius*, id est, qui solam Dei gloriam quærit, & iustitiam eius, non suam, & lucra temporalia desiderat; quia hæc est doctrina noua, non Dei.

Oleast. in Exod. 19. Tranſ. Pagn.
Spirituales remoti non in Aulica strata inhærentes.
Oseæ c. 2.

1173 Pſ. 7. n. 9.

Hinc Dauid Psalmist. 7. num. 9. dicebat, *Iudica me Domine secundùm iustitiam meam, & secundùm innocentiam meam super me*, vbi signatè dixit super me, vt totum in Deum resiliret, & B. Laurentius Iustinianus in M S. ait: *Iustitia, & innocentia non à me sunt, sed super me, idest à Deo.* Quod luculenter S. Augustinus hic: *Additamentum (super me,) indicat id ipsum, quod anima iusta est, & innocens, non per se habere sed per illustrantem, & illuminantem Deum: De hoc enim dicit Psalmista Pſ. 17. n. 29. Tu illuminabis lucernam meam Domine,* Quasi dicat, obscuris tenebris obsidetur, qui à se, & propter se, & sua lucra doctrinas nouas simulat.

B. Laur. Iuſt. in M. S.
Spirituales nil ad se vel propter se faciunt, sed propter Deū.
Aug. in Pſ. 87. n. 59.

1174 Procop. in Exod.

Hinc Procopius ponderans, cur Moyses splendidus apparuit ait: *Moyses ideo gloriam consequutus est, eo quod Deum gloria dignè honorat afficere*, id est, sibi vnquam Moyses neque verbo, aut cogitatione, & ex lege noua, quam scripserat, sibi neque apicem gloriæ vsurpauerat, sed Deo summo omnia. Et rursus Psalmista insinuans idem dictamen Pſ. 25. ait: *Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in veritate tua.* Quasi dicat præmium animi mei semper pugnantis in vana gloriosa doctrina à me procedente ante oculos meos est, vt me conforter; quia ventus vanæ gloriæ in omni spirituali actione pugnat contra me. *Ideo complacui in veritate tua, non in virtute mea, non in sanctitate mea, sed in virtute tua*, inquit Richard. de S. Victor. Quasi dicat, hæc est vera, & noua, inusitataque doctrina, quæ Deo placet summa fortitudine resistere vanitatibus, quæ contra spirituales actiones insurgunt. Ideo Paulus tanquam dux militiæ spiritualis pugnans, non quasi aërem verberans dicebat 1. Cor. 1. n. 29. *Vt non glorietur omnis caro in conspectu eius*, Non dixit Apostolus non glorietur omnis homo, neque omnis spiritus, neque omnis anima sed omnis caro, quia doctrinas nouas seminant, & antiquis, sanctisque Patribus contradicunt longè à cœlestibus spiritibus distant, & de sua industria, & subtilitate tantum gloriantur, hi carnales sunt, quia de suis meritis gloriam quærunt, vt Primasius dicit. Ideo Christus tales damnat dicens; *Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me.* Quia non erat à se inuenta, vt adnotauit Maldonatus. Quasi dicat, qui de pane lucrando spiritualia prædicant, vel spirituales confessiones administrant, sanctitatem affectando, nouamque doctrinam fingendo, & superaddendo sua quærunt, carnales sunt Epicuri, & Troglodytæ sunt, & vt vno verbo Hispano dicam, *Inuinçioneros son*, qui nouam doctrinam lucri gratia imponunt cæteris grauia imponentes, & digito suo non portantes.

Pſ. 25.
Richard. de S. Victore.
In suis actionibus gloriantur vana gloria motum actiones persequitur.
1. Cor. 1. n. 29.
Caro semper vanitatem quærit.
Doctrinam nouam cogitantes suam gloriam ei quærunt.
Primasius.
Carnales de suis opinionibus gloriantur.
Maldon. cit.
Hiſpana locutio.

DIFFICVLTAS X.

Quare dicitur, quid me quæritis interficere & quare turba dixit, Dæmonium habes?

QVæsitum fuit, quare Christus dixit prædicans, quid me quæritis interficere? 1175

Lyran. cit. in litt.

1. Responsio fuit Lyrani; *Quia non poterant rationabiliter respondere, quia lex præcipiebat non occidere; ideo conuersi sunt ad conuitia dicentes Dæmonium habes.* Quasi dicat, quia Christus absconditas in cordibus cogitationes pandit, ideo irati Dæmonio tribuerunt, quod solius Dei erat cogitationes nempe cognoscere. Vnde interrogat Oleaster, quare Genes. 3. dicitur; vidit Deus, *Quod cuncta cogitatio hominis prona esset ad malum.* Vel vt Trans. Pagn. *Vidit Deus, quod multa malitia hominum esset in terra?* Et respondet. *Iustificat creator hominum Deus semper causam suam, neque sauit, nisi nos cum malitia multa sæuire cogamus.* Quasi dicat; vidit Deus scatere mundum cogitationibus, verbis, & operibus iniquis, & ideo gladium suæ seueritatis exercere decreuit. Et addit Oleaster *Difficile valde est, vt conscientia malis assueta cogitationibus, bona aliquando admittat.* Ideo Christus cogitationes iniquas Pharisæorum agnoscens gladio reprehensionis exercuit dicens, cur me quæritis interficere, meditando & iniqua patrando, vt citò effectus probauit causam verbo Christi cogitationes impiorum

Cogitationes iniquæ si cognoscuntur furore repleuntur.
Oleaſt. in Gen. 3. Trāſ. Pagn.
Cogitationes impudicæ difficilè à luxuriosis separantur.
Effectus multotiescausam probant.

impiorum reprehendentis mortem eius meditantium.

1176 Theodor. in Ps. 51. n. 2. Hinc Theodoretus interrogat, quare Ps. 51. num. 2. dicitur *Iniquitatem cogitauit lingua tua?* Et respondet, *Quia cogitare idem est, quod loqui.* Quasi dicat, *Malitiam, quam locutus es, cogitauit iniustitia tua*, Id est, ideo responderunt Christo *Quis te quærit interficere*; Quia cogitabant hoc facere: nam difficile, qui assuetus est mala cogitare, bona admittit, & vbi Isaiæ 59. n. 3. dicitur: *Lingua vestra iniquitatem fatur*, Septuaginta apud Hieronymum legunt: *Lingua vestra iniustitiam meditatur*; Quia vt Hispani dicunt, *La lengua es mano ô indice que apunta y señala lo que esta en el coraçon*; Ideo isti dixerunt, quis te quærit interficere, quia in corde nil aliud cogitabant, & cum non habent quid possint rationabiliter respondere ad conuitia protulerunt, dicentes, Dæmonium habes, vt adnotauit Lyra, qua audita ignominia, plus dolorem Christo intulit, quam si corona spinea caput pungeretur.

Cogitatio & loquutio idẽ est in malis.

Trans. 70. Hieronym. Hisp. loc.

Lyra citat.

1177 Galfrid. in alleg. ad 19. Ioan. Hinc interrogat Galfridus in allegoriis suis Cur Ioan. 19. dicitur, *Et milites plectentes coronam spineam imposuerunt capiti eius?* Et respondet: *Noli æmulari in malignantibus neque zelaueris eos, qui spineam capiti Regis nostri imposuere conantur; quia tale Diadema, non honorem, sed horrorem adducit.* Et addit Galfridus: *Horret Christus magis asperitatem morum & linguæ stimulos, quam spinarum aculeos, in his præsertim, qui in silentij vocati sunt simplicitatem in humilitatis scholam, in subiectionis votum.* Quasi dicat plus Christum linguæ exprobrantium, & murmurantium torquent, opprobriando iustum, & pium, quam corona spinarum capiti eius imposita; quia verba opprobriosa aliquando plus penetrant, quam vulnera mortis & concludit Galfridus contra monachos Prælatum suum detrahentes: *Non est bonum vinculum, quando sibi mutuo confederantur, & in aliorum obtrectationum dexteras conferunt Iudæorum more dicentes: tollamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius operibus nostris; vos autem æmulamini pacis bonum in bono semper: nam & coronæ species, quoddam vnitatis præfert iudicium.* Quasi dicat, qui linguas suas acuunt, vt dolosè contra Prælatum agant, & vnum alteri coniungitur, & ad murmurationem non separantur, hi sunt sicut spinæ coronæ Christi, quæ vnitæ, & copulatæ tempora capitis eius penetrant doloribus, & angustiis sine comparatione penetrabilioribus, quam spinæ & tribuli, ideo dixit Lyra quod iniqui hodie in conuitia contra Christi innocentiam responderunt, opprobriantes & dicentes, Dæmonium habes quis te quærit interficere, plus eum vulnerabantur, quàm si occiderent.

Opprobria plus pungunt Christũ, quã corona spinarum.

Opprobria plus vulnerant quàm mucro. Galfrid. cit.

Detractio contra Prælates Deo odibilis.

Lyra cit. *Murmurantes sicut spina coniunguntur.*

1178 Iansen. in litt. cit. 2. Responsio Iansenij in litt. citati, *Quoniam admirabantur, quod Christus litteras sciret, ideo exprobriabant dicentes Dæmonium habes.* Quasi dicat, inaudita est malignantium inuidorum conditio, qui litteris & laboribus scientiarum aliorum vtuntur, & pro præmio & mercede opprobria diffundunt, & laborantem infamant. Vnde interrogat Oleast. quare dicitur Genes. 32. *Somniauit Ioseph somnium, & addiderunt fratres eius odire eum.* Sic Pagninus. Et priusquam respondeat, interrogo, quare dicitur *Addiderunt odire? Fratres ergo ante somnium præferentia, & honorificentia torquebantur inuidia, & odio Ioseph.* Sed quare ante somnium? quia Ioseph accrescens interpretatur, & ita torquebantur fratres, audiendo quod Ioseph crescere incipiebat, quod admiratio ista odium generauit; ideo cum scientiæ sint quasi semina, quæ fructus honoris, & dignitatis metunt, & colligunt. Adhuc somniante Ioseph torquentur fratres inscij, & ignati. Ideo respondens Oleast. ait: *Solet Dominus inuidos fratres augendo bona eis, quibus inuident inuidos torquere.* Et addit: *Quare elaborandum est, maximè ne sis inuidus: quoniam non solum bona, sed mala aliorum tibi in bona vertentur, vt illis inuideas & torquearis.* Quasi dicat, quis horribilia talia audiuit quod à manè vsque ad noctem iustus, studiosus laborates non sinat die noctuque super libros sanctos euigilans frigore, & algore consumptus, æstu & calore fatigatus: & quia somniauerunt fratres Ioseph augmentaturos & posse viuere & valere de laboribus illius, de admiratione omnium super labores studiorum immensos fratres indignantur, & conuitia contra eum proferunt dicentes, dæmonium habes ideo concludit Oleaster: *Homines enim tales, non fratres, sed serpentes dicendos.* Quia arte & mille modis fratrem cum admiratione gentium laborantem infamare & sepelire in cisternam veterem meditantur continuo, vt patet in Christo, quem Dæmoniacum appellant, non alia ratione nisi quia litteras sciebat cum ingenti applausu & admiratione omnium vt Iansenius dixit.

Terribilis conditio inuidorum.

Oleast. in Gen. 32. Trãs. Pagn. Auct. dubiũ.

Admiratio ingeniosa inter fratres odiũ generat.

Oleast. cit.

Inuidiatis auget Deus bona. *Inuidus alienis prosperitatibus torquetur.*

Præmiũ laborantium opprobria inter fratres inuidos. Oleast.

Iansen. cit.

1179 Cassian. cit. in alleg. Galfrid. in c. 12. ad Hebr. Hinc Cassianus citatus in allegor. Galfridi explicans cap. 12. Epist. ad Hebr. *Videte, ne radix amaritudinis sursum germinans impediat,* ait: *Hæc radix amaritudinis inuidia est, quæ se erigens ad superna in contumeliam ipsius, qui bona homini confert tendit auctoris.* Et addit: *Non enim aduersus hominem, sed planè aduersus Deum blasphemus extollitur, qui nihil in fratre aliud, nisi bonum meritum carpens ex indefesso litterarum labore, non hominis culpam sed Dei iudicia informat, & reprehendit.* Quasi dicat, inuidi fratres, qui de amitationibus studiosi fratris torquentur, & vtuntur, & conuitia, opprobriaque pro præmio & mercede retribuunt, hi blasphemi sunt, quia contra Deum extolluntur, quem ipse fluentibus profluuis scientiæ, & gratiæ ditare decernit, vt prosit omnibus, qui in domo sua sunt ipsi tanquam fratres Ioseph vendere, & infamare conantur Madianitis, vt tanquam vile mancipium reputetur, & ab omnibus contemnatur, sicut Christo contigit, qui ab omnibus laudato, & admirationem ingerente ex profluuiis tantæ scientiæ inimicis retribuendo mala pro bonis, quasi Dæmoniacum infamant. Ioan. c. 7.

Iduidi litteraterum in Deũ blasphemant.

Inuidi vsque ad funeã vel sepulturã infamare non cessant.

***

DIFFICVLTAS XI.

Quare dicitur, nolite iudicare secundum faciem sed iustum iudicium iudicate?

1180 QVæsitum fuit, quare Christus prohibuit secundum faciem iudicare?

glossa ord. in litt.cit. *Partiales iudices & Prælati abominabiles.*

1. RESPONSIO fuit Glossæ: *Nolite actiones iudicare secundum personas: nam si Moysi licuit Sabbatho curare, quare non mihi.* Quasi dicat, iudices, & Prælati partiales, & ambitiosi sine lege iudicant, sed suis placitis contra iustitiam officia impartiuntur. Vnde interrogat Oleast. quare dicitur Numer. 26. *Verumtamen per sortem diuidetur terra?* Et respondet, *Quia sic æquitas & iustitia exigere videntur: nunc verò vnus vult multa habere, quia hominum vult acceptare personas, & inæqualiter bona, & mala diuidere, quia sors humanorum affectuum expers est; Deus vero æquius, quam homo diuidit & partitur. Hac de causa sapientes gentium statuerunt, indices legibus potius quàm placitis iudicare, quoniam leges huiusmodi passionibus non afficientur.* Quasi dicat Gubernatores & Prælati, qui non legibus, sed ad placitum gubernare persistunt, non iudices, sed tyranni sunt appellandi; quia sola vna suæ voluntatis lege gubernantur, quæ est, sic volo, sic iubeo; & hoc est secundum faciem iudicare, & iudicium iustum non iudicare; quia muneribus semper affectant personas, & retribuentibus placido vultu respiciuntur, & è contra, qui non adulatur superiores, qui veritatem eis prædicat pro tanto beneficio amor in odium, & præmium pro laboribus in pœnam conuertitur.

Oleast. in N. 26. Transl. Pagn.

Gentiles iudicare. rectè docuerunt. Iudices, Prælatique partiales sine lege Dei viuentes tyranni sunt.

1181 Hinc interrogat Chrysologus citatus in allegor. Galfridi in Marc. 7. quare Herodes, qui Ioanne audito multa faciebat quia eum libenter audiebat, & gratus illi erat tam celeriter mutatus est, vt decapitari iuberet? Et respondit, *Quia dixit illi Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Et addit Petrus Rabenas citatus.. *Ecce vnde Ioannes incurrit odium, quia arguet criminosum, dicebat Ioannes quod erat legis, quod iustitiæ, quod salutis, certe quod erat non odij, sed amoris. Ecce qualem consequutus est ab ipso pro pietate mercedem. Volens inquit occidere eum timuit populum, facile deuiat à iustitia qui in causis non Deum, sed homines pertimescit.* Quasi dicat Herodes ideo Herodiæ saltanti, & sibi placenti secundum faciem indicij iudicauit, & dimidiam partem regni promisit, quia Deum non timebat, sed homines, & iudicium rectum non fecit, & Herodem sequuntur, qui præmium laborantibus in pœnam & opprobria conuertunt; Et hoc iudicium impium est; quia actiones secundum personas indicant, non secundum iustitiam, & veritatem, vt glossa dixit.

Chrysolog. allegor Galfrid. in Marc. 7.

Prælatus qui timet homines non facit iustitiam.

Herodes secundum faciem Herodiæ impie iudicauit.

1182 Vnde Basilius in principio Prouerb. *Quemadmodum is qui sagittam tendens ad metam dirigit, nec vltra, nec citra, nec vtrobique errando à via proposita excidet, ita rectius iudex fallitabit, nec in indicando personam accipiet.* Quasi dicat, *Qui indicatis terram diligite iustitiam*, Quia si à recto tramite paululùm peretratis, & secundum faciem inducatis, ad placitum, & sine lege, sed cum personarum acceptione iudicium rectum erratis, & in iudicem viuorum & mortuorum incidistis, qui disti qui faciens iustitiam, & iudicium ministris suis dicet. *Potentes tormenta potenter patientur*; quia semper acceptores personarum fuerunt.

S Basil. in princ. Prou.

Iudices rectè sicut agittarius sint.

Iusti Prælati per sagittari. Prou. 6.

1183 VLTIMA RESPONSIO fuit? *Iudicare de miraculo Paralytici patrato, & ex eo colligite diuinitatis mea potentiam, & non quæ non faciunt ad rem calumniemini, blasphemando scilicet & percontando si Dæmonacus sum.* Quasi dicat, qui pro beneficiis acceptis linguam suam non refrenat, veh illi. Vnde interrogat Oleaster, *Quare Moysis post tot acceptis beneficiis, & signis Deo respondet impeditioris, & tardioris lingua ego sum?* Exod. 4. Vel vt legit Pagninus *Quod grauis ore, & grauis lingua ego?* Et respondet. *Dicitur homo grauis ore habens labia grossa, quæ non sunt expedita ad loquendum; quia grauis lingua prudentis cum difficultate mouetur debet.* Quasi dicat, facile labitur, qui facile linguã mouet, adeo vt quis os aperit & errori aperit. Hinc Ambrosius in Ps. 118. dicit, *Quod in Hebræo littera, (Phe) latinè significat errare, & idem est, quod os aperui.* Et addit Ambrosius, *Merito hæc lachrimabilis series Psalmi subiecta est huic litteræ, Respice in me; & miserere mei, vt non dominetur mei omnis iniustitia.* Quasi dicat, qui nimio laborat fusu, os propterea aperit, æquè claudit, & illius omnis iniustitia vsque ad blasphemiam dominatur. Ideo quia isti Pharisæi suas linguas nescierunt coercere, talem iniustitiam pronunciarunt, Christum Dæmoniacum appellando.

Auct. mens. *Ingratus lingua vulnerat benefactorem suum.*

Oleast. in Exod. 4. Transl. Pagn.

Prudentis lingua difficilis mouetur.

Ambr. in Ps. 118. *Phe dictio Hebræa id est, aperire.*

Linguam coercere prudentia est.

1184 Ideo Isai. 32. num. 27. clamabat, *Cultus iustitiæ silentium* Ad quæ verba respiciens S. Greg. 3. p. Pastor. admonit. 15. *Iudicans* (inquit) *quia mens a iustitia desolatur, quando ab immoderata locutione non parcitur.* Quasi dicat, quod Christus inimicis suis dixit hodie, qui iustitiam colit, linguam compescit, & ab intemperato verborum fusu prorsus se abstinet, quia non facit ad rem blasphemias loqui. Et ideo vos iusto iudicio non iudicatis pro miraculo Paralytici patrato ignominiosa verba proferendo. Vnde Iob cap. 11. dicitur. *Vir vanus in superbiam erigitur.* Et legerunt 70. *Homo natat sermonibus*, ac si in idem recideret in superbiam aliquem erigi, & superfluo sermone laborare, interim qui natat, timeat, ne demergatur. Ferè enim mens nimio verborum fusu sepelitur obstruitur sermonum fluctibus, dum alios obruit. Vnde Poeta Vida lib. 4. dicebat:

Isai. 32. n. 27. S. Greg. 3. p. Past. admon. 15.

Iustitiã seruat qui linguam coercet.

Iob cap. 11. Transl. 70. *Natat lingua loquax, & mergitur in profundum.* Vida Poeta lib. 4.

Fandi compescite amorem,
Sæpe olim incautos non lingua coercita mergit.

Quasi dicat, nemo suæ linguæ credat, ne mergatur. Probum est illud monitum ab externa schola acceptum:

Minimum cum aliis loquere tecum plurimum.

Quod

Fugere conuersationes ingenij prudentia. Quod si coërcere linguam non potest dentibus velut carnificibus ipsa tradatur, vt discat se contra dentes continere, nullus lingua *Lingua ficta multa loquitur.* alios mordere debet, mordeatur potius lingua; quæ nimis ad loquendum facilis est. Chrisostom. hom. ad Baptizandos. Hinc Chrisostomus Homilia ad Baptizandos. *Refrena* (inquit) *linguam, si non patitur reticere dentium morsu, quiescat, & tanquam carnifici tradatur dentibus.* Quasi dicat efferri *Dentes carnifices sint linguæ.* alienis linguis debet qui suam linguam comprimit; quia aliorum os ad suas laudes aperit, qui suam claudit. Qui vero incessanter *Lingua dolosa vsque ad blasphemiam dilabitur.* & sine proposito loquuntur ad tem in abyssum blasphemiæ dilabuntur ius naturæ frangentes, & iudicium impium iudicantes, & Christum quia miracula faciebat Sabbatho Dæmoniacum appellantes, vt adnotauimus supra.

DIFFICVLTAS XII.

Quare turba dicebat, nonne hic est, quem Iudæi quærebant interficere, ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt?

1185 QVæsitum fuit, an cessasset, vel mitigata erat persecutio contra Christum siquidem palam loquebatur?

Lyran. citat. in litt. 2. Responsio fuit Lyræ citati in litter. *Numquid iam desistunt Iudæi ab eius persecutione, sed quia non habebant certitudinem, dicebant, nonne hic est, quem Iudæi quærebant interficere.* Quasi dicat, nulla potest esse vnquam *Persecutores vsque ad interemptionem non cessant.* certitudo quod persecutores cessent à persecutione & odio, quia vsque ad interéptionem mucro persecutionis durat in reprobis. Vnde interrogat Oleast. quare Genes. 14. *Et percusserunt* *Hebræa dictio Raph & Raph id est, gigantes rigidi.* *omnem agrum Amalechitæ?* Et respondet, *Quod percutere in Hebræo est* Raph, *&* Raph, *& Latinè gigantes rigidos denotat.* Et erit sensus, *Percusserunt quasi gigantes rigidi Amalechitas, id est, agrum, qui postea fuit Amalechitarum, quia tunc non nati erant Amalechitæ, & est Hebraismus, quod persecutores non solum homines, & iumenta, sed etiam agros percutere dicitur.* Quasi dicat *Impij persecutores vsque ad quartam generationem vindictam quærunt.* persecutores sunt insatiabiles sanguinis vindictæ, quia non solum homines, sed agros & diuitias, & filios, & nepotes, & vsque ad quartam, & plus generationem persequuntur aduersarios suos; imo quod plus est, non solum *Gigantes rigidi perfidi persecutores.* Amalechitas, qui nondum erant, sed antequam nascantur descendentes inimicorum suorum ab Galfrid. in alleg. in lib. Iud. c. 3. impiis, tanquam à gigantibus rigidis persequuntur. Sed consolentur persecuti, quia quo magis persecutio inardescit, spiritus iustorum robustior fit, si fortiter patitur. Hinc Galfridus in allegor. super lib. Iudicum *Arctauit Amorrhæus filios Dan in monte, quando persecutiones faciunt eum proficere neque de monte ad planitiem permittunt descendere.* Quasi dicat, *Patientia vultus gloriosos facit.* cum viriliter confortatur cor persequuti, & non flectitur ad adulationes & promissa temporalia tunc in monte cum Deo facie ad faciem loquitur, & vultus eius splendoribus gloriæ apparet triumphator.

1186 Hinc vbi Psal. 7. n. 13. dicitur, *Sagittas suas ardentibus effecit*, vertit ex Hebræo Martinus Brixian. *Sagittas suas operatus est persecutionibus.* Vnde Agellius: *Ardentes insectatores suos Dauid appellat, qui velocissime insequentes illum capere moliebantur.* Quasi dicat impossibile est flammas persecutionis extinguere fugiendo, quia nunquam satiatur animus persecutorum, neque refrigeratur, aut extinguitur beneficiis, sed sicut ignis in camino aqua plus exardescit; sic inimicorum animus beneficiis plus excandescit. Ideo Paulus 1. ad Timoth. 2. n. 9. *Laboro vsque ad vincula quasi male operans, sed verbum Dei non est alligatum.* Quasi dicat, quo plus laboro prædicando, & benefaciendo, plus contra me persecutiones exardescunt: sed neque propter hoc taceo, sed continuo prædico; quia *Non sunt condignæ passiones huius mundi ad futuram gloriam* quam spero, & ab illo solum refrigerium expecto; quia persecutores nunquam cessant neque desistunt, etiam si mitescere videantur. Ideo Isaiæ nimis persecuto dixit Dominus cap. 51. num. 16. *In vmbra manus meæ protexi te.* Vbi Hugo Charensis, *Vt aliquis apponit manum suam contra lumen, sic faciebat Propheta vmbram contra omnem ardorem persecutiones.* Quasi dicat, sola omnipotentis manus Dei persecuto nimis à potentibus persecutoribus refrigerium præstare potest: nam non est inuestigabilis via placationis, & benignitatis circa impios potentes persecutores. Hinc noster sanctus Bonauentura in Psalterio Virg. *Deriserunt me inimici mei vndique; tu autem sub vmbra manus tuæ contulisti mihi refrigerium bonum.* Quasi dicat vndique persecutores tete iaciunt contra persecutum, & sola vmbra, & refrigerium diuinæ pietatis potest remedium afflicto persecuto cordi exhibere, vt patet in Christo, qui post curationem Paralytici, & immensa beneficia operata cum impiis persecutoribus, cum mitescere videbantur dicentes: Nonne hic est quem Iudæi volebant interficere, numquid iam desistunt. Tunc plus furore repleti, prosilientes, improperabant eum dicentes, Dæmonium habes.

Ps. 7. n. 13. Brixian. ex Hebr. Agellius ibi.

Inimicorum animis beneficiis exardescit.

1. ad Tim. 2. n. 9.

Isai. 51. n. 16. Hugo Charensis in Isai.

Manus Dei refrigerium persequuti afflicti.

Noster S. Bonauent. in Psm. vig.

Persecutores tete cruce contra persecutum.

Tygres nunquam mitescunt neque Iudæi. Ioan. 7.

1187 3. Responsio fuit, *Quod adulatores placere cupientes Pharisæis, ad nutum eorum mutauerunt sententiam, & dolos ponentes dixerunt, sed vnde sit iste, scimus.* Vnde interrogat Stephanus citatus in allegor. Galfridi, quare Leuitici 11. dicitur. *Chameleon inter polluta reputabitur?* Et respondit, *Quia animal est variis coloribus pictum & crudele, mansuetum se simulat, denique colorem rei, cui sese iungit, recipit. Chamelaon ergo adulatores significat, qui ita omnibus se conformant, vt secundum varios status hominum, alias, & alias species induere videantur. Vnde Hieremias ait: Manus misericordium mulierum coxerunt paruulos.* Quasi dicat, bene per mulieres adulatorum mollities figuratur, quia paruulos coquunt, qui infirma facta diuitum vanis laudibus eleuant, & extollunt, *Quorum os maledictione & amaritudine plenum est.* Quamuis benedicere videantur, & de his scriptum est. *Væ vobis cum benedixerint vobis homines.*

Inconstantes semper mali. Steph. citat. in alleg. Galfrid. Leu. 11.

Adulatores similes chamaleoni. Hierem. c. 4. n. 10. thren.

Adulatores similes mulieribus. Ps. 13. n. 9.

1188 Radulp. cit. *Adulatores parui & crudelissimi.*

Et addit Radulphus in Allegor. Galfridi citatus: *Huiusmodi homines, quandiu nulla potestate prediti sunt, immoderata adulatione omnibus blandiuntur; quibus autem si potestas contingerit crudelitatem continuò manifestant. Talis fuit Absalon, qui ante Regni Tyrannidem peruasi omnibus blandire se exhibens adulabatur. Mox vero vt Principatus culmen arripuit scelestissimus parricida, quantum en ipse fuit neque patri pepercit.* Quasi dicat, qui à principio dixerunt, ecce nunc Christus palam loquitur, quia viles, miseri, & abiectio plebis erant, citò vt oculos Principum annuentes viderunt, sententiam mutauerunt, & Christum contemnentes dixerunt, sed hunc vnde sit, scimus, & vtique ad mortem Pharisæorum dictamen sequuti, clamauerunt, dicentes, crucifigatur: Nam teste Chrisologo, *Eliminat à Palatiis adulatio veritatem*; Quia Aulici sunt, sicut Hedera Ionæ Prophetæ, quæ vna nocte creuit, & statim exaruit; & sicca ad ardorem solis Prophetam reliquit. Sic adulatores si repente potentes fiant, crudeles fiunt, & sectantes suos adulatores arescere & siccari relinquunt. Et sicut cum hædera nascitur in hortis humilis & planta vilis est, sub pedibus omnium contempta paulatim crescit, & vsque ad tectum ædificij pertingit, & tunc non cessat parietem fodere, & pulsare, vsquequo in ruinam ædificium peruenit. Sic adulatores crescentes cum culmen dignitatis consequuntur ad ruinam prouocare non cessant eos qui eis auxiliari sunt; quia viles, & inconstantes sunt, & quasi luna, vt stulti mutantur, vt in adulatoribus istis patet, qui primo laudauerunt Christum dicentes, *Ecce palam loquitur*, &c. In puncto mutati dixerunt, *Sed hunc nouimus vnde sit*, Quia adulatores non sunt stabiles.

Adulatores ad nutum mutantur. Ioan. 7. Chrisolog. sup. citatus. Ioan. c. 4. *Adulatores similes hederæ. Hedera contempta crescit. Adulatores viles, & ingrati. Adulatores varij & inconstantes.*

DIFFICVLTAS XIII.

Quare dicitur, Christus in templo clamabat dicens & me scitis, & vnde sim, scitis?

1189 QVæsitum fuit, quare Christus clamabat dicens, & me scitis, & vnde sim scitis?

1. Responsio Augustini. *Idem fuit dicere Me scitis vnde sim, & vnde sim nescitis*, Ac dicere genealogiam ex parte materna, Mariæ scilicet, Matris meæ bene scitis, & generationem æternam nescitis vnde sit, quia scriptum per Isaiam est, *Generationem eius quis enarrabit?* Quasi dicat, malitia vestra vos excæcat ita vt videntes videre non vultis, & scientes ignorare prædicatis: nam vt Hispani dicunt, *No ay peor sordo que el que no quiere oyr.* Ita & vos diuinitatis progeniem meam, neque audire vultis malitia repleti. Vnde interrogat Oleaster, quare Genes. 27. dicitur quòd Isaac dixit, *Accede fili mi, vt tangam te.* Vel vt Pagninus legit, *Appropinqua & laudabo te?* Et respondet: *Adhibenda est diligentia, ne decipiaris; quoniam ignorantia crassa, & supina non excusat peccatorem à peccato.* Quasi dicat: ideo clamabat Iesus affectando malitiam Iudæorum; quia ignorantia crassa repleti erant, & quasi cæci palpantes parietem, nolebant scripturas de Christo clarè loquentes intelligere. Vnde addit Oleaster, *Ideo Isaac dixit, vox quidem, vox est Iacob. Genes. 27. quia per tactum facilius fallitur homo, quam per auditum.* Quasi dicat Pharisæi, & Doctores legis palpabant manibus scripturas loquentes, quis esset Messias, & per auditum fidei renuebant credere & ideo dicebat Christus clamans, & me scitis, & vnde sim scitis, sed ignorare crassa, supina, malitiosaque ignorantia vultis.

Aug. citatus in litt. *Generatio Christi æterna occulta hominibus.* Isai. *Hispana locutio.* Oleast. in Gen. 27. Trãs. Pagn. *Ignorantia crassa non excusat à peccato. Cæci palpantes parietem Iudæi legentes scripturas.* Oleast. in Gen. 27. *Tactus fallit potestandum fidei meminit.*

Hinc interrogat Lypomanus quare Genes. 19. dicitur, *Et eos, qui foris erant percusserunt cæcitate à minimo vsque ad maximum; ita vt ostium inuenire non possent*: Et respondit: *Non ablata fuit ab eis visio, sed eius rei aspectus, et intercepta est, quam videre cupiebant, sicut Eliseum quærentes, non videbant, & oculi Discipulorum tenebantur ne eum agnoscerent; sic & omnia Sodomitæ videbant præter ostium domus, ideo multo labore ianuam inquirebant.* Et Rupertus ad eundem locum: *Secundum altiorem intellectum rectè sicut Sodomitæ postmodum igne sulphureo cælitus consumendi prius cæcitate percussi sunt, vt inuenire non possint ostium, ita & Iudæi æternis ignibus cruciandi olim, & nunc mente excæcati sunt, vt inuenire non possint illum, qui dicit Ego sum ostium. Et iterum voce magna in templo clamans dixit Ioan. 7. Et me scitis, & vnde sim scitis.* Quasi dicat per ignorantiam Iudæorum crassam, & vincibilem damnati sunt, quia Christus clamans docebat eos ianuam, & rogabat, vt intrarent per illam credendo, sed ipsi renuebant; & manibus claudebant oculos, & rebelles fuerunt, & sunt lumini. Et addit Lypomanus loco citato: *Mira profectò cæcitas; quia quam Pastores eorum longe ante venturum prauiderunt præsentem, ac venientem non cernerent.* Quasi dicat, quis tam horribilia audiuit peccata filiæ Syon; quia Patres eius à longe salutantes gauisi sunt, vt viderent Deum Iesu Christi filij scelerati, & obcæcati malitia, & ignorantia renuebant intelligere scriptores, & si legebant scire simulabant, & negabant, contra quos irascitur Christus clamans & dicens, *Et me scitis*, Per scripturas scilicet, *Et vnde sim scitis*, Id est, Prophetæ prædicauerunt me venturum de cælis, & Verbum caro factum mundum redempturum; sed vestra ignorantia supina & crassa, quod vero est negatis de mea æterna generatione, & origine à Patre procedente, & quod nozium est ad augendum contemptum scire protestatis dicentes *Hunc scimus vnde sit*, & de cælis descendisse me falso negatis; quia me scitis, & vnde descendi, per scripturas scitis, vt Augustinus adnotauit.

1190 Lypomanus in Gen. *Differentia inter cæcum, & non videntem.* Ruper. in Gen. 19. *Iudæi similes Sodomitis in non inueniendo ianuam.* *Christus ianua est Iudæi Rebelles.* Lypom. cit. *Sancti Patriarchæ de longe Christũ viderunt, & Iudæi de proximo non.* *Impij quod noxium est ad contemptum scire cupiunt non quod ad laudem & gloriam.*

4. Responsio Chrysost. in Cath. citat. *Quæ occultè loquebantur Iudæi, hoc in medium ducis, clamans vt eos verecundari facias.* Quasi dicat in occulto de prosapia Christi murmurabant Pharisæi, & Christus, vt reatus peccati agnoscerent palam clamabat, vt erubescerent, & confunderentur. Vnde interrogat Oleaster quare dicitur

1191 Chrisost. cit. in litt. *Impij occultè & in absconditò loquuntur.*

Oleast. in Gen. 2. Trãs. Pagn.

citur Genes. 2. *Adam, & Eua erant ambo nudi, & non pudebat eos?* Sic legit Pagninus. Et respondet. *Fœtum peccati constat esse verecundiam. Vnde iusti non habent quod verecundentur.* Quasi dicat, verecundia, quæ ex confessione peccati, & dolore contritionis oritur, laudabilis est, de qua Chrisologus loquens serm. de filio prodigo ait: *Pro tantis sceleribus sola verecundia sufficiebat.* Quasi dicat, rubor procedens ex calore doloris peccati, ad maxillasque prosiliens sufficit vt misericordiam paternam consequatur, quisquis totam facultatem cælitus acceptam dissipauerat. Verecundia autem, quæ abscondit delicta, & fugit à Deo, venenum est penetrans, & pertingens vsque ad interitum cordis & animæ. Vnde Bernard epist. 185. *O verecundia expers rationis inimica salutis, totius ignara honoris, & honestatis.* Quasi dicat, quid enim à ratione magis alienum, quam ægritudinis sordium, & peccati non pudere; salutis vero munditiei, & bonæ mentis pudorem non habere. O hominem væcordem, & stultum, qui fumum ignominiæ fugiens in æternam confusionem ruere non times. Hinc Plutarchus lib. de verecundia ait. *Persæpe fumum ignominiæ fugientes in ignem ruimus.* Et Tertul. lib. 1. de Pænitent. cap. 10. *Grande plane emolumentum verecundiæ occultatio delicti pollicetur, videlicet, si quid humanæ notitiæ subduxerimus proinde, & Deum celabimus, à Deo non existimatio hominum & Dei conscientia comparantur, cum melius est damnatum latere, quam palam absolui,* Quasi dicat, Pharisæis, qui in abscondito de Christo murmurabant & ante illum parere verecundabantur, cum melius est clam de diuinitate murmurare Christi, quam palam audire clamores Iesu contra proteruiam vestram, vt rubore, & verecundia confunderentur.

Iusti nõ habẽt vnde verecũdentur parere in publicõ.

Verecundia laudabilis. Chrysolog. serm. de Prodigo.

Verecundia impia fugiẽda.

Ber. ep. 185.

Plutarch. lib. de verec. Tertul. lib. 1. de pœnit. c. 10.

Qui verecũdia non confitentur miseri damnati. Palam confundantur peccatorum verecundosi ad bonum & ad malum impudici.

1192 Hinc D. Ambros. in Ps. 36. *Premit igitur se intra hominum conscientiam cum latere non possit, & tamen differt quod vulnus efferueat, vt iam non fidei salubritate, sed immedicabili atrocitate vlceris detegatur.* Et Philo: *Non est felix nequitia, quæ dum celari cupit deprehenditur.* Quasi dicat, quid profuit Iudæis occultè nequitiam, & malitiam suam contra diuinitatem Christi, & doctrinam eius zelare, si Christus palam loquebatur, & nemo audebat ei contradicere ex rubore & verecundia. Vnde addit Tertullianus præfato lib. 1. de pœnit: *Ego rubori locum non facio cum plus de detrimento eius adquiro.* Et Augustinus lib. de decem Chordis: *Melior est modica amaritudo in faucibus, quam æternus cruciatus in visceribus.* Quasi omnes dicant, quod Pharisæi audientes clamores Iesu & palam loquentem contra duritiam cordis eorum fingentes ignorare, quis esset Christus, quia sciebant, quis esset, & vnde esset, verecundia & dentibus lacerabantur & in cordibus dellecabantur, ex nimio rubore vt Chrisostomus adnotauit.

S. Ambr. in Ps. 36.

Vulnus putrefactum abscondita peccata ex verecundia non confessa.

Philo. Tertul. lib. de Pænit. Augast. lib. de decem Chord. *Dolor in corde fugiendus.*

Chrys. citat.

DIFFICVLTAS XIV.

Quare dicitur Quod volebant eum apprehendere, & nemo misit in illum manus.

Quæsitum fuit, quomodo si erat in templo Christus quærebant eum apprehendere? 1193

1. Responsio fuit Lyrani? *Hic ostenditur populi diuisio, quia maligni audita responsione Christi exarserunt in malitia, & fideles consolidati sunt in fide.* Quasi dicat multoties discordias iniquorum & controuersias impiorum qui componere intentat male tractatur ab vtraque parte. Hinc interrogat Oleaster, Quare Moysi, pacem inter Ægyptium & Israelitam ponere procuranti, dixit Ægyptius: *Nunquid occidere me tu cogitas?* Sic Pagninus & Respondet: *Hoc est munus quod referunt, qui inter discordes componunt dura verba obiectionem occulti criminis, & multoties ab vtroque discordantium percutiuntur, quemadmodum Christo nostro accedit, qui cum inter nos & Patrem cælestem componere pacem voluisset ab eo, & nobis percussus est, vt Isaiæ 33. dicitur Propter scelus populi mei percussi illum, & apud Zach. 3. His plagatus sum in medio illorum, qui diligebant me.* Quasi dicat isti, qui consolati erant in fide, & Christum diligebant citò conuenerunt in vnum aduersus Deum, & aduersus Christum eius cum his qui hodie volebant manus in illum mittere.

Lyran. cit. in litt.

Diuisio malorum consolatio iustorũ.

Oleast. in Exod. 2. Trãs. Pagn. *Hispana locutio,* Elque mete paz sale las manos en la cabeça.

Isaiæ 33. Zach. 3. *Christus à Patre & hominibus vulneratus.*

Hinc Dauid Ps. 54. n. 10. *Contra diuisiones istorum in spiritu petebat à Deo, quòd euanescerent. Præcipita Domine diuide linguas eorum, quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate.* Et inde quasi ad postulata responsum insinuat Psalm. 106. numero 4. *Effusa est contemptio super Principes errare fecit eos in inuio, & non in via.* Vbi pro contemptione, siue despectione, Hieronym. Gregor. lib. 9. mor. cap. 11. Arnobius, Cassiodorus, Hugo, & alij legunt *Contentio.* Et erit sensus Principum animos à se inuicem decessisse. Quas lectiones Richardus conciliare nititur, quod ex contentione oriatur contemptus, siue despectio imo & irrisio. Et Greg. Nyssenus legit, *Effusa est annullatio super Principes.* Quasi omnes dicant quod ex contentione, & diuisione Pharisæorum, & aliorum qui volebant manus iniicere in Iesum, orta est tandem irrisio & contemptus Christi ingens; sed propter illam errare fecit illos in omni via; quia ratio Iudæorũm ira diuisa est & errat in omnibus partibus orbis terrarum, quod abominabiles omnibus nationibus, & ab omnibus opprobriantur, & manus in eos iniiciunt, vt Hispani dicunt *Apes cosadas los tratan como a viles e infames esclavos,* quia manus iniecerunt in Iesum.

1194 Ps. 54. n. 10. *Contemptio idem est, ac contentio.* Hieronym. Gregor. Arnobius Cassiodorus Hugo.

Ex dimissionibus Iudæorum Christus opprobriatus, & contemptus.

Hispana locutio: mas abaorrdosque Iudios.

2. Responsio Augustini in litt. citati; *Quia nondum venerat hora eius, Absit* (inquit,) *vt sub fato intelligatur; non enim Dominus sub fato natus, aut mortuus est; hoc enim nec de eo credendum est, sed hora eius voluntas intelligitur Christi.* Quasi dicat, qui fortunæ & fato credunt, voluntati Dei non

Aug. in lit. cit. *Fortuna & fatum non est nisi Dei voluntas.*

Anselm. lib. de similitudinibus, c. 2.

conformantur, sed contradicunt. Vnde Anselmus lib. de similitudinibus c. 2. *Voluntas quæ est instrumentum volendi sic est inter Deum & Diabolum quomodo mulier inter legitimum suum virum, & adulterum: vir enim præcipit vt sibi soli coniungatur; adulter vero persuadet vt & sibi copuletur.* Quasi dicat iusti & verè Christiani ita cum voluntate Dei vniuntur & conformantur, vt neque dicere Iesus putant nisi in spiritu Sancto. Aulici verò, & imperfecti Christiani semper fato & fortunæ subiiciuntur dicentes: *Este fue mi hado, esta es mi fortuna,* Et quia tales cum Diabolo comitantur dixit Poeta, *Ne fortuna cedas, sed semper audacior ito.* Quasi dicat Hispano more: *Cada vno naçe con su fortuna, signela, y note rindas que venceras la si porfias!* Contra quos prosequitur Anselmus loco citato; *Deus imperat voluntati, vt societur soli ipsi, neque fati, aut fortunæ recordetur. Diabolus autem ex altera parte suggerit, vt coniungatur & astris.* Hinc Chrisologus loquens de illo Dæmoniaco, qui lunaticus dicebatur ait: *Quòd Diabolus lunaticum faciebat, vt homines crederent, quod luna subiiceretur, vt astris obedirent & crederent, & diuinæ voluntati contradicerent, & non conformarentur.*

Aulici omnia fato & fortunæ tribuunt. — Hisp. loc. — Poeta Gentilis Ouid. — Hisp. locut. — Ansel. citat. — Chrisolog. serm. de Dæmoniaco lunatico. — *Diabolus astris credere nos desiderat.*

1196 Bernardus citatus in alleg. Galfridi ait. *Porro voluntas propria, quo furore Dominum maiestatis impugnet audiant & timeant serui propriæ voluntatis. Primo nempe subtrahit semetipsum, & subdit eius Dominatus, cui tanquam auctori seruire debuerat, dum efficitur sua, vel sub stellarum constitutione fato, & fortunæ subiicitur.* Et addit Bernardus, *Et qui talis est quantum potest, & valet, quæ Dei sunt, tollit, & diripit.* Quasi dicat si fortunæ cedimus & fato, iam in Deo non mouemur & sumus, sed vi stellarum & fortunæ operamur quod hæreticum est. Insuper dicit Bernardus: *Quem enim modum sibi imponeret humana cupiditas? Dico fiducialiter nemini, qui sit in propria voluntate (fortuna duce) & fato propitio posset totus mundus sufficere.* Et addit: *Omnino enim vellet Deum solum peccata nescire, nec posse punire nisi mediante fato, aut fortuna, & talis vult Deum non esse Deum.* Quasi dicat crudelis planè, & execranda malitia, quæ Dei potentiam, iustitiam, sapientiam perire desiderat. Et concludit Bernardus: *Talis voluntas crudelis bestia est fera pessima, rapacissima lupa, & leæna sæuissima. Hæc est immundissima lepra animi, propter quam in Iordane mergi oportet, & imitari eum, qui non venit facere voluntatem suam, sed eius qui misit eum ideo dixit, Quia nondum venerat hora eius,* Id est, sua quæ ita conformis erat cum voluntate Patris, quod quamuis realiter essent distinctæ secundum humanitatem, & diuinitatem tamen vna eademque erat conformitate sicut ipse Christus dixit, fiat voluntas tua, & hæc hora eius, vt Augustinus insinuauit.

Ber. in alleg. Galfridi. — *Fortuna credentes Dei potestatem tollunt.* — Ber. citatus. — *Voluntas propria insatiabilis.* — *Qui fato credunt negant Deum esse omnipotentē.* — Ber. citatus. — *Voluntas propria fera crudelis.* — *Lepra contagiosa Aulicorum fatum & fortuna.* — *Voluntas in Christo duplex humana & diuina.*

1197 Hinc Bernardus de conformitate cum voluntate diuina cum venerit hora mortis nostræ ait in allegoriis Galfridi ad c. 22. Genes. vbi dixit Angelus Abrahæ. *Tolle filium vnigenitum, quem diligis Isaac,* &c. ait: *Oblatus est Isaac, sanctificatus est, non mactatus. Et tu vero si vocem Domini audieris in hora mortis, & dicet tibi, vt offeras Isaac tuum, quodcumque gaudium immoles Deo quacumque in ætate. Interpretatur enim Isaac gaudium, seu risus, fideliter obedire ne timeas, nimirum; & si rem grandem dicit Propheta facere, & obtemperandum est ei per omnia, & eius libenter voluntati cor conformandum non perhibet tibi lætitia, sed in melius mutabitur.* Quasi dicat conformatio voluntatis cum diuina voluntate lætitiam non perdit, sed in melius mutat. Et addit Bernardus. *Aries inter vepres apparuit hærens; quia sine punctionibus anxietas in illa hora esse non potest; tentat enim te Dominus, neque mactatur Isaac, vt opinaris viuens viuet, sed eleuatus vtique super ligna, vt in sublime gaudeas, nec in carne propria, sed in cruce Domini glorieris, per quem nimirum crucifixus es in illa mortis hora, si verè & ex corde dicas fiat voluntas tua.*

S. Bernardus — in alleg. Galfridi ad cap. 22. Genes. — *In hora mortis gaudia mactanda Deo.* — *Gaudia oblata Deo in melius mutatur.* — Bernardus citatus in Gen 22. — *Angustiæ in hora mortis semen gaudiorum.*

Hinc Hugo de S. Victore: *Totum meritum* 1198
hominis in voluntate quamuis tantum mereris; quantum ergo voluntas crescit in hora mortis tantum & meritum. Quasi dicat quantum cor hominis in hora mortis inardescit tantum in cælum supremum eleuatur, quia ignis naturaliter sursum ascendit, & si supernaturaliter voluntas gratia Dei eleuatur conformans se diuinæ voluntati vsque ad supremum cælum ab Angelis portatur. Ideo Dauid in mentis excessu dicebat *Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo.* Quasi dicat, diffinitiua mortis meæ sententia intimatur mihi tibi hostium & sacrificium gratissimum, immolabo hostiam laudis laudando, & glorificando nomen tuum pro tam immensis beneficiis, & hostia hæc tam placita Deo, est nempe voluntas Deo sacrificata quod feliciter potest, & securè statim inuocare nomen Domini dicens, *In manus tuas commendo spiritum meum:* Nam tunc hora mortis cuiuscumque feliciter accedit, cum voluntas Domini aduenerit. Ideo Chrisostomus hom. 25. dicebat: *Sicut ex floribus poma formantur: ita ex voluntate Deo informata fructus gratia & gloria nascuntur, & sicut ante fructum flos præcedit: ita ante opus vltimum voluntas bona præcedat.* Quasi dicat, sicut cùm flores apparent, dicebat sponsa, *Tempus putationis aduenit.* Ita cum voluntas in hora putationis eius vitæ temporalis appropinquat, si lætanter in voluntate Dei quis persistit fructibus & pomis paradisi æterni fruetur, iuxta illud quod Beato Didaco Complutensi contigit, cum hora mortis appropinquaret, & Christum crucifixum aspiceret dixit: *O quam dulces flores Paradisus habet,* Et hæc dicens expirauit; quia illa mortis hora iniustis dicitur cum voluntas Dei accessit, vt Augustinus insinuauit explicans, *Quia nondum venerat hora eius.*

Hugo de S. Victore. — *Voluntas Deo sacrificata in hora mortis auget meritum.* — *Ignis centrū sursum.* — Ps. 115. n. 17. — *Sacrificium laudis vincula vita dirumpere.* — *Hora mortis voluntas Christi.* — Chrisost. hom. 25. — *Voluntas Deo sacrata fer.* — Cant. c. 2. n. 12. — *Tempus mortis tempus putationis.* — *B. Didacus Complutensis in hora mortis paradiso fruitur.* — in Chronic. Ordin. 3. part.

TRACTATVS VIGESIMVS NONVS

Ad Litteram, *In cap. 9. Ioannis De Cæco à natiuitate à Christo prætereunte illuminato.*

TEXTVS.

1 ET præteriens Iesus vidit hominem cæcum à natiuitate. 2. Et interroga-
uerunt eum discipuli eius: Rabbi, quid peccauit hic, aut parentes eius,
vt cæcus nasceretur? 3. Respondit Iesus: Neque hic peccauit, neque
parentes eius, sed vt manifestentur opera Dei in illo. 4. Me oportet
operare opera eius qui misit me donec dies est, venit nox quando nemo
potest operari. 5. Quandiu sum in mundo lux sum mundi. 6. Hæc cum dixisset,
expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius. Et di-
xit ei. 7. Vade, & laua te in natatoria Syloë (quod interpretatur Missus) abiit ergo,
& lauit, & venit videns. 8. Itaque vicini, & qui viderant eum prius, quia mendica-
uerat, dicebant: Nonne hic est qui sedebat & mendicabat? Alij dicebant quia hic
est. 9. Alij autem nequaquam, sed similis est ei. Ille verò dicebat: Quia ego sum.
10. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? 11. Respondit: ille homo
qui dicitur Iesus lutum fecit, & vnxit oculos meos: Et dixit mihi: Vade ad natatoria
Syloë, & laua: & abij, laui, & video. 12. Et dixerunt illi: vbi est ille? ait nescio. 13.
Adducunt ei ad Pharisæos qui cæcus erat. 14. Erat autem Sabbathum quando lu-
tum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. 15. Iterum interrogabant eum Pharisæi,
quomodo vidisset? Ille autem dixit eis: lutum posuit mihi super oculos, & laui, &
video. 16. Dicebant ergo ex Pharisæis quidam: non est hic homo à Deo qui Sabba-
thum non custodit. Alij dicebant: Quomodò potest homo peccator hæc signa face-
re? Et schisma erat inter eos. 17. Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de illo
qui aperuit oculos tuos? ille autem dixit: Quia Propheta est. 18. Non crediderunt
ergo Iudæi de illo quia cæcus fuisset, & vidisset, donec vocauerunt parentes eius qui
viderent. 19. Et interrogauerunt eos dicentes: Hic est filius vester, quem vos dici-
tis, quia cæcus natus est? Quomodò ergo nunc videt? 20. Responderunt eis paren-
tes eius, & dixerunt: scimus, quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est. 21.
Quomodò autem nunc videat nescimus: aut quis eius aperuit oculos nos
nescimus: ipsum interrogate, ætatem habet: ipse de se loquatur. 22. Hæc dixerunt
parentes eius quoniam timebant Iudæos: iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis
eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret. 23. Propterea parentes eius
dixerunt: quia ætatem habet, ipsum interrogate. 24. Vocauerunt & rursum homi-
nem, qui fuerat cæcus & dixerunt ei: Da gloriam Deo, nos scimus quia hic homo
peccator est. 25. Dixit ergo eis ille, si peccator est, nescio; vnum scio, quia cæcus
cum essem modo videam. 26. Dixerunt illi; quid fecit tibi, quomodo aperuit tibi
oculos? 27. Respondit eis; dixi vobis, & audistis, quid iterum vultis audire? Nun-
quid & vos vultis discipuli eius fieri? 28. Maledixerunt ergo ei, & dixerunt; Tu dis-
cipulus illius sis: nos autem Moysi discipuli sumus. 29. Nos scimus quia Moysi lo-
quutus est Deus, hunc autem nescimus vnde sit. 30. Respondit ille homo, & dixit
eis: in hoc enim mirabile est, quia vos nescitis vnde sit, & aperuit meos oculos. 31.
scimus autem quia peccatores Deus non audit; sed siquis Dei cultor est, & volun-
tatem eius facit, hunc exaudit. 32. A sæculo non est auditum, quia quis aperuit ocu-
los cæci nati. 33. Nisi esset hic à Deo non poterat facere quidquam. 34. Respon-

derunt, & dixerunt ei: in peccatis natus es totus, & tu doces nos? & eiecerunt eum foras. 35. Audiuit Iesus, quia eiecerunt eum foras: & cùm inuenisset eum dixit ei; Tu credis in Filium Dei. 36. Respondit ille, & dixit: quis est Domine vt credam in eum? 37. & dixit ei Iesus: & vidisti eum, & qui loquitur tecum ipse est. 38. At ille ait: Credo Domine, & procidens adorauit eum.

EXPLANATIO LITTERAE.

1199 *Christus inuisibilis factus exiuit de Templo.*

PRæteriens Iesus vidit hominem cæcum. Postquam Christus illæsus exiuit de baratro inimicorum volentium eum apprehendere, factus inuisibilis, sequuti sunt eum discipuli in via vbi apparuit Iesus, & vbi præteriens vidit cæcum; dicitur autem cæcus à natiuitate: quia cæcitas à natura immedicabilis est, vt medici testantur: nam reliquæ cæcitates casu contingentes curabiles sunt? Et interrogauerunt eum discipuli, dicentes: Rabbi quis peccauit, quia attentè Christus respiciebat cæcum. Moti sunt discipuli interrogare curiositatem inauditam, non quia imbuti essent erroribus Iudæorum circa animas antequam in corporibus infundantur: quos satis doctè noster Castro refert, & refutat.

Compassio Christi vidit cæcum.

Castro noster de Hæresibus.

1200 *Error Iudæorum circa animas peccatrices, ante infusionem in corpore.*

Neque hic peccauit, neque parentes eius. Non dixit quòd cæcus, aut parentes peccatum originale non contraxerant. Et similiter Parentes quod alia peccata non commiserint, sed quòd neque propter peccata parentum, neque propter peccatum originale cæci in vtero matris suæ portante, cæcitas ei euenerit; sed vt manifestarentur opera Dei in illo: hoc est: vt per miraculum eius sanitatis, gloria Dei exaltaretur apud omnes fidei credentes, quia per tale miraculum diuina Dei opera elucescebant mirabiliter.

In miraculis opera Dei magnificantur.

1201 *Plasmator hominis primi Verbum diuinum.*

Hæc cum dixisset expuit in terram, & fecit lutum, vt ad memoriam nobis redderet quomodo ipse erat plasmator Adæ, quem ex luto, & sua respiratione formauit corpus, scilicet, & animam rationalem: ideò non in vola manus, sed in terra fecit lutum, vel vt significaret mysterium Incarnationis, vt August. insinuat. Mihi autem videtur fecisse lutum ex sputo, vt miraculum plus eluceret, quia lutum plus claudit oculos, quàm alia quæcumque res, & vt contraria contrariis magis elucescant.

Incarnationis mysterium figurat August. &c.

Natatoria idem quòd piscina.

Vade, & laua te in natatoria Syloë: Natatoria idem est quòd Piscina, quæ erat ad radicem montis Syon: & misit illum ad illam, vt omnes per quos transiret, videntes illum clausis oculis cum luto, & historiam scirent, plus admirarentur miraculo patrato: & vt sacramentum Baptismi, in quo lucem gratis recipitur insinuaretur.

Obedientiæ effectus mirabiles.

Matth. c.

Gratitudo Deo placet nimis.

1202 Abiit ergo, & lauit, & venit videns, quasi dicat: Plus tardauit cæcus obediendo, quàm effectus miraculi videretur. Dixit autem Euangelista & venit videns, vt gratum illum adnotaret, non sicut leprosi ingrati, de quibus Christus dixit: vbi sunt?

Calumniatorum, Adulatores sunt.

Vicini verò, & qui viderant eum prius: testes contra calumniatores vicini isti sunt, & ex controuersia plus veritas comprobata apparuit, & vicini qui cæcum vix cognouerunt, iam videntem redarguerunt, sed ad mores postea.

1203 Vbi est ille? dubitantes de miraculo. Dicebant: vbi est ille, vt Pharisæi portarent Iesum, eo quòd Sabbatho patrasset miraculum: ideò subdidit Euangelista, erat autem Sabbathum quando lutum fecit Iesus.

Non est hic homo à Deo qui Sabbathum non custodit: manifestè apparet schisma, quæ orta est inter illos: nam vicini aliqui, & ex turba multi dicebant; Propheta Dei magnus est qui talia operatur: litterati & Pharisæi titulo religionis dicebant: Quomodo potest Deo placere qui sabbathum non custodit, aut frangit legem, quod idem est.

Schismatici parentes periculosa in hoc Mundo.

Tu quid dicis de illo: hoc dicebant tanquam impij iudices desiderantes capere cæcum in sermonis variatione, sed qui adhæret Deo vnus Spiritus fit cum eo.

Sermonibus capitur facile homo.

Ipsum interrogate, ætatem habet: hic apparet exacta, & rigorosa miraculi examinatio; nam separatus cæcus à Parentibus iudicium faciebant Pharisæi; ideò Parentes de vera filiatione testificantur; de modo verò miraculi ad filium suum remittunt iudices dicentes, ipsum interrogate ætatem habet. 1204

Iudices criminosi exactam faciunt examinationem.

Si peccator est nescio, vnum scio, quia cæcus cum natus sim, modò video: non est ad rem, neque mei iuris, aut vestri examinare quod non pertinet ad propositum, quod certum est scio me natum cæcum, & modo videre; quasi diceret, in vanum laboratis iterum, atque iterum interrogando quod oculis vestris videtis me videre, & cæcum me vidistis à natiuitate examinatum à vobis est. Et meo videri quasi ironicè, & illudendo de Pharisæorum calumniis addit cæcus.

Iudices non possunt examinare de rebus extra causam delicti.

Numquid & vos discipuli eius vultis fieri? Maledixerunt ergo ei. 1205

Ironica loquutio.

Hic apparet quod Pharisæi, clarè cognouerant cæcum Christi esse discipulum.

Tu discipulus eius sis. Et eiecerunt eum, vel extra templum, vel extra synagogam, vel à se tanquam indignum, vt cùm magistratibus loqueretur. Vel meo videri irritati extra ciuitatem eiecerunt eum, vbi Christum inuenit, nam iam non palam ambulabat propter præconium promulgatum quòd Christum nemo reciperet, & si quis eum audiret extra synagogam fieret: ideò sequitur.

Christus extra ciuitatem ambulabat cæcus exulatus tanquam fictus à Pharisæis impiis.

Et cum inuenisset eum, dixit ei: Tu credis in Filium Dei; quasi gratus Christus de fide humana, quam cæcus pro beneficio accepto coram Pharisæis ostendit, voluit cæcitatem animæ per fidem curare: ideò dixit illi; Tu credis in Filium Dei. 1206

Et vidisti, & qui loquitur tecum ipse est, ac si dicat; Beneficium visus non tibi dicit quod ego sum? & procidens adorauit eum, non vt hominem, aut Prophetam, aut beneficium solum; sed vt verum Filium Dei, verbis, signis, lachrymis, & operè osculauit pedes IESV, &c.

Beneficia ostendunt suum Authorem.

TRANSLATIONES ANTIQVIORES & Neotherica iuxta cap. 9. Ioan.

Vulgata editio: Præteriens Iesus vidit hominem cæcum à natiuitate. *Translat. ex Syriac.*	1. Qumque præteriret vidit hominem cæcum ab vtero matris suæ.
Rupertus in c. 9. Ioan.	2. Exeundo de templo intendit hominẽ cæcum.
Lyranus sua in glossa.	3. In exitu de templo vidit hominem mendicantem eleemosynam.
Chrysost. in glossa cit.	4. Intendit in cæcum quasi vellet aliquid agere.
n. 3 *Vulgata. Neq; hic peccauit, neque parentes &c.* *Trãs Vatabl.*	5. Vt manifesta fierent opera Dei in illo.
Transl. ex Syriac.	6. Vt expectentur in eo opera Dei.
Caietan. in Euang.	7. Non dicit opus, sed opera, quia omnia miraculosa Christi opera sunt.
n. 6. *Vulg. Lyranus.*	8. Vt in eius mirabili operatione manifestentur Dei opera.
Hæc cum dixisset expuit in terram. *Translat. ex Syriac.*	9. Conspuit in terram & pinsuit lutum ex sputo.
Transl. Vatabli.	10. Et illeuit oculos illius cæci. Et illeuit super oculos cæci.
Caietan. in Euang.	11. Non in vola expuit, sed in terram, & fecit lutum.
Lyranus sua in glossa.	12. Saliua quæ fluit à capite & virtus sanatiua à diuinitate Christi.
Iansenius sua in concord.	13. Ex sputo suo facto oculisque cæci apposito, iussit vt abiret in Natatoria Syloë.
Translat. ex Syriac.	14. Laua te in Baptisterio Syloë.
Trãs. Vatab. in scholiis.	15. Excipiebat aquam ex fonte Syloë natationis, aut ablutionis causa.
n. 11. *Vulg. Homo qui dicitur Iesus lutum fecit.*	16. Vir nomine Iehoua fecit lutum, & illeuit oculos meos, ac dixit mihi,
Translat. ex Syriac.	vade, laua te aquis Schiloucho; abij itaque, laui, & visum recepi;
Lyranus sua in glossa.	per tactum sensit cæcus lutum, quia non vidit si ex sputo fecit, ideo dixit lutum fecit.
n. 16. *Vulgat. Non est hic homo à Deo, qui Sabbathũ non custodit.*	17. Homo iste non est à Deo qui Sabbathum nõ custodit.
Translat. ex Syriac. *Trãs. Vatab.*	18. Non est homo a Deo qui Sabbathum non seruat.
n. 21. *Vulgat. Nunquid & vos discipuli eius vultis fieri?* *Trãst. Vatab.*	19. Conuiciati ergo sunt ei, & dixerunt; Tu discipulus illius sis.
Translat. ex Syriac.	20. Dixi vobis neque audiuistis quidnam vultis audire num & vos discipuli eius vultis fieri?
n. 30. *Vulg. In hoc mirabile est, quia vos nescitis vnde sit, & apparuit.*	Ipsi autẽ & conuitiati sunt, dicuntque ei: Tu ex discipulis eius sis.
Translat. ex Syriac.	21. In hoc mirandum est, quòd vos nesciatis vnde sit, & oculos meos aperuerit.
n. 33. *Vulg. Nisi esset hic à Deo nõ poterat facere.*	
n. 34. *Vulg.* *Trãs. Vatab.*	22. Nisi esset hic à Deo non potuisset facere quicquam.
In peccatis natus es & tu doces nos. *Translat ex Syriac.*	23. Tu totus in peccatis natus es, & tu doces nos; & eiecerunt eum foras.
n. 35. *Vulg.* *Maldonatus in Euangel.*	Et eiecerunt eum à se tanquam stultum.
Et audiuit Iesus quòd eiecerũt eum. *Translat. ex Syriac.*	24. Et audiuit Ieschua eum eiectum fuisse foras, &
Caietanus in Euangelia.	dixit ei, tu credis in Filium Dei, &c. Credo Do.

Trans

mine mi ; verbis dixit credo.

Translatio Vatabli. 25. Domine,& facto adorauit Credo Domine mi, & adorauit eum.

Translat. ex Syriac. 26. Credo Domine mi, & procidēs adorauit eum.

DIFFICVLTAS PRIMA

Ad Litteram.

Quare dicitur Transiens Iesus vidit hominem cæcum?

1207 QVæritur : Quare exiens Iesus de templo, vbi lapidare eum Iudæi voluerunt, miraculum cæci patrauit?

Chryſ.hom. 55.tom.3. 1. RESPONSIO Chrysost. hom. 55. in Ioan. tom.3. *Quia Iudæi sermonum Christi altitudinem non susceperant, exiens de templo curauit cæcum sui absentia eorum furorem mitigans, & per operationem signi eorum duritiam molliens, & de his, quæ dicta sunt à se faciens fidem.* Quasi dicat furori cedere impiorum virtus prudentis est, & beneficiis opera mala satisfacere specimen diuinitatis est. Ideò Christus & lapidare volentes relinquebat, & miraculo cæci fidem suæ diuinitatis in cordibus Iudæorum plantare intendebat. *Cedere furori ingens prudētia.*

1208 *Rupert.in Ioan.9.* 2. RESPONSIO Ruperti in Ioann. 9. *Verè præteriens Iesus, vidit hominem cæcum; nam illos qui se videre iactant prætergressus, & obtenta velamine super corda, ne videretur absconditus venit ad nos, vt videremus eum qui cæci eramus.* Quasi dicat, Præsumptuosos Iudæos quòd Deum habebant, & Christum videre renuebant relinquit & ad gentiles cæcos, humiles & abiectos venit illuminare. *Præsumptuosos relinquit Deus.*

1209 *Lyranus sua in glossa.* 3. RESPONSIO Lyræ sua in glossa: *Præteriens vidit cæcum, quia ibi sedebat mendicans eleemosynam ab ingredientibus in templum; & diligenter intuitus est eum Iesus.* Quasi dicat: Ex occasione inspectionis Christi discipuli interrogauerunt ignorantes, quia adhuc rudes erant: nam ignorantia cæperunt cogitare quod cæcus propter delicta sua, vel parentum suorum posset ita nasci. *Miseratio Christi super miseros.*

1210 *Auct. mens. Miracula Christi diuinitatis eius testes fuerūt.* 4. RESPONSIO meo iudicio. Præteriens Iesus dum (ex templo exiret, vbi lapidare eum voluerunt) cæcum curauit, vt confirmaret doctrinam prædicatam, scilicet, quòd erat Filius Dei, cuius conditio est benefacere omnibus, quia solem suum oriri facit super bonos & malos, & Isaia teste: Messias vt oculos cæcorum aperiret venturus erat. Ideo subdit: *Me oportet operari opera eius qui misit me.* Id est ea ad quæ misit me, scilicet cæcos illuminare, quia quamdiu fuit in mundo lumen erat mundi.

DIFFICVLTAS II.

Ad Litteram.

Quare Christus discipulis respondit: Neque hic peccauit, neque Parentes eius vt cæcus nasceretur.

QVæritur: Quare Christus à culpa liberos esse denunciat signatos à natura cæcitate? 1211

Rupert.in Ioan.9. 1. RESPONSIO Ruperti Ioan. 9. *Quantum ad litteralem sensum sua Dominus noster grauitate leuitatem nostram compescit, ne quoties cum huiusmodi priuatione membrorum aliqua diminutione, siue deformitate natos propter parentum propriam culpam hoc euenerit.* Quasi dicat, malitiam, aut ignorantiam hominum Christus euitare desiderans, dixit, quòd qui signati nascuntur à natura non contemnantur, qui neque parentes, neque ipsi culpam commiserunt propter quam signati nascantur; sed vt miracula aliquando à Deo exerceantur, & vt semper Deo qui nos perfectos nasci (corpore) dignatus est, gratias exhibeamus. *Signati à natura sine culpa earū nascuntur.* *Deo gratias exhibere, qui nos sanos nasci dignatus est.*

1212 *Lyra sua in glossa.* 6. RESPONSIO Lyrani sua in Glossa: *Licèt enim parentes pro peccatis suis aliquando puniantur in filiis monstruosis in quantum talia monstra ex diuina iustitia nascantur, tamen frequenter fit sine peccato, scilicet propter indispositionem materiæ, vel debilitatem virtutis, quæ est in semine.* Quasi dicat,: Quamuis talia monstra sint à casu respectu naturæ creatæ, sunt tamen præordinata respectu diuinæ prouidentiæ, ad declarationem diuinæ operationis per miracula, & de hac specie erat ista curatio. Ideò subditur: *Sed vt manifestentur opera Dei in illo.* *Monstra à natura ex debilitate materiæ procedunt.*

1213 *Gregor.lib. Moral.* 1. RESPONSIO Gregorij lib. 1. Moral. *Alia est percussio qua peccator percutitur, vt sine retractatione puniatur, alia qua peccator percutitur vt corrigatur, non vt præterita corrigat; sed ne ventura committat; alia per quam nec præterita culpa corrigatur, neque futura prohibeat; sed vt inopinata salus percussionem sequatur & salutis virtus cognita ardentius ametur.* Ac si dicat Quam plurimæ infirmitates inculpabiliter hominibus eueniunt, solum vt opera Dei edulcescant. Vel per sanitatem, vel per patientiam supportantibus per quam ipsi gloriam consequantur, & Deus in suis creaturis laudetur. *Ægritudinis diuersi effectus.*

1214 *Auct. mens. Consolatio cæcorum omnibus signatis à natura.* 4. RESPONSIO sed meo iudicio hæc tandibus Apostolis respondit, non vt immunes parentes vel cæcum ab originali liberaret; sed de singulari commisso crimine purgauit illos, & ideo dixit, vt manifestentur opera Dei non opus, quia pro omnibus in futuro sæculo nascituris signatis à natura respondit quòd ita nascebantur, vt opera Dei manifestentur in illis.

* * *

DIFFI

DIFFICVLTAS III.

Ad Litteram.

Quare dicitur Quod Iesus expuit in terram, & lutum fecit ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius?

1215 QVæritur: Quare Christus medicinam tam inauditam ad sanitatem cæci fecit ex sputo saliuæ suæ?

Chrisoſt. in cath. cit. *Homo ex luto formatus.*

1. RESPONSIO Chrysostomi in Cath. citat. *Quia qui maiores substantias de nihilo ad esse produxit multo magis oculos sine materia fecisset; sed voluit docere se ipsum esse creatorem, qui in principio vsus est luto ad hominis informationem; ideo autem non aqua vtitur ad lutum faciendum: sed sputo, vt nihil ascribatur fonti; sed discas: quoniam virtus oris eius oculos aperuit, & plasmauit.* Quasi dicat: lutum fecit, vt recordaretur homo quòd ex luto esset formatus, super oculos liniuit vt in contrarium instrumentum claritatis oculorum plus eluceret miraculum: lauari in Syloe iussit, vt non videatur ex virtute terræ ista curatio, ideo subdit; laua te in Natatoria vt constet quòd non indigeo luto ad faciendos oculos.

Baptismus fons spiritus sancti.

1216 Auct. mens. *Christi caput Diuinitas eius.*

2. RESPONSIO meo videri; Lutum ex saliua sua fecit, quia saliua de capite descendit, & vt cognoscerent omnes quòd miraculum illud, sicut & omnia præterita, & futura à capite Christi quod est eius diuinitas procedebat, & ab humanitate tamquam instrumentum diuinitatis: ideò ex saliua lutum fecit, & liniuit oculos, quæ omnia pertinent ad instrumenta operationis, ad miraculum autem perficiendum iussit ad Natatoria, vel Baptistarium, quia Baptismus est fons, ex quo gratia, & dona sancti spiritus procedunt.

1217 Rupert. in Ioan. 9. *Incarnationis mysterium in saliua Christi & luto repræsentat.* Eccl. c. 24. Genes. 3.

3. RESPONSIO Ruperti in Ioan. 9. *Quid aliud nobis manifestatur in illo cæco per illud quod expuens Dominus Iesus in terram lutum fecit ex sputo, & liniuit oculos, nisi hoc spectabile, & gratiosum opus diuinæ gratiæ quod verbum suum pulvereæ naturæ hominis vnitum nobis gentibus prædicari voluit. Tunc quippe quasi saliua puluis admissus est, vt vnum ex duabus rebus factum, quando verbum, vel sapientia quæ dicit Eccl. 24. Ego ex ore Altissimi prodiui, carnem nostram assumpsit, cui dictum est: Puluis es, & in puluerem reuerteris Genes. 3.* Quasi dicat: Intentum Christi prædicatum in templo, & lapidatum pro eo, confirmauit exemplo in curatione cæci medicinali supernaturali medicina, ostendens incarnationem verbi diuini per assumptam humanitatem, quæ puluis est, sed vnita diuinitati per saliuam repræsentatam, ex vtroque vnum fecit hominem, per quem genus humanum lumen perditum à natiuitate originaria perdiderat.

Genus humanum cæcus significat.

1218

1219 Lyr. sua in glossa. *Corpus animalis pars inter animalia bruta.*

5. RESPONSIO Lyræ sua in Glossa: *Inter corpora animalia nobilius est corpus humanum & in corpore humano caput est pars nobilior, & in capite oculus, ideò ex formatione partis nobilioris repertæ in corporibus, ostendit Dominus se esse formatorem corporis.* Quasi dicat, semper Christus parabolis, & ænigmatibus vtebatur, vt ostenderet hominibus occulta saluamenta diuinitatis suæ, & personæ diuinæ, & sic in curatione cæci ex sputo linito insinuauit creatorem esse hominis.

Christus in parabolis loquebatur.

5. RESPONSIO August. in Chath. cit. Genus humanum, est iste cæcus; hæc enim cæcitas contigit in primo homine per peccatum, de quo omnes originem duximus: de saliua lutum fecit, quia verbum caro factum est: pertinuit autem ad Euangelistam vt commendaret nobis nomen huius piscinæ, & ait quòd interpretetur missus: nisi enim ille fuisset missus, nemo nostrum esset ab iniquitate dimissus. 1220 Aug. cit. in cath. *Christus missus peccata dimisit.*

6. RESPONSIO, Gregorij lib. 18. Moralium *Per saliuam sapor internæ contemplationis accipitur quæ à capite defluit, quia de claritate conditoris adhuc in hac vita nos positos gusto reuelationis tangit, quia superna gratia carnalem cogitationem nostram per admixtionem suæ contemplationis irradiat, & ab originali cæcitate hominem ad intellectualem reformat.* Quasi dicat, Tanta est contemplationis, & orationis vis, quod quemadmodum radij solis nubes subtiles & condensas in claritatem splendentem transformant, quia mixtus & incorporatus est sol inter eas, sic cogitationes tenebrosæ, & mundanæ, per vnionem orationis, & contemplationis euanescunt, & in cælestes considerationes transformantur; vnde cæci & obtenebrosi peccatores vsque ad tertium cælum, & vsque ad vnionem cum diuina essentia solent transformati pertingere. 1221 Greg lib. 18. Moral. *Contemplatio, & oratio auferunt malas cogitationes. Oratio vsque ad vnionem cum Deo pertingit.*

DIFFICVLTAS IV.

Ad Litteram.

Quare dicitur: Abiit ergo, & venit videns?

QVæritur: ad quid fuit missus cæcus, vt se lauaret in Piscina, vel Natatoria Syloë? 1222

1. RESPONSIO Chrysostomi Cath. citat *Poterat quidem Christus absque eo quòd iret dare cæco lumen, sed conueniens erat vt destrueretur Iudæorum indeuotio, & vt omnes eum viderent lutum super oculos habentem.* Quasi dicat: Ad conuincendos inimicos, & proteruos reducendos, multa diligentia, & prudentia vtendum est, & ideo testes & publica manifestaque probabilitas adhibetur. Chrisoſt. in cath. cit. *Inimici proterui Inflexibiles.*

2. RESPONSIO Ruperti *vacare hanc putes coniunctionem copulatiuam sic positam, abiit ergo lauit, & venit videns: cæci fides subaudienda est.* Quasi dicat: Quemadmodum alteri dixit cæco: Fides tua te saluum fecit, sic ex magna huius cæci fide tamquam ex causa effectus completi orti sunt. Abiit, lauit & vidit, & addit Rupertus: *Hac igitur illa est operatio Dei, manifestatio quam intendens [illegible] natura nostræ opifex, nec hic peccasset, nec parentes eius, voluit tamen valde vtiliter imperfectum educere vasculum, vt cæcus homo nasceretur.* Quasi dicat speculemur intus in nostra conscientia qualiter quotidie 1223 Rupert. in Ioan. 9. *Fidei effectus admirabiles & instantanei* Rupert. cit.

Iam in corde omnes caecitates immundas habemus. quotidie illuminatæ sunt cæcitates cordis nostri, & vas istud contemptibile cæci miseri ne putemus illuminatum quia vile, nos vero pulchritudine vel nobilitate decori cæcitate carere.

1124 3. RESPONSIO meo iudicio dicitur quasi in compendio inaudita gratitudo cæci huius, qui nullo obstaculo impediente celeriter lotus, videnſque venit, vt manifestaretur gloria Christi, non enim bona gloria est, nisi æstimetur Auctor creationis.

1125 4. RESPONSIO Lyrani sua in glossa: *Non virtute luti vidit cæcus, alioquin vidisset statim cum impositum fuisset, & iterum hoc patet quia non vidit donec lutum amotum fuit, neque virtute aquæ, quia homines ibi frequenter se lauabant, & idem cæcus alias de illa se lauerat, quia communis erat, & tamen virtutem illuminatiuam nullus expertus fuerat.* Quasi dicat, ex euidentibus rationibus patet, quod sola virtute diuina illuminatio cæci facta est.

Auctor. ment. *Manifestatio gloriæ Christi per miracula laudabilis.* Lyran. sua in glossa. *Aqua piscinæ, neque lutum virtutē sanatiuam non habebāt.*

DIFFICVLTAS V.

Quare dicitur, Quòd adducunt cæcum ad Pharisæos, & quare dixerant: Non est hic homo à Deo qui Sabbathum non custodit: Tu quid dicis?

1126 QVæritur: Quare cæcus adducitur ad Pharisæos, & quare sententiam eius postulant?

1. RESPONSIO Chrysostomi in cath. cit. *Quia Iudæi quærentes dicebant vbi est ille, vt ducerent Christum ad Pharisæos, ideò illum non inuenientes cæcum ducunt, vt vehementer eum interrogarent: propterea Euangelista dixit erat enim Sabbatho.* Quasi dicat, vt eorum malam mentem demonstraret, & causam propter quam Christum quærebant, vt accusarent eum, & punirent propter præuaricationem legis.

Chrysost. in cath. cit. *Homines deprauatæ intentionis odibiles Deo.*

1127 2. RESPONSIO meo videri: Idem fuit dicere, non est hic homo à Deo missus (etiamsi faciat miracula) quia legem Dei frangit, quia malitiose dicebant, quia Sabbathum non custodit, cum deberent dicere: *Quia Sabbatho curat, & sanat homines.* Sabbathum autem frangere non poterat qui peccatum non habebat, neque habere poterat, & miracula & signa facere possunt. Magi virtute diaboli fuere, sed in comprobationem propriæ sanctitatis solus Christus potuit facere miracula, vt ipse testatur: *Opera quæ ego facio, ipsa testimonium perhibent de me* Ioan. c. 10. n. 15. Quàmquam benè in confirmationem bonæ doctrinæ, & nominis, quod prædicat possit facere: ideò inquit Ianſenius c. 78. in Ioan. quod Dominus dixit damnando esse quosdam in die iudicij, qui in nomine eius miracula faciebant.

Auct. mens. *Christus impeccabilis non potuit frangere Sabbathum.* Ioan. c. 10. *Miracula in comprobationem propriæ sanctitatis non possunt magi facere.*

1128 3. RESPONSIO Theophili in cath. cit. *Tu quid dicis de illo & vide quomodo beneuolè quærunt, non enim dicunt tu quid dicis de illo, qui Sabbathum non custodit, sed miraculum commemorantur.* Quasi dicant: *Bene facis eum mirabilem prædicando, quia gratus es, & debes benedicere his, qui bona tibi fecerunt.* Vt adulationibus infle-ctèrent quem adducendo ante tribunal iudicij constantem in amore Christi respiciebant.

Ianſ. c. 78. Theoph. in cath. *Adulationes inflectunt iudices.*

1129 4. RESPONSIO August. *Quærebant quemadmodum hominem calumniarentur, & sibi in sermonibus, verbisque contradiceret, vt eiicerent eum de synagoga, & Christum tanquam magicum prædicarent; sed cæcus constanter quod sentiebat expressit: vnde sequitur: ille autem dixit quia Propheta est.* Quasi dicat, adhuc sine fide firmata cæcus tam fideliter veritatem amplexus est, quod neque minis, aut adulationibus à veritate non destitit; sed quasi reprehendens sapientes dixit: *Quia Propheta est, quare non creditis illi?* Vnde addit August. *Ipse enim Dominus de se ipso dixit: non est Propheta sine honore nisi in patria sua.* Quasi dicat; Ipse cæculus interrogabat, & respondebat pro Pharisæis, quasi dicens; Propheta est, neque mirum quod eum persequamini, quia nullus Propheta acceptus est in patria sua; sed exprobratus à suis confratribus, concipibus, & ingratis.

Aug. in cath. citat. *Grati animi fortiter benefactores suos defendunt, viles minimè.* *Nullus magni ingenij laudatur à confratribus, & concinibus sed odio habetur.*

DIFFICVLTAS VI. Ad Litteram.

Quare Parentes cæci dixerunt Pharisæis: Ætatem habet, ipsum interrogate.

QVæritur; Quare tam timidè Parentes respondeunt dicentes; *ætatem habet, ipsum interrogate?* 1130.

1. RESPONSIO Alcuini in cath. cit. *In hoc ostendit Euangelista, non per ignorantiam, sed per metum, talia respondisse.* Quasi dicat cum Theophylacto; *Imbecilliores enim erant filio suo, qui testis aderat intrepidus veritatis, illuminatos habens oculos intellectus à Deo.* Quasi dicant; Non est in nostra potestate fortitudinem ostendere, quia vt Hispani dicunt; *El coraçon nos engaña cada paso.* Et qui se prouectæ ætatis credere non præsumunt citò labuntur, & quia sani sunt, sensus hominis multi iuuenes gratia Dei fortiter contra insidias Diaboli pugnant.

Alcuinus & Theophyl. in cath. cit. *à Deo illuminati intrepidi prædicatores.*

2. RESPONSIO Lyrani sua in glossa, *Ipse de se loquatur* (respondent Parentes cæci) *id est, in causa sua dictum suum in nobis non imputetur.* Quasi dicat; erant interrogantes Principales ciuitatis, & Parentes cæci pauperrimi, & ideò tam timidi; sed non nocentes filio loquebantur. Ideò subdit Euangelista; *Iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis confiteretur esse Christum extra synagogam fieret, id est, extra potestatem Iudæorum, tamquam excommunicatus & reprobatus, quod apud Iudæos erat maximum opprobrium.* 1131

Lyra sua in gloss. *Timidi ignobiles sunt.* *Conspiratores viles, infames, & ignorantes.*

3. RESPONSIO meo videri; Parentes sapienter responderunt, quia incipiebat iam lex paruulorum, in qua mysteria fidei à sapientibus, & prudentibus abscondebantur paruulisque reuelabantur, ideò simpliciter responderunt quod Propheta Ezechiel, & Moyses dixerunt: *Filius non portabit iniquitatem patris* Et alibi: *Filij pro parentibus, neque parentes pro filiis occidantur.* 1132

Auct. mens. Deuter. 14. Ezech. 18. *Filij non portant peccata parentum præter Iudæos.*

DIFFICVL-

DIFFICLVTAS VII.

Quare cæco eiecto extra templum, vel à Pharisæis, dixit illi Iesus: Tu credis in Filium Dei, & respondens, credo, procidens adorauit eum.

1133 QVæritur: Quare recepit cæcum Christus, & examinatus dixit, *Credo, Domine, & adorauit eum?*

Chrysost. in cat. cit. *Opprobriati propter Christum ab eo defenduntur.*

1. Responsio Chrysostomi in cat. *Qui propter veritatem, & Christi confessionem iniuria opprimuntur, hi maximè honorantur: quod in cæco factum est; eiecerunt enim eum de templo, vel à se tanquam stultum, & suscepit eum Christus: sicut agonotheta athletam multùm laborantem vt coronaret eum.* Quasi dicat: non patitur Deus plus tentari suos supra id quod possunt, & quia multa fuerat cæcus opprobria passus à Pharisæis, en Christus quæsiuit eum, & inuenit. Et Christo inuento, omnis consolatio, & corona certaminis abundè inuenitur. (Auct. mens.)

1134 *Præmium omnis laboris, visio Christi.*

2. Responsio meo videri: eiectum cæcum quæsiuit Christus, vt faciem eius aspiceret, quia quando ad Natatoriam Syloë eum misit lutum super oculos portabat. Et cum iam reuersus videns veniebat ad agendas Deo gratias pro accepto beneficio à persequentibus, & admirantibus detentus est, & Christus illicò recessit, vt vanitatem fugeret de miraculo patrato: ideò subdit Euangelista: *Quod interrogatus à Christo, tu credis in Filium Dei,* respondit: *Quis est, Domine, vt credam in eum:* Et addit Iesus*: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum ipse est.*

3. Responsio Theodoreti in cat. cit. *Hoc autem dicit vt reducat ei in memoriam sanitatem, & virtutem videndi, quam ab ipso acceperat.* Quasi dicat: Attende, & vide quòd qui loquitur tecum, idem, est ac Filius Dei, & Mariæ Virginis, non alius & alius secundùm errorem Nestorij. 1135 Theodoret. in cat. cit. *Error Nestorij circa personam Christi.*

4. Responsio August. in cat. cit. *Modò lauat faciem cordis eius, denique iam facie cordis lota & mundata conscientia, agnoscit illum non solum filium hominis, sed filium Dei viui: ideò sequitur, credo, Domine.* Quasi dicat iam illustratus, & plenus fide, non solùm credidit, sed protinus procidens ad pedes eius adorauit eum: in signum veri filij Dei, sicut de tribus Regibus magis dicitur; *Et procidentes adorauerunt eum.* 1136 August. cit. in cat.

5. Responsio Bedæ in cat. cit. *In quo exemplum nobis dedit vt non erecta ceruice quis Dominum roget; sed supplex in terram prostratus eius misericordiam imploret.* Quasi dicat: iam qui verbis prædicator de diuinitate Christi fuerat, opere adimplet humilians se vsque ad terram, quia humilitas est corona virtutum, & qui à Christo incipiebat exaltari, per humilitatem plus obligare volebat. 1137 Beda in cat. *Oratio supplex à Deo exauditur. Humilitas corona virtutum.*

TRACTATVS TRIGESIMVS

Ad Mores, *In cap. 9. Ioannis, De Cæco à Iesu prætereunte illuminato?*

DIFFICVLTAS VIII.

Ad Mores.

Quare dicitur: Quòd præteriens Iesus de Templo vidit hominem cæcum à natiuitate?

1138 QVæsitum fuit: Quare lapidatus, & abiectus Iesus de templo exiens cæcum curare dignatus est?

Chrysost. in litt. cit.

1. Responsio fuit Chrysost. in litt. cit. *A templo exiuit, vt absentia sua inimicorum furor mitigaretur.* Quasi dicat: Odiosus etiamsi pius, bonus, & doctus sit, debet fugere à facie inimicorum persequentium, ne forte furore arrepti maiora mala operentur. Vnde interrogat Oleaster quare dicitur Gen. 32. *Videntes eum fratres machinati sunt occidere eum, idest Ioseph: sic legit, Pagninus. Et respondet: debet odiosus homo maximè cauere aspectum eorum quibus est odiosus, ne videlicet illis, aut illorum obtutibus se exhibens eos in se prouocet.* Quasi dicat: Fugiendi sunt inimici furore repleri, vt Christus fecit hodie, qui è templo aufugit, quia volebant eum lapidare, neque statim reuersus est, imò præteriens benefecit cæco Iudæo, vt exemplis comprobaret quod verbis prædicauerat in templo, & vt Hispani dicunt. *Dando gracias por a grauios.*

Oleast. in Gen. 32. Trãs. Pagn. *Odiosus literatus fugiat à facie inimicorum omne possibile.* Hisp. loc.

Hinc Chrysologus serm. 38. de iniuria toleranda: *Qua maior phrenesis, quæ maior clementia? Sancti hominis percutere maxillam; mansueti fratris faciem verberare; placidi vultus gratiam tristi* Chrysolog. serm. 38. de iniur. toler.

Phrœneticos fugere prudentia est.

tristi liuore perfundere. Quasi dicat, si iustis mala pro bonis reddere iniquum est; qualis erit phrænesis, quæ Christum lapidare conatur? *Ergo fratres,* inquit Chrysologus, *Si talia perpetrantes grauissima phrenesi laborare cognouimus, obediamus Christo, & furentium fratrum morsus fugiamus, & à facie iræ eorum separemur.* Quasi dicat: Nulla maior prudentia quam odiosos (etiamsi iusti sint) ne iram inimicorum prouocent, fugere.

Furiosi inimici phrenesi laborant.

1240 Augus. in Psal. Et August. in psalm. 108. *Quando aliquos sentimus ingratos, non solum non reddentes bona sed insuper reddentes mala pro bonis, nos oremus vt animum nostrum Deo miserante atque opitulante vincamus, quo ferimur in vlciscendi cupiditatem: sic ictum furoris fugiamus.* Quasi dicat: Ictus ingratitudinis tam penetrabilis est, quod nulla potest medicina mederi, nisi fugiendo à facie ingratorum, ne forte ipsi beneficij pondere grauati plus irascantur: quia teste Tacito: *si beneficia superuenere, amor in odium conuertitur.* In curatione cæci patet, quia ingrati Iudæi multiplicatione beneficiorum plus contra Christum irascebantur: & quia teste Chrysologo: *Nil persecutorem ita superat quam patientis alacritas.* Ideò post lapidationem templi prætereiens Iesus, & cæcum sanans, & furorem eorum fugiens plus indignationem prouocabat: etiamsi vt furorem eorum mitigare conabatur absentia sua, vt Chrysostomus adnotauit.

Ingratitudo phrenesis est. Cornelius Tacit. supra citat. *Ingrati beneficiis irascuntur.* Chrys. cit. *Absentia furorem mitigat inimicorum.*

1241 Ruper. cit. 2. Responsio fuit Ruperti in litter. citati. *Nam illos qui se videre iactant prætergressus, ad nos qui cæci eramus, venit.* Quasi dicat: Præsumptuosos, fastidiosos odit Deus, pauperes humiles quærit, & diligit.

Fastidiosos diuites fugit Deus.

Oleast. in Gen. 10. n. 8. Vnde interrogat Oleaster, Quare Genes. 10. numer. 8. dicitur: *Porrò Chus genuit Nemroth, ipse cœpit esse potens in terra, & erat robustus venator;* & respondit: *Quemadmodum diuitiis superbia coniuncta est, ita fortitudini violentia, & oppressio aliorum, quare inter dona Dei computanda sunt mediocres diuitiæ & vires.* Quasi dicat: *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere, Ps. 61. num. 11.* Nam superbia annexa est diuitiis, & odium Dei superbiis. Ideò Salomon petebat, non sibi dari diuitias, ne fortè in superbiam elatus, prorumperet in illam superbiæ vocem. *Quis est Dominus;* Et Dauid, *Domine,* dicebat, *Fortitudinem meam ad te custodiam.* Ac si apertè diceret, (teste Oleastro) *Si viribus fortis sum, non in aliis opprimendis vires meas exeram; sed in mutandis decretis tuis, si quando super me sententiam tuleris, illam scilicet quæ sic, ait Deus, superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Quasi dicat: semper fastidiosos diuites Deus dimisit inanes. Et concludit Oleaster: *Colligimus hinc Dominum à principio noluisse Reges instituere, quoniam optimè nouerat eos statim in Tyrannos conuertendos, quemadmodum inter Iudæos factum est, à quorum successoribus Pontificibus, & Pharisæis Christus opprobriatur & persequitur.* Quasi dicat: Fugit Christus è templo, & pauperem humilem cæcum eleemosynam petentem quærit, & quasi admiratus de eius miseria speculando, & contemplando eius miseriam, cum pertransiret stetit: ex qua inspectione occasionem discipuli sumpserunt, vt interrogarent: Rabbi quid peccauit iste, aut parentes eius?

Diuites, & Potentes pauperibus vim faciunt. Ps. 61. n. 11. Ps. 58. n. 10. Oleast. cit. *Nationes ad placandam iram Dei fortes.* Epist. Ioan. 4. n. 6. Oleast. cit. *Tyranni sunt Reges superbi pauperibus nocentes.* *Oculi Dei, fontes pietatis.*

Hinc interrogat Galfridus in suis alleg. Quare Ezechiel 47. num. 8. dicitur: *Aquæ istæ quæ egrediuntur ad tumulos sabuli Orientalis, & descendunt ad planam deserti, intrabunt mare, &c.* Et Respondit, *Infelix Synagoga comparata quidem Orienti, quia salus ex Iudæis est; sed tumida scilicet & sterilis tanquam tumulus sabuli plena, neque ad eam egressa est doctrina Christi; sed conuersa ad gentes, ad decreti plana descendit.* Quasi dicat: fugit Christus de templo vbi tumidi & superbi tumuli apparentes, intus pleni ossibus siccis, nudis, & putridis, & præteriens per viam, venit ad humilem terram, planam, & sub pedibus omnium, ad cæcum baiulans & clamans, petensque eleemosynam, cum illo conuersatur, & loquitur, sanat, curat, defenditque à calumniis Iudæorum. Et addit Galfridus: *Caueamus sabuleos tumulos, quia sterilis semper elatio est, & frumento valles abundant. Poterit enim arbor sterilis succensionem euadere, declinare securim, si fuerit circumfossa, & mittantur stercora subter eam.* Quasi dicat: Timeant diuites, quia fastidiosi sunt Deo, & ab eis aufugit, & recordentur quòd, Securis est ad radicem vt succidantur; & in æternum, tanquam infructiferæ arbores mittantur ad ignem; sed si vulnerat, etiam Dominus medetur; quia, arbor sicca, & sterilis, superba, & elata, si stercore humilitatis circumfodiatur, potens est Deus suscitare de stercore arborem, & de superbo humiliter recognito, & transformato erigere pauperem. Vnde concludit Galfridus: *Et verè tales nobis species, talia pigmenta nunquam desunt: multum verò multos impinguat ad gratiam, ad gloriam prouehit suorum memoria; & confusio peccatoris.* Quasi dicat: Multos quos Christus pergressus est, tanquam elatos, & superbos, & despectos: in se reuersos, ita subter terram suæ confusionis humiliantur, quòd ipsum detinent, & lucem claritatis diuinæ gratia illuminantur, vt Rupertus insinuat.

1242 Galfrid. in allegat. in Ezech. 47. n. 8. *Sacerdotes superbi tumuli apparentes.* *Cæci, & claudi consolant.* Galfrid. cit. *Humilitas est medicina contra scelerotas.* *Diuites mortem timeant.* Galfrid. cit. *Humilitas peccatores conuersit.* Ruper. cit.

DIFFICVLTAS IX.

Ad Mores.

Quare dicitur, Quòd discipuli Christo dixerunt: Rabbi, quid peccauit hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur.

QVæsitum fuit, Quare Christus signatos à natura immunes à peccato esse docuit? 1243

1. Responsio fuit Lyrani in litter. citat. *Quod licèt aliquando parentes puniantur in filiis monstruis; sed communiter ex defectu naturæ proueniunt monstra.* Quasi dicat: Timeant parentes, ne propter sua ingentia scelera,

Lyra in litt. cit. *Monstra ex defectu naturæ nascantur.*

Oleast. in Genes. 9. *Parentes vsque ad quartam generationem puniuntur.*

scelera filij sui miseri, persecuti, & inhonorati viuant in hoc sæculo. Vnde interrogat Oleaster quare Genes. 9. dicitur *Quod Noe dixit, maledictus Chanaan seruus seruorum erit fratribus suis*, Et respondet; *admonet locus iste quanta diligentia parentes à peccatis cauere non solùm Deum offendant, aut ipsi meritas dent pœnas; sed ne in eorum filiis, aut nepotibus, aut posteris vindicentur. Solet enim Dominus filios pro parentum peccatis punire in tertiam, & quartam progeniem. Cum enim Saluatoris discipuli hominem natum cæcum vidissent,* (inquit Oleaster) *quærere cæperunt, quisnam peccasset ille, aut parentes eius, non immeritò arbitrantes peccata parentum cæcum filium luisse: non solùm enim videntes pœnam de culpa cogitant, sed vbi filium oculis priuatum vident, de parentum peccatis magna sollicitudine inquirunt.* Quasi dicat: Quid de prosapia, & generosa progenie tam soliciti estis, peccatorum labem cauete, quia propter peccata parentum degenerare, & infamare prosapiam filij solent: boni autem & sanctitate præditi parentes filios degeneres, & sceleratos ad suam originem rectam prouocare & excitare contingit.

Filij scelerati propaginem inhonorant.

1144 Galfrid. in Alleg. sup. Luc. cap. 11. num. 13.

Hinc interrogat Galfridus in Allegoriis super Lucam cap. 11. num. 13. Quare dicitur: *Quanto magis Pater vester cœlestis dabit spiritum bonum petentibus se? Et respodit. Ergo mali sunt quibus est Pater cælestis? ô confusionem, ô consolationem, ô degeneres filios tanti Patris, & Patrem magnum degeneres filios denuò generantem.* Quasi dicat: Filij hominum; quid enim Pater noster primæ creationis origine non modò prodest, sed obest degenerantibus vobis? Nisi susceptus Christus à nobis dederit potestatem per bonum spiritum bonos fieri filios boni Patris. Et addit Galfridus citatus: *O terrigenæ filij hominum si vobis est Pater cælestis quid exultatis in terris? Dabit inquit spiritum bonum petentibus se.* Quasi dicat, consolationem præstans filiis infortunatis, & afflictis propter parentum suorum scelera, nolite degenerare à paternitate Patris cœlestis, quia ipse præstabit vobis Spiritum sanctum, qui Spiritus consolationis dicitur. Vnde Oleaster supra citatus: *Homines prudentes magis soliciti esse solent de posteritatis honore, quam de se?* Ac si dicat: Parentes tanta debent solicitudine, & circunspectione fulciri, & virtute ornari, quòd qui ex aduerso sunt vereantur interrogare, cùm viderint filium degenerem, cæcum, & peccatis irretitum; *Quis peccauit hic, aut parentes eius*; Quia multoties scelera, & monstra filiorum à parentibus deriuantur; vt adnotauit Lyranus.

Adam omnibus filiis suis nocuit.

Filij parentum Iudæorũ si sancti sint Deo opprobrium infamia Parentũ efferant.

Oleast. cit. *Homines multum curant de posteritatis honore.*

1145 Gregor. in litt. cit. *Labores in hac lachrymarum valle à fortiori.*

3. Responsio fuit Gregorij in Litter. cit. *Quia alia est percussio quæ à Deo datur, vt peccator corrigatur.* Quasi dicat: labores in hac lachrymarum valle impossibile est quòd deficiant; sed fructum producunt ad modum recipientis; alij æquo animo ferunt, alij indebitè, & immoderatè, impatienterque tolerantes. Vnde interrogat Oleaster, quare Numer. cap. 11. dicitur *Fuit populus sicut flentes, vt Pagninus legit, vel vt Vulgata, & murmur populi quasi dolentium propter laborem itineris.* Et respondet; Hæc est hominum natura, vt quam primum feceris eos plus solito laborare, vires experiri, *statim* (vt Bernardus dicit) *dicant tibi ego quod possum ad multa & grauia ferenda natura sufficeret, si assuesceres ea; sed quia ea non viriliter: debilis & infirma efficitur* (& addit) *non ergo doleas, non murmures aduersum Deum tuum, si te aliquando plus solito exerceat, certissimè sciens eum hoc ideo facere, vt te robustum reddat, & percussus corrigaris, & correctius emenderis, & emendatus perficiaris, & perfectus consummatusque Deo fruaris.* Et concludit Oleaster; *Neque dixit textus eos fleuisse, aut doluisse velutiflentes habuisse, vt discas non referre quod signo apud Deum iniquum animum ostendas.* Quasi dicat; si labores vsque ad priuationem luminis oculorum peruenerint vt Tobiæ sancto contigit, & nullum gaudium sub cælo habuerit, tunc neque minimum signũ impatientiæ in te videatur; sed considera quod est correctio à Deo data, vt peccator ad Deum conuertatur, & quia à maioribus tormentis liberabitur.

Oleast. Numer. c. 11. Trãs. Pagn.

Bernard. cit. in Oleast. *Labores ad mensuram.*

Tobias lumen cæli non videns, & ndiũ non habuit tempora.

Hinc interrogat Hieronymus, quare Gen. 6. dicitur, *Non permanebit spiritus meus in homine in æternum quia caro sunt?* Et respondet: *Quod in Hebræo legitur, non iudicabit homines istos in sempiternum, quoniam caro sunt: hoc est: quia fragilis est in homine conditio, non eos ad æternos seruabo cruciatus, sed hic illis retribuam quod merentur.* Et addit Hieronymus: *Ergo non seueritatem vt in nostris codicibus legitur, sed clementiam Dei sonat dum peccator hic pro suo scelere visitatur.* Quasi dicat: labor, & percussio à Deo infligitur hominibus vt corrigantur, & à maioribus liberentur. Ideo Oseæ c. 4. dicitur. *Non visitabo filias eorum cùm fuerint fornicatæ, & sponsas eorum cum adulterauerint.* Et in alio loco: *Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, misericordiam autem meam non auferam ab eis.* Quasi dicat, Visitabo castigando, vt in æternum parcam, non visitabo vt in æternum puniam.

1146 Hieronym. Gen. c. 6. Trans. Hebr. *Iusti labores hic sustinent.*

Hieron. cit.

Seueritas De hic timanda. Oseæ c. 4.

Felices hic infelices.

Vnde Lypomanus: *Deus diuersimodè homines punit, quandoque extra parcendo, vt illud, non visitabo filias eorum, quandoque flagella inferendo, vt illud Isaiæ 47. Iratus sum super populum meum, contaminaui hæreditatem meam, & dedi eos in manu tua, quandoque concupiscentiis tradendo, vt ad Roman. 1. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum.* Et addit Lypomanus. *Permissiuè tradit, indurat, & excæcat non positiuè, quandoque indurando; & excæcando, iuxta illud Isaiæ 63. Quare errare nos fecisti Domine à viis tuis, & indurasti cor nostrum?* Quasi dicat, labores, & afflictiones ita sunt in mundo necessariæ, vt per ignem probentur peccatores persecuti, & corrigantur, vt in cæco à natiuitate constat, qui fructus laboris à Christo recepit, impij autem plus deteriorantur vt Gregor. adnotauit.

1147 Lypom. Isaiæ 47.

Ad Rom. 1. Lypom. cit.

Isaiæ 63.

Labores hic necessarij vt homines saluentur.

DIFFICVLTAS X.

Ad Mores.

Quare Christus lutum fecit ex sputo, & liniuit oculos eius?

1248 QVæsitum fuit, quare contrariis oculos cæci voluit aperire?

Chrisost. in litt. cit.

1. RESPONSIO fuit Chrisostomi in littera citat. *Vt recordaretur cæcus cùm lumen reciperet, quod primus homo ex luto formatus fuit à Deo ipso.* Quasi dicat; luto liniuit oculos eius, quia illos clarificare volebat, fauendo illi, & vt iam exaltatus à Deo recordaretur quod lutum erat, & non obliuisceretur suæ materiæ & parentum suorum.

Oleast. Exod. 1. n. 11.

Prælati ex humilioribus nati obliuiscuntur consanguineorũ pauperũ suorum.

Vnde interrogat Oleaster, quare Exod. 1. numer. 11. dicitur: *Postquam creuerat Moyses egressus est ad fratres suos, viditque afflictionem eorum; & respondit, vt discant qui in sublimioribus constituti sunt labores & dolores miserorum maximè suorum considerare: quia Moyses in aula Regis nutritus, ad consolationem suorum reuersus est.*

Ailredus in alleg. Galfr. in Isai. 14.

Contemptus Regulus vitiorum.

Hinc Ailredus in Alleg. Galfridi interrogat quare Isaiæ 14. dicitur: *De radice colubri egredietur Regulus, id est, de superbia contemptus?* Et respondet. *Regulus Rex serpentum est, & contemptus cæterorum potentissimus vitiorum, quæ tunc magis damnabilia iudicantur, quando non ex ignorantia, vel infirmitate; sed potius ex contemptu generantur.* Quasi dicat: Qui in sublimioribus subleuati pauperum consanguineorum suorum obliuiscuntur, quia Reguli sibi videntur, & de semine vili colubri nati, omni supplicio, & pœna æterna digni sunt, quia non ex ignorantia, aut ex defectu potentiæ visum perdiderunt, sed quia in supremis sunt cæci finguntur, de quibus in nostra dicitur Hispania: *Que hazen la vista gorda.* Et addit Ailredus citat. *Nascitur autem contemptus ex superbia, quia nisi prius mens humana tumuerit ad sui creatoris iniuriam, & consanguineorum contemptum non erumpit. Et semen eius absorbens volucrem, quia talis contemptus confessionem sui vilissimi principij ignorat, & de sublimioribus nobilitatibus irridet. Volucrum enim animal pennatum superiora petentem: spes significatur per quam æterna temporalibus præponentes pauperum miserorum parentum suorum obliuiscuntur.* Quasi dicat: de radice colubri egreditur Aulicus vel Prælatus in dignitatibus constitutus, qui pennatus cogitationes vanas, & menticulosas prosapiæ fingit, neque recordatur principij, & finis sui. Ideo cæco antequam lumen recipiat, medicina luti ex sputo applicatur, vt recordetur principij claritatis oculorum suorum, vt adnotauit Chrisostomus.

Superbiæ filius.

Prælati ex imis terræ nati nobilitates fingunt.

Chrisost. cit.

1249 Hinc interrogat Lyranus, quare Leuit. 2. dicitur: *Anima cum obtulerit aliquid Deo,* &c. Et respondet cum Interlineali. *Quod pauper notatur anima, quia quidquid pauper est, anima & spiritus est.* Et addit Lyra: *Quia oblatio pauperis apud Deum ita reputabatur, ac si obtulisset animam suam, id est, vitam.* Quasi dicat: Deus cum supremus creator omnium sit non contemnit oblationes pauperum suorum, & ideo Christus pauperes parentes elegit, & consanguineos miseros, non vt illos contemneret, vt Hæretici dixerunt falso interpretantes illa verba, *Quæ est mater mea, & qui parentes mei.* Quia ita pauperes consanguineos æstimauit, ac pupillam oculorum suorum, non sicut Aulici superbi & elati, qui in altis collocati immemores sunt suorum principiorum, propter quod cæci ex sputo oculos liniuit, vt clarificatus non obliuisceretur suorum parentum.

Lyr. in Leu. 2.

Pauperes pupilla oculorũ Dei.

Error Hæreticorum.

Marc. 3. n. 33.

Aulici superbi de supremis agunt, obliti inferioris principij sui.

1250 4. RESPONSIO fuit Gregorij in litter. citati *Per saliuam sapor internæ contemplationis intelligitur: quia qui sapientia & contemplatione munitur, cæcitates vniuersas animæ excludit, & Dæmones eum formidant.* Vnde interrogat Oleaster: quare Deuter. 28. dicitur: *Videbunt omnes populi terræ quod nomen Domini inuocatum est super te, & timebunt à te.* Sic Pagninus. Et respondit: *Est enim hic aduertenda orationis efficacia ad hostes deterrendos, quoniam scientes nos inuocare nomen Dei nostri super nos deterrentur.* Quasi dicat: attende quantum lucri tibi sit oratio vel contemplatio, quia per illam cæcos, & seruos suos curat.

Gregor. in litt. cit.

Oleast. in Deut. 28.

Trãs. Pagn.

Orationis vis maxima in Dæmones.

1251 Hinc Stephanus citat. in Alleg. Galfridi ad cap. 3. Thobiæ: *Perrexit Sara in superius cubiculum domus suæ, & orauit,* ait: *Oratio Deum lenit, lachryma cogit, hæc vngit, illa pungit, quia scriptum est, non despicies preces populi.* Quasi dicat: quod effectus orationis, & contemplationis Deum ligat, vt non puniat peccatores, imò quod pietatis, & misericordiæ profluuia tanquam ex fonte diffundantur ex ea. Et Ambrosius explicans illud Cant. 5. c. 2. *Ego dormio, & cor meum vigilat:* ait: *Cum quiesceret corpus eius, id est, sponsæ Christi contemplantis, vigilabat animus, qui frequenter in somnis aut lecta repetit, aut somno interrupta continuat.* Quasi dicat: dormiebat, non solum quia à terrenis curis soluta, altissimæ contemplationi vacabat, vt numquam vlla aliena cogitatione à diuina contemplatione distraheretur; sed etiam quia nec somnus corporis eius orationem intersecaret, aut impediret obtutum mentis in Deum, nam vt Hispana loquutio intonat: *Dormiendo estan los sieruos de Dios, y soñando como agradarle, y seruirle en sus proximos.*

Steph. in alleg. cit. Thobiæ 3.

Oratio Deũ ligat.

Ambr. Cant. 5. v. 2.

Oratio dormiens vigilat.

Hispana locutio.

1252 Ideò Gilbertus Abbas ser. 14. in cant. *Non est de tali sponsa metuendum quod legitur Filia populi mei fidelis, quasi struthio in deserto. Et pergit: struthio pennæ speciem habet, caret autẽ effectu volandi, nescit per mentis excessum volare, propterea speciem non visitat suam, sed derelinquit in terra oua sua, obliuiscitur quod pes occulcet ea, bestiæ conterant.* Quasi dicat: animæ contemplantis est aliorum infirmitatibus compati, vt ita in sublime per mentis excessum euolet, vt misericordiæ viscera induat. Abeunt contemplationis gustu paululum recreati (si tamen verè) cæteros despiciunt

Gilber. Abb. serm. 14. in Cant.

Struthioni similes operantes sine charitate.

Oratio si proximos contemnit abiicienda. spiciunt duri, & immites in alios fiunt: hi struthioni comparari possunt, qui pennas habet, nec tamen volat, & crudelissimus est; hi speciem contemplationis referunt licèt in imis hæreant, sed crudeles & sæui in omnes sunt. Quod Apostolos ab hoc vitio separaret, Christus ex sputo *Orationis effectus charitas.* capitis sui lutum fecit, vt aperiret oculos cæci nati: quia per saliuam sapor contemplationis intelligitur, vt sui perfectissimi (etiamsi sint) expuere, & de se abiicere debent contemptum cæterorum, & vt cæcitatibus miserorum fouere, charitatiuéque & mederi discerent.

1253 *2.Cant.c.10. n.13. Rupert.ibi.* *Ab oratione cessandū pro charitatis fomento.* Ideo Cant. cap. 10. num. 13. dicitur: *Surge, propera amica mea:* neque repensione sponsæ quieuit sponsus: *Laui pedes meos, quomodo coinquinabo illos? Surge igitur*, ait Rupertus, *ad charitatis fomentum, etiam cum periculo leuis pulueris, contagionis quia ideo sunt fontes sacramentales, vt sordes lauentur, & miseris afflictis, cæcis, & peccatis irritatis, sceleriter foueatur.* Vt Christus docet expuens in *Gregor.cit.* terram, ex sputo saliuæ colyrium cæco nato præparans vt Gregorius notauit.

DIFFICVLTAS II.

Ad mores.

Quare dicitur: Quod abiit, & lauit, & venit videns.

1254 QVæsitum fuit: Quare tantis & specificis circumstantiis Christus vsus est, vt cæcum curaret?

Chrisost. in litt. *Impij increduli, & crudeles.* 1. RESPONSIO fuit Chrisostomi citati in litter. *Vt indeuotionem Iudæorum confunderet, necesse fuit testes tantos miraculi exhibere, quia per plateas, & vicos ibat cæcus oculos linitos luto, & coopertos terra, & postea redit, apertisque oculis omnes salutabat, cum admiratione* *Detractores, terribiles, & impij.* *indicibili.* Quasi diceret ad obstruendum os malignantium, & detrahentium. Os contra superiores, prodigia cæci nati iam clare videntis sunt necessaria. Vnde interrogat *Oleast. in Numer.14. Transf.Pagn.* Oleaster, quare Numer. 14. dicitur: *Tacere fecit Caleb contra Moysem?* Et respondit: *Docet nos sanctus iste Caleb occurrere detractoribus, etiamsi eos plures nobis esse videamus, præsertim cum eos mentiri videamus.* *Cōtra detractores vnus iustus sufficit.* Quasi dicat: solus pauper vnus cœcinatus, iam lotus, & videns, coram omnibus in plateis *Hispana loquutio.* exiliens stetit, & detrahentes contra Christum obmutescere fecit, vt Hispani dicunt: *Oleast.cit.* *Compescere os murmurātiū insigne.* *Dandoles à todos vn tapa boca, y guiñandoles celos ojos abiertos.* Et addit Oleaster: *Cum ergo querelosum videris aduersus præpositum murmurare, non acquiescas illi, neque sinas eum linguam detractoriam relaxare; sed cum bono Caleb compesce.*

1259 *Lyra in Leuit.19. Transf. Sept. Esichius Ps.5. Bernard.* Hinc interrogat Lyranus, quare Leuit. 19. dicitur: *Non erit criminator, nec susurro in populo?* Et respondet: *Criminator est detegens crimen proximi sui manifestè, vel occultè. Et translatio Septuaginta legit ibi: Non ambulabis in dolo in gente tua. Et Esichius ponderat quod David coniungit hoc crimen homicidio Psalm. 5. Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus.* Quasi dicat: obstruamus os tanti criminis quia homicidio est coniunctum. Et Bernardus ait quod *Detractores superiorum vno vulnere tres confodiunt, videlicet se ipsos, eos de quibus dicunt, & eos qui audiunt.* Et per consequens, Quasi dicat: cæcus qui inimicos Christi obruit, & confundit, tres lanceas in cordibus eorum infixit, quia vulnerauit inimicos, & multos defensores doctrinæ eius, acquisiuit laudantes eum, & ipse fuit vexillum fidei Christi, quod vsque in sæculum super muros Ecclesiæ demonstratur à prædicatoribus deuotionem fidelium augendo, & Iudæorum in deuotionem, & duritiam increpando, vt Chrisostomus insinuat. *Detractores vulnere tres occidunt.* *Cæcus vexillū fidei Christi fuit.* *Chrisost.cit.*

2. RESPONSIO fuit Ruperti in Litter. citat. *Speculemur conscientias nostras, neque putemus vas istud cæci contemptibile, sanatum; nos verò nobilitate, & pulchritudine decori cæcitate carere.* Quasi dicat: Nobiles, & diuites Principes, & Reges putant quod non sunt cæci, quia intus occultam cæcitatem latent, id est: *Piensan los señores que ay vn Dios para ellos y otro para los pobres.* Vnde interrogat Oleaster: quare Exod. 20. dicitur. *Non erunt tibi Dij alij super faciem meam.* Sic legit Hebræus. Et respondet; *Quod dictio, Acher, significat alterum, & alterum Deum, & erit sensus: Non habebis Deos separatos, quales Potentes Gentiles habent.* Chaldæus legit: *Non facietis Deos præter me argenti, & auri.* Quasi dicat: *Coram me non valere Deos argenteos, & aureos, quia ego sum solus Deus, & non erit tibi, neque pauperi alius præter me.* 1256 *Rupert. in litt.cit.* *Potentes Anlici alium Deū reputāt sibi ac pauperibus.* *Oleast. in Exod.20. Trāf.Hebr.* *Achar, idem quod alter & alter Deus.*

Hinc interrogat Lypomanus: Quare dicitur Genes. 30. *Ditatusque est homo vltra modum?* Et respondit; *Quia non malæ diuitiæ sunt, quas piis dat Dominus, vt dedit Iacob, vt vtatur illis legitime, & sint virtutum adiumenta, & materia beneficiendi & charitatis officia exercendi ad proximos.* Quasi dicat: Diuites autem Principes, & potentes huius sæculi, ita licentiosi viuunt, quasi dij eorum diuitiæ, & nobilitates eorum sint. Contra quos D.Bernardus: Audite rebelles, & miseri, quod Prouerb. 3. dicitur: *In sinistra eius diuitiæ, & gloria. Filij Adam genus auarum, & ambitiosum, audite quod vobis cum terrenis diuitiis, & gloria temporali, quæ nec vera, nec vestra sunt aurum, & argentum non est terra rubea, & alba, quam solus hominum error facit, aut magis reputat pretiosam: Denique si vestra sunt, tollite ea vobiscum; sed homo cum interierit non sumet omnia.* Quasi dicat; Veræ diuitiæ sunt, & nobilitas pretiosa, virtutes quas secum conscientia portat, quia insipiens est qui merces congregat in saccum pertusum; Et concludit Bernardus; *Veniet citò tempus manifesta erunt abscondita cordis, & cæcitates Potentum appareant: neque ianuam regni cœlestis apertam habebunt, quia tanquam imprudentes virgines oleum in vanitatibus & diis alienis inseruientes, consumpserunt.* Existimantes quod non erat Deus suus cæci nati Deus. 1257 *Chald.Trāf. Lypom. in Gen.30.* *Potentes sine Deo viuunt.* *Bern. cit. Prou.3.* *Aurum & argentū terra alba.* *Virtutes diuitiæ vera. Nobiles sine virtute viles.* *Bern. cit.*

DIFFICVLTAS XII.

Ad Mores.

Quare cæcum adducunt ad Pharisæos, clamantes, non est hic homo à Deo, qui Sabbathum non custodit?

1258 QVæsitum fuit; Quare cæcum adducunt ad Pharisæos: & quare sententiam cæci postulabant?

Chrysost. cit.

1. RESPONSIO fuit Chrysostomi cit. in litt, *Quia sciebant malam mentem eorum, & vt ringerent se eum examinarent contra Christum.*

Eorum ideo Euangelista dixit, quod interrogauerunt dicentes vbi est ille? Et addit: erat enim Sabbathum. Quasi dicat; Inuidia, ira, & rancore ita combusti erant omnes inimici Saluatoris, quod neque nomen integrum pronuntiare relinquebat, sed dicebant; vbi est ille? Nonne vocatur Iesus & Christus, quare solum dicitis, Ille.

Inuidi neque nomen odiosi pronuntiare possunt.

1259 Vnde interrogat Oleaster, quare Genes, 32. de Fratribus Ioseph dicitur; *Et non poterant ei loqui pacificè. In Hebræo est dictio, quæ significat integrè, & erit sensus, & non poterant integro animo loqui eum.* Et addit: *Quia difficile est inuidiam, aut odium vultu, aut verbis non prodere.* Quasi dicat; semper inuidi, & inimici occulti ita conturbantur ex auditione, aut visu æmuli sui, quòd ira, & furore repleti dimidiam partem nominis pronuntiare non possunt; ideò cæco dixerunt; vbi est ille?

Oleast. Gen. 32. *Hebræa dictio pro Pacificè, Integrè.* *Impij conturbātur audito nomine proximi.*

1260 Hinc interrogat Rodulphus cit. in alleg. Galfridi, quare Leuit. 19. num. 9. *Homo, qui comederit sanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & disperdam eum de populo suo. Quia anima carnis in sanguine est, & ego eum dedi vobis, vt super altare in eo expietis pro animabus vestris, & sanguis pro anima piaculo sit,* Vbi Rodulphus ait: *Vehementer terruit signis ad tantum tonitrum surdus non fuit, obfirmabo, inquit, faciem meam super eum. Ecce quam graue sit comedere sanguinem, & Dei præterire mandatum: sanguis carnalem significat appetitum vindictæ. Deus autem non solum quid agam; sed etiam quid appetam discernit: antequam ergo quidquid mali exterius operemur, si sanguinem sorbuimus, si iniquitatem corde concepimus, mente a Deo alienati; inimicitias eius incurrimus.*

Rodulphus in Alleg. Galfridi. Leuit. 9. *Inuidi sanguinem proximi sui comedunt.* *Mala occulta voluntas pestis animæ.*

1261 Recole, *Mente alienati*? Si hucusque odium, & mala voluntas corde concepta peruenit, vt præ ira oculi conturbati sint, in qua pronuntiare nomen integrum æmuli non possit: iste talis sanguinem sorbere, & viscera dilaniare desiderat, & vultum Dei iratum, obfirmatum contra se respiciet, quod est suppliciorum supplicium. Et addit Stephanus cit. *Nota tamen, quòd non ait contra eum; sed contra animam illius, quia vbi iusti remunerantur, ibi etiam impij puniuntur, cantitur enim in Psalmo, quis est homo, qui timet Dominum? ac deinde, anima eius in bonis demorabitur. Cum igitur audimus, quia anima carnis in sanguine est, & iuxta carnis sententiam verum est, quia caro per sanguinem viuit. Et iuxta figuram sic appetitu praui operis somes consistit carnalis conuersationis, funde sanguinem, & caro morietur: tolle malam voluntatem nec erit, qui mala operetur.* Quasi dicat fons, & origo omnium malorum, quæ in mundo operantur, à mala voluntate procedunt, & si illa in corde concipitur & inhabitat, oriuntur cauillationes, redargutiones, iræ, conturbationes, quæ linguas impiorum ligat, & non sinit eos clare prorumpere, pronuntiare, & dicere vbi est Iesus Christus, sed perturbatione, odio, & mala voluntate solum pronuntiat; *Vbi est ille.* Vnde concludit Radulphus citatus. *Perpende igitur, quam rationabile sit, vt Deus iustus, qui odio habet iniquitatem esum sanguinis execretur, in quo totius iniquitatis deprehendit originem.* Et addit. *Ego* inquit, *dedi illum vobis vt super altare meum in eo expietis pro animabus vestris, & sanguis pro anima piaculo sit*, Leuit. 17. citat. Quasi dicat: sanguis qui comestus est, vel mala voluntas & intentio in corde meditata Deum nimis exacerbat & simplicitas cordis, & intentio bona placabilis est apud Deum. Et ideo qui cæcum ad Pharisæos adduxerunt deprauata intentione nimis exercebauerunt eum, vt Chrisostomus adnotauit.

Lingua furore turbatur, & integrè non pronuntiat.

Stephan. cit.

Voluntas mala origo omnium malorum.

Ira & furor linguam conturbant.

Radulphus citatus.

Leuit. 17. *Mala intentio sanguinē absorbet.*

2. RESPONSIO Theophyli in littera citati, *Tu quia dicis de illo &c. Vide quomodo beneuole quærunt; non enim dicunt, tu quid dicis de illo qui sabbathum non custodit.* Quasi dicat adulationibus quærebant fallere cæcum; quia detractores similes sunt scorpioni, qui vt Hispani dicunt, *Con la lengua alagan, y con la cola muerden, y matan con ponzoña.* Vnde interrogat Oleaster, quare exploratores terræ promissionis redeuntes populo dixerunt Num. 14. *Terra fluens lac & mel; nisi quod fortis est populus?* Sic legit Pagninus. Et respondet; *Vide quam ad viuum conditio adulatorum, & detractorum depingatur; solent enim huiusmodi rei artifices rem, cui detrahere volunt, commendare primo, ne fidem illis audientes præstare dedignentur, si omnia mala admixtis bonis offerantur. Ideo inter mala inserere solent bona, vt facilius persuadeant vitia. Sic & isti, vt eis populus crederet, quod detrahere volebant terram primo extollere a fructibus curant.* Et addit Oleaster, *Quoties detractorem audias, si ab eo alicuius mores quæras laudare, & multa primo in eius commendationem dicere, & postea veluti scorpionem sua cauda pungere.* Quasi dicat inimici detractores adulationibus vtuntur, vt videre est in Pharisæis, qui cæco dicunt, tu quid dicis, idest, bene facis laudando Christum, quem ipsi occidere desiderabant.

1262 Theophyl. in litt. citat.

Hispana lex. Los escorpiones alagan con la cola assi son los adulatores.

Oleast. in Num. 14.

Detractores blande loquutes cautelosa vulnera faciunt.

Adulatores cautelosi crudeliores caeteris.

Vnde pergit Oleast. *Caue ergo vir Dei, ne te terra manante te decipiat, vt postea referas filios Hanacim. vel vt vulgato legit filios Enac de genere giganteo*, Numer. 13. num. 34. Quasi dicat cum Salomone Prouerb. 1. *Fili mi si te lactauerint peccatores, non acquiescas eis.* Non dixit, si apud te detraxerint, aut mala aduersus aliquem persuadere voluerint, sed si te lactauerint, ac si apertius diceret, si volentes proximo, aut terræ detrahere dixerint, verba lacte & melle dulciora non credas illis. Et concludit Oleast. *Considera quod isti sunt exploratores homines, quorum munus est aliena explorare; neque tamen iussi, aut missi, & cum multa mala & bona videant; sola tamen mala referunt.* Quasi dicat, Similes sunt adulatores Pharisæis, qui

1263 Hanachaim terra producens Gigantes.

Numer. 13. 34. Prou. 1.

Oleast. *Adulationibus non credendum.*

primò

Detractores malè referunt bona tacent. *Adulatores cauillosi scrutantur cordium.*

primo blaudè secum loquebantur dicentes: *Tu quid dicis de illo*, & erant exploratores scrutantes reues & cor cæci nati, vt aduersus Christum loquerentur, vt Thenphilus adnotauit,

1264 Stephanus in alleg. Galfridi in Exod. 10.

Hinc Stephanus in alleg. Galfridi interrogat quare Exod. 10. dicitur quod Pharao Rex dixit, *Orate pro hac morte?* Et respondet: *Nota quod plaga locustarum mortem appellat: adulatores enim omne bonum exterminant. Ventus flans ab occidente proiecit locustas in mare rubrum, quia contra venenum adulationis, medicina est recordatio peccati præteriti, & consideratio futuri iudicij, ventus spiritus sanctus qui flat ab occidente, cum facit hominem sua mala opera recordari, mare rubrum est ignis iudicij, qui locustas submerget: quia omnem adulationem puniet, & consumet.*

Plaga locustarum mors dicitur.

Quasi dicat tam pestifera adulatio pestis est, quod quemadmodum locustæ granum purum in spica rubentem, antequam in horreum coloni diu laborantis ingrediatur destruit, perdit, atque consumit. Ita virtutes, & opera mirifice operata adulatoris lingua truncat, scindit & frui fructibus virtutum, impedit, atque venenose prohibet, vt in Pharisæis paret, qui cæcum adulantes fidei fructibus frui impedire conabantur, dicentes: *Tu quid dicis de illo* blandè loquentes, vt male de Christo loquerentur, vt Theophylus notauit.

Adulatores locustæ omne bonum destruunt. *Adulatio granum purũ & candidum virtutũ destruit.* Theoph. cit.

DIFFICVLTAS XIII.

Quare dicitur, quod parentes cæci dixerunt Pharisæis ætatem habet ipsum interrogate?

1265 QVæsitum fuit, quare parentes cæci tam timidè Pharisæis responderunt, dicentes, ætatem habet?

Alcuin. in litt. cit.

1. Responsio fuit Alcuini, quòd *Non per ignorantiam, sed per metum sic responderunt.* Quasi dicat, valde nocuerunt Parentes cæci cæteris formidolosis, audiendo eos timere. Vnde interrogat Oleaster, quare Numer. 22. dicitur. *Ne transire facias nos Iordanem.* Sic legit Pagn. Et respondet. *Quia debiles timidos, ac pusillanimes reddunt Ambitio & diuitiæ. Paupertas vero & valor audaces, quot sunt ambitiosi Prælati, qui offensas Dei subditorum suorum ignorare simulant, & verba iniuria non curant, non quidem propter Deum ferentes, sed ne obstacula contra suam ambitionem insurgant.* Quasi dicat vmbram ambitiosi timent, & minimam decrementi sui occasionem aufugiunt, & augmentationem solicitant. De quibus Bernardus, *Scriptum est non timebis à timore nocturno Ps. 90. num. 5. Quia non tam afflictio ipsa, quam timor afflictionis tentatio est. Solet enim in scripturis* (inquit Bernardus) *aduersitas designari per noctem: bene autem dicitur, non timendum à timore nocturno & non dicitur à nocte: quia non ipsa afflictio tentatio est, sed magis timor ipsius* Quasi dicat formidolosi & timidi ambitiosi vmbris pauescunt. Et vbi non est timor, illic trepidauerunt timore, ne forte, quod desiderant non consequantur. Ideo Hugo Charensis in Ps. 17. *Constantia, & fortitudo perficit virum.* Quasi dicat, Prælatus consũmatus & perfectus, qui nullo timore rerum temporalium corrigit quæ corrigenda sunt, & punit, quæ punienda sunt; qui vero semper insidias suspicatur contra ambitionem suam, ad nihilum valet, nisi vt contemnatur, & conculcetur ab hominibus; quia sal infatuatum iutus; est & peccata subditorum impunita relinquit, non quia ignorat; sed quia timidus est, sicut parentes cæci nati, qui non per ignorantiam, sed per metum respondent, ætatem habet ipsum interrogate.

Oleast. in Num. 22. Trãs. Pagn. S. Ber. in Ps. 90. n. 5. *Ambitiosi timent vmbras offendere.* Hugo Charensis in Ps. 17.

Prælatus sicut sal sine timore. Matth. 5. *Ambitiosi Prælati ignorantiam simulant.*

2. Responsio fuit Lyrani in litt. citati, *Ipse de se loquatur, erant enim parentes cæci nati pauperes, oppressi à potẽtibus & loqui nõ audebant.* Quasi dicat, talis est pauperum miserorum conditio, quod oppressionibus vexati non possunt respirare, neque loqui, post oppressiones Tyrannorum. Vnde interrogat Oleast. quare Exod. cap. 1. n. 11, dicitur. *Posuit itaque Rex eis magistros operum, vt affligeret eos oneribus.* Vel vt legit Pagninus. *Posuerunt super eos Principes tributorum?* Et respondit, *Quid dictio Hebræa Amasas, idem est quod dissolui tributum, quia mas est liquefacere, quod fit quando æs liquefactum dissoluitur.* Et erit sensus: *Et posuit Rex super eos principes dissolutorũ, vel dissolutos, qui opprimerẽt pauperes, vt liquefacerent eam ad conficiendos lateres.* Quasi dicat sapientes vocat mundus, qui astutiores sunt ad opprimendos pauperes; quia illorum consilia impia, & perniciosa sunt ipsis Regibus: nam dum publicum bonum augere volunt ipsum minuunt; quia populi & ciuitates deuastatæ, & dissolutæ sunt propter dissolutionem ministrorum, qui vexationibus & oppressionibus respirare pauperes, neque Prædicatores loqui permittunt. Et addit Oleast. *Considera quæso quibus armis, quibus manus, quibus militibus futuro bello occurrere voluit Pharao consiliis sapientum dicentium, opprimamus eos, ne forte ingruat.* Vel vt Pagninus: *veniat bellum.* Quasi dicat, quis talia horribilia audiuit? quod ad defensionem Regni gemineutur inimici: nam clamores pauperum, & gemitus compeditorum oppressorum ex vna parte, & inimici Dei ex altera contra insensatos potentes militant, imo contra vitia & dissolutiones ministrorum orbis terrarum, pugnat peste, fame & plagis locustarum; & infirmitatum innumerabilium; quia potentes diuites non sinunt parentes cæci nati loqui neque respirare, vexationibus oppressi maiores, (si fieri possunt) timentes.

1266 Lyra in litt. citat.

Oppressio Tyrannorũ pauperes respirare non sinit. Oleast. in Exod. 1. n. 11. Trãs. Pagn.

Amasas. Hebræa dictio idem quòd tributum dissolutum, id est æs.

Ministri dissoluti pauperes torquent oppressionibus Ministri non augent, sed minuunt Regnum. Oleast. cit.

Bellũ armis non tributis importabilibus faciendũ. Locustarum Pharaonis mors est.

Hinc Bernardus in allegor. Galfrid. citati in epist. ad Rom. cap. 14. *Quid adhuc dicitis Potentes, qui vexationibus pauperes opprimitis, quorum omnes vsus, aut in ventre, aut sub ventre sunt, quia vt ait alter Apostolus In luxuriis enutritis corda; & corpora vestra. O delicate, qui deliciis & vitiis es circumfusus, atque confusus: confusionem expectans & mortem: non est Regnũ Dei esca & potus, non purpura & byssus, quia diues ille vtroque circumfusus in puncto ad inferna descendit.* Quasi dicat Bernardus, O infelices potentes Principes ab incunabilis in luxuria enutriti, quomodo timere debetis, ne in puncto omnia dissoluantur, & Regna transferantur propter oppressiones, & vexationes pauperum. Et addit Bernardus. *Quod ergo iustitia*

1267 Bern. in alleg. Galfr. ad Rom. 14.

Luxuria & byssus Regna dissipant. Bernard. cit. *Princeps luxuriosus cito perit* *Iustitia Regna conseruat.*

& pax & gaudium attendis & intendis, quia gaudium in fine est. Sic fatus filij Adam precipiti saltu iustitiam transilientes & pacem rem finalem conuertere in principium, & peruertere vultis. Quasi dicat ô insensati Principes & potentes, qui fructus iustitiæ, quæ sunt pax & gaudium transmutare, & peruertere conamini, pauperibus iniustitiam faciendo, & miseros opprimendo, & ex maledictionum seminibus fructus victoriæ, & gaudij metere putatis. Seminate in iustitia, & in laboribus manuum vestratum & pugnate cum antiquo serpente, sicut & Patres vestri nobilitate insigniti pugnauerunt contra paganos & hæreticos & tunc gaudia honoris & famæ sine dubio consequi videbitis Et addit Bernardus: *Nemo enim est qui gaudere non velit non stabit, & non erit illud; quia sicut non est pax impiis sic nec gaudere ipsis dicit Dominus: non sic impij non sic, sed prius est iustitiam facere, pacem inquirere, omnibus benefacere, pauperibus non nocere, & demum apprehendere gaudium, imò & à gaudio comprehendi.* Quasi dicat, ô Potentes mundi, apprehendite disciplinam, ne forte irascatur Dominus, diligite iustitiam, qui orbem iudicatis, & nolite gaudiis, & voluptatibus, vanitatibus, & ornamentis byssis indutos victorias, & pacem consequi, sed pauperes respirare conamini, & fructus gaudiorum hic & in æternum inuenietis, quia in gaudiis infinitis ingrediemini. Et concludit Bernardus. *Conuentus ille Angelicus prius iustitiam fecit, cum stetit in veritate, & veritatis deseruit desertorem. Post hac illa pace firmati sunt, qua exuperat omnem sensum; quia cum diuersis honorum primatibus ambiantur, nullus est qui murmuret qui inuideat nullus.* Quasi dicat, si Angeli Dei victoriam & gaudia pacis consequunti sunt, quia prius cum antiquo serpente pugnauerunt & tunc diuites, potestates superbos dimisit inanes, & pauperes esurientes impleuit bonis. Quomodo gaudium & pacem Principes inuidi consequi conantur diuites ministros plus ditando, & esurientes pauperes plus quotidie depauperando, vexando, & opprimendo, neque ad cælum respirare relinquendo; quia inopes & pauperes nimis timent, diuites potentes, vt parentes cæci nati, qui ex metu & afflictione dixerunt ipse de se loquatur; quia ætatem habet, interrogate eum, vt Lyra adnotauit.

Bella & pugna prius postea gaudia victoria, non à contra.
Nobiliores Hispani suis manibus pugnabant, non deliciis.
Bernard. cit.
Rex victoriã mediante iustitia consequitur.
Bella non byssis delicatis geruntur sed asperis vestibus.
Bernard. cit.
Angeli pugnando gaudia consequunti sunt.
Spiritus calestes gaudent, & honorant sine æmulatione.
Cant. B.V. Mariæ.
Lyran. citat.

DIFFICVLTAS XIV.

Quare Christus cæco dixit: tu credis in filium Dei & quare procidens adorauit eum?

1268 QVæsitum fuit, quare expulsum cæcum à Pharisæis Christus recepit & de fide examinauit eum?

1. RESPONSIO fuit Chrisost. in litt. citati, *Quia tanquam stultum à se eiecerunt cæcum Pharisæi, ideo ad magnitudinem Dei oportebat eum recipere, honoreque protegere.* Vnde interrogat Oleaster, quare Genes. 31. dixit Iacob, *Non permisit eum,* (id est, Laban) *Deus malefacere mihi.* Sic legit Pagninus. Et respondet: *Ecce qualiter Deus curet amicos suos, vt non permittat aliquem nocere illis, iuxta illud Psalmi, non relinquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis Reges.* Quasi dicat Quemadmodum nemo potest Deum decipere. Ita neque cæcum cuius curam gerebat Deus, neque nocere ei nemo potuit, quia scriptum est, *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Ideo cum à se tanquam stultum eiecerunt Pharisæi cæcum, Deus non relinquit eum, imo quieuit illum, & inuentum amplexus est, & defendit eum, dicens: *Tu credis in Filium Dei.* Et addit Oleaster *Quia iustus figuram gerit sphericam, nam quocumque eum vertas sedem propriam habet: nam mutationes, quas fecit Laban in vtilitatem cesserunt ipsi Iacob.* Quasi dicat. Hoc inter impios, & pium; quoniam si impios vertas, non sunt amplius. vidi, inquit, impium exaltatum, & transiui, & ecce non erat Ps. cit. Si autem pium quæras, inuenies eum; *Quia omnibus factus est omnia. Vos* (inquit Ioseph fratribus suis) *cogitastis mihi malum, sed Deus vertit illud in bonum* Gen cap. 1. *Nam quod vt malum impij iustis inferunt, cernunt sibi in bonum cedere, & quod impij eligunt, vt bonum illud, illis in malum vertit Deus.* Hæc Oleast. Quasi dicat, Pharisæi adulantes quæsierunt cæcum, & multipliciter eum calumniando, interrogauerunt, & cæcus respondit tandem, *Nunquid vos vultis fieri Discipuli eius.* Quo responso furiosi, & ira repleti maledixerunt ei, & tanquam excommunicatum à se eiecerunt, & tunc Christum inuenit, & familiariter eum recepit & defendit, nam solus Christus est verus amicus, qui protegit, & honorat, & defendit defendentes eum; homines vero ingrati contrarium facere solent inhonorando amicos, & defensores suos, cum prædam rapuerunt. ideo Guillermus citatus in alleg. Galfridi dicebat, *Dulce factu est te Iesu bone quærere, dulcius defendere, mirabile tenere, mirabilius tractare, loqui & conuersari in vno pius labor, in cætero perfecta lætitia.* Quasi dicat quis labores & persequutiones pro defensione, & honore Christi, non desiderat pati; quia statim apparet, vt verus amicus defendens suos, & ait, ecce adsum, & ait, crede, & fides tua te saluum faciet.

2. RESPONSIO fuit Bedæ in littera citati. 1269
Exemplum enim cæcus adorans Christum dedit nobis, vt non erecta ceruice, sed supplices, & in terram prostrati eum rogemus. Quasi dicat humilitas est via, ianua, & funiculus, qui Deum attrahit, & Christum ligat, & tenet. Vnde interrogat Oleast. quare Leuit. 24. dicitur. *Humiliabitis animas vestras?* Et respondet, *Quemadmodum in peccato præcipuum superbia est, ita in remissione humiliatio animæ in spiritu humiliato* (ait Daniel) *& in animo contrito, suscipiamur Domine à te:* Et Dauid, *Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies:* Ideo cæcus adorans humiliat se vt pignus cordis sui Christo pretiosum offerret, & quod possibilitas afforet offerret, & exclamans corde diceret Christo, *Protegar Domine in velamento alarum tuarum* Ps. 60. num. 5. Vbi Richard. *Protegar ab æstu vitiorum in protectione humilitatis meæ.* Quasi dicat benè tectus, probeque munitus est, qui humilitate armatur, quæ idcirco etiam clypeo comparatur, quia

Chrisost. in litt. citat.
Abiectos, & expulsos ab impiis dextera Dei protegit.
Oleast. in Gen. 31.
Tisi. Pagn.
Solus Deus verus amicus, qui suos honorat, & defendit.
Iustus figura spherica.
Gen. cap. cit.
Malis omnia à contrario contingunt bonis in melius.
Suis cauillationibus impij torquentur.
Amici ambitiosi fugiẽdi.
Guillelmus citat. in allegor. Galfrid. sup. Lucam.
Christo seruire præmium lætitia est.
Beda in litt. citat.
Oleast. Leuit. 24.
Humilitas pignus pretiosum Deo.
Dan. c. cit.
Ps. 50.
Ps. 60. n. 5.
Richard. cit.
Humilitas clypeus contra inimicos.

quia per illum iactantiæ & superbiæ tela reiicimus, quo spectat B. Petrus Damianus lib. 5. Ep. 12. *Vt strenui bellatores, dum nos metipsos humilitatis clypeo munimur ab inimici elationis telo protegimus.* Et S. Ephremus de imit. Prou. *Quemadmodum scutum miles, sic monacho est humilitas.* Quasi dicaut, non solum monacho, sed omni fideli Christiano humilitas in omnibus aduersitatibus probat.

B. Petr. Dam. lib. 5. ep. 12. S. Ephr. de imit. Prou.

Humilitas monacho necessaria.

1270 Et sanctus Bernardus serm. 25. *Per obedientiam humilitas adquiritur, quæ animam perfectè Deo subditam sub vmbra alarum ipsius facit securè viuere.* Quasi diceret, cæcus adorans genuflexus Christum, fac quæso Domine, quod incursos inimicorum meorum mihi non noceant, cui Christus quasi respondens ait, nemo per humilitatem tuam in te sæuiet, nemo tibi nocebit, & ab omni incursu, & perturbatione per tuam humilitatem securus eris. Et Euthimius explicans verba Ps. 1. n. 3. ait: *Tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, ipsas nempe virtutes opportuno ferens tempore, folia non dimittet, hoc est, humilitatem non deponet; quia virtutes omnes, non secus ac fructus proprios humilitas protegit, atque conseruat.* Quasi dicat, non solum humilitas, decor & gloria virtutum est. Sed Christus ipse lignum tale virtutibus cumulatum & foliis humilitatis decoratum quotidie rigat, & incrementa perfectionum præstat; quia humilitas ipsum ligat, & attrahit de cœlis ad terram, & humiles anxie inquirit, & inuentis requiescit cum eis loquendo, & conuersando, & beneficiendo & protegendo, vt cæco nato accidit cui clare diuinitatem suam aperuit dicens, qui loquitur tecum ipse filius Dei est: nam vt Hispani dicunt, *Descanso con su amigo descubriendole su pecho.* Ideo S. Ephr. cit. ait: *Humilitatē diligite, & nunquam Diaboli laqueis capieris, velocissimis enim humilitatis alis semper subleuatus sublimior eris, vt inimici retibus capi non possis.* Et B. Nilus orat. de superb. *Ante lapsum quoad fieri potest da operam, vt superbiæ retia fugias.* Quasi dicaut fidelibus, si vultis virtutes conseruare, & ab insidiis Diaboli & inimicorum defendi, procidentes humiliter adorate Deum, vt cæcus fecit, qui humiliter & Christum inuenit, & protectorem constituit suum.

Bern. ser. 25.

Humilitas Deum ligat.

Euth. in Ps. 1. n. 3.

Humilis lignū secus decursus aquarū plantatū.

Humilibus Christus cor suum pandit.

Cor humilis requies Christi.

S. Ephr. cit. *Humilitatis ala subtiles.*

B. Nil. orat. de superb. *Humilitas Christū protectorē facit.*

TRACTATVS TRIGESIMVS PRIMVS

Ad Litteram, *In cap. 7. Lucæ De filio viduæ à Christo resuscitato in ciuitate Naim*

TEXTVS.

11. ET factum est deinceps ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naim, &
ibant cum eo Discipuli eius, & turba copiosa.
12. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus
matris suæ, & hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa.
13. Quam cum vidisset Dominus misericordia motus super eam, dixit illi,
Noli flere.
14. Et accedit, & tetigit loculum. (Hi autem qui portabant, steterunt) & ait: adolescens tibi dico, surge.
15. Et resedit, qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri suæ.
16. Accepit autem omnes timor, & magnificabant eum dicentes; quia Propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus
visitauit plebem suam, & exiit hic sermo in vniuersam Iudæam de eo.

EXPLANATIO LITTERAE.

1271 ET factum est deinceps siue sit post sanatum seruum centurionis, siue postquam misisset Christus Discipulos ad prædicandum in Iudæam, vt Matth. cap. 11. n. 1. insinuat, Christus ibat cum Discipulis suis, antequam separarentur ad prædicandum in ciuitates diuersas. Ideo subdit Lucas, quod ibant cum eo Discipuli: nam aliàs non dixisset quia fere semper ad miracula patranda ibant cum eo in ciuitatem Naim, quæ parua erat in sorte Zabulon sub monte Thabor; cum autem appropinquaret portæ ciuitatis. Casu omnia contingere potuerunt, humano more loquendo, & ideo miracula non sunt multiplicanda, vbi consuetudo, & euentus rerum contingere solent.

Post signatiõ nē ad prædicandū in Iudæam mira culū hoc patratum.

Nam in tribu Zabulon parua ciuitas iuxta Thabor.

1272 Et ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ particula ecce, tam occursum ipsum ingredientis Christi, & egredientis mortui ante

Particula ecce plus significat quam declarat.

ante oculos proponit; Dicitur autem quod erat filius vnicus matris, vt circunſtantias doloris Euangeliſta inſinuaret: & miſericordiæ materiam, vt viſcera Christi mouerentur. Et ideo non fuit neceſſarium, vt mater loqueretur; quia pietas ipſa, & dolor matris clamabat tacendo.

Materia miſericordi, ador maternus.

1273 Dixit illi, noli flere, non dixit Chriſtus hoc præcipiendo, ſed ſpem matri reddendo quaſi oculis & capite annuendo, & remedium promittendo. Vnde Hiſpana locutio eſt, *calla, no llores, que a qui eſtoy yo*, id eſt, ſine dubio conſolationem impletam accipies. Et acceſſit, & tetigit loculum. Tetigit, vt ſiſterent portitores; quia ipſemet Chriſtus manu ſua loculum blande tetigit, & omnes portitores ſtupefacti, quaſi marmorei, vel lapidei eſſent, ſteterunt tunc, ſtupefacti hoc miraculum ſpectantes. Ideo ſubditur. Hi autem qui portabant ſteterunt. Adoleſcens tibi dico, ſurge tanquam primitiæ mortuorum omnium; qui voci Chriſti obediendi ſunt cum dicat ſurgite mortui. Sic adoleſcens ſtatim obediuit voci Ieſu.

Hiſp. loc. Spes conſolationis.

Chriſtus loculum tenuit manu ſua.

Primitiæ mortuorum obedientium voci Chriſti adoleſcens.

1274 Et reſedit, qui erat mortuus, & cæpit loqui non dixit quod reſurrexit ſolum, ſed quod reſedit, & cæpit loqui, quia perterriti portitores, ne forte fugerent, loquutus eſt forſan dicendo quieſcite, loculum in terram ponite, vt ego ambulem. Et ideo ſubdit Euangeliſta, & dedit illum matri ſuæ, id eſt, poſtquam adoleſcens proiectus ad pedes Ieſu oſculauit plantas eius, & poſtea manu ad manum dedit illum matri ſuæ. Accepit autem omnes timor, id eſt, cæperunt omnes Chriſtũ venerari tanquam diuinũ: nam Hebraiſmus idem eſt Deum timere, vel honorare. Quia propheta magnus ſurrexit in nobis. Prophetam vocabant quemcumque hominem ſanctum qui prodigia faciebat: nam Iudæi ſignis tantum credunt. Vel Propheta magnus, id eſt, per Moyſem prophetizatus, qui venturus erat, vt Iſrael redimeret. Et ideo dicebant, quia Deus viſitauit plebem ſuam. Et exiit hic ſermo in vniuerſam Iudæam, id eſt, famam de tam prodigioſo miraculo, & omnes loquebantur de illo, non vnanimes & conformes; ſed alij laudabant, alij calumniis redarguebant, & murmurabant.

Quare mortuus viuus loquitur.

Gratitudo eſt naturalis.

Hebraiſmus timere pro honorare.

Propheta magnus Meſſia in lege promiſſionis.

Fama volat inter vulgares.

TRANSLATIONES ANTIQVAE & Neothericæ.

n. 11. Vulgata editio. Et factum eſt, deinceps, ibat Ieſus in ciuitatẽ quæ vocatur Naim. — 1. Et euenit deinceps, vt iter faceret Ieſus in ciuitatem Naim.

Translat. ex Syriac. — 2. Et factum eſt poſtero die vt proficiſceretur in ciuitatem nomine Naim, & Diſcipuli eius cum eo cœtuſque multus.

Caietan. in Euang. — 3. Ibat Ieſus in ciuitatem poſitam in ſorte Zabulon.

Ianſenius in concord. c. 46 — 4. Ibat Ieſus in ciuitatem Naim ſecundum Græcos duobus milliaribus diſtans à mõte Thabor.

n. 12. Vbi Vulgata & ecce defunctus efferebatur. Trãſ Vatab. — 5. Ecce Defunctus efferebatur filius vnigenitus matris viduæ.

Translat. ex Syriac. — 6. Vidit Ieſchua comitantes mortuum qui vnicus fuerat matri ſuæ, & multa turba ciuium cum eo.

Lyranus ſua in gloſſa. — 7. Ecce defunctus extra ciuitatem ferebatur ad ſepeliendum, ne ex cadaueribus ciuitatis contaminaretur.

Gloſſa ordinaria in Lucam cap. 7. — 8. Et multi cum Domino, & multi cum vidua.

n. 13. Vulg. quam cum vidiſſet Dominus miſericordia motus. Tranſlatio Vatabli. — 9. Intimè Dominus miſertus eius, dixit ne flas

Transl. ex Syriac. — 10. Vidit autem Ieſchua, & miſertus eſt eius, dicit ne fleas.

Ianſenius citatus. — 11. Verbis ſuauibus conſolatus eſt matrem dicens, ne fleas.

n. 15. Vulg. Adoleſcens tibi dico ſurge. Translat. ex Syriac. — 12. Hi autem qui baiulabant cum ſubſtiterunt, & ait, adoleſcens, tibi dico ſurge, & reſedit defunctus ille, cæpitque loqui.

Ianſenius citatus. — 13. Imperij auctoritate dixit adoleſcens ſtatim ſurge, & ſurrexit.

Tertullian. lib. de Reſurrect. Carn. fol. 581. — 14. Et reſuſcitauit mortuum filium viduæ.

n. 16. Vulgat. Cepit autem omnes timor. Tranſlatio Vatabli. — 15. Cæpit autem omnes timor, & glorificabant Deum dicentes, quia Propheta magnus exortus eſt inter nos.

Translat. ex Syriac. — 16. Et inuaſit omnes tremor, & dicebant ſane Propheta magnus ſurrexit

rexit inter nos, & inuisit Deus populum suum.

Tertulian. lib. contra Marcionem fol. 712.

17. Et gloriam retulerunt Deo dicentes, magnus Propheta prodiit in nobis, & respexit Deus populum suum.

Liranus sua in glossa.

18. Id est, ille magnus Propheta de quo dicitur Deut. 18. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum.

Caietanus in Euangelia.

19. Hic est fructus miraculi, in aliis intus timor, & foris glorificabant, vel magnificabant eum.

n. 17. Et exiit fama hæc in vniuersam Iudæam. Translat. Vatabli.

20. Et exiit fama hæc in vniuersam Iudæam de eo, & in omnem circumiacentem Regionem.

Translat. ex Syriac.

21 Et exiit de eo sermo in vniuersam ijhuidæam & in vniuersam regionem circumiacentem.

Lyra sua in glossa.

22. Exiit sermo; quod visitauerat Deus plebem suam, mittendo eis Saluatorem.

Caietanus citatus.

23. Et patratum miraculum tam admirabile diuulgatũ est apud omnes.

DIFFICVLTAS PRIMA

Quare dicitur : Et factum est deinceps ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naim?

1275 QVæritur quare Euangelista attentè describit miraculum istud dicens : *Et factum est deinceps ?*

Cyrill. in cath. S. Tho. Particula deinceps plus significat quã declarat.

1. Responsio Cyrilli in cath. S. Thom. *Mira Dominus miris annectit, & supra quidem accercitus occurrit, hic verò non vocatus accedit, unde dicitur, & factum est deinceps.* Quasi dicat aliquid notabile indicat particula *deinceps*, quia ad cætera miracula patranda semper lacessitus ibat; nunc autem ipse expectauit, vt mortuus exiret extra ciuitatem.

1276 2. Responsio Gregorij Nisseni in cath. cit. *Resurrectionis autem experimentum, non ita verbis sicut operibus a Saluatore didicimus, qui ab inferioribus inchoans opus miraculi fidem nostram assuefecit ad maiora.* Quasi dicat: in ægritudine desperata Centurionis, resurrectionis incepit potestatem. Postea altiori potestate ducit homines ad fidem resurrectionis, dum suscitat filium viduæ, qui ferebatur ad monumentum.

Greg. Nissenus citat. in cath. A minoribus, est incipiendum.

3. Responsio; meo iudicio, dictio *deinceps* significat obstructionem oris malignantium super miracolo Centurionis; quia maligni cæperunt obstaculum ponere dicentes, quod non fuit resurrectio, neque miraculum grande, quia fortè infirmitas pertingit ad punctum vltimum augmentationis, & statim febris ad diminutionem incepit. Et hoc audito à Discipulis, qui omnia ei narrabant, decreuit facere resurrectionem filij viduæ, & ideo dicunt, *Et factum est, post hæc ibat Iesus in ciuitatem Naim.* 1277

Auct. sent. Obturare os malignantiũ ingens miraculum.

4. Responsio Iansenij sua in concordia cap. 76. *Naim Græca lectio habet Naim ciuitas Galileæ, non longè à Capharnaum duobus milliaribus distans à monte Thabor contra meridiem teste Hieronymo lib. de locis Hebraicis, vbi sui sæculo perstitisse adhuc ciuitatem hanc describit.* 1278

Iansen. sua in concord. c. 76. Naim ciuitas vsque hodie stat. Hieron. cit.

DIFFICVLTAS II.

Quare dicitur : Et ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ, & dixit illi; Noli flere?

QVæritur, vt quid efferebantur ad sepeliendum corpora defunctorum extra muros? 1279

Lyranus sua in glossa. Sepulchra defunctorum extra muros, fidelium præsentia corporis Christi refrigerantur.

1. Responsio Lyræ sua in glossa, *Quia antiquitus loca sepulturæ erant extra ciuitatem, ne ex cadaueribus inficerentur habitatores ciuitatis.* Quasi dicat, sepulchra extra ciuitatem erant antiquitus, quia carebant præsentia sacramenti corporis Christi; & ideo nullo suffragio vel refrigerio fruebantur animæ eorum, vsquequo Verbum caro factum est & habitauit in nobis.

2. Responsio Gregorij Nisseni in cath. citati, *Ærumnæ molem breuibus verbis explicuit: Mater vidua erat, & non sperabat vlterius filios procreare: non habebat in quem aspectum dirigeret vice defuncti: hunc solum lactauerat, solus aderat alacritatis causa in domo quidquid mater dulce, ac pretiosum, hic solus extiterat.* Quasi dicat : omnes istæ erant causæ, tum ad fletum prouocantes, tum & ad viscera pietatis Christi mouenda, sicut de facto mota sunt super afflictionem matris plorantis: & ideo subditur, quòd Iesus dixit, *Noli flere.* 1280

Greg. Niss. in cath. citat.

Compassionis causa mulier plorans.

3. Responsio: meo iudicio defunctus vnicus erat matris suæ adolescens, & nobilis, vt quanto plures essent circunstantiæ compassionis, tanto plus admiratio miraculi diuulgaretur; & inimicos incredulos beneficio matris viduæ, & lachrimosæ plus torqueret, & præteritæ sanitates Paralytici, & Centurionis considerarentur, & credentes in fide confirmarentur. 1281

Auct. mens Compescere linguas inimicorum mirabile.

4. Responsio Chrisostomi in cath. citati. *Iubens autem cessare à lacrhymis qui consolatur mæstos, monet nos, præsentibus defunctis consolationem recipere, resurrectionem sperantes.* Quasi dicat : Christus consolatur matrem adolescentis defuncti, vt doceat nos pro defunctis orare & simul tristibus consolationem exhibere, expectando resurrectionem mortuorum. 1282

Chrysost. in cath. citat. De defunctis consolari decet.

DIFFICVLTAS III.

Quare tetigit loculum, & quare qui cadauer portabant, stiterunt?

1283 QVæritur ad quid fuit necessarium tangere loculum, & quare obedientes portitores stiterunt.

Cyrill. in cath. cit. *Humanitas Christi vestimentum diuinitatis.*

1. RESPONSIO Cyrilli in cath. citati. *Non solum verbo peragit miraculum sed & feretrum tangit, vt cognoscas efficax esse corpus Christi ad humanam salutem: Est enim corpus vitæ, & caro verbi omnipotentis, cuius habet virtutem; sicut enim ferrum adiunctum igni perficit opus ignis. Sic postquam caro vnita est verbo, quod viuificat omnia, ipsa quoque facta est viuificatiua & mortis expulsiua.* Quasi dicat, tetigit loculum, vt ostenderet, quòd humanitas Christi est instrumentum operatiuum diuinitatis, & per vnionem efficax ad resuscitandum mortuum.

1284 Ians. sua in concor.

2. RESPONSIO Iansenij in concordia cap. 47 *Perfectam misericordiam Dominus hîc exhibet dum & in corde mouetur misericordia, & verbis matrem consolatur, & ipso facto miseriam viduæ subleuare studeat Christo tangente loculum illicò funeris portitores restiterunt Domini auctoritatem, vel prius cognitam habentes vel iam ex turba ipsum sequente cognoscentes.* Quasi dicat, geminatæ sunt circunstantiæ ad tantum miraculum operandum; videre Christum consolantem matrem, & fortasse ipse cum illa lachrymatus est; quia flere cum flentibus, doctrina eius est: tangere loculum: portitores stupefactos sistere: concursus gentium admirantes suspendere omnia ex affectu misericordiæ redundantia.

Miracula misericordia Dei ex omni parte magnifica?

1285 Auct. mens.

3. RESPONSIO meo iudicio: tetigit loculum, vt portitores sisterent per virtutem contactus: nam si fimbriam eius tangens mulier fluxu sanguinis laborans, steterunt fluuij sanguinis per tactum: cur non portitores, credibile est, quod per tactum manus Christi ad loculum, sanguis eorum pauore, & tremore, vt glacie non fuit frigefactus, vt Hispani dicunt, *Elos eles la sangre*: Et stiterunt obedientes voci Saluatoris, qui forsan dixit, vt nos dicimus in Hispania, *Tened, tened hombres.*

Per contagiũ manus Christi sanguis portitorum fuit. Hispana locutio.

DIFFICVLTAS IV.

Quare dixit Iesus, adolescens, tibi dico, surge: & resedit qui erat mortuus, & cæpit loqui?

1286 QVæritur, quare vociferatus est Christus dicens, *adolescens,* &c. & quare resedit, & locutus est?

Lyra sua in glossa. *Miracula Magorum non durant.*

1. RESPONSIO Lyrani sua in glossa, *Vt manifestè appareret, quod erat verè resuscitatus & non apparenter tantum. Vnde de Symone Mago legitur, quod apparenter resuscitauit quemdam mortuum, qui tamen loqui non poterat, per quod apparet illam resurrectionem fuisse tantum apparentem.* Quasi dicat, miracula magorum Pharaonis, & aliorum magorum semper apparent ex aliqua circunstantia falsa & menticulosa; quia à Dæmone mendaciorum Patre procedunt; Christi verò miracula semper & vbique, & vsque in sæculum *Atodas luces,* vt Hispani dicunt, forma stabilita permanentiæ, & cum admiratione ab hominibus recepta.

Christi prodigia semper permanentia.

2. RESPONSIO Tyti Bostræ Episcopi in gloss. citati. *Constanter autem erectus est, cui sunt mandata directa; diuina enim potestas est irrefragabilis, nulla mora, nulla orationum instantia.* Quasi dicat, obedientia perfecta, & directa nullo impediente obstaculo, nulla interposita replica, vel mora Creatori suo obedit. 1287

Tyt. Bost. Epis. *Rectus Dominus, & recta opera eius. Miracula Christi irrefragabilia. Obedientia perfecta sine mora.*

3. RESPONSIO Gregor. Nisseni in cath. citati: *Qui dixit adolescentem florentem, significauit temporis horam primam producentem lanuginem, qui paulo ante mulcebris erat maternorum oculorum, successionis ramus, baculus senectutis.* Quasi dicat, iuuenem in prima, floridaque ætate raptum Christus vocauit, & dedit illum matri suæ, vt esset baculus senectutis suæ. 1288

Greg. Niss. in cath. cit. *Lanugine incipiente pasci mortuus fuit filius viduæ.*

4. RESPONSIO Tyti Bostren. Episcopi in gloss. citati. *Resedit & locutus est mortuus, ne cui secundum externam tantum faciem; & non vere resuscitatus videretur; siquidem sedere & loqui vera exsuscitationis argumentum est; corpus enim examine, neque sedere, neque loqui potest; quare enim tradidit illum matri suæ tanquam verè viuum, veréque exsuscitatum.* Quasi dicat, qui sedet, loquitur, & ambulat, & in domo matris remanet conuescens, & conuersando, quomodo poterat non esse suscitatus. 1289

Tyt. Bost. *Corpus exanime non potest sedere.*

5. RESPONSIO Iansenij sua in concordia c. 47. *Quemadmodum super filiam Archisynagogi dixit; Puella tibi dico, surge: sic modo adolescens tibi dico, surge, qua in re incomparabilem sane potentiam, plane æqualem Patri demonstrauit.* Et addit. *Cum iam adolescens à loculo exiliisset, ac vt est verisimile Iesus adhærens, per quem intelligebat sibi vitam esse restitutam gratias ageret, non illum sibi retinuit, quemadmodum iure posset, vt qui vitam iam donauerat, quam à matre non acceperat, sed dedit illum matri suæ.* Quasi dicat, dedit Dominus nouo dono, & reiterata vita, quam in vtero suo acceperat, quia dona Dei semper superabundanter dantur, & non improperat de donis datis. 1290

Ians. in c. 4. concord. *Potestas Christi æqualis cum Patre ostenditur. Adolescẽs ex loculo transiliens ad pedes Christi se prostrauit.*

DIFFICVLTAS V.

Quare dicitur; accepit autem omnes timor, & exiit fama hæc in vniuersa terra, & dicebant, quia Propheta magnus surrexit in nobis?

QVæritur, quomodo Christum timebant, cum eum mirificè laudabant? 1290

Maldon. in Luc. 7. *Dictio Hebræa* iireath *idem quod reuerentia vel timor.*

1. RESPONSIO Maldonati in Euang. Lucæ. 7. *Horror quidem omnes inuasit in Christo apparentis diuinitatis, qui horror in homines sanctos reuerentiam ponere solet; quia in hebræo dictio* jireath Adonath *timorem, venerationem & cultum Dei significat.* Quasi dicat timentes ex pauore flectabant omnes genua ante Iesum, adorantes eum.

RESPON

1292 2. Responsio dicitur, quod omnes accepit timor, vt intelligatur quod est timor seruilis, & timor reuerentialis & amoris. Iste iustos & amicos Christi cepit; quia Apostoli, & cæteri, qui eum diligebant, timuerunt valde, & admirati plus in fide confirmati sunt, & de illis scriptum est; *Timete Dominum omnes sancti eius.* Primum quidem cæteri ritiaotu prodigio timuerunt, ne Christus sua potestate eos confunderet, & terra aperiret os suum & eos viuos deglutiret, siquidem mortuos viuificabat; & ideo Euangelista omnes dixit quod accepit timor, sed diuersimode.

Auct. mens. Timor impiorum ad tempus quia citò transit. Iustorum timor semper durat.

3. Responsio Cyrilli in cath. citati. *Hoc magnum fuit in populo insensibili & ingrato; post modicum enim neque Prophetam, nec ad vtilitatem populi procedere festinauit, neminem autem habitantium Iudæam hoc miraculum latuit.* Quasi dicat cum Seneca; *Ingratis quoque pœna cum ipso munere incurrit*; Quia Iudæi ex hoc miraculo non solum in Christum non crediderunt, sed pœna inuidiæ & liuoris exorti plebem contra Christum concitabant, vt fama deleretur illius. 1293

Cyrill. in cath. citatus.

Ingrati beneficiis torquentur.

Seneca lib. de benefic.

TRACTATVS
TRIGESIMVS SECVNDVS

Ad mores, *In cap. 7. Lucæ De filio viduæ Naim à Christo resuscitato.*

DIFFICVLTAS VI.

Quare dicitur, Et factum est deinceps, ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim.

1294 QVæsitum fuit, quare tam attente Euangelista posuit dictionem deinceps?

1. Responsio Cyrilli in litt. citati. *Mira Dominus miris annectit, & supra quidem accersitus occurrit; Hic vero non vocatus accedit.* Quasi dicat; *Quia necessitas operandi miraculum vrgebat, ideo non vocatus occurrit.* Quasi dicat, dolo procerores in miraculo opere patrato de sanitate serui centurionis linguas compescere oportuit mortuum filium viduæ resuscitando; quia cum viget necessitas sancti Dei mirabilia operantur. Hinc interrogat Oleast. quare dicitur Exod. cap. 7. *Si locutus fuerit ad vos Pharao dando date portenta.* Sic legit Pagninus? Et respondet; *Non debent sancti Dei temere signa facere etiamsi possint, sed rogati, aut necessitate compulsi ad exemplum Christi Saluatoris nostri, qui nunquam ex curiositate, sed semper necessitate compulsus fecit miranda.* Quasi dicat qui vera sanctitate muniti sunt, cum ab eis signa & miracula petuntur, torquentur intus; quia timent vanitatibus ne in profundum inferni demergantur.

S. Cyrill. in litt. citat.

Miracula cum vrget necessitas operanda.

Oleast. in Exod. c. 7. transl. Pagn.

Miracula ex necessitate compulsi sancti operentur.

1295 Hoc dicebat Augustinus ser. 5. de verb. Domini. *Laudes istæ vestræ grauant nos potius, & in periculum mittunt, toleramus illas, & fremimus inter illas.* Quasi dicat, etiam cum viget necessitas rubore facies iustorum replentur, cum aliquod signum, vel prodigium per instrumentum eorum Deus operatur; quia vt Poeta ait:

Aug. ser. 5. de verb. Domini.

Rubore replentur iusti dum laudantur.

Poeta citat.

Et addit *Suis grauatur quisque laudibus probus.* in vmbr.
Quamuis parua laude nobilis pudor. Virg.

Hinc Beda in cap. 27. Prouerb. *Laus cruciat iustos, iniquos exaltat, sed iustos dum cruciat, purgat, iniquos dum lætificat reprobos monstrat, isti enim sua laude pascuntur, quia auctoris sui gloriam non requirunt.* Et Synesius lib. de Regnó: *Ea ex omnibus laus, quæ pernitiem cum voluptate concisit venenatis potionibus similis mihi esse videtur quas melle perfusas morituris propinant.* Quasi dicant, qui signis, & prodigiis operatis delectantur, & laudibus perfunduntur similes sunt hominibus qui potionibus melle delibutis, veneniaque potantibus mortem amplectuntur. Ideo Chrisost. hom. 27. in Matth. *Ipsi quos ad testimonium tuæ virtutis citas, latrones à te constituuntur, qui te Regnum cælorum expolient.* Quasi dicat, *qui te suppliciter exorant, vt signum aliquod facias*, Et laudes eorum tu ausculrans, laudesque amplectens, simulans te indignum & peccatorem. Isti latrones sunt, qui tibi nocere volunt; quia nullum genus inimicorum peius quàm laudantium. Ideo Christus cum à necessitate compulsus adiret in ciuitatem Naim ad portentum operandum aduertit Euangelista dicens, *Factum est deinceps ibat Iesus in ciuitatem Naim.* Id est postquam necessarium fuit pro Dei incremento & honore adire fuit, vt fides consolidaretur & lingnas malignantium compesceret, vt adnotauit Cyrillus? 1296

Beda in cap. 27. Prouerb.

Iusti laudibus cruciantur iniqui lætantur.

Synes. lib. de Regno.

Potio veneno plena laudes.

Chrisost. hom. 27. in Matth.

Laudes latrones sunt qui virtutes expoliant.

Miracula sine necessitate non fecit Christus.

Cyrill. citat.

1. Responsio Gregorij in litt. citati; *Quia fidem nostram instruit a minoribus incipiens, & ad maiora progrediens, vt assuescamus nos ad virtutes operandum.* Quasi dicat, nemo repente perfectus est, sed paulatim extirpando vitia, virtutesque amplectendo, crescat vsque ad consummationem. Vnde interrogat Oleast. quare Genes. 19. dicitur. *Viri Sodomitæ circuierunt* 1296

Gregor. in litt citatur.

A minoribus est incipiendum.

Ad vitia procliues ad virtutes difficiles.

Oleast. in Genes. 19. Transl. Pagn. *Infelix communitas ex latoribus carens.*

Domum à puero vsque ad senem? Sic Pagninus. Et respondet: *Mirum valde est ita omnem pudorem apud istos cecidisse, vt viderentur omnes in facinus coniurasse.* Quasi dicat: ô infelix Respublica & communitas nimis flenda, vbi omnes ad vitia & corruptelam coadunati sunt, & non est qui faciat bonum & contra peccatores clamet, non est vsque ad vnum. Et addit Oleast. quemadmodum enim iusti semper loquitur virtutum exercitium, vt paulatim gradum perfectionis adquirant, peccatores vitiosi non cessant vsque ad materiam nefandi pertingere. Quasi dicat, consuetudo peccandi naturam alteram facit vsque contra naturam peccare: sicut & virtuosi assueti ad exercitium virtutum vsque ad perfectionem non cessant laborare.

Vitiorum consuetudo vsque ad nefandum. Virtuosi crescunt paulatim.

1297 B. Petr. Dam. in allegor. Galfrid. Prouerb. 23.

Hinc Petrus Damianus in alleg. Galfridi super Prouerb. Salomonis: *Diligenter exerce agrum tuum, vt postea adifices domum tuam; in cassum conatur adificare fastigium qui in arena, qua dissilit collocat fundamentum, qui virtutum lapidibus festinat atrium sublime construere prius eum ne cesset inhorrentia carnalium delectationum purgare diligenter, inquit Salomon, exerce agrum tuum Prouerb. 23. Et ille quippe bene domum mentis adificat, qui prius agrum corporis à spinis vitiorum purgat.* Quasi dicat, consuetudo quæ peccatores in naturam virtuosam, transformat, paulatim incipit à purgatione omnium vitiorum, & postea fundamenta virtutum augentur, gratiæ Dei influentia, & suæ operationis exercitio, propter quod Christus, vt doceret nos hanc tam necessariam doctrinam; incepit infirmos curare, & deinceps in ciuitatem Naim ibat, vt mortuum resuscitaret vt Gregorius adnotauit.

Natura arte perfectionis & virtutu mutatur.

Greg. citat.

DIFFICVLTAS VII.

Quare dicitur, & ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ?

1298 QVæsitum fuit, quare Christus defuncto de ciuitate asportato obuiam fuit?

Lysanus citatus in littera. *Cadauera mortuorum horrida.* Oleast. in Numer. 16. Trãs. Pagn. *Hebraa dictio Pachad. id est quod visitare & recordari.*

1. Responsio Lyræ in litt. citata. *Quia extra ciuitatem defuncti sepeliebantur, vt non nocerent conciuibus.* Quasi dicat, horrenda & amara semper fuit viuentibus memoria defunctorum. Vnde interrogat Oleast. quare Num. 16. dicitur: *Si vt moriuntur homines, morientur isti, & visitatum fuerit super eos Dominus* &c. Sic legit Pagninus. Et respondet, *Quod in Hebraa verbum, pachad, visitare significat, vel recordari.* Et etiã seorsus; *Recordatur enim Dominus peccatorum hominum, & sic punit eos à vita celeriter subtrahendo.* Quasi dicat, recordentur homines, qui cadaueribus mortuorum terrentur, & memoria eorum torquentur, dum in peccatis suis viuunt, quod tunc promptiores & proximiores sunt ad puniendos morte improuisa; quia eos visitat Dominus morte inuisitata quia non viuunt sicut cæteri homines ratione præditi.

1299 *Cassius hominẽ definit. Cadauera mortuorum*

Hinc Cassius hominem definiens ait, *Quid est homo, caducum simulachrum, ac phantasma.* Quasi dicat ita homines a cadauere mortuo hominis fugiũt sicut à phãtasmate, vel simulachro horribili, & Trimegistus c. 15. explicans verba Psalmi. *Verum tamen in imagine pertransit homo,* Legit: *In imaginationis figmentum transit homo vitam suam.* Et addit: *Imaginationes hac dicere decet. ô fili siquidem hominem rectè enuntiamus, Humanitatis imaginationem, ac puerum pueri imaginationem, virum viri imaginationem: nam homo homo non est, nec puer puer, nec adolescens adolescens, neque senex, senex, neque vir vir, qua enim mutantur, mentiuntur, & qua iam fuerunt que sunt?* Quasi dicat, quemadmodum vmbræ manus scribentis in superficie aulæ Regis Regem Balthasar terruerunt. Sic imaginationes mortis terrent, & conturbant intellectum nam imaginatio inanis vita hominis est: nam neque puer est puer neque vir vir, neque senex senex; quia in imaginatione pertransit homo, sed & frustra conturbat, pro rebus quæ videntur esse, & verè non sunt.

cur horrescibi. Trimegist. c. 15. in Ps. *Vita hominis imaginationis figmentũ.* Daniel. cap. *Vita hominis vmbra.*

Vnde Ambrosius in Ps. 118. *In imagine ambulat homo, in vmbra viuimus, ergo vita ista in corpore vmbra est vita, atque imago, non veritas, denique in imagine ambulat homo.* Quasi dicat. Quid mirum est, quod imago mortis terreat homines, si cadauera adhuc terrent. Ideo Hugo Eter: *Conturbatur passim homo ad capiendum; quia est aptissima venatio statua, non manufacta, idolum animatum, obumbratio quotidiana.* Ideo Iob. dicebat: *Homo natus de muliere breui viuens tempore, fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet cap. 14. n. 2.* Vbi Richard. in Iob. *Malus ideo fugit, quia diutius hic persistere non finitur, vt amplius in his, qua male amauit, non delectetur. Fugit ergo velut vmbra, qua ex corpore lucido, & opaco causatur, ab ortu solis vsque ad occasum tempus est transiens & fugiens: Sic homo qui velut vmbra apparet, & verè non extitit, quia cito euanet ab initio ortus sui vsque ad finem vita sua, semper fugit, & est in recedendo à præsentibus ad futura.* Recole quæso: *Malus ideo fugit, quia diutius hic persistere non finitur.* Quasi dicat ita impij memoria mortis torquentur, quia in his, quæ delectantur durare non posse cogitant, quod vt Hispani dicunt, *No comen bocado que no sea con zozobra.* Et ita perterriti viuunt, quod phantasmatibus, & imaginationibus mortuorum conturbantur, & cadaueribus defunctorum ita expauescunt, quod extra ciuitatem eiiciunt, vt adnotauit Lyra.

1300 S. Ambrosius in Ps. 118. Hugo Eter. *Homo statua vel idolum.* Iob. 14. n. 2. Richard. de S. Victor. *Impij fruitis voluptatibus memoria mortis torquentur.* Hispana locutio. *Cadauera nequaquam videre volunt impij*

2. Responsio Gregorij Nisseni in litt. cit. *Ærumna molem breuibus verbis explicauit, vidua erat, & non sperabat filios procreare, neque habebat in quem aspectum dirigeret vice defuncti.* Quasi dicat, omni spe, & consolatione & honore priuata erat; quia iam filios generare non poterat, quia prouectæ ætatis erat. Vnde interrogat Oleaster, quare Deut. 25. 9. & 10. dicitur. *Si vidua consanguineum respondeat, nolito accipere in vxorem, accedat mulier ad eum coram senioribus, & tollet calceamenta de pede eius, spuetque in faciem illius, & dicet: sic fit homini qui non adificat domum fratris sui? Et respondet, non solum verbere, sed etiam opprobrio & de honestatione debent rei aliquando puniri; quoniam sapius magis fonsit homo de honestari, quam mori.* Quasi dicat omnis vituperio, & opprobrio dignus est, qui viduas afflictas non consolatur, præsertim in illo tempore vbi mulieres opprobriis replebantur, si steriles erant. Dicebant enim ad quid mulier in mundo si

1301 Greg. Nissenus in litt. cit. *Tristitia maior in non habere inquem respiciat mater vidua.* Oleast. in Deut. 25. n. 9. Trãs. Pagn. *Viduam vilipendere vilissima res & monstruosa. mulieres propter prolem astimanda.*

non

non sit generatio prolis? Ideo de Naim dicitur, quod in extrema desperatione erat, quia non sperabat filios procreare.

1301 Hinc S. Basilius Seleuciæ loquens de vidua præsenti oratione ait, *Quod viduam & liberi orbam relinquis, ô fili cui expertam matrem commendasti? Quis meam amplius orbitatem protegat. Quem post te Patronum respiciam? Vbi scipionem meum fulciam? Quem postea defensorem adinueniam? Maritus prior abiit, filius non extat. Duo lata lumina possedi virum, & filium, sed vtraque mea lumina mors effudit.* Quasi dicat: vidua vnico filio orbata, & marito priuata omni quæ sub cælo est consolatione caret; quia ex se mulier res infirma & nimis afflicta est. Si vero calamitatibus viduitatis, & carorum morte à Deo puniatur? Quid erit ei? Quò aufugiet? Quem Patronum rogatura, & auditura perget? Hinc Quintilianus declamat 338. *Per se (inquit) imbecilla res est fœmina, & affert infirmitati naturali non leue pondus, quod vidua est.* Hinc sanctus Zenon serm. de fide, spe, & charitate, quasi remedium, & subsidium viduis in Christo promittens ait: *Tu solus scutum validissimum viduarum.* & Tertullianus lib. 2. ad vxorem, cap. 8. *De viduarum honoribus apud Dominum vno dicto eius per Prophetam expeditum iustè facite viduæ, & pupillo, & venite disputemus dicit Dominus. Duo ista nomina, in quantum despectui humano, in tantum diuinæ misericordiæ exposita suscepit tueri. Pater omnium vide quam ex æquo habetur, qui viduæ benefecerit, & quanti est vidua ipsa, cuius desertor Dominus, disputabit.* Quasi dicat; tantum valet apud Deum protectorem esse viduarum, quantum creatorem omnium rerum. Et addit Philo lib. de victimis. *Pupillorum, viduarumque tutelam profitetur Deus, quia hæ maritis illi parentibus orbati sunt, quibus humana ope destitutis, nullum præterea relinquitur auxilium; ideo maxima in diuino spes superest; quia propitium numen non auersatur huius generis patrocinium.* Quasi dicat: si volatilibus cæli, quæ neque merent, neque nent Deus non obliuiscitur. Quomodo pupillorum & viduarum omni auxilio humano destitutarum obliuisci potest? quomodo lachrymosæ, & lamentatæ viduæ non occurret? Ideo Gregor. Nissenus optime aduertit, quod ærumnæ molem breuibus verbis Euangelista explicauit dicẽs, quod vidua erat, neque habebat ad quem aspectus dirigeret.

S. Bas. Seleu. orat. 19.
Oculi viduarum filius & maritus.
Mulier per se imbecillis, & misera res.
Quintil. declam. 338.
S. Zenon oratione de fide, spe, & Charitate.
Tertul. lib. ad vxorem cap. 8.
Protector viduarum omnipotentiæ æquiualet.
Philo lib. de victimis.
Viduis Deus succurrit quia creator.
S. Greg. Niss.

DIFFICVLTAS. VIII.

Quare dicitur, quod Christus tetigit loculum, & quod portitores stiterunt.

1303 QVæsitum fuit, ad quid tetigit loculum, & quare portitores stiterunt?

1. RESPONSIO fuit Cyrilli; *Quia non solum verbis sed opere contra portitores cadaueris Christus manum suam extendere solet.* Quasi dicat contra repugnantes verbis Dei solet Dominus flagellis grauissimis manu sistere & flagellare. Vnde interrogat Oleast. quare Deut. 2. dicitur. *Etiam manus Domini fuit contra eos ad perdendum?* Sic Pagninus. Et respondet: *Quemadmodum Dominus iuuat pios: ita manus apponit ad mortem impiorum, vt consumantur, & pereant.* Audi Dauid: *Nisi Dominus iuuisset me procul dubio ad vitam, paulo minus habitasset anima in sepulchro.* Quasi dicat: tetigit Christus loculum defuncti, & portitores stiterunt; quia manus quæ mortuum adolescentem suscitare decreuerat, sistere fecit portitores timentes, ne ad sepulchrum vbi ferebatur mortuus: illos mitteret: quia qui resistunt verbis Dei aggrauat super illos manus suas, & pauescunt, & attenuantur, vt miseræ & tenues araneæ.

Cyrill. in lit. citat.
Manus Domini aggrauat contra resistentes.
Oleast. in Deut. 4. Transl. Pagn.
Impij attenuantur vt aranea ad tactum manus Dei.

Hinc contra peccatores, qui nolunt sistere, nec cessare à peccatis, etiam si plagis, & laboribus per manu Dei multipliciter feriantur inquit Galfridus: *A planta pedis vsque ad verticem capitis non est sanitas in eo Isaiæ c. 1. A planta pedis, id est, in actione terrena, quæ nõ est discreta vt plãta vitali vsque ad verticem elationis non est sanitas. Vulnus quippe & liuor nota & plaga tumens impudentiæ, insolentiæ, impænitentiæ est circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo. Inde est enim ex tumore ipso, quod disciplinæ ligamina, quod pœnitentiæ medicamina, quod etiam monita leniora, & velut quadam olei fomenta non recipit.* Quasi dicat: peccatores aliqui ita sunt rebelles lumini, quod neque monitionibus, neque inspirationibus, neque plagis, neque beneficiis, neque minis, nec peste, neque vllo diuino, & humano remedio à pecccatis, sistere, & compescere se volunt, vsquequo manus Domini venit super illos. & vmbram sempiternæ mortis inueniant. 1304

Galfrid. in alleg. ad Isai. cap. 1.
Peccatores reprobi semper rebelles lumini.
Beneficijs ingrati.

Et addit idem Galfr. loco cit. Vnde etiam in eodem Propheta dicitur; *Scio enim quod durus sis neruus ferreus, & æreus, &c. Væ ei qui ligatus fuerit neruo tali, non enim facile poterit neruus ferreus solui; frons ærea impudentia est; licèt enim valde teratur, difficile est, vt exteratur illorum. Ergo frons ærea est, qui confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt.* Quasi dicat flexibilis est homo rationalis ex sua natura, sed peccati consuetudine neruus ferreus, inflexibilis ita fit, quod neque prodigiis, neque cadaueribus, & phantasmatibus, neq; terroribus, & infirmitatibus quiescere agere peruerse volunt, neque manu lenta, & suaui Christi tacti sistere volunt, vt obedientes portitores defuncti istius stiterunt, cum Christus tetigit loculum, vt adnotauit Cyrillus. 1305

Galfrid. cit. in Isai. c. 1.
Homo rationalis id est, flexibilis est.
Cyril. cit.

1306 2. RESPONSIO Iansen. in litt. cit. *Perfectam misericordiam Christus ostendit, dũ corde mouetur ad cõpassionem viduæ, & verbis & operibus consolatur eã.* Vnde interrogat Oleast. quare Exod. 34. dicitur, secundum translationem Pagn. *Dominus Deus fortis, pius & misericors tardus ad iram, & multus misericordia, & veritate seruans misericordiam millibus &c.* Et respondit. *Expende quod dicitur fortis pius, ac si dicatur fortis ad pietatem. Sunt quidam homines fortitudine præditi, sed qui eam ad crudelitatem exercent, & potentes sunt; alios opprimant, aut ad vitia exercenda. Veh ait Isaias cap. 5. qui potentes estis ad bibendum vinum & viri fortes ad miscẽdam ebrietatẽ. Non sic autẽ Dominus Deus, qui & si fortis sit ad acies hostium debellandas; non tamen ad hoc fortis esse vult, sed ad miserias releuandas.* Quasi dicat non potestatem à Patre Christus accepit, vt animas perdat, sed mortuas viuificet. Ideo scriptũ est, filius hominis non venit animas perdere sed saluare, & omnibus benefacere, ideo verbis consolatur

Iansen. cit.
Oleast. in Exod. 34. transl. Pagn.
Misericordia Dei est eius fortitudo. Isai. c. 5.
Christus venit vt saluos faceret homines.

matrem adolescentis vidoam, & misericordiā commotus tetigit loculum, vt suscitaret mortuum.

1307 Hinc sanctus Bruno citatos in allegor. Galfridi Exod. 25. *Facies propitiatorium de auro purissimo* ait, *Propitiatorium oraculum vocat, quo arca tegebatur. Merito autem arca Dei, id est, sanctarum animarum & beatorum spirituum collectio Propitiatorio tegitur, quando Dei elementiam, & propitiationem super se semper intuentes, non solum quæ petunt, & orant, verum etiam quæcumque desiderant adipiscuntur. Est autem de auro purissimo, quoniam tam sapienter propitiatur Deus, vt in sua propitiatione nunquam fallatur; quoniam nisi vt pæniteat nulli vnquam propitiatur.* Quasi dicat ita misericordia Dei superabundat, & pietas relucet in operibus suis, vt non solum afflictis inuocantibus eum det postulata, imo etiam desiderata, vt patet in misericordia cum vidua Naim operata, quæ absque postulatione, aut interuentione sed sola sua propitiatione, & pietate motus, dedit quæ anima eius omnia desolata, & afflicta desiderabat; quia semper prospicit vere dolentes, & pietatem in cordibus desiderantes, & ita ad compassionem viscera eius commouentur, quod verbis & operibus misericordiam ostentet, vt adnotauit Iansenios.

S. Bruno in alleg. Galfridi super Exod. 25.

Collectio sanctorum Dei propitiatoriū.

Misericordia Dei superabundans, quia non postulata concedit.

Vidua Naim non postulat & consequitur pietatem.

Iansen. cit.

DIFFICVLTAS IX.

Quare dicitur Adolescens, tibi dico surge, & resedit qui erat mortuus, & cæpit loqui?

1308 QVæsitom fuit ad quid Christus vociferatur & mortuus loquebatur?

1. Responsio Lyrani in litt. citati, *Vt constaret de vera resurrectione*: Nam magus Symon mortuum resuscitauit, sed non loquebatur. Quasi dicat ineffabile, & incomprehensibile est qoanti faciat Deus fideles suos, qui firmiter in eum credunt ab omni soperstitione, & arte magica fugientes. Vnde interrogat Oleaster, quare dicitur Numer. 23. *Non aperit iniquitatem in Iacob Dominus Deus eius. Est secum terror Regis, secum est.* Sic Pagnious. Et respondet: *Expende quanti facienda sit vera fides, quoniam istis Deus promissa seruat; quia licet sæpius amiserunt; semper tamen in aliquibus bonis permansit fides eius.* Quasi dicat, multoties peccata Deus grauissima simulat propter ingentem fidem, vt in Hispanis patet. Et addit Oleaster, *Docemur etiam quanta sint auguria, & alia superstitiones vitanda, ob quæ Deus à suis recedere solet, & qui hæc non quærit timeat iram. Dei.* Quasi dicat, cum aliqua Regio, vel oatio sopetstitionibus, & diuinis magicis, & maleficis vtitur, per aliquos potentes, aut Pithonissas sine dubio à fide antiqua Patrum suorum deficiet, & Deus recedit à tali natione; quia bella premuot, regna amittuntur, & quod peius est fides paulatim declinare videtur. Ideo Christus vociferatur dicens, *Adolescens tibi dico surge*, Vt fidem suam adstrueret, & non per magiam resuscitatus appareret, & Euangelista ait, quod mortuus loquebatur: nam arte magica resuscitati non loquuntur, neque durant viuentes, vt Lyraous adnotauit.

Lyran. citat. in litt.

Fides firmiter credenda. Superstitiones & arioli fugiendi.

Oleast. in Numer. 23.

Trāsl. Pagn.

1309 Hinc D. Chrisologus citatus in alleg. Galfridi super Lucam 7. explicans verba hæc. *Adolescens tibi dico surge* ait: *Hortor Charissimi, vt vnius resurgentis exemplo ad fidem resurrectionis omnium nostrum concitemur, & credamus, quod crux Christi nostri corporis sit aratrum, fides semen, sulcus sepulchrum, resolutio germen, expectatio tempus, vt cum ver Dominici aduentus arriserit corporum nostrorum, matura tunc viriditas vitalem resurgat in messem, nescituram iam canitiem, nescituram vel finem, non passuram falcem, non flagella censuram; quia depositus in mortem vetustatis paleis nouum gloriosi consurgit in fructum.* Quasi dicat, asculternus, & expectemus coosolatione repleti audire hanc vocem, *Tibi dico surge*; Quia tunc impassibiles, & dotibus gloriosis adornati resurgemus, lætabimurque exultantes in Christum, qui fuit primitiæ resurgentium, & quasi impoοens, vel vt dicunt Hispani: *Con esta vos de leuantate muerto mancebo se ensayo Christo para alegrarse con lo que tanto desea ver atodos resucitados.*

Chrisolog. citatus in alleg. Galfridi in Lucam 7.

Effectus corporum immortalium.

Christus primitia resurgentium.

Hispan. loc.

1310 Et addit Chrisologus, *Si ad vnius viduæ lachrimas temporales, sic motus est Christus, vt occurreret in via, vt ex oculis stillantia dolorum fluenta restringeret, vt percuteret mortem, & homini redderet vitam exequias lugubres in festiuitatem natalitiam commutaret, quid faciet, quando inardescet viribus totis ab Ecclesia sua lachrymas ingens per martyres sacrum sanguinem sudantis, donec vnicum suum hoc est populum Christianorum occurrens Christus de mortali feretro perpetua vita reddat in superna matris gaudium sempiternum.* Quasi dicat, si viscera Christi ad vnius solius viduæ lachrymas, & gemitus ita commouentur, quomodo ad suspiria, & lamentabiles fletos Ecclesiæ suæ viduæ a die qua sponsus eius occisus est in patibulo crucis non flectetur, & commutus corpora filiorum suorum oon resurget?

Chrysol. cit.

Argumentū à singulari ad plurale mu'tiplicat ingeratiuū.

DIFFICVLTAS X.

Quare dicitur, quod accepit omnes timor & exiit fama hæc in vniuersa terra?

1311 QVæsitom fuit, quare & qoomodo timere potuerunt quem laudauerunt propter miraculum?

1. Responsio fuit Maldonati in litter. citati; horror quidem in omnes inuasit in Christo apparentis diuinitatis, *Qui horror & timor in homines sanctos reuerentiam exhibere solet.* Vnde interrogat Oleaster, Quare Exod. 34. dum loqueretur scriptura de mirabilibus Moysis ait; *Et timuerunt appropinquare ei?* Sic legit Pagninus. Et respondet: *Timendi sunt sancti Dei neque solum honorandi: exi à me ait Christo Petrus; quia homo peccator sum; timor enim circumdederat eum.* Quasi dicat, sancti, etsi ex se circumdati

Maldon cit.

Sancti ex reuerentia timentur.

Lucæ c. 5. n. 8.

Diuinitas Christi timorem prabebat omnibus.

dati sunt infirmitate, potentissimi tamen sunt ex diuina virtute. Quid igitur mirum, quod horror in omnes inuaderet, ex diuinitate ipsius Christi procedente. Et addit Oleast. *Audiens Herodes Rex Christi natiuitatem turbatus est & omnis Hierosolyma cum illo.* Et de B. Ioanne Baptista legimus Lucæ 2. *Factum esse timorem super omnia montana Iudeæ.* Et de Saul dicitur 1. Reg. c.8. *Quod timeret Dauid, eo quod esset Dominus cum eo. Et Herodes Ioannem timebat, & propter eius reuerentiam eo audito multa faciebat.* Quasi dicat, quod semper annexa fuit reuerentia timori in sanctis, & perfectis viris. Quanto ergo plus erat in Christo resuscitanti ad eius vocem?

Oleast. cit. Matth. 2. Lucæ c. 2. 1. Reg. 18. Marc. cap. 5. n. 20.

1312 Hinc Radulphus citat. in allegor. Galfridi explicans cap. 32. Deut. quomodo persequebatur vnus mille, & duo fugarent decem millia ait: *Virtus mirabilis & prorsus stupenda, vt vnus contra mille, & duo praualerent contra decem millia. Quis tamen ignorat quantam stragem inimicorum efficiat, cum egregius milles summi Regis timor videlicet Domini sub ducis sui protectione contra vitiorum exercitium dimicat. Quid cum ei ille Dei miles præcipuus, & princeps militia Dei reuerentia ex timore procedenti adiungitur. Quæ quæso hostium multitudo eorum impetus ferre valebit.* Quasi dicat, bene timor Dei omnes concomitantes feretrum defuncti videntes eum viuere cepit & corda inimicorum Christi superauit, & vicit; quia vnus sufficit contra mille; & timor qui reuerentiam produxit, sicut duo contra decem millia decem corda, quæ in vniuersam Iudæam contra Christum commota erant, cum fama miraculi promulgata est prostrata ex timore, cultum & reuerentiam exhibebant. Vnde addit Radulph. citatus: *Ecce qualis præliator timor Dei, qui non solum nequitias, sed etiam negligentias ante se fugare consueuit.* Quasi dicat: O quam admirabile est Domine nomen, & potentia, & quam incomprehensibilia opera tua, qui non solum ex miraculis corda inimicorum conuersa sunt, & timentes cultum & reuerentiam tibi debitam præstiterunt, sed negligentiam à se abiecerunt, & concurrentes omnes, promulgauerunt famam tuam in vniuersam terram Iudeæ, narrantes mirabilia; & resurrectionem filij viduæ de Naim prædicantes. Vnde concludit Radulphus: *Mirabilis Rex qui sic suos praualet exaltare.* Quasi dicat. Omnes filium matrem viduam quærebant, & congratulabantur, & de longinquo veniebant propter famam diuulgatam per vniuersam Iudæam de Christi diuinitate, vt Maldonatus insinuauit.

Radulph. in alleg. Galfr. in cap. 32. Deut.

Timor & reuerentia duo fortes milites.

Corda infidelium prodigiis conuertitur. Radulph. cit.

Fides negligentiam expellit.

Radulph cit. *Matri & filio congratulabantur omnes.*

1313 2. RESPONSIO Cyrilli in litt. citati. *Hoc magnum fuit in populo insensibili, & ingrato; postmodum enim, neque Prophetam nec ad vtilitatem populi procedere æstimauit.* Quasi dicat talis est vicissitudo rerum caducarum, quod eisdem linguis, & pedibus, quibus Christi famam promulgarunt, & laudauerunt ex prodigio facto, postmodum vociferantes dixerunt: *Expedit vt moriatur; quia hic homo multa signa facit,* Et eum, quem Prophetam magnum clamabant, hodie cito opprobriando, & colaphizando dicunt: *Prophetiza quis est, qui te percutit.* Vnde interrogat Oleaster, quare Num. 14. dixerunt ad Moysem Israëlitæ istorum parentes, & aui: *Vtinam mortui essemus in terra Ægypti?* Et respondet *Extrema ingratitudinis est, beneficium maleficium reputare, minus enim malum isti reputabant in Ægypto mori, quam in solitudine cum Domino morari.* Et addit: *Et expende ingratorum morem esse inconuenientia potius quam vtilitates in beneficio explorare, quemadmodum gratus vtilitates, vt munus adornet: dicit ingratus pauper: vestem mihi dedit diues, sed veterem, aut si nouam, non dedit persona mea decentem, neque suo loco, aut tempore; gratus vero in munere semper quærit circunstantias quibus illud extollat.* Quasi dicat, Apostoli, quia grati erant miraculum hoc impressum in cordibus vsque in finem obseruarunt, & ex illo circunstantias gratitudinis exhibebant. Impij vero Iudæi non post multos hos dies acclamabant, vt crucifigeretur, quia tumultus in populo fiebant ex mirabilibus, & prodigiis, quæ à Christo fiebant & multiplicata beneficia in odium tanquam insensibiles ingrati conuerterunt, vt adnotauit Cyrillus.

Cyrill. in litt. cit.

Ingrati incōstantes sunt. Ioann. 11.

Oleast. in Num. 14.

Pauperes ingrati contra Diuites murmurant.

Grati semper laudant benefactorem.

Ingrati occasiones querelarum inquirunt.

Cyrill. cit.

1314 Hinc Hugo de S. Victore contra ingratitudinem istorum explicat cap. 6. Micheæ. *Popule meus memento quæso, quid cogitauerit Balac Rex Moab, & quid responderit ei Balam filius Beor de Sechin vsque Galgam, &c. Propheta ergo inique maledicere volens populo Dei, ad benedicendum (licet inuitus compellitur) quia mala, quæ reprobi bonis inferunt, illorum saluti, Domino disponente cooperantur. Erubesce miser homo, tu nunquam obliuisci debueras, quantum dilectus est à Deo, qui dicit tibi, popule meus vt tibi maledictionem inimicorum tuorum non tantummodo nocere non permitteret, sed eam in benedictionem tibi commutaret.* Et addit ad nostrum intentum, *Verum quia horum reminisci rogat ingratum, & immemorem beneficiorum esse demonstrat.* Quasi dicat, popule Israël, quare in memoriam non retinens verba, quæ modo in laudem Christi pronuntias? Quare famam diuulgatam à te per vniuersam Iudeam tam cito in infamias conuersam. Time ingratitudines, supplicia, quæ super te ventura sunt. Vnde addit Hugo. *Balach interpretatur elidens, ipse est Sathanas ingratorum Pater. Moab ex patre illorum scilicet reproborum, quia ingrati, & reprobi idem reputantur. Balam populus vanus, quia ingrati semper euanescunt existimantes, quod omnia sibi sunt iure natura debita. Beor in pelle, Sechim, spina; quia ingrati spinosam pellem quasi aper portant, & ab illis omnes debent fugere; quia semper sanguinem prouocant ad vindictam Galgala voluptabrum, quia cor ingratorum voluptabrum omnium delictorum, quia sua semper quærunt, & aliis benefacere non curant.* Ideo concludit Hugo contra ingratos. *Relaxati sunt vt cognoscas periculum; ideoque prohibiti sunt, vt intelligeres vnum solum tibi esse præsidium vt tantis beneficiis acceptis, nihil aliud restat nisi protectori tuo Christo incessanter gratias agas.* Quasi dicat, ne obliuiscaris verborum & laudū promulgarorū per te in vniuersam Iudæam; quia Seneca teste, *Ingratis quoque pœna cum ipso munere incurrit.* Ideo tanquam ingratus populus insensibilis, & pertinax ab omnibus nationibus sibilatur; quia Redemptorem suum nunc laudantem postea non est mirum quod opprobriis illum saturauerunt, vt Cyrillus adnotauit.

Hugo de S. Vict. in all. Galfridi ad cap. 6. Mich.

Sanctis mala iniquorum in bonum vertuntur.

Beneficia nusquā obliuiscantur.

Supplicia ingratitudinis horribilia.

Hugo cit.

Ingratorum epithalamia.

Ingratus sicut aper spinosus.

Ingrati Deū humiliter rogent veniam tanti sceleris.

Seneca de Beneficiis.

Cyrill. cit.

TRACTATVS TRIGESIMVS TERTIVS

Ad Litteram, *In cap.11. Ioannis De Lazaro à Christo quatriduano resuscitato.*

TEXTVS.

1. ERAT autem quidam languens Lazarus à Bethania de Castello Mariæ & Marthæ sororis eius. 2. Maria autem erat, quæ vnxit Dominum vnguento, & exterfit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. 3. Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes, Domine ecce quem amas infirmatur. 4. Audiens autem Iesus dixit eis; Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei vt glorificetur Filius Dei per eam. 5. Diligebat autem Iesus Mattham & sororem eius Mariam, & Lazarum. 6. Vt ergo audiuit, quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus. 7. Deinde post hæc dixit Discipulis suis, Eamus in Iudæam. 8. Dicunt ei Discipuli: Rabbi nunc quærebant Iudæi te lapidare. Et iterum vadis illuc? 9. Respondit Iesus, nonne duodecim sunt horæ diei? si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt. 10. Si autem ambulauerit in nocte offendit; quia lux non est in eo. 11. Hæc ait, & post hæc dixit eis, Lazarus amicus noster dormit.

EXPLANATIO LITTERAE.

1315 *Caietan. in Luc.* ERat quidam languens, id est, erat quidam qui infirmabatur, & vocabatur Lazarus à Bethania oppidum vbi originem habebat Lazarus significatur. De Castello Mariæ, & Marthæ. non sorores erant de castello, sed castellum erat de sororibus, & vt Caietanus insinuat. Neque obstat quod Maldonatus asserit, nun permittere Romanos qui dominabantur Iudæam, Dominium loci vel Castelli Iudæis relinquere: nam Rex Hispaniæ dominatur plurima Regna, vbi multi nobiles dominium locorum & ciuitatum habent, præsertim quod nobilitas Lazari, & sororum eius manifestatur in plurimis. Si autem erat Pagus, vbi habitabat ista nobilis familia non degeneres denotantur.

Castellū erat de Maria & Martha non è contra.
Mald. in Eu.

1316 Miserunt ergo sorores eius ad eum quare autem non ipsæ fuerunt, sed miserunt, quia nobiles erant, & habebant seruos multos, & non decebat adire fœminas nobiles. Insuper quia vt Apostolus 1. Cor. ait Epistolæ graues sunt, sermo vero contemptibilis. Ecce quem amas infirmatur, fidem, spem, & charitatem laconica verba hæc habent. Fidem, quia Christo absenti credunt remedium infirmitati posse reddere. Spem, quia salutem sperabant. Charitatem, quia vt Hispani dicunt, *Amor con amor se paga.* Et hæc sonant, Ecce quem. Quasi dicat, diligis diligentem te.

Dominiū habent equites in Regnis Hispaniarū.
Hispana loquutio.

Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei. vere non erat infirmitas ad mortem; quia quamuis infirmus Lazarus mortuus fuit ex illa infirmitate; tamen mortuus non remansit quia resurrexit, sed pro gloria Dei; quia propter resurrectionem istam multi Iudæorum in Christum crediderunt, & Discipuli consolidati sunt in fide. Et addit, vt glorificetur filius Dei per eam. Quasi diceret, gloria Patris, & filij eadem est, & per consequens æquales in diuinitate, vt Rupertus adnotauit, & ferè omnes. Mansit autem Iesus in eodem loco duobus diebus, vt plus elucerel miraculum, vel vt Rupertus, vt sorores plus acciperent quam petebant, quia ipsæ salutem postulabant, Christus autem vitam ei tribuit. 1317

Non est mortuus qui resurrexit.
Gloria Dei & fides in ai.
Rupert. in Ioann.
Diuinitas Christi probatur.
Deus plus dat sius quā petunt.

Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare &c. Quasi dicat, eodem die quo lapidare te voluerunt, vis te coram inimicis furiosis demonstrare? Nonne duodecim horæ sunt diei, id est, in qualibet hora mutatur homo, vt Lyranus, à quo omnes acceperūt. & nostro Hispan. sermon. dicitur, *Hade estar vn hombre siempre de vn humor.* Lazarus amicus noster dormit. Amicitiam communem Christus facit, vt Apostoli ad commiserationem plus moueantur, & non dixit, mortuus est vt non impedirent iter, si iam irremediabile erat, calamitas & miraculi secretum non liceat eis aperire; quia mirabilia incredibilia prius sunt facienda quam dicenda; Et gaudeo propter vos, vt credatis, quia non 1318

Furor inimicorum fugiendus.
Lyranus sua in glossa.
Hispana locutio.
Amicitia ad commiserationem mouet.

Ostendit miranda prius operanda quæ promittenda. Hisp.loc.

etam ibi, vt diuinitatem suam confirmet, dicit vt credatis; non quia Apostoli non credebant: sed vt prodigio facto dicere posset, vt Hispani dicunt: *A ora creereis loque yo dezia*, non quia non creditum erat, sed quia confirmatur creditum.

1319 *Ad porticum ianuæ Martha occurrit.*

Martha autem, vt audiuit, quod IESVS venerat, occurrit illi; quia domus ampla; & spatiosa erat, descendit Martha ad porticum ianuæ, vt Christum exciperet, inscia Maria, & ibi colloquium lamentabile est. Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Perfidiam circa diuinitatem Christi ostendit cum ait, si fuisses hic, quia non est locus vbi Deus non sit, & amicabilem querelam circa retardationem Christi insinuat, cum ait, si fuisses ante hic, id est, si non tardasses venire ante mortem. Sed nunc scio, hoc scire, nescire est, inquit Chrisostomus, quia ipse per se poterat date, quod poposcere Martha insinuat. Ideo postea dixit IESVS, ego sum resurrectio, &c. Magister adest, & vocat te, vt impedimenta Iudæorum excusaret, addit Martha, & vocat te vel forsan Christus id dixit, quamuis Euangelista silentio tanquam certum reliquisset. IESVS autem vt audiuit, Mariam & Iudæos plorantes infremuit spiritu, id est, affectum humanum, & compassiuum ostendit, lachrymando cum lachrymantibus, & spiritu afflicto, insinuando quam horribilia, & stupenda damna peccatum Addæ produxit: nam per peccatum mors. Erat autem spelunca, & lapis superpositus. Hebræi semper sepulchra lapide obstruebant. Hoc autem dixit Euangelista vt quæ sequuntur, adnotarentur.

Amor cum amante conqueritur amicabiliter.

Chrisolog.

Christus vocare iussit Mariam.

Fremere id est ac singultibus fractu curui doloris.

1320 *Omnia ex parte nostra facienda non miracula expectanda.*

Tollite lapidem, vt omne possibile existimemus faciendum ex nostra parte, vt Rupertus adnotauit. Vel vt oculis suis testes viderent cadauer Lazari, ne postea phantasmaticum dicerent miraculum, vel vt conuerterentur eorum corda saxis duriora. Quatriduanus enim est. Hoc dixit, ne offenderet circumstantes & Christum, vel impossibilitatem remedij insinuans. Sed meo iudicio hoc dixit animo indesperato miraculi, vt patet ex reprehensione Christi, nonne dico tibi, quoniam si credideris, &c. IESVS autem eleuatis oculis in cælum. Patrem æternum Christus vocat, ne putarent, quod magica, & inuocatione alicuius Dæmonis, hoc faciebat. Voce magna clamauit, veni foras, vt è longinquo animam venisse pateret: melius vt paulo ante diximus, vt voce potestatiua omnes mortuos suscitaturos tanquam Iudex viuorum & mortuorum monstraretur. Et statim prodiit, qui fuerat mortuus ligatus pedes, celeritas in obediendo ostenditur per dictionem *statim*. Quia vero non arguerent esse phantasma, voluit, vt ligatus appareret. Et vt multiplicarentur miracula; siquidem videbant ambulare hominem ligatum pedibus & manibus & facie: soluite. Hoc Apostolis dixit, vt sacramentum confessionis aduocarent; quia solis Presbyteris concessum est soluere vincula mortuorum peccatorum. Multi ergo ex Iudæis crediderunt in Christum, id est, stupefacti, & timidi clamauerunt pœnitentiam & dolorem suæ perfidiæ demonstrando, quæ autem sorores Lazari, & ipse Lazarus Christo dixerunt, tacet Euangelista; quia multa silentio melius dicuntur, quam verbis

In desperatis causis Deus operatur.

Magi Deum non inuocant.

Auct. mens. *Hispana locutio:* Se ensayo Christo p.ª el dia del Iuyzio.

Multiplicantur miracula in Lazaro ligato ambulante.

Contritio peccatorum in gemitum prorumpit.

Silentium plus loquitur in mirabilibus.

explicari possunt. Cætera patebunt per quæstiones.

TRANSLATIONES NEOTHERICAE, & antiquiores in cap. 11. Ioannis de Lazaro resuscitato.

1. *Editio Vulg. Erat autem quidam Lazarus languens à Bethania.*	1. Erat autem quidam qui morbo detinebatur Lozar ex Beth-Anio domo afflictionis pago fratet Mariæ.
Translat. ex Syriac.	
Translat. Vatabli.	2. Ægrotabat autem quidam nomine Lazarus Bethaniensis, à Castello Mariæ & Marthæ huius sororis.
Rupertus in Ioan. 11.	3. Erat persona quædam languens nomine Lazarus, & Maria soror eius quæ ante per gratiam Domini reuixerat.
n. 3. *Vulg. Ecce quem amas infirmatur.*	4. Domine ecce in quem tu diligis valitudine laborat.
Translat. ex Syriac.	
Translatio Vatabli.	5. Ecce Domine, quem amas, ægrotat.
Caietanus in Euangelia.	6. Non oportet ab amante petere, sufficit necessitatem significare.
n. 8. *Vulg. Nunc quærebant te lapidare.*	7. Magister noster, modo inquirebant te ij hodie lapidibus obruere. & rursum illic abis?
Translat. ex Syriac.	
Translatio Vatabli.	8. Et iterum vadis illuc.
n. 11. *Vulg. Lazarus amicus noster dormit sed vado, &c.*	9. Lazar amicus noster dormit, sed proficiscor eum excitaturus.
Translat. ex Syriac.	
n. 16. *Vulg. Dixit Thomas, eamus & nos & moriamur cum illo.*	10. Eamus vt & nos moriamur cum illo.
Translatio Vatabli.	

Transl. ex Syriac. 11. Ait houma qui dicitur gemelius discipulus sociis suis eamus & nos vt moriamur cum eo.

Theophilactus ex Maldonato. 12. Eamus inermes moriamur, contemnamus vitam nostram, sicut & ille temerè contemnit.

n. 27. *Vulg. Vtique Domine ego credidi quia tu es Christus. Translatio Vatabli.* 13. Ego credidi te esse filium Dei, qui in hunc mundum venturus erat.

Translat. ex Syriac. 14. Etiam Domine mi ego credo te esse Meschi filium Dei qui venturus eras in hunc mundum.

n. 29. *Vulg. Illa autem vt audiuit, &c. Translat. ex Syriac.* 15. Maria autem cum audiuisset surrexit & venit.

Translatio Vatabli. 16. Ilia vt audiuit surrexit cito, & abiit.

n. 35. *Vulg. Et lachrymatus est Iesus. Translat. ex Syriac.* 17. Et obuenerunt lacrymæ ipsi Ieschua.

Tertullian. lib. de Carne Christi fol. 548. 18. Iesus iacrymatus est super Lazarum.

n. 39. *Vulg. Tollite lapidem, Domine, iam fœtet. Translatio Vatabli.* 19. Domine iam olet quatriduanus est enim.

Translatio ex Syriac. 20. Domine mi iam fœtet quatuor enim dierum est.

n. 41. *Vulg. Eleuatis sursum oculis dixit Pater gratias ago tibi. Translatio Vatabli.* 21. Iesus autem attollens oculos sursum Pater ago tibi gratiam, quoniam audisti me.

Tertul. lib. aduers Praxe. fol. 854. 22. Pater gratias ago tibi, quoniam me semper exaudis.

Translat. ex Syriac. 23. Ipse Ieschua eleuauit oculos suos sursum gratias tibi ago quod me audieris.

n. 42. *Vulg. Sed propter populum qui circumstat. Tertul. lib. citat. contra Praxe. fol. 854.* 24. Sed propter turbas istas circunstantes dixit, vt credant, quod tu me misisti.

n. 43. *Vulg. Voce magna clamauit Lazare veni foras. Translat. ex Syriac.* 25. Clamauit alta voce Loozar veni foras.

n. 44. *Vulg. Et prodiit qui fuerat mortuus manus & pedes institis. Translatio Vatabli.* 26. Et prodiit qui fuerat mortuus manus & pedes habens reuinctos fasciis funereis, & facies illi sudario erat obuincta.

Translat. ex Syriac. 27. Et exiit mortuus ille manus & pedes vinctus fasciis vultumque sudario, & dixit eis Ieschua soluite eum, & finite abire.

n. 45. *Vulg. Multi ergo ex Iudæis qui venerunt ad Mariã, &c. Translat. ex Syriac.* 28. Itaque multi ex ijhoudæis cum v dissent, quod fecerunt Ieschua crediderunt in eum.

n. 46. *Vulg. Quidam autem abierunt ad Pharisæos.* 29. Quidam profecti sunt ad Pharisæos, &c.

DIFFICVLTAS PRIMA.

Quare dicitur Quod Lazarus infirmabatur & quod sorores eius erant Martha & Maria.

Quæsitum fuit quare infirmitas Lazari narratur ad resurrectionem eius prædicandam, & quare de sororibus eius tanta mentio ab Euangelista facta fuit. 13 11

1. Responsio Bedæ in Cathen. citatus, *Quia Lazarus interpretatur adiutus & inter omnes mortuos quos Dominus suscitauit, hic magis à* Deo

Beda in cat. Lazarus idē quod adiutum.

Miraculum miraculorum Lazari resurrectio.

Deo adiuuatur, quem non solum mortuum, sed quatriduanum suscitauit. Quasi dicar, narratur infirmitas Lazari; quia ex circunstantiis miraculi pro famosiori significao omnium miraculorum Iesu Christi, resurrectio Lazari ponitur ad probationem diuinitatis eius, vt crudelis pro Nerone: supponitur resurrectio Lazari pro maiori miraculo à Christo patrato?

Aug. in cath. cit. *Creationi hominis hoc miraculum assimilatur.*

1322 2. RESPONSIO Augustini in cath. citat. *Si attendamus quis fecerit miraculum hoc delectari debemus potius quam mirari: ille suscitauit hominem, qui fecit hominem; plus enim est hominem creare, quàm resuscitare.* Quasi ditat, ita omnipotentia Dei in hoc miraculo ostensa fuit, quòd est necesse ad memoriam reuocare hominis formationem, nam si non æquiualet, maximè assimilatur.

Auct. mens. *Infirmitatibus amici Dei cumulãtur & ditãtur.*

1323 3. RESPONSIO infirmitas Lazari insinuatur ab Euangelista, vt attente omnes sui sint, eo quod Lazarus & tota eius familia Christi amicissima erat, sed propter hoc infirmitaribus & laboribus morte & lachrimis non carebat, imo quos diligebat, ita corrigebat.

Chrisostom. cath. *Mariæ Magdalena erat distincta à peccatrice.*

1324 4. RESPONSIO Chrisostomi in cath. citati. *Primum quidem illud necessarium est dicere, quod hæc Maria non fuit illa meretrix, quæ in Luca legitur; hæc enim honesta fuit & studiosa circa Christi susceptionem.* Quasi dicat, non est verisimile, quod tanta, & tam nobilis Maria vbi Christus hospitabatur, & benigne recipiebatur, esset illa peccatrix in ciuitate.

Caietan. cit. *Erat castellũ de familia, & nobilitate Lazari.*

1325 5. RESPONSIO Caietani appositiuè ab Bethaniam. *Exponitur Bethaniam fuisse oppidum harum mulierum, vt conditio nobilis sororum eius describeretur, vt potè quæ Dominæ essent oppidi illius. Dicit enim Euangelista, castellum esse illarum, non ipsas esse de castello, quod significaret ipsas inde oriundas.* Quasi dicat in confirmationem sententiæ Chrisostomi, quod nobilitas sororum, & Lazari ita erat nota; quod castellum erat de Maria & Martha, non Martha, & Maria de castello.

Aug. serm. de verb. Domini. *Amor amantem infirmum nescit relinquere.*

1326 6. RESPONSIO August. serm. de verbis Domini. *Inuaserat igitur Lazarum pernities inimica languoris miserandi hominis, corpus quotidie edax febris incendium consumebat. Aderant autem duæ sorores languenti, & casum dolentes iuuenis ægrotantis, lectulo iugiter inhærebant. Vnde deinde subdit Euangelista, Miserunt ergo.* Quasi dicat vexationes febris, & ardores infirmantis Lazari ita torquebant cor eius, quod amantes sorores eius dolore & curis agitatis infirmum relinquere non sunt ausæ vt Christum adirent quærere; & ideo miserunt vnum ex seruis, vt certiorum eum facerent de fratris sui infirmitate.

DIFFICVLTAS II.

Quare sorores Lazari miserunt epistolam solis his verbis scriptam, Ecce quem amas infirmatur?

1327 QVæritur, quare tam laconicæ, criticæque sorores Christo scripserunt ecce quem amas &c.

Theodoret. in cat. cit. *Potentia, & amor in Christo bene cohærent.*

1. RESPONSIO Theodoreti in cath. citati: *Quia mulieres erant, quas non decet de facili domum exire, multam autem deuotionem, & fidei magnitudinem exprimunt dicentes Ecce quem amas infirmatur.* Quasi dicar, tantam esse potentiam in Domino credebant, quod videretur qualiter virum sibi dilectum infirmitas potuerit occupare.

August. in Ioann. *Amor nestit pati rem amatam.*

2. RESPONSIO Augustini super Ioann. 11. *Non dixerunt, veni & sana, non ausæ sunt dicere ibi, iube, & hìc fiet sed tantummodo, Ecce quem amas infirmatur.* Quasi diceret, sufficit vt noueris; non enim amas, & deseris. 1328

Chrysost. in cat. cit. *Familiaritas confidentiam producit.*

3. RESPONSIO Chrisostomi in cath. citati. *Per hoc enim ad miserandum volunt attrahere Christum, adhuc enim ei quasi homini intendebant.* Quasi dicat, quia vehementer confidebant de familiaritate Christi, & quia luctu & tristitia detinebantur, non rogant vt veniat, sicut centurio rogauit, sed mittunt nuntios, vt solo verbo testaret salutem. 1329

Caietan. in Euang. *Præmium amoris vrget nimis.*

4. RESPONSIO Caietani in Ioann. 11. *Citant enim non merita propria, aut Lazari, sed meritum amoris Iesu erga Lazarum prouocando per hoc, vt amoris sui erga Lazarum officia exerceat, quod est plus quam simplici petitione supplicare, sana eum.* Quasi dicat, poterat amare Lazarum Christum, & hac ratione præmium postulare sanitatis, sed plus addiderunt dicentes; quia tu amas Lazarum, propter te ipsum debes mercedem ostentare sanando illum. 1330

Auct. mens. *Opera sunt probatio dilectionis.* *Beneficium qui cito dat bis dat.* Seneca de benef.

5. RESPONSIO meo maturo, & recogitato consilio epistola hæc Christo scripta est, & compendosis verbis sigillata Ecce quem amas, infirmatur. Quasi amorem totius familiæ Lazari præsupponendo; quia probatio dilectionis exhibitio est operis, & cum multa beneficia Christus in domo Lazari accepisset, scripserunt: tu gratus es & debes amorem Lazari amore compensare, & operibus comprobare; neque dilatare; quia ingratum est beneficium si inter manus dantis hæsitat; ideo non dicunt veni, & sana, sed si amas, citissimè remedium infirmitati donabis. 1331

DIFFICVLTAS III.

Quare dicitur, Rabbi nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc. Nonne duodecim horæ sunt diei.

QVæritur, quare responderunt Discipuli Christo absque eo quod illos interrogaret? 1332

Rupertus. *Consilium non dandum, nisi postulatum.* Hispana locutio.

1. RESPONSIO Ruperti in Ioan. 11. *Quia metuebant, ne occiderentur nescientes, quod nisi vellet, non moreretur, & iterum illi consilium dabant ne iterum pergeret in Iudæam.* Quasi dicat, qui consilium dant sapientibus ignorantes sunt, & semper vt Hispani dicunt: *Responder sin preguntarlos es vna gran neçedad,* Qualis erat Christo consilium dare, quod non iret ad Iudæam.

2. RESPONSIO interlinealis in glossa: *Non vos detis mihi consilium; sed me sequimini, & in* 1333

meridie

meridie ambulate, & non offendetis. Quasi dicat si ego sum lux mundi, & vos reliquistis omnia, & sequuti estis me, nolite timere, neque date consilium, quia non est discipulus super Magistrum.

Qui malè agit odit lucē non qui benè ambulat.

1334 3. RESPONSIO Augustini in cath. citati, *Vbi pene fuerat lapidatus, quia propterea inde discessisse videbatur, ne lapidaretur: discessit enim vt homo, sed in redeundo, quasi oblitus infirmitatem ostendit potestatem.* Quasi dicat, vt eius cognoscerent diuinitatem volebat ire vbi infirmitatem humanitatis agnouerunt fugiendo iram lapidantium, & nunc tam cito reddendo oblitus, & benefaciens miraculum magnum ostentando.

Aug. in cath. cit.

Iniurias de beneficiis cōpensare diuinitatis indicium.

1335 4. RESPONSIO Lyrani sua in glossa: *Nonne duodecim horæ sunt diei, si voluntatem habebant tunc me lapidandi modo autem, non faciunt; quia mutato tempore potest mutari voluntas; erat enim prouerbium apud Iudæos, & adhuc est apud nos, quod loquendo de mutatione propositi dicitur: no tiene doce horas el dia. Et ideo Sauator vsus est tali modo loquendi.* Quasi dicat, naturaliter omnis homo mutabilis est, varius, & inconstans, & in qualibet hora mutatur, & vt Hispani dicunt; *Acada viento que corre mudan de pareçer.*

Lyra sua in glossa.

Fragilitas cōditionis humanæ mutabilis, & varia.

1336 5. RESPONSIO. Hoc Christus respondit, vt metum à Discipulis auferret, Et ideo dixit, si quis ambulauerit in die, non offendet. Quasi dicat, ne timeatis mecum adire, quia vel mutabunt Iudæi sententiam. Et si non mutauerint, *Ego sum lux mundi*, & vos in luce ambulatis; quia mecum estis, & nemini nocetis, qui ambulant in tenebris peccatorum possunt timere; vos autem, qui solem iustitiæ (id est, me) sequimini, ne timeatis, quia ab initio mecum estis & ego defendam vos.

Auct. mens.

Metus à rudiorum difficiliter amouetur.

Impij timidi.

DIFFICVLTAS IV.

Quare dicitur Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, vt credatis, quoniam non eram ibi?

1337 QVæritur, quomodo Iesus gaudet, quia non erat in domo Lazari, & sororum eius?

1. RESPONSIO Ruperti in Ioann. 11. *Quid enim Domine si fuisses ibi? si fuisses ibi non tanta daretur materia gloriæ Dei, precibus quippe amantium, & ploratibus eorum vrgeretur hoc facere, vt non moreretur, aut certe vt mortuum suscitarem, antequam sepeliretur.* Quasi dicant plus glorificabitur filius Dei cum cadauere in sepulchro protecto iamque fœtente, & gaudere dicitur propter Discipulos quia ipse Christus dixit, ego gloriam meam non quæro, sed vt vos doceam, & lux vestra luceat coram hominibus.

Rupert. in Ioan. 11.

Orationes & preces Deum flectunt, & ligant.

Matth. 5.

1338 2. RESPONSIO Augustini in cath. citati. *Æger enim non mortuus fuerat nuntiatus, sed quomodo, lateret eum qui creauerat, ad cuius manus anima morientis exierat; ait ergo: gaudeo propter vos, vt credatis, quia non eram ibi vt iam inciperent admirari; quia iam Dominus poterat dicere mortuum quod nec viderat, nec audierat.* Quasi dicat, quia Discipuli adhuc rudes erant, & in fide non confirmati toties quoties occasio offerebatur, volebat Christus eos in fide plus consolidare; Et ideo dixit illis quod Lazarus erat mortuus, quod nemo poterat scire nisi Deus, vel cui voluerit reuelare; quia absens erat & tunc spirauerat.

August. *Futura contingētia sola virtus diuina scit.*

3. RESPONSIO Lyrani sua in glossa. *Gaudeo propter vos, vt credatis, quia non eram ibi, quia præsente vita mors non haberet locum, & gaudeo propter argumentationem fidei vestræ.* Quasi dicat, tanto crescebat fides in Apostolis, quanto prodigium plus augebatur, & præsente Christo, si sanaret Lazarum non erat miraculum ita ingens, sicut fuit quatriduanum cadauer resuscitando cum multiplici fructu credentium. 1339

Lyranus sua in glossa. *Fides Apostolorum augetur.*

4. RESPONSIO Caietani in Euang. *Gaudeo de absentia mea corporali ab agritudine Lazari; quia ex ipsa sequuta est mors, & post illam resurrectio, & gaudeo propter vos id est, vt habeatis testimonium euidentissimum ad vestram fidem augendam, & corroborandam.* Quasi dicat, testimonium fidei nostræ probatissimum, & euidentissimum fuit resurrectio Lazari. 1340

Caietan. in Euang. *Resurrectio Lazari euidētissimū testimonium.*

5. RESPONSIO. Gaudeo propter vos; vt credatis quia non eram ibi meo iudicio, hoc dixit, non propter Apostolos: nam *ly propter vos* alios significat infideles; ideo dicitur vt credatis: nam Apostoli iam credebant. Et additamentum, quia non eram ibi aliquid plus insinuat; quia bene sciebant Discipuli & omnes, quod non erat ibi, siquidem erat trans Iordanem. Et ita responsio fuit ad obiectionem tacitam malignantium qui dicebant, quod Christus sanabat infirmos per implorationem Dæmoniorum, & verba quæ secretè dicebat super infirmos male habentes. Ideo nunc dicit gaudeo propter vos incredulos infideles inimicos dolo, ponentes in verbis secretis meis, & modo vocibus, & clamoribus magnis, & Lazarus quatriduanus sanandus, & resuscitandus est. 1341

Auct. mens.

Infideles Christum dæmoniacū appellabant.

Cauillosus est, fundere laboriosum sed necessarium.

DIFFICVLTAS V.

Quare dicitur, quod Thomas dixit, eamus, & moriamur cum illo?

QVæritur, quare Thomas plus cæteris animosior dixit, eamus & moriamur cum illo? 1342

1. RESPONSIO interlinealis in glossa: *Ecce verus amantium affectus, vel cum eo viuere, vel cum mori.* Quasi dicat stupidi, friuoli, & tepidi, timidi & frigidi in amore diuino odiosi sunt Deo, vt in Apoca; ipsi dicitur, *Vtinam calidus, aut frigidus esses, sed quia tepidus eis, incipiam te euomere de ore meo.* Num homines irresolubiles & timidi ad regimen animarum nihil valent, vt sensu morali latius dicemus.

Interlin. in gloss. *Stupidi, & timidi incapaces ad regimen.*

Apoc. 3. n. 6.

2. RESPONSIO Lyrani. *Eamus & moriamur cum illo: melius est nobis cum illo mori, quam sine illo viuere.* Quasi dicat vis amoris ita Thomam vrgebat, vt prius elegit periculum mortis cum dilecto suo Magistro, quàm se partus ab illo viuere. 1343

Amor timere nescit, difficultatibus & periculis delectatur.

3. RESPONSIO, Bedæ in cath. citat. *Castigati Discipuli superioribus verbis, non ausi sunt Domino contradicere. Sed Thomas præ omnibus fortius hortatur,* 1344

Bed. in cath.

Cor in trepidum & forte amantis impossibilia intentat. Chrys. sup. cit.

hortatur, vt iret & morerentur cum eo. Quasi dicat magnam Thomas ostendit constantiam, immemor fragilitatis suæ, sicut Petro accidit, quia teste Chrysologo, *Multa inquirit amor, quæ nunquam vel raro fieri possunt.*

1345 Rupert. in Ioan. Lucæ 22. Cor hominis fallax & fragile.

4. RESPONSIO Ruperti in Ioan. *Merito collaudat discipulos Dominus multa secum pericula perpessos dicens eis secundum Lucam 22. vos autem estis qui permansistis mecum in tentationibus meis; veruntamen aliter intendebat possibilitatis eorum cognitor, cum paulo ante dixerat, si quis ambulauerit in die non offendit; quia lucem mundi huius videt; si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo: nam quandiu quidem cum illis esset, hic verus dies scandalum passuri non erant, vt videbuntur sibi posse mori cum illo, sed in passionis nocte, eo relicto omnes fugerunt.* Quasi dicat, in prosperitatis luce omnes Christum sequi promittunt: quia scriptum est, confitebitur tibi, cum benefeceris ei: at in aduersitatibus & laboribus, opprobriis, & persecutionibus non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum, qui non suspiret, & licito vel illicito modo, propria, & sua commoda quærat, non quæ Iesu Christi.

In prosperis omnes Deum sequimur in aduersis ferè nullus quia etiam ambitio torquet perfectos apparentes.

1346 Auct. mens.

5. RESPONSIO eamus & nos, & moriamur cum eo, meo videri fuit. Hæc fuit resolutio Thomæ ex virili, & forti animo procedens, cæterosque condiscipulos, coarguens; quia audierat cæteros dicentes ex timore: *Nunc Rabbi quærebant te lapidare, & iterum vadis illuc.* Non dixerunt iterum *vis vt eamus, sed vadis,* quasi relinquentes Christum, vt solus abiret, & tunc Thomas ita & valore diuino repletus, contra pusillanimitatem, & ingratitudinem condiscipulorum dixit quasi exhortans, & animum infundens, eamus & nos, & moriamur cum illo: quia opera & beneficia ab eo recepta hoc & plus merentur.

Fortiores animo imbecilles exhortantur. vt Hispani dicunt. no scais gallinas, tened valor y animo.

DIFFICVLTAS VI.

Quare dicitur quod IESVS fremuit spiritu, & turbauit se ipsum, & dixit vbi posuistis eum?

1347 QVæritur, quare, quia cæteri plorabant defunctum Lazarum Christus infremuit, & turbauit se?

Rupert. in Ioan. citat.

1. RESPONSIO Ruperti, *Magna & cum timore consideranda res hoc fremitu, & ista turbatione præsignata est; quis enim alius nisi ipse turbaret ipsum? sed quare turbatur: Hac turbatio mortalis & infirmi hominis est; fremere vero fortissimi filij Dei.* Quasi dicat quia propter hoc signum, Pontifices & Pharisæi intolerabiliter consumpata inuidia permoti collegerūt concilium, & ab illo die cogitauerunt eum interficere, in ipsa eius interfectione humana quidem infirmitas turbata est, sed diuina fortitudo comminans morte sempiterna, tanquam leo rugiens, & fremens ad prædam ascendit, & infernum spoliauit. Et concludit Rupertus. *Igitur quia per occasionem huius miraculi illud futurum erat fremuit spiritu, & turbauit seipsum Christus Dei virtus, & Dei sapientia.*

Turbatio hominis est: fremere vero diuinitatis ostēsio. Rupert. cit.

2. RESPONSIO meo iudicio, fremuit spiritu, & turbatus est, quia inimici beneficiis & miraculis tanquam ingrati pessimi torquebantur, & materia odij, & maleuolentiæ ex ipsis mirabilibus, & amorosis operibus augebatur. Vnde desiderabat beneficiis eos adducere ad se & vt Hispani dicunt: *Turbose Christo, viendo que de los beneficios hacian lanzas para matarle.* 1348

Auct. mens. Ingrati beneficia in odium conuertunt. Hispana locutio.

3. RESPONSIO Lyræ sua in glossa: *Turbatio enim illa procedebat ex compassione Lazari, & sororum eius.* Quasi dicat ista compassio in Christo non fuit vitiosa; sed magis virtuosa, quia non erat præueniens iudicium rationis, sed magis sequens & per ipsum excitata, sicut dicit Arist. 4. Ethic. quod passio iræ excitata per virtutem fortitudinis adiuuat ad actum eius fortius exequendum. 1349

Lyr. sua in gloss. Arist. 4. Ethic. Cōpassio turbationē operatur compassio Christi virtuosa.

4. RESPONSIO meo videri dixit, vbi posuisti eum, vt sepulchrum horridum videns lugeret, sicut de facto dicitur & *lachrymatus est Iesus,* vbi veritatem suæ humanitatis ostēdit; quia æqualis periculi est discedere veram humanitatem in Christo, sicut & diuinitatem negare, ideo semper in actibus miraculosis miscebat humana diuinis, & diuina humanis, vt in Bethleem iacens vt homo, stella fulgens apparuit, Regem cælorum demonstrans, & Lazarum resuscitando, lachrimatus est & Patri humiliter gratias agit, & statim morti præcipit, vt obediat, & obediuit Lazarum viuum reddens. 1350

Auct. mens. Sepulchri cōsideratio etiā Christum tristatur. Diuina humanis semper Christus miscuit in actionibus.

DIFFICVLTAS VII.

Quare dicitur, quod Iesus voce magna exclamauit, Lazare veni foras, & statim prodiit, qui fuerat mortuus ligatus pedes, & manus?

QVæritur, quare Christus voce magna vocauit Lazarum, & quare prodiit ligatus, &c. 1351

Lyra sua in gloss. Hæretici contra animas latrantes refutantur.

1. RESPONSIO Lyrani sua in glossa. *Hoc fecit ad declarationem miraculi; quia si dixisset, silentio possent dicere aduersarij quod verba magica dixisset; vel interposuisset.* Et addit Lyra. *Per hoc tollitur error eorum qui dicebant animas defunctorum latitare in sepulchris; & ideo voce magna clamauit in suscitatione Lazari, quasi animā reuocans à longinquo, si decet ab inferno, vt ad corpus rediret.* Quasi dicat, vt iam nos supra adnotauimus, quod ora blasphemantium contra Christum obstruit vociferando in miraculo tam prodigioso. Insuper hæresem contra animas condemnauit, vt videre est in nostro Castro de hæresibus, ibi longè refutatur.

Castro de Hæresibus.

2. RESPONSIO Interlinealis in glossa; *Sicut potentia est, quod resurgit, ita quod ligatus adhuc processit.* Quasi dicat: ideo hoc miraculum miraculorū: quia passim multiplicabantur, ideo quatriduanus resurgit, & ligatus ambulat, & loquitur, &c. quia mirabilia Dei, vt Hispani dicunt: *A todas luces son prodigios admirabiles.* 1352

Interl. in gl. Miraculum miraculorum quare hoc. Hispana loquutio.

3. RESPONSIO Chrysostomi in cath. citati: *Non dixit, surge tu, sed veni foras, vt viuenti loquens ei, qui fuerat mortuus, propter quod non dixit in nomine Patris veni foras* 1353

Chrysost. in cath. cit.

vt

Christus tanquam si cum vino loqueretur, dixit veni foras.

vt potestatem propriam ostentaret. Quasi dicat, adimpletum est, quod Discipulis dixerat, quod ibat suscitare eum à somno; quia faciliter excitanit Lazarum, ac si esset dormiens, qui facillimè somnium excurrit.

1354 Auct. mens. *Sensus auditus & tactus fortiores sũt.*

4. Responsio meo videri, exiit ligatus, vt homines, qui eum soluebant, & qui assistebant ad spectaculum tangerent manus, pedes & caput, auferendo ligamenta, & velamen faciei vt certificarentur de resurrectione verissima, sicut de facto certificati sunt. Quia subdit Euangelista, quod multi Iudæorum qui venerant ad Mariam crediderunt in eum. Quasi dicat corda duriora saxis, sicut cera, quæ fluit à facie ignis, sic liquefacta sunt, & conuersa ad Dominum.

1355 Rupertus in Ioan. c. 11.

5. Responsio Ruperti in Ioann. 11. *Quali autem prodiit habitu? Ligatus ait pedes & manus institis, & facies eius sudario erat ligata. Mira res! sic enim ligatus, neque pedibus ambulare, neque saltem manibus reptare, sed nec oculis quo prodiret potuit videre. Quid ergo Euangelista nobis hac prodeuntis descriptione incussit nisi magnam fuisse fortitudinem vocis vel clamoris, qui mortuum ligatum ad viuos excussit, & excutiendo de mortuo viuum fecit.* Quasi dicat, in vno prodigio, vt superius diximus, multiplicata sunt magnalia Dei, quia præter narrata de nouo additum est, quod ligatus pedes, & manus institis, quasi volitando prodiret de sepulchro, & oculis clausis, quia ligata erat facies sudario, vidit omnes, qui aderant ad spectaculum, *Et loquebatur, & nominatim sorores & amicos conuersabatur. Sed vsquequo Christus dixit, soluite illum, nemo audebat absque præcepto Domini manum monere; quia scriptum est; non tentabis Dominum Deum tuum.*

Ligata manus & pedes funibus adstricta non potest homo repare, neque ambulare. Lazarus quasi volitans prodiit de sepulchro. Rupert. cit.

TRACTATVS TRIGESIMVS QVARTVS,

Ad Mores, *In cap. 11. Ioannis De Lazaro resuscitato.*

DIFFICVLTAS VIII.

Quare dicitur quod erat quidam Lazarus languens?

1356

QVæsitum fuit quare tot, & tantæ circunstantiæ in isto miraculo vt Euangelista adnorauit?

Chrysost. in litt. cit. *Amici adiuuandi in periculis.*

1. Responsio fuit Chrisostomi in litt. citati, *Quia Lazarus idem est, quòd adiutus, & in hoc miraculo plus adiutus fuit Lazarus resurgens, quam cætera resurrectiones mortuorum.* Quasi dicat, amici etiam si illi non auxilium petant in afflictionibus, & laboribus adiuti sunt à Deo, ideò languens Lazarus adiuuatur, etiamsi ille neque vllum verbum dixisse narretur. Vnde interrogat Oleaster, quare Genes. 8. dicitur. *Misit Noe manum suam & introduxit eam in arcam?* Sic Pagninus Et respondet *Pulchrè nos admonet locus iste, vt cum viderimus amicos & familiares in magnis periculis constitutes, & aquis diluuij screcentibus super eos, tunc etiam inuitos debemus eis auxiliari, vt Noe cum columba fecit, non inueniens vbi requiesceret pes eius, & reuersa, & fatigata, languensque ex tantis periculis maris manum misit, & introduxit eam in arcam.* Quasi dicat, qui amicis in tribularionibus non auxiliatur inimicus, & hostis est, quia beneficia in odium conuertit.

Oleast. in Genes. 8. Trãs. Pagn.

Columba fatessa languẽs quæ est reversa ad arcam, & ab amico Noe auxiliata.

1357 Oseæ 13. Trãs. Chald. *Amicitia huius mundi fallax & inanis.*

Hic Oseæ cap. 13. dicitur: *Ego noui te in deserto in terra solitudinis, quia cognoscere est benefacere, vbi Chaldæa translatio legit. Ego tribus modis necessaria dedi vobis in deserto in terra solitudinis.* Quasi dicat, homines eos, qui in deserto sunt non agnoscunt amicos, & qui sunt in via deserta, & inaquosa, in paupertate, infirmitatibus, & fluctibus huius sæculi, derelinquunt; Deus autem suos visitat in deserto & eos alit & protegit. Vnde Sap. 10. dicitur: *Sapientia hos qui se obseruant à laboribus liberat; quia iustum deduxit Dominus per vias rectas.* Et sic stultum est amicitiam Dei derelinquere, qui sic amicos suos diligit, & quærere amicitiam fraudulentam hominum. Ideo Ecclesiast. 6. dicitur *Si possides amicum in tentatione, posside eum, & ne facile credas ei te ipsum; est enim amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis. Deus autem amicus fidelis est,* de quo idem sapiens cap. 6. ait; *amicus fidelis protector fortis; qui autem inuenit illum inuenit thesaurum.* Quasi dicat, est thesaurus super salutem? Est thesaurus super vitam? Est thesaurus super consolationem in tempore tribulationis. Christus igitur Lazari thesaurus fuit; quia adiutus vocabatur & vt verus amicus hic languens erat, auxiliatus & resuscitatus est, vt adnotauit Chrisostomus.

Sap. 10.

Amicitia Dei sola inuestiganda. Eccles. 6. Sap. 6.

Amicitia thesaurus ineffabilis.

1358 August. ad Macedon. Ambros.

Vnde Augustinus ad Macedoniam. *Vera amicitia non pensanda est temporalibus commodis, sed gratuito amore portanda.* Et Ambrosius: *Amacitia virtus est non quæstus.* Et Diuus Hierony

Hieronym. Hieronymus: *Delicata amicitia est, quæ amicorum facultates, & diuitias sequitur, istiusmodi homines, non mihi videntur amici, sed se ipsos diligere.* Et Seneca lib. de amicitia. *Amicitia quæ ad commodum accedit, quæ quid consequutura est, spectat, negotiatio est, non amicitia.* Quaſi dicat, amicitia negotiatorum ambitio eſt, & non ſolum non debet amicitia vocari, ſed peſtis contagioſa, potrida, fœtida, & horribilis, à quorum contagio omnes fugiendi ſunt; quia ſunt amici, de quibus Poëta, *Tempore felici omnes dicuntur amici.* Si vero aduerſa fortuna; pet langnores aut infelicitates euenit, aufugiunt omnes. Solus Chriſtus verus amicus eſt quia languens Lazarus, adiuuat mirabiliter labores ſuos.

Delicata amicitia ol. ſecularibus vitiur.

Ambitioſi amicitia fallax & meticuloſa; Poëta. Solus corpus verus amicus.

1359 6. Responsio fuit Auguſtini in litt. citati. *Ienaserat Lazarum permetes inimica languoris miserandi hominis corpus quotidie edax febris incendiumque consumebat.* Quaſi dicat, non eſt quærenda cauſa hominum infirmitatum, quia febres, & languores corporis ferè ſemper ex infirmitatibus animæ procedunt, in malis vt corrigantur, in bonis, vt exerceantur, & perficiantur. Vnde interrogat Oleaſter, quare Exod. 16. dicitur. *Ibi posuit eis statutum est, in deserto?* Sic legit Pagninus. Et reſpondet. *Mirum valde est, quod inobedientia sit causa, quare statuta & iudicia nobis imponantur, & multiplicentur iuxta illud Pauli, iustis non est lex imposita.* Et addit: *Aduerte peccata esse causa infirmitatem quas patimur.* Quaſi dicat, propter tranſgreſſiones præceptorum Dei populus cæpit fatigari, quia infirmitates communiter ex peccatis prouenium. Ideo peſtes & fames immiſit Deus ſemper propter ſcelera, & ingentia peccata importabilia, & oculis Dei horribilia. Hinc patet quidam nomine Iſaac in allegor. Galfrid. citat. ad cap. 8. Ma ch. ait. *Prima agroti incommoditas est sanitatem non habere. Secunda infirmitatem nescire. Tertia medicinam non quærere. Quarta, oblatam negligere.* Quaſi dicat cum infirmus his conditionibus vritur, & fatigatur, periculoſa eſt infirmitas, ſi vero languens ſpiritualia medicamenta primum quærat, non eſt ad mortem infirmitas. Ideo Lazarus ad Chriſtum tanquam verum medicum recurrit ſtatim vt languens fuit.

Aug. in litt. citat. *Febris animæ luxuria, & ambitio, & omne peccatum.* Oleaſt. in Exod. 16. Tranſ. Pagn. *Infirmitates ex peccatis multoties procedunt.* Iſaac in alleg. Galfr. in Matth. 8. *Aulici olim in vita ſpirituali faſtidiuntur.*

1360 Recole præcor. *Medicinam non quærere aptam.* Quaſi dicat, ſunt politici quidam de ſpiritu præſumentes, qui continuos labores, & langnores improbant quia animum relaxare neceſſarium eſſe docent, doctrinamque ex Seneca in proœmio controuer. probant. *Omnibus quidem prodest animum relaxare; excitatur enim otio rigor, & omnis tripudiunt vita ſtricta, quæ continuatione pertinacis ſtudij abducitur feriarum hilaritate diſentitur.* Quaſi dicat, quod apta medicina eſt ad languores excuſandos lætari & gaudere, vt animus relaxetur. Et confirmant hanc politicam, & aulicam doctrinam ex Syneſio, qui ait: *Vbi labores, & sudores perfusos animos viribusque pro lassitudine defectam naturam animaduerterint, benigne statim reuocant moxque Calispe squalidos, & ſtincilsos excipiunt in florida prata perductos recreat, ne laboris ægritudine conficiantur, &c.*

Seneca in proœmio controuerſ. *Gaudia & lætitia temporalia in ſpiritualem.* Syneſius.

Hanc enim Aulici polytici vocant medicinam langnoris aptam. Ego autem cum Diuo Ambroſio hanc gratiam habitantem in cordibus gaudiis & intermiſſionibus egentibus vacuam & inopem voco, & non aptam, ſed ineptam ad perfectam curationem. Ideo Apoſtolus dicebat: *Gratia eius in me vacua non fuit.* Quæ verba Ambroſius explicans ait, *gratia eius egena in me non fuit.* Quaſi dicat, qui ſuot remiſſi, & exercitiis virtutum ægrotant, & vexantur, inopes in gratia Dei ſunt; quia non eſt apta medicina gaudere & lætari rebus temporalibus quæ plos perfectis faſtidiom attrahunt, quam lætitiam. Vnde Bernardus ſermon. 1. in capite ieiunis dicebat. *Gratiarum cessat decursus, vbi recursus non fuerit, nec modo nihil augetur gratia fastidioſo ingrato; sed & quod acceperat, vertitur ei in perniciem.* Quaſi dicat faſtidioſos, & cito ægrotantes in ſchola virtutum ſiue ſit in oratione, vel lectione, vel contemplatione, vel actiua vita Deos exoſos habet. Inde Chryſoſtomus, *Sicut in velum laxum ventum inmidens nihil operatur: sic etiam spiritus Sanctus in anima remissa & segni permanere non sustinet.* Quaſi dicat, velum complicatum vel vetuſtate fugis plenum, & infirmum non poteſt mouere nauem, quia ventis. Sic laxatus animus ſi gaudiis & temporalibus rebus complicetur, languet ſtatim, & potentiæ animæ ſpiritus ſancti flatibus in patriam nauigare ceſſant.

1361 *Medicina Aulicorum ſpectacula, & vana conuerſationes.* Apoſt. c. cit. Ambroſ. *Gratia Dei faſtidioſis animus inops & vacua.* Ber. ſerm. 1. in capite ieiun. *Gratia quodo recurſus grati animi.* Chryſoſt. *Potentia animæ velum nauis.*

Ideo Ambroſius in Pſalm. 118. ſermon. 11. *Sancta anima nescit aliud desiderare, quam sponsum qui est Christus Iesus, illum concupiscit, illum desiderat, in illum totis viribus intendit, illum mentis gremio fouet, illi se aperit & effundit, hoc solum veretur, ne illum possit amittere.* Quaſi dicat, omnia, quæ tam ardenter amat, vt poſſit dicere, *Fulcite me floribus, quia amore langueo cant. 2. num. 5.* Non fulcris atque columnis gaudiorum temporalium ſuſtentari deſiderat, ſed firmiſſimis virtutibus, & perfectionibus mendicari prætendit, & aliam non quærit medicinam aptam, neque deſiderat. Sed vt Gregor. Niſſenus ait homil. 4. in Cant. *Qui vult fulciri vagnentis quærit sibi adesse, firmitatem in virtutibus.* Quaſi dicat, aliam medicinam non quærat, ad relaxandum animum, niſi vnguenta virtutum, vt Iſaac Pater in alleg. citatis aiebat; quia è contrario timere poſſuot animæ ſanctæ, quod Eccleſ. 2. n. 7. dicitur, *non deflectatis ab illo, ne occidatis.*

1362 Ambroſ. in Pſ. 118. ſer. 11. *Perfecti ſolū Deum requirūt vt à mūdanis faſtidiantur.* Cant. 2. n. 5. *Fulcra mundi fugienda.* Niſſ. hom. 4. in Cant. Iſaac cit. in alleg. Galfr. Eccl. 2. n. 7.

DIFFICVLTAS IX.

Quare Epiſtolam ſorores Lazari miſerunt dicentes ecce quem amas infirmatur?

Quæſitum fuit, quare tam laconicis, & compendioſis verbis hæ mulieres ſcripſerunt? 1363

1. Responsio fuit Theodoreti in liter. citati; *Quia mulieres erant deuota, à contemplatiua, & actiua vita nunquam cessabant.* Quaſi dicat, ſola oratio continuata per ſe plus

Theod. cit.

Ab oratione nunquã cessandum. Oleast. in Exod.c.17. Trãs.Pagn.

plus operatur circa Deum, quam omnes mundi res. Vnde interrogat Oleast. quare Exod.17. dicitur. *Pugna cum Amalech, ego stabo in vertice collis?* Sic Pagnin. Et respondet. *Clamant milites, & heretici quid inquiunt Religiosi in claustris faciunt. Cur nobiscum ad bellum non veniunt, & laborant nescientes, quod plus vno momento militat oratio iusti quam vna die, imo multus infinitus exercitus.* Et addit: *Nisi enim multum faceret ad hoc iustorum oratio non prohiberet Dominus Ieremiam, ne oraret pro populo cap.7.* Quasi dicat, bella non solum orationibus, sed etiam viribus agenda. Quod nostrum faciendum est, sed magis precibus, quàm viribus fidendum, ideo Moyses prius de bello agendo ducem instruit, bellatores dirigit; ipse vero montem Deum præcaturus conscendit; sic sorores Lazari medias, & remediis temporalibus cum Lazaro vtentes, ipsæ ad orationem recurrerunt scribentes Christo & dicentes, ecce quem amas infirmatur.

Heretici Lutherani abhorrent Religiones. Ierem.7. *Reges ad bella perducant nobiles nobiles non orationibus solũ vtantur.*

1364 Hinc Cyprianus lib. de zelo & liuore: *Ex meditationibus corroborandus est animus, & contra omnia Diaboli iacula firmandus, sit in manibus diuina lectio, in sensibus Dominica cogitatio oratio iugis omnino non cesset, salutaris operatio perseueret, spiritualibus semper actibus occupemur, vt quoties tribulationes aduenerint, munitos nos inueniant.* Quasi dicat, oratio, contemplatio, & actiua operatio cõtra omnes tribulationes necessariissimæ sunt. Et Ambros. in Ps.118. *Suscipe ante omnia Dominum Iesum tua mentis hospitio; quia cum hospitium tuum aduersarius viderit occupatum, cælestis fulgoris præsentia intelligit locum tentamentis suis interclusum esse, per Christũ fugiet, ac recedet.* Quasi dicat optimæ sorores Lazari vitam actiuam, & contemplatiuam sciebant, quia exercitatæ in vtraque semper permanserant, & ita vt tribulationes, & languores à Lazaro expellant orationis fulcimine, & hospitiis seruitio Christum inuitant precibus & orationibus instando, &c. dignaretur ad hospitium assuetum peruenire, cum quo omne malum aufugere certissime didicerunt. Hinc Petrus Rauennat. in alleg. Galfridi in Matth. ait: *Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Primo in tentationem vadit, qui ad orationem, & quid est, quod matutina prece totius dies custodiam volumus postulare.* Quasi dicat, quid est, quod homini toto tempore astare libet, & Deo assistere, nec puncto libet? Inimici certe est ista suggestio (ait Chrisologus citat. *Decipere parat, quos non patitur rationibus conueniri.* Quasi dicat, ingens tentatio est languoribus, & infirmitatibus quis circumdari, & ad orationes, & preces non occurrere. Et concludit Petrus de Rabena loco citato. *Quid igitur de aduersis quæritur, qui sibi prospera non precatur,* Id est, quomodo, vel quare de infirmitatibus, & afflictionibus nemo conqueritur, & de aduersis lachrimatur qui precibus, & continuis orationibus ad Deum non occurrit, ideo sorores sanctæ Lazari, tanquam piæ, & deuotæ, cum languentem aspiciunt, orantes scripserunt ad Dominum, ecce quem amas infirmatur.

Cypr. lib. de Zelo & liuore. *Oratio cõtra infirmitates ingens remedium.* Ambros. in Ps.118. *Vbi Christus hospitatus tribulationes fugiunt. Oratio fulcimentum contra lãguores.* Petr. Rauen. in alleg. Galfrid. *Indeuote, & breuiter orãtes nihilo perantur. Suggestio ingens non orare. Orationes Deum inclinant.*

1365 2. Responsio Augustini loco citato, *sufficit vt noueris non enim ames, & deseris.* Quasi dicat, vis amoris nescit modum omnia possibilia remedia quærit, & impossibilia intentat. Vnde interrogat Oleast. quare Genes.44. dicitur, *Quod Ioseph iussit seruos dicens, implete saccos eorum, quantum poterint ferre?* Sic legit Pagn. Et respondet, *Quia hæc est mensura, quam facere solet amor, cuius simile habes in libro Ruth.* Quasi dicat, mensura amoris vsque ad impossibilia tenditur. Vnde interrogat Chrisologus, in allegor. Galfrid. quare Ioan.21. dicitur, *Quod Discipulus quem diligebat Iesus, dixit Petro, cum Christum super mare ambulantem vidit Dominus est?* Et respondet; *Quia qui diligitur prius videt: nam semper amoris oculus acutius intuetur, & semper viuacius, qui diligit, sentit.* Quasi dicat, amoris intẽsio ita penetrat necessitates rei amatæ, quod impossibilia semper cogitat, & potentius versus cælos penetrat. Si ergo viuacius, qui diligit, sentit, amor Dei quomodo infirmitates, & tribulationes amicorum suorum deseret? quia vt Augustinus ait: *Non enim amat, & deserit, & si auxilium suum dilatat, atque differt in melius est.*

August. in litt. cit. Oleast. in Gen. 44. Trãs.Pagn. Chrisol. in alleg. Ioan. 21. *Mẽsura abundans superabundans. Oculi amantis viuacius videns.*

1366 Hinc Steph, in alleg. in Exod. cit. *Pluit Dominus grandinem. Pluuia suauis est, grando contundens quia Deus sua sanat percussione, & nutrit, manus enim eius percutit, & medetur Iob c.5.n.18.* Quasi dicat percussiones, & infirmitates amicorum Dei grandini similes sunt, quia si percutit cito, in pluuiam conuertitur inebrians, & fructificans terram. Et addit: *fulgur vrit, pluuia nutrit, quia ipsa tribulatio infirmitatis nutrit: nam & fame corporis Deus animam pascit quia scriptum est, vt alat eos in fame Ignis ergo & grando mixta pariter sunt, quia dum Deus hominẽ punit, & signum amoris sui impendit. In igne enim feruor diuini amoris exprimitur.* Quasi dicat, quod in epistola sua sorores Lazari scripserunt, ecce quem amas, infirmatur, quia diuinus amor inquietus est, & feruet, cuius flamma lignea inextinguibilis est ad bona cum amicis suis operandum. Et si tardat, non est quia deserit, sed vt percussionibus & ægritudinis calore, febrisque flammis tot fructificetur, sicut aurum in fornace, ignis probetur, vt Augustinus insinuat.

Steph. in alleg. in Exod. Iob c.5.n.18. Steph. cit. *Infirmitates similes grandini. Amor diuinus inquietus sicut flamma ignis.* August. cit.

DIFFICVLTAS X.

Quare Discipuli Christo dixerunt, nunc quærebant te lapidare, & iterum vadis illuc? & quare respondit nonne duodecim horæ sunt diei?

QVæsitum fuit, quare Discipuli non interroganti Christo hæc responderunt? 1367

1. Responsio fuit Ruperti in litter. citati; *Quia timebant mortem, & consilium suo Magistro intrepide dabant, & adulantes vitam eius custodire fingebant.* Quasi dicat, infinitus est numerus stultorum, quinam petentibus quotidie aliis sapientioribus se consilium præstant absque postulatione & necessitate. Vnde interrogat Oleast. quare Exod. 19. *Iethro socer Moysis illi dixit, audi vocem meam & consulam tibi?* Sic legit Pagn. Et respondet. *Quia tenemus consilia præstare cum agere videntur.* Quasi dicat,

Rupert. cit. in litt. *Stultitia est consiliũ non petẽtibus dare.* Oleast. in Exod. 19. Transf. Pagn.

dicat, tunc gratum, & omni laude dignum eſt conſilium, cum vrget neceſſitas, & à paruulis maioribus poſtulatur, ideo Ietro Moyſi tanquam filio proprio in neceſſitate conſtituto conſilium dedit. Qui verò abſque neceſſitate ſapientioribus conſilium dant rudes, ſtulti, timidi, & adulatores ſunt, vt Diſcipulis Chriſto conſilium dando contigit.

1368 *S. Petr. Dam. lib. 7. ep. 11. ad Enr. 2.* *Adulatores venena in poculis propinãt Regibus.*

Vnde S. Petrus Damianus lib. 7. epiſt. 11. ſcribens ad Enricum 2. Imperatorem ait: *Vos autem Excellentiſſime aures veſtras a venenatis eorum conſiliis claudite, & ſplendidiſſima gloria veſtra famam propter vnum hominem offuſcare nolite.* Quaſi dicat, Principes & Reges venena tunc bibunt cum malorum conſiliis fere laudum melle tinctis, laudum bibulas aures porrigunt. Recole quæſo, *Propter conſilium vnius hominis famam offuſcare nolite.* Quaſi de miſeranda Republica condolens ſanctus Pater, quæ propter conſilium ſolius vnius houunis perdere & offuſcare permittat.

Familiares à Regibus famam offuſcant.

1369 *Agap. Diac.* Hinc Agapetus Diaconus mouens Cæſarem Iuſtinianum vt conſilia priuata alicuius familiaris fugeret, quæ ſemper à tota Republica abhorrentur ait. *Auerſare adulatoris pellaces ſermones, vt coruorum rapaces mores: illi namque corporis effodiunt oculos; iſti autem animæ hebetant cogitatus, cum non permittant Reges videre rerum veritatem.* Quaſi dicat, plus nocet malum, & ſtultum conſilium vnius hominis, timidi, & adulatoris datum Principi, quam coruus rapax, qui oculos ab hominibus eruere conatur: nam coruus vnum vel alterum ſine oculorum luminibus relinquit, Conſilium autem impium datum & acceptatum à Principe, omnibus nocet, Reipublicæque oculos eruit. Et addit idem Pater citatus lib. 3. cap. 11. *Adulator omnis virtutis inimicus eſt.* Et quaſi clauum fixit in oculo illius, cum quo ſermonem conterit, eoque magis cauendus eſt, quo ſub amantis ſpecie nocere non deſinit. Quaſi dicat valde timendi ſunt timidi & amatores ſui, qui ſub ſpecie amantis, Principes fallunt, Reges perturbant, Regna perdunt, & omnia ſubuertunt contra quos Chriſoſtomus, hom. 41. in Matth. ait; *Iſte catenam ſubdola laudis in ore portans gladium malitia abſcondit in corde.* Quaſi dicat, Apoſtoli, quia timidi, & adulatores erant Chriſto conſilium contra charitatem dabant, dicentes Rabbi, nunc quærebant te lapidare, & iterum vadis, & re vera, vt rudes, & ſtulti conſilium Magiſtro Chriſto dabant non poſtulanti; quia timebant mortem propriam, & titulo adulantis amoris, hæc dicebant, vt Rupertus adnotauit.

Corui ſunt mali Conſiliarij Regum. Idem lib. 3. cap. 11. *Amoris ſpecie Reges falluntur.* Agatus cit. 3. cap. 11. Chryſoſt. hom. 41. in Matth. *Apoſtoli timidi Chriſto adulari conabantur.* Rupert. cit.

1370 Lyranus *Voluntas humana varia.*

2. Responsio Lyrani in litt. citati; *Nonne duodecim horæ ſunt dies, quia voluntas humana mutabilis, & varia eſt, & quem hodie lapidare volebant, cras pro eodem crucifixo mortem appetebant.* Quaſi dicat noſtro Hiſpano ſermone, *No ay coſa que con el tiempo no ſe mude.* Vnde interrogat Chriſoſtomus, quare Geneſ. 1. dicitur; *Et ſint ſigna & tempora, & dies & anni?* Et reſpondet *Docere nos vult ſcriptura, quod horum luminarium curſus ſcientiam nobis concedit temporum numeri dierum curriculum anni, & ex eis poſſum dignoſcere omnia.* Quaſi dicat ex varietate temporum voluntates hominum varias poſſumus cognoſcere, quia quos hodie abhorrent, cras nimis diligere ſolent. Vbi ſanctus

Hiſpana locutio. Chriſoſt. in Geneſ. 1. *Tempora per aſtra cognoſcuntur.*

Baſilius; *Imò in diſſolutionem vniuerſi ſigna ſunt.* Vnde *Lucæ 22. dicitur, Erunt ſigna in ſole & luna, & ſtellis: Et luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cælo.* Quaſi dicat, ſi ſol & luna non ſunt in perpetuum ſtabiles, & ſtellas cadere promittitur, quid mirum quod voluntas hominis aſtris, & cælo ſubiecta in naturalibus varia, & inconſtans ſit. Vnde S. Thomas. *Sunt in ſigna id eſt, in cauſas ſenſibiles corporalium tranſmittentium, & aliquarum actionum hominum, non autem eorum dependens liberum arbitrium.* Quaſi dicat contra iudiciarios, Aſtrologoſque iudicia & figuras inſurgendo ex aſtris, & ex natiuitatibus ſub conſtellationibus ſtellarum: quia ſi tales iudicia neceſſaria ex ſtellarum inſpectionibus iudicent, liberum arbitrium, & voluntatis libertatem auferendo, pernicioſi ſunt, mendaces ſunt, ſapientes hæreſim ſunt. Si vero ad cognitiones aliquas naturales ſicut fructus terræ copioſos, & ſtrictitum, vel pluuias, grandinem & gelu, ſterilitates, vel infirmitates prouenturas reſpiciunt, in hoc ſigna ſunt in ſtellis. Hinc Ambroſius. *Cum tempora corrumpuntur, corrumpuntur illa quæ temporibus ſuis quoque gignuntur.* Et Rupertus ait: *Viciſſitudo temporum eſt neceſſaria, vt commodè vires æſtus & frigoris ſuſtineas.* Quaſi dicat naturalis eſt viciſſitudo temporum & hominis conditio, quia nunquam in eodem ſtatu permanet.

S. Baſilius. Lucæ 22. S. Thomas. Liberum arbitrium nullatenus ab aſtris dependet. Sæpè hæreſim fortuna vel aſtra voluntatem ſubiecere. Ambroſius. Rupertus. Viciſſitudo rerum naturalis.

1371 *Ambroſius. Matth. 11.*

Hinc idem Ambroſius explicans illud Matth. 11. *Quid exiſtis videre arundinem vento agitatam?* ait: *Arundines ſumus nulla validior; radice fundati, ſi leuis aſpirauerit prope riuis aura ſucceſſiua vago motu proximos verberamus, inopes, ad ſuffragandum, faciles ad nocendum.* Et addit: *Arundines flumina amant, & nos labentia mundi caduca delectant.* Quaſi dicat, *Homo vanitati ſimilis factus eſt*, Qui, arundineam conditionem humanam habet, & omni vento mouetur, proſperis inflatur, aduerſis affligitur, heri Chriſtum lapidabant, hodie Prophetam magnum acclamant. Ideo dicitur: *Nonne duodecim horæ ſunt diei*, Et concludit Ambroſius citatus. *Tamen hanc arundinem, ſi quis de terris plantariis euellat, & ſuperfluis exuat, expolians veterem hominem cum actibus ſuis & ſcriba velociter ſcribentis, manu temperet, incipit non arundo eſſe, ſed calamus, qui præcepta cæleſtium ſcripturarum mentis imprimat tabulis.* Quaſi dicat, vno die, vna hora, vno momento corda hominum ad Deum conuertantur & tunc in cæleſtibus regnis digito Dei ſcribuntur; ſed quia homo cum carnis illecebris aſſuetus prauæ conſuetudinis ſuæ teniti cæperit, & agrum ſupernæ hæreditatis ſuarum voluptatum continentia, comparare voluerit, magnas patitur anguſtias, ideo inquit Radulphus ſupra citatus, *Debes in qualibet hora diei verba Eccleſiaſt. 20. memoria retinere, niſi intentione Dei tenueris te conſtanter, cito ſubuertetur domus tua.*

Homo arundini ſimilis. Pſ. 14 v. 3. Conditio humana variabilis. Ambroſius. Peccator conuerſus calamus ſcribæ. Radulphus. Eccleſ. 20.

Sicut infidelibus Iudæis contigit,
qui in qualibet hora diei
mutabantur vt Lyranus adnotauit.

***

DIFFICVLTAS XI.

Quare dicitur, Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, vt credatis, quoniam non eram ibi?

1372 QVæsitum fuit, quare Christus gauisus est eo quod non esset in domo defuncti Lazari?

Rupertus in litt. cit. 11. *Preces amantium funes torquentes cor.* 1. RESPONSIO fuit Ruperti in litt. citati. *Gaudere dicit, quia precibus amantium vrgeretur, vt Lazarum mori non permitteret.* Quasi dicat verus amor præstiris & afflictionibus rei amatæ torquetur vsque quò à pænis absoluta respiret. Vnde Augustinus lib. de Cathechizand. rudibus cap. 2. dicebat: *Nimis durus est animus, qui dilectionem, si volebat impendere nolit rependere.* Quasi dicat nostro Hispano sermone, *La buena correspondencia conserua el amor.* Quia ingrati animi est, & cordis impij amari, & non amare, & rem amatam videre pati, & neque fletibus, precibus, neque lachrymis moueri, vt de ingrato amante dixit Poeta. (Augúst. lib. de cath. rudib. c. 2. *Amor impensus dure rependi.* Poeta.)

Num fletu gemuit nostro? Num lumina flexit?
Num lachrymas victus dedit, aut miseratus amanti est?

Quasi dicat cum Gregorio Papa lib. 6. mor. c. 17. *Sæpe & pigras mentes amor ad opus excitat.* Et Bernardus lib. de modo bene viuendi serm. 51. *Si verè Deum diligis nulla hora eris odiosus.* Nam beneficia recepta, & amor reciprocus ita cor naturaliter inquietat, quod si vere non reciprocat, & pari rem amatam non sentit in eo. Tandem adimpletur, quod D. Paulus ait, *Carbones ingeres super caput eius*, Id est, qui amantem male rependit, & precibus, & lachrymis non flectitur, pænis æternis comburetur, vel temporalibus torroribus intus in corde vritur? Et vermibus conscientiæ ingratæ torquetur: *Nam ingratis quoque pœnis cum ipso munere incurrit*, Vt Seneca dixit; ideo mansuetus, & gratus Christi animus ad beneficia recepta soluenda in domo Lazari propensius ire renuit; *Quia vrgeretur lachrymis & precibus Martha, & Mariæ, & Lazarum ægrotantem sanaret*, Vt Rupertus ait, & gloria honorque æterni Patris non tanta exaltaretur; quia propter resurrectionem Lazari plures crediderunt in eum. (*Amor non est qui precibus non flectitur.* Greg. lib. 6. mor. c. 17. D. Ber. lib. de modo bene viuendi. *Cor amantis inquietum.* Apostol. ad Rom. 12. n. 20. *Ingrati non reciprocantes amorè carbonibus vrŭtur.* Seneca de benef.)

1373 Vnde Balduinus citat. in allegor. Galfridi ad cap. 8. cant. *Si beneficia nostra parmula, ita Christum vrgent, quomodo ingentia ab eo tam immensa quotidie non vrgent nos.* Ideo dicitur cant. 8. citat. *Pone me vt signaculum super cor tuum.* Ac si diceret: *Ama me sicut ego te. Habe me in mente tua, in memoria, in desiderio in suspirio, in gemitu, & in singultu tuo. Memento ò homo qualem te fecerim, quali dignitati te nobilitauerim, quomodo sub pedibus tuis omnia subiecerim.* Quasi dicat, si verum est, quod vulgariter dicitur: *Amor con amor se paga.* Vide si non iniquè agis contra me, si non amas me. Quis enim sic amat sicut Christus. Quis à te amari desiderat sicut Christus? Quis defensor vitæ tuæ? Quis afflictionibus & infirmitatibus tuis vrgetur sicut Christus. Et addit Balduinus loco citato: *Vt ergo vicissitudinem amoris mihi rependas, exero brachia, vires exerce, pone me vt signaculum super cor tuum, pugna pro me, sicut ego pro te, ne mihi simulatione adulterina blandiaris, vt dicas amo te; si amas, ostende, quia amas.* Quasi dicat, ama non verbo & lingua; sed opere & veritate vt Hispani dicunt, *No sean cumplimiento tus promessas sino obras.* *Tuum periculum vertitur* (inquit citatus Pater) *Pugna est de anima tua; de salute tua; nec vinci poteris nisi ex te, nec vincere nisi per me. Proinde pone me, vt signaculum super cor tuum, vt me tota virtute diligas super brachium meum, vt quæ mihi placita sunt tota dilectione perficias. Pone me super cor tuum super omne quod cogitas quod amas, quod tibi cordi est, vt omne quod charum est postponas, & me semper supponas, & me semper plus diligas, non solum quando quid extra te est, sed plusquam quidquid intra te est.* Ac si dicat qui vere Deum diligit, non sibi vult, cogitat, dormit manducat, aut respirat sed dilecto suo: nam in eo viuit, mouetur, & est, & sine eo nihil valet, neque est. Et concludit citatus Pater, *Quoniam autem probatio dilectionis exhibitio est operis; pone me super brachium tuum vt de me solo confidas, vt sic te exerceas opera do pro me, vt opereris pro me. Recole quæso, vt sic te exerceas operando pro me.* Ac si dicas; *Si spes quæ differtur affligit animam.* O Martha, & Maria; in patientia necesse est, vt exerceamini, quia ego nocito adeundo, vt consolemini (etiam exerceor) sed gaudeo non esse ibi, vt firmius, & constantius credatis, cum prodigium resurrectionis videatis, quod fieri non posset, quia amor vester vrgeret me, & sanarem statim Lazarum, antequam moreretur, & res non esset ita mirabilis, vt Rupertus adnotauit. (Balduinus citatus in allegor. Galfrid. in cant. 8. *Amor reciprocus à Deo postulatur.* Hispan. loc. *Amor ingrato presto se oluida.* Balduin. cit. *Vicissitudo amoris placida Deo.* *Amor actorum sine operibus.* *Amoris veri effectus.* *Amor verus semper cogitat in re amata.* Balduin. cit. *Spes dilatata animam torquet.* *Patientia mirabilia consequitur.* Rupert. cit.)

1374 VLTIMA RESPONSIO fuit meo iudicio. Gaudeo propter vos Id est propter calumniatores malæ intentionis, qui aderant quorum peruersas cogitationes cognoscens Christus, ad obiectionem tantum respondens, ait, vt credatis, quod non virtute Dæmoniorum facio portenta vt diximus in littera. Quasi dicat; abhorret nimis Dominus homines prauæ intentionis & aulicos duplici corde semper loquentes. Hinc interrogat Oleaster, quare Leuitici cap. 1. dicitur, *Intestina eius & crura sacrificij lauabit aquâ?* Sic legit Pagninus. Et respondet. *Ostendit locus iste procurandum nobis esse interiorem, & exteriorem cordis munditiam, scilicet, operis, quæ intestinis, & pedibus adumbratur.* Quasi dicat, Christus abhorret homines duplici intentione loquentes, quia æquiuocè semper respondent. Et ratio est, quia Diabolum intra cor habent, & verba suauia, Aulicaque pronunciant, de quibus Dauid conqueritur dicens, *Sicut nouacula acuta fecisti dolum*: Nam in verbis pacificis absconditum gladium portant, & verba cordis diuersa semper sunt à verbis ore prolatis. (Aust. mens. *Aulici semper duplici intentione loquuntur.* Oleast. in Leuit. 1. Tráſ. Pagn. *Maliciosi æquiuocè respondent.* Ps. 51. n. 4. *Aulici æquiuocè loquuntur.*)

1375 Hinc interrogat Chrisologus serm. 194. quare Lucæ 12. num. 17. *Amicus ille diues dicebat intra se, quid faciam, quia non habeo quo congregem fructus meos.* Et respondit. *Quid faciam? inter ogantis vox est, & quem putas interrogabat iste? Erat enim in eo alter, quia ad eius penetralia, iam Diabolus possessor* (Chrisolog. serm. 194. Lucæ 12. n. 17.)

Aulicorū fallaciū Diaboli domicilium.

possessor insederat, qui intrauerat in cor Iudæ, mentis eius tenebat arcanum. Quasi dicat cor aulicorum domicilium Dæmonis est, & sub eius custodia custoditum, cor habent, & ideo semper duplici corde respondent, verbis fallacibus scilicet in ore & in corde, & tales Iudæ sectatores sunt, qui nunquam Christum plus pacifice loquutus, & osculatus est dicens Rabboni, & osculatus est eum, nisi postquam iam Diabolus intrauerat in cor eius. Vnde Anselmus in meditationibus: *Aufer Domine à me, si velis substantiam, manus, pedes, oculos, solum relinque cor, quo te simpliciter diligam; hoc enim solo tibi placebo.* Quasi dicat, ô infelices aulici fallaces semper duplici corde cum Deo, & cum hominibus loquentes, quia verbis, & cæremoniis diuino cultu debito diligunt eum, operibus autem semper dolose agunt, & inania, atque fallacia meditantur: quia vt quidam Rex suis liberis egentibus, & nimis aulicis in articulo mortis dixit: *Nolos puedo mas ricos dexar que sabe enganar.* Quasi diceret, diuitiæ, & pignora pretiosa aulicorum sunt fallaciæ, & duplicata, & dolosa intentione semper loqui.

Ioan. cap.. Anselm. in meditatiobus.

Cor purum diligit Deum.

Rex quidam Galliæ.

Aulicorum scientia fingere scire.

1376 Hugo de S. Victore 2. Reg. 18.

Hinc Hugo de S. Victore interrogat, quare 2. Reg. 18. dicitur, *cum adhæsit caput eius quercui:* Et respondet, *Quia Absalon magister omnium aulicorum erat, qui blandè cum omnibus loqueretur; in corde autem malitiam contra Patrem suum abscondebat. Absalon* (inquit Hugo) *pax pacis interpretatur: quia pater eum licèt persequētem patiebatur, non pax filij, qui in Patrem insidias molliebatur.* Et addit: *Quercus intus durior: exterius vero facilior esse comprobatur, ait, Absalon suspensus inhæret, quam interius obstinationem mentis: exterius vero fragilitatem carnis comitatur, crinibus inhærēs suspenditur: quia Aulici superfluitatibus vanis amore torquentur.* Quasi dicat cogitationes Aulicorum duplici corde semper dolose meditantes carnifices dilaniantes viscera propria sunt: quia vt ipsi Aulici dicunt: *El que mejor engaña sabe mas.* Et pergit Hugo citatus, *Nullus autem, cui insederat pertransiit, sed ipse quercui suspensus inhæsit, quia malitia cui super inhæserat, & dolus periit, sed pœna peccati remansit.*

Absalon Magister aulicorum.

Hugo citat.

Aulici quercui similes.

Aulici superflua & vana quærunt.

2. Reg. 18.

Fides ex contrariis exaltatur.

Quasi dicat cognita malitia inimicorum Christi in sepulchro Lazari fuit, vbi cum resurrexit dolus eorum periit, & Christus gaudens remansit; quia fide & veritate conuicti, multi crediderunt in eū, qui vero ad Pharisæos fuerūt cum dolo & inuidia: patrati miraculi: tribus lanceis cor eorū perforauerunt inuidia, & odio, & superbia; quia vsque in hodiernum diem aceruus magnus lapidum super omnes Iudæos proiectus est: quia suppliciorum multitudine progenies eorū in pœnā odij, superbiæ, & inuidiæ à Christo grauatur. Et concludit Hugo: *Neque mirum si magnus aceruus lapidum super Absalon dolosum superuenerit quia obstinationem fraudulentam vsque in finem cor eius impœnitens gessit.* Quasi dicat: Timeant Aulici praua & dolosa intentione muniti, ne sicut Absolon memoria ex lapidibus oblita remaneat quia nimis odit Deus dolosos fallaces, qui Christum audiebant, & sequebantur, & in operibus eius dolum ponebant, quibus dixit penetrans corda eorum & gaudeo propter vos, qui in corde maliriose cogitatis.

Dolosi tribus lanceis cor habent vulneratum.

Iudæi ab omni natione persecuti.

Hugo citat.

Malitia Iudæorum vsq; hodie abscondita.

Ioan. 6.

DIFFICVLTAS XII.

Quare Thomas dixit, eamus & nos, & moriamur cum eo?

QVæsitum fuit, cur Thomas plus cæteris animosior dixit eamus & moriamur cū eo? 1377

1. RESPONSIO fuit interlinealis in Glossa: *Ecce verus amantium affectus, vel cum eo viuere, vel cum eo mori.* Quasi dicat: amare non potest, qui satis timet vt Chrisologus ait, loquens de Magdalena nocte intrepida inter satellites custodientes sepulchrum abire cogitans. Et sanctus Andræas Cretensis loquens de B. Virgine ait: *Commode omnem excessit timorem, quia inuenit gratiam apud Deum.* Quasi dicant. Timeāt Dei gratia destituti, qui gratiam apud Deum inuenerunt. Et Bonauentura in speculo lect. 4. *Bonum est enim quærere gratiam Dei;* quia Apostolus ait: *bonum est gratia stabilire cor non escis, quæ non prosunt ambulantibus.* Quasi dicat Thomas ideo valenter & sine timore stabiliuit cor quia inuenit gratiam apud Magistrum suum & ideo ipse solus dixit, eamus & nos; & moriamur cum eo. Vnde interrogat Oleast. quare Exod. 33. *Dixit Dominus ad Moysem inuenisti gratiam coram me?* Et respondet: *Inuenire gratiam alicuius est illi gratum esse. Et dicitur gratiam inuenire, quoniam gratia, vt Paulus ait, non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis; Et homo dicitur eam inuenire; quia eam quasi thesaurum casu inuenit, non sua industria, aut labore.* Quasi dicat, quod est Hebraismus inuenire gratiam, ac singularem esse, apud aliquem Principem. Ex qua singularitate & gratia prouenit expellere timorem, & virili animo, se in omnibus periculis demonstrare, vt Thomæ accidit: quia ex sola gratia Dei potuit consequi fortitudinem, & valorem talem, cum cæteri mortem timebant.

Interlinealis in gloss. cit. in litter.

Chrys. cit.

Andr. Cret. in Luc. 1.

S. Bonau. in spec. lect. 4. ad Hebr. 13. n. 9.

Grati Deo cor habent intrepidum.

Oleast. in Exod. 33.

Gratia Dei Thesaurus inuentus Hebraismus.

Inuenire gratiam vel singularem esse.

Ideo Balduinus explicans cap. 8. Sap. *Fortis est, vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio,* ait in alleg. Galfrid. citat. *Si tibi durum videtur mori pro me, quid causari potes contra me? Et ego custodiui vias duras; si me vis æmulari scito quia dura est sicut infernus æmulatio.* Quasi dicat, Thoma bene affectus amoris ostendis, & reuera mihi debitos: nam quid mirum vt calicem, quem ego bibiturus sum, tu velis bibere: *Ego mortem gustabo* (addit citatus Pater) *Ego ad inferna descendam, sed solutus inferni doloribus resurgam: si tu per æmulationis studium volens me imitari te senseris grauari, quasi in inferno cruciari, hoc est, quod à te exigo, hoc est quod de te desidero, hoc est quod consulo, vt ad modicum crucieris quasi in inferno ne sine fine crucieris in eo.* Et concludit, *Æmulatio enim quasi infernus est, similis loco pœnali. Sed hæc via, quæ ducit ad introitum Regni, & magnificabo nomen tuum.* Quasi dicat, affectus amantium inter Christum, & Thomam, quasi lustare videntur. Christus mori pro Thoma desiderat; Thomas pro Christo mortem subire proclamat. Christus ad inferos descensurus non dubitat; Thomas æmulationem cæterorum condiscipulorum quasi inferni flammas pati non recusat; quia ad pœnas

1378 Balduin. in alleg. Galfr. in c. 8. Sap.

Amor Christi vrget nos.

Amor dolere non sentit mortis.

Æmulatio est verus amor.

Amantium bella amorosa.

Condiscipulorum æmulatio dura sicut infernus.

æternas abire recusat; quia verus amor pro Christo viuere vel mori non recusat, vt interlinealis adnotauit.

1379 *Beda in litt. citat.* *Correctio Prælatorum necessarissima.* *Oleast. in Gen. 4. Trãsl. Pagn.*

3. Responsio fuit Bedæ in litt. citati: *Castigati discipuli non ausi sunt contradicere Thomæ.* Quasi dicat Correctio defectus emendat, & bonos purificat ab imperfectionibus. Vnde interrogat Oleast. quare post exilium à Paradiso & tot punitiones primis nostris parentibus inflictas, cum partus dolores transierunt Euæ, & filium peperit dixit, *Acquisiui vim à Domino* Gen. 4. sic Pagninus? Et respondet. *Considera quas punitiones Dei Adam & Eua sustinuerint; licèt enim Deus tot mala homini inflixerit; tacuit, neque cogitauit leuissimum esse peccatum, nempe vnius pomi interdictum esum, pro quo tot mala subibat, non vocauit Deum iniustum, non crudelem; neque cum Cain dixit maior est punitio nostra, quam ferre possimus; neque solum tacuerunt, sed vides mulierem gratissimam Domino dicentem, acquisiui virum à Domino.* Quasi dicat, arguit Eua, Adam subditos, qui cum à suis Prælatis arguuntur vultum demittunt, vertuntque aliò, nolentes respicere arguentes, aut punientem. Et si quid postea Prælatus concedat, respuunt accipere, & cum indignatione recusant. Non sic Patres nostri, qui neque puniri à Deo diuerterunt. Et similiter Apostoli Christi quia correcti à Domino aliàs fuerunt ea correctione emendati, tacent neque contra Thomam indignantur, etiam si vt Hispani dicunt: *Les dio vn tapa voca a to dos*, eamus, &c.

Adã & Eua muniti à Deo grati. *Religiosi correctione Prælatorum humiliter recipiant.* Hispan. loc.

1380 *S. Bern. in alleg. Gal. in epist. 3. ad Rom. 1.*

Hinc Bernardus citatus in alleg. Galfrid. sup. epist. ad Rom. 1. ait. *Hæc debent esse verba Prælatorum, quibus suos lactent gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Hic inuenitur congratulatio, & compassio. Congratulatio quidem exhortationis; compassio vero consolationis, lac fundit.* Et addit: *Porro vtramque speciem vberum cælitus irrorari pio pectore suo spiritualis mater toties sentit, quoties spirituali visitatione illustratur.* Quasi dicat subditus à Prælato exhortatus: ita suauiter debet consolari, sicut infans ab vbere lacte pleno atque manante quia Prælatus sana & materna intentione vbera plena doctrinis paruulis exhibet, vt ex vno consolatoria, & ex altero exhortatoria vberius ministrare possit, pro vt singulis expedire videbitur, vt salutaribus exhortationibus enutriti, à reprehensione Thomæ correcti confundantur & emendentur, sicut Apostoli fecerunt.

Prælati exhortari, & consolari debent. *Prælatus sicut mater duo vbera habens.*

1381 Bern. cit. *Cupiditas Prælatorum flenda nimis.*

Et addit: Bernardus citatus: *Quantos hodie secus affectos videmus de iis qui animas regere susceperunt? quod enim sine miraculi gemitu dicendum non est Christi opprobria lapides & mortem non solum timentes, sed in fornace auaritiæ clauos & lanceam conflant, & profligunt in acquisitione turpis quæstus, & pretium vniuersitatis suis marsupiis includere festinant.* Quasi dicat, vbi sunt sectatores Thomæ, qui mortem ex amore Christi contemnentes in ædificationem, & confusionem cæterorum dicunt, *Eamus & nos, & moriamur cum eo.* Sed pro rebus temporalibus, & lucri turpis gratia, omnia officia venalia faciunt *In hoc solo inquit Bernardus loco alleg. citat. à Iuda Ischariothe differentes horum omne emolumentum denariorum numero compensauit. Isti voraci lucrorum ingluuie pecunias ebibunt infinitas; animarum vero neque casus, neque salus reputatur.* Quasi dicat, Prælati crassi & supini non curantes de correctionibus subditorum, vt salui fiant; Iuda Ischariothe peiores sunt, quia ille pretio taxato Christum vendit; isti autem nunquam auro & argento, neque dignitatibus, & delitiis satiantur, vt maiores adquirãt dignitates. Et concludit Bernardus: *Tales Prælati non sunt profecto matres, sed nouercæ, qui cum sint de crucifixi patrimonio nimium incrassati, impinguati, dilatati, non compatiuntur super contritionem Ioseph.* Quasi dicat non sunt sectatores Thomæ, qui inuicto animo pro honore & gloria magistri sui corrigens pusillanimitatem condiscipulorum dixit, *eamus & nos, & moriamur cum illo.* Quia Verus Pastor, & amator singularis Christi no dissimulat correctionem cum æmulatione cæterorum etiam cum periculo vitæ, vt adnotauit Beda citatus.

Sectatores Thomæ non inueniuntur. Bern. cit. *Prælati negligentes & ambitiosi non corrigunt subditos.* *Prælati ambitiosi nõ matres, sed nouercæ.* *Correctio necessaria etiã cum periculo vitæ, pro fide obligat.* Beda citat.

DIFFICVLTAS XIII.

Quare dicitur quod Iesus fremuit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit vbi posuistis eum.

1382 QVæsitum fuit, quare Christus, vel quomodo potuit turbari semetipsum?

1. Responsio fuit Ruperti in litt. citati. *Quis enim alius nisi ipsum turbat; quia turbari infirmitatis est, fremere diuinitatis & fortitudinis.* Quasi dicat, non solum humanitas Christi, sed omnipotentia diuinitatis de duritia obstinati peccatoris conturbatur, & fremit, & quia ex resurrectione Lazari plus indurari intremuit, & turbauit se Christus. Vnde interrogat Oleaster, Numer. 19. dicitur: *Abluet sacerdos vestimenta sua, & lauabit aqua carnem suam?* Et respondit. *Quia contagiosa res, & immunda valde est peccatum induratum, cuius expiatio non solum vestes sacerdotis, sed & carnem eius immundam reddit.* Quasi dicat si solus contactus corporalis immundarum rerum sic homines inquinat quid fuit animæ contactus ipsius contacti in te? Qui etiam hominem inhabilem reddit qui cum aliis conuersetur. Vnde extra castra manere iubetur & si homines à contagio lepræ fugiunt. Quomodo Deus non infremet, & conturbabit se videndo sepulchrum Lazari, qui fætidum peccatorem significabat ex beneficio & miraculo resurrectionis venenum cogerens, & Pharisæis, vt concilium facerent contra Iesum. De quibus ingratis scriptum erat, *Sepulchrum patens est guttur eorum* quia ex miraculo in venenum conuersum guttur eorum putrida ossa & fætida, peccata exierunt. Quæ quidem tam grauia importabilia onerosa sunt, quod ipsum Christum fremere & sudare faciunt, ex ponderis consideratione quia regnum eius super humerum eius Isai. cap. 9. n. 6. Magnum opus fortitudinis est, reuocare aliquem à lapsu, impatitudinis purgare à tali culpa; nulla enim humana fortitudo sufficit ad hoc.

Ruper. in litt. cit. *Obstinatio peccatoris conturbat Christum.* *Impij semper fugiendi.* Oleast. in Numer. 9. Transl. Pagn. *Peccatũ contagiosa res.* *Ingrati ex beneficiis venenum faciunt.* Ps. 5. n. 10. *Ingratorum os sepulchrũ patens.* *Onera importabilia ingratitudinis.* Isaiæ 9. n. 6.

1383 Isai. 5.

Misit olim Deus Seraphin Isai. 6. sed vix potuit vnius Prophetæ extima labia apposito carbone purgare, qui totius populi ingrati, totiusque mundi maculas ab omnium cordibus abstulisse

liſſet, maior virtus neceſſaria erat; neque mirum ſi ex grauitate, & pondere humeri Chriſti opprimerentur, & ex memoria eorum in ſe ipſo

Ambr. lib. 4. in Lucam.

turbaretur & fremeret. *Seraphin* (inquit Ambroſius lib. 4. in Lucam) *deſcendit in terram, in medium populi immunda labia habentis, & vnius*

Labia ingratorum carbonibus non purificantur.

tantum Prophetæ labia appoſito carbone mundanit, alius dies requirendus fuit, quem ſequerentur omnes, quis tantum eſſet dux qui produxiſſet mortuos, niſi ille qui ſupra omnes eſt. Quaſi dicat, audita reſurrectione Lazari conturbati omnes conſilium inierunt aduerſum Chriſtum dicentes, quis eſt iſte qui talia in mortuis facit, expedit vt moriatur vt omnibus proſit, & nullus

S. Petr. Dam. ſerm. 40. Iſai. 6. n. 1.

pereat. Ideo S. Petrus Dam. ad conturbationem huius fortitudinis humerorum Chriſti hodie ex onere frementis ait; *Quod Seraphin attoniti dixerunt Iſai. 6. n. 1. Quis eſt iſte, qui venit*

Fortitudo fortitudinum ad ingratos ſupportandos neceſſaria.

de Edom tinctis veſtibus de Boſra? Formoſus in ſtola ſua gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ; ego qui loquor iuſtitiam, & propugnator ad ſaluandum. Quaſi dicat, cum de ingratis peccatoribus retribuentibus mala pro bonis agitur, Chriſtus non ſolum in fortitudine, ſed in multitudine, fortitudinis ſuæ vincit; quia vt Hiſpa-

Hiſp. loc.

ni dicunt: *Es la carga tan peſſada el ſufrir a ingratos, que al meſmo Dios le hazen brumar los hombros.* verba S. Petri Damian. ſerm. 40. *Gradiens* (inquit) *in multitudine virtutis ſuæ non ſolum in fortitudine, ſed etiam in multitudine fortitudinis ſuæ, quia nulla fortitudo fortior fuit, quam ingratum ſcorium ſupportare.* Et Albertus Magnus in cap. 1. Lucæ, *quia vltima fortitudo*

Albert. Mag. in Luc. 1.

Scoria peccatorum ingrati.

Ingrati ſcoria populorũ.

Rupert. cit.

eſt ſcoriam peccatorum ſupportare. Quaſi dicat, quod ingrati ſunt vilis ſcoria mundi, & humeri, qui portant ſcoriam quid mirum, quod ex onere & pondere fremere videantur. Et ideo Chriſtus in ſe conturbauit, & infremuit hominum ingratorum peccata conſiderando vt Rupertus adnotauit.

3. Responsio fuit Lyrani in litt. citati, *In-*

1348

Lyr. in litt. citat.

Conſuetudo flẽdi mortuos irrefragabilis.

fremuit Chriſtus ex compaſſione ſororum Lazari, id eſt, rationabiliter flere defunctos licitum eſt, præſertim cum de ſepulchris noſtrorum agitur; ideo Chriſtus cum dixit, *Vbi poſuiſtis eum, lachrimatus eſt*, & in omni populo & natione lugere pro defunctis conſuetudo fuit. Ideo n. 20. dicitur, *Fleuerunt Aaron triginta diebus*, quia tantis flebant diebus quanto honorabiliores eſſent illi, pro quibus flebant. Et Eccleſ.

Eccl. 22.

22. dicitur. *Luctus mortui ſeptem dies quaſi illud*

2. Reg. 31.

eſſet commune. Et 2. Reg. 31. dicitur, quod viri Iabes Gabaad. *Tulerunt* (inquit Scriptura,) *Oſſa eorum, id eſt, Saulis, & Ionathæ & ſepelierunt ſub arbore Iabes, & ieiunauerunt ſeptem diebus*, & fleuiſſe credi poteſt. Gentiles verò

Gentiles etiã mortuos lugẽt ſuos.

Gen. 50.

Iob 2.

2. Reg. cp. 1.

Paral. 35.

Ierem. 4.

Ezech. 32.

pro virorum nobilium exceſſu lugebant 70. diebus, vt conſtat ex cap. 50. Geneſ. de luctu quo Ægypti luxerunt Iacob. inſuper & Deut. 34. dicitur, quod populus mortem Moyſis & Aaron 30. dies luxit. Gentiles etiam in morte ſcindebant veſtimenta ſua, vt patet Iob 2. & in Iſraëlitico populo etiam vtebant, vt patet 2. Reg. 1. *Vocabantur* etiam cantatrices & cantores, & tybicines, qui prouocabant ad fletum, vt patet Paralip. 35. *Et lamentatus eſt Hieremias ſuper Ioſiam*, Et Hierem. 4. dicitur: *Docete filias veſtras lamentum.* Et in huiuſmodi lamentationibus ſolebant repetere præclara geſta defuncti, vt patet Ezech. 32. vbi Dominus Ezechieli dixit: *Et tu fili hominis leua lamentum ſuper Pharaonem Regem Ægypti, & die ad eum, catulo leonis gentium aſſimilatus eſt.* Inſuper pro infortunatis habebant homines; ſi mortui non fierent huiuſmodi lamentationes, vt patet Pſ. 77. *Iuuenes eorum comedit ignis, & ſepulchrum Lazari defuncti*, ex compaſſione lacrimatus eſt vt adnotauit Lyra.

Infortunati erant qui non lamentabantur defuncti.

Pſ. 77.

Lyr. cit.

Ideo Bernardus in alleg. Galfrid. explicans cap. 7. Eccleſ. *Recordare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis* aic: *Cogita vnde veneris, & erubeſce, vbi ſis, & ingemiſce, quo vadas & contremiſce, agnoſce primordia tua, & erubeſce, comparatum te eſſe iumentis inſipientibus, memorare nouiſſima tua, & time, ne vadas poſt iumentum. Pro conſortio Angelorum ſortitus es conſortium iumentorum.* Quaſi dicat, ne ita inebriatus, & voluptatibus deditus viuas, quod in hæreſim impiorum Atheiſtarum incidas, qui ſicut equus & mulus vixerunt, & delectati ſunt mori ſicut iumentum, vt non animæ eorum flagitarentur. Ideo dicit Bernardus, *Agnoſce primordia tua, id eſt, quia habes animam rationis expertem, ad ſocietatem Angelorum creatam, & erubeſce viuere ſicut Atheiſta, qui immortalitatem animæ blaſphemando, & timendo ſupplicia inferni negant.* Et addit Bernad. cuiae. *An non in amaritudine moratur populus tuus, quoties iſta conſiderat, & deplorans pariter cum Propheta dicens: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt.* Quaſi dicat, habes prima, habes media. Sed quæ ſunt nouiſſima conſidera, mors iudicium & gehenna poteſt intolerabilius cogitari?

1385

S. Ber. in alleg. Galfrid. in c. 7. Eccl.

Atheiſta viuunt ſicut iumento & mortem corũ appetunt, vt non puniantur à Deo.

Anima immortalis ad ſocietatẽ Angelorum creata.

Mors & iudicium nouiſſimo hominis.

Et pergit Bernardus *Time homo qui in morte ſeparandus es à bonis omnibus huius corporis, cum dulce carnis, & animæ connubium amaro ſit ſeparandum diuortio. Time, quia in terribili iudicio præſentandus es illi, in cuius manum durum eſt incidere, & eo examinante, cui nihil latet, ſiquidem inuenta fuerit in te iniquitas; tollendus es, ne videas gloriam Dei. Time quia in gehenna cum Diabolo, & Angelis eius æternis es ſuppliciis cruciandus, & hic timor, qui dicitur initium ſapientiæ, non pudor vel dolor; validior eſt enim ad reſiſtendum peccato timor quam pudor, vel dolor.* Quaſi dicat, validior eſt enim ad reſiſtendum peccato timor mortis, quam dolor, vel pudor; quia dolores poſſunt habere aliqua lenitiua remedia, pudor de multitudine conſolationem accipit; at timor mortis non ita: nam in morte nihil omnino de bonis huius ſeculi fert ſecum, in iudicio nec fugere poterit, nec reſiſtere; in gehenna vero ſicut nulla eſt redemptio, nulla conſolatio poteſt inueniri inquit Bernardus. Ideo forſitan Chriſtus videns ſepulchrũ lachrimatus eſt & infremuit ſpiritu, & turbauit ſe, conſiderans, quam abſorpti, & vt Hiſpani dicunt cum Ludouico de Granada: *Que bobizados, y embelezados eſtan los hombres gozando del mundo*, & nouiſſima ſua non conſiderando, & quotidie ſepulturas & cadauera videndo, & ſepeliendo, & ita viuentur & voluptantur ac ſi eſſent, vt ſanctus Brunus dixit fabula vel quimerica & meticuloſa hora mortis.

1386

Cogitatio inferni conuertit duriora corda.

Iudex Chriſtus timendus vnde

Timor cuſtodis animam.

Pudor & dolor conſolationẽ habẽt.

In morte nil portandum.

In inferno nulla eſt redemptio.

Ludouicus de Granada in contemptu mundi

S. Bruno.

Eheu ſic viuunt homines, quaſi mors nulla ſequatur,

Et velut infirmus fabula vana foret.

DIFFICVLTAS XIV.

Quare Christus voce magna dixit, Lazare veni foras & quare exiuit ligatus manus, &c.

1387 Lyr. in lit. cit.

QVæsitum fuit quare Christus, cui omnia obediunt vociferatus est hodie?

Magi impij mussitando Dæmones alloquuntur. Oleast. in Numer. 24. in transl. Pagn.

1. Responsio Lyrani in litt. citat. *Hoc fecit ad declarationem miraculi, ne aduersarij putarent quod silentio verba magica diceret, quorum virtute resurrectio fiebat.* Vnde interrogat Oleaster, quare Numer. 24. dicitur, quod *Dominus præcepit Balaam, vt alta voce benediceret Israël, & non ambularet sicut semel & iterum in occursum incantationum?* Sic legit Pagnin. Et respondet, *Aliqui legunt, non ambulauerit, scilicet, sicut prima & altera vice in occursum incantationum, sed in Hebræo est, sicut vice cum vice, quod idem est, quod prima, & altera vice, vel semel, atque iterum.* Et erit sensus, noluit Dominus, vt Balaam quæreret amplius suas incantationes mussitando, & & in silentio loquendo, sed clara voce populum Israël benediceret. Et addit Oleast. *Quia magi mussitando verba cum Dæmonibus loquuntur, vel cum apparenter mortuos suscitant. Et forte sic contingit, cum Samuel Pitonissam consuluit, cui Deus voluit Samuelem loco Dæmonis occurrere, vt veritatem casus sui clare & alta voce indicaret.* Ideo Christus hodie alta voce dixit, Lazare veni foras, ne qui ex aduerso erant putarent, quod in virtute Dæmoniorum mussitando loqueretur, vt adnotauit acutè Lyra.

Dictio Hebræa sonat altera & altera die.

Samuel clarè loquutus est cum Pithonissa.

1388 Galfrid. in allegat. in Matth. *Magi dicuntur serpentiū incantatores. Perfecti Diabolum incantant.* Galfr. cit.

Hinc Galfrid. in alleg. super Matth. *Magi dicuntur serpentium incantatores, quia illi bene Diabolum incantant, qui eum per meliorationem vitæ supplantant.* Quasi dicat incantatoribus & magicis & superstitiosis vtentibus ad voluptates suas non credamus, sed alta voce fidem Christi confiteamur, & tunc de sepulchris infernorum ad resurrectionis gloriam resurgemus. Et addit Galfrid. *Quid est tam efficax contra venenum serpentium quam deuota, & firma fides sanctorum.* Quasi dicat, valde necessarium est his calamitosis temporibus superstitiosis, & incantationibus muliercularum infernarum afflictis implorare, & summa diligentia inuestigare auxilium sanctorum inquisitorum, & ministrorum, vt omnes languores, & pestifera contagia à Regnis Christianorum expellantur. Vnde concludit Petr. citat. *Hi verò incantatores sunt, qui pro exaltatione, & defensione fidei Sanctissima Trinitatis alta voce in curia Regum sicut Magi sancti perlustrando dicunt, vbi est, qui natus est Rex; quia tunc omne serpentinum virus effugit, & fides Christi illustratur.* Quasi dicat Ministri sanctissimæ inquisitionis, qui pro fide propaganda orbem perlustrant superstitiosos, & inimicos Christi inuestigando. Hi venenosa, & mortifera serpentia contra Ecclesiam Dei interficiunt, & alta voce cum Christo mortuos Lazaros putridos è sepulchris infidelitatis ligatos excommunicatos & vinctos resuscitant.

Ministri Inquisitionis sancta contagia mortifera extinguūt. Galfr. cit. Matth. 2.

Inquisitores fidei Lazaros vinctos & putridos resuscitant.

1389 Rupert. in litt. cit. *Deus liberū arbitriū excitat, sed non cogit.*

5. Responsio. fuit Ruperti in litt. citati. Quali autem autem prodiit habitu? *Ligatus ait pedes, & manus institis, & facies eius sudario erat ligata. Mira res; sic enim ligatus neque ambulare, neque repeare, aut vidère poterat.* Quasi dicat, multiplicatis miraculis duriora saxis pectora Iudæorum mouere non poterat, vt ei crederent, & fides radicaretur. Et addit, soluite illum, & sinite eum abire, vt sanitas ex omni parte manifestaretur, & omnis occasio, & ligamenta peccati auferrentur. Vnde interrogat Oleast. quare Exod. 16. dicitur, *Et reliquerunt ex eo* (id est, manna.) Sic legit Pagn. Et respondet: *magna est hominis diffidentia, vt semper necessaria sibi defutura putet; ideo asseruare vult quod sibi putat defuturo. Et addit: vide, quod qui hodie dedit dabit & cras.* Quasi dicat, minus homines de Deo confidunt, quam Deus de ipsis. Et sic ex omni parte miracula fecit cum Lazaro, vt Hispani dicunt; *A todas luzes notable* vocauit Lazarum & resurrexit, & ligatum iussit, vt homines soluerent, & vt coram illis abiret. Et concludit: *Ideo Manna, cum sol incaluit liquefactum est; quia munus boni rectoris est occasiones malorum suas auferre.* Quasi dicat, manna liquefactum est murmurantium, peccatique circunstantias euitare, vt Deus ex omni parte glorificetur.

Occasiones peccatorum auferendæ. Oleast. in Exod. 16. Transl. Pagn. *Fides hominū exigua.* Hispana locutio. Oleast. cit.

Occasiones peccati non remanent.

Hinc Galfrid. in alleg. super Ecclesiast. ait: *Nec accedentis lenocinia feras, sed vt fugares à facie colubri etiam longius positi, sic multo magis à facie peccati.* Quasi dicat à sepulchro fœtido resurrexit ligatus; noli ligamenta curare, sed solutus iam, vel minimam occasionem peccati relinquas, sed abi solutus quia non minus miraculum est ligatum ambulare, loqui & reptare, quam è sepulchro illæsum exire. Et addit Galfridus, *Non sis contentus non incurrere morsum, fuge etiam tactum: immo etiam non sufficit tactum euadere, sed etiam & accedentem parum est serpentem non sentire contiguum, periculosum est vel habere vicinum.* Quasi dicat: peccatricem reliquisti propter clamores Dei, & prædicatorum eius, & è sepulchro fœtido viuum existi: fuge occasiones minimas, loquutiones, inspectiones cogitationes impudicas; quia omnia sunt ligamenta peccati; & mira res est ligatum pedes & manus institis ambulare; ideo Christus dixit, soluite eum; & sinite eum abire; quia occasionibus ablatis, rectè ambulat peccator, vt Rupertus adnotauit. 1390

Galfr. in alleg. *Mulier peccatrix vt coluber veneno, est fugienda.*

Consuetudinē peccati relinquere mira res. Galf. cit.

Serpens mulier occasiones paruas peccati quærit. Rupne cit.

TRACTA

TRACTATVS TRIGESIMVS QVINTVS

Ad Litteram, *In cap.8. Ioannis De Christo testimonium de se ipso perhibente.*

TEXTVS.

12. ITERVM locutus est Iesus dicens, ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. 13. Dixerunt ergo Pharisæi: tu de te testimonium perhibes; testimonium tuum non est verum. 14. Respondit Iesus, & dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum; quia scio vnde veni, & quo vado, vos autem nescitis, vnde venio, aut quo vado. 15. Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quemquam. 16. Et si iudico, iudicium meum verum est, quia solus non sum; sed ego & qui misit me Pater. 17. Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. 18. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me Pater. 19. Dicebant ergo ei, vbi est pater tuus? Et respondit Iesus: nec me scitis, nec Patrem meum; si me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis. 20. Hæc verba loquutus est Iesus in gazophilacio docens in templo, & nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora eius.

EXPLANATIO LITTERAE.

1391 *Abulensis. Lyra. Caietan. Auct. mens. Maldon. Eadem die post adulteram affirmat hoc Christum dixisse.*

ITerum ergo loquutus est Iesus, siue ly iterum sit in alia occasione, vt aliqui Auctores insinuant, siue eodem die finita accusatione contra adulteram concionauit iterum Iesus. Sed meo videri, altera die fuit vel in alia occasione quia Pharisæi conuicti, vnus post alterum exierunt de templo, & hodierna sermocinatio cum Pharisæis est. Ego sum lux mundi de seipso diuina hypostasi secundum diuinam naturam loquitur, appellando se esse lucem mundi, lux non sensibilis, sed intelligibilis. Dicitur Christus lux, id est, fons luminis, quia ab ipso deriuantur tanquam riuuli ex fonte luces omnium creaturarum. Ideo dicitur lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, vel in tenebris erroris; quia qui credit in eum de tenebris per fidiæ ad lucem transit vel quia qui eum sequitur non timet mortem subire pro eo. Auctores sunt de omnibus istis relatis.

Fides tenebras expellit errorum.

1392 *Probatio superiorum nostra sententia. Maldonatus optime aduertit.*

Dixerunt ergo Pharisæi, tu de te ipso testimonium perhibes & testimonium tuum verum non est. Ergo Pharisæi illic erant, qui vnus post vnum exierunt. in reliquo verum Maldonatus dicit, quod qui testimonium perhibet de se non est indicium, sed potest esse verum, sed depranata intentio Pharisæorum, prout poterant, calumniabantur; si ego testimonium perhibeo de me ipso, verum est testimoniũ meum; quia scio vnde venio, & quò vado. Quasi dicat, Prophetæ; qui à Deo illustrati sunt de se testimonium dant, quia sciunt quod ea quæ loquuntur à Deo veniunt, & ad Deum vadunt. Sic Rupertus. Sed Chrysostomus diuinitatem insinuasse suam Christum asserit quam nemo scit vnde veniat, & quo vadat, nisi ipse solus Christus in quantum Deus erat. Ego autem puto loqui Christum more humano, & auctoritate potestatiua. Quasi diceret: ego testimonium perhibeo de me, & verum est testimonium meum, ac si Hispano sermone diceret: *yolo digo, y basta paraque se assi, que yo soy quien soy.* Et eodem modo cum Moyse loquebatur Deus, ego sum qui sum: nam dicta Regum non indigent alia probatione, nisi verbis Regum.

Rupert. in Ioan. 8. Chrisostom. Auct. mens. Regũ verba non indigent probatione.

1393 *Sensus sensibilia iudicat.*

Vos secundum carnem iudicatis, id est, me hominem solum cognoscitis, quia sensus iudicant obiecta sensibilia, & corporea si vero non ex visis, sed ex auditis iudicaretis crederetis diuinitatem meam, quæ latet intus, & fides, non est ex visis, sed ex auditis. Ego non iudico quemquam; non dicit iudicabo, vt bene Caietanus aduertit, sed de præsenti iudico; quia dum viuit Christus non venit iudicare, sed iudicari. Et si iudico, testimonium meum verum est, quia solus non sum, confirmat Christus suum de semetipso testimonium verum esse, quia solus non est, quia reuera erat non solum homo, sed Deus, & vt Hispani dicunt *Todo el tema de su sermon era este.* Probare, & testificare Mysterium incarnationis suæ, & vnde venerat, & ad quid venerat,

Caietan. in Euang. Confirmatio verborum Christi. Hisp. loc.

venerat, & quo iturus erat, & quod non erat solus & quod suum testimonium erat verissimum; quia si in lege scriptum erat, in ore duorum testium stare verum testimonium: In principio erat verbum, & verbum caro factum fuit, & Ioannes venit, vt testimonium perhiberet de illo, quæ omnia in hoc c.8. ad protestationem suæ diuinitatis tendunt.

Scopus Christi suam probare diuinitatem Ioann. c. 8.

1394 Dicebant ergo ei, vbi est Pater tuus? communiter hæc interrogatio ab expositoribus malitiose dicta creditur, quasi ex adulterio conceptum intelligerent, vel vilipendendo, & opprobriando illum, quia cognoscebant matrem suam & Ioseph pauperes, & miseros. Sed meo videri plus malitiæ, & depravatæ intentionis res se gerebat; quia videbant, quòd miracula Christi crescebant, & totus mundus ibat post eum, & iam inito concilio dicebant, quid facimus, quia hic homo multa signa facit: Et ideo interrogauerunt eum Vbi est Pater tuus, vt caperent eum in sermone & criminalem causam facerent dicentes, quid filium Dei se nominabat. Neque me scitis, neque Patrem meum: optime Rupertus meam approbauit sententiam, dicens, quod non respondit Christus directè, quia sciebat malo animo, & aduersá intentione hoc interrogasse, & solum thema sermonis sui confirmauit dicens; quia meam diuinitatem ignoratis, me nescitis; quia hominem tantum iudicatis.

Prauia malevoli videtur.

Auct. mens. Praua intentio in verbis

Rup. in Ioã. Malo animo loquentes solum Deum petebat.

1395 Hæc locutus est Christus in Gazophilatio. Explicat Euangelista locum specialem, in quo erat capsa thesauri vbi seruabantur eleemosynæ, quæ reparationi templi offerebantur: *Arca do estaua el dinero de la fabrica*, Vt Hispani dicunt, & nemo apprehendit eum ibi; quia nondum venerat hora eius. Ac si dicat, publicè in medio templi prædicabat, & docebat, & facto concilio contra Christum, & contra omnes qui eum reciperent, tenerent, aut fouerent, nemo Phariseorum, neque Iudæorum ausus est annuere, neque loqui, neque manum mittere in eum, quia hora constituta, & decreta à Patre nondum venerat. Vbi passim ostenditur intentum Euangelistæ, & Christi in hoc capite, ostendere quidem omnipotentiam, & diuinitatem, quæ latebat in eo.

Capsa in templo arca fabricarum.

Nose atteuieron arrimar à Iesus.

Omnipotentiam passim Christus ostentabant.

TRANSLATIONES ANTIQVIORES & Neotherica in cap. 8. Ioannis

n. 12. *Vulg. editio iterum ergo locutus est eis Iesus dicens, ego sum lux mundi &c. Translatio Vatabli.* — 1. Iterum ergo loquutus est Iesus eis dicens, ego sum lux mundi, qui sequitur me, nequaquam ambulauerit in tenebris.

Transl. ex Syriac. — 2. Rursus autem loquutus est eos Ieschua, qui post me venit, inueniet sibi lumen vitæ.

Lyranus sua in glossa. — 3. Ego sum lux per essentiam, quia à me omnis doctrina deriuatur.

Rupertus in Ioan. 8. — 4. Hoc dicto illud iterauit, quod pridie stans exclamans dixerat, si quis sitit &c. ego sum lux, vno eodemque dictu, & poculus & lumen est.

n. 14. *Vulg. Tu de te ipso testimonium perhibes &c. Translatio Vatabli.* — 5. Tu de te ipso testificaris, & non est verum testimonium.

Translatio ex Syriac. — 6. Dixerunt ergo Pherischæi, Tu de te testificatis.

Rupertus in Ioan. — 7. Tu contra scripturam magnificas te ipsũ; nam laudet te alius & non os tuum.

n. 14. *Vulg. Si ego testimonium perhibeo de me, verum est. Translatio Vatabli.* — 8. Etiam si ego testimonium perhibeam de me ipso, verum est, quia scio vnde venio & quo vado.

Translat. ex Syriac. — 9. Etiamsi ego testificor de me ipso verum est testimonium meum, quippe qui nouerim, vnde venerim, & quo vadam.

Tertullian. lib. aduersus Praxeam fol. 854. — 10. Et si ego de me testificor, verum est testimonium meum; quia ego scio vnde venerim, & quo eam, & vos ignoratis, vnde veniam, aut quo eam.

n. 17. *Vulg. in ore duorum hominũ testimonium verum est. Translat. ex Syriac.* — 11. Testimonium duorum virorum verum est.

Translat. Vatabli. — 12. Ego sum is qui testimonium perhibeo de me ipso.

Rupertus citatus. — 13. Moyses & Prophetæ singuli de se testati sunt, quod à Deo missi sunt.

Tertulian. aduers. Praxeam f. 854. vel 1043. — 14. Duorum hominum testimonium verum est.

n. 19. *Vulg. Vbi est Pater* — 15. Si me nouissetis, & Patrem meum nouissetis.

n. 16.

tuus neque me nostis. Translatio Vatabli.

Translat. ex Syriac. 16. Vbi est tuus Pater? Respondit Iesehua, neque me nostis neque Patrem meum; si me nossetis, & Patrem meum nosseris.

Tertul. aduers. Hæreticos f. 334. 17. Dixerunt, ei vbi est Pater tuus. Respondit Iesus, neque me scitis neque Patrem, si me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis.

n. 20. *Vulg. Hæc verba locutus est Deus in Gazophilacio &c.* 18. Hæc locurus est, dum doceret in templo, & nemo apprehendit eum.

Translat. ex Syriac.

Translatio Vatabli. in scholiis. num. 7. 19. Hæc dixit Iesus in atrio maiori vbi erat arca pecuniaria, quam primus instituerat Rex Ioas.

Iansenius in concord. c. 77. 20. Hæc dixit Deus in loco, vbi minime alloqui tolerabile erat, & magnifiea de se testificanti, manus non iniecerunt, cum prius maximè concupiuissent.

Lyranus sua in glossa in Ioan. 8. 21. Hæc dixit Iesus in loeo, vbi oblatio ponebatur.

DIFFICVLTAS PRIMA

Quare dicitur, quod iterum loquutus est dicens, ego sum lux mundi?

1396 QVæritur quare Christus post absolotionem adulteræ dixit ego sum lox mundi?

Alcuini in cath. S. Thó. 1. Responsio Alcuini in cath. citati: *Quia mulierem absoluit acerrimè, ne aliqui dubitarent, an ille quem videbant verum hominem, posset peccata dimittere, dignatur ipse apertius sua diuinitatis potentiam demonstrare.* Quasi dicat, murmurabant Pharisæi, qui vous post vnum confusi exierunt de templo, quod Christus peccatum adulteræ dimitteret; & iden iterum stans coram expulsis Pharisæis, dixit, ego sum lux mundi, & tenebras peccatorom expellere possum. *Lux tenebras expellit, & Christus peccata.*

1397 *Beda in catt. cit.* 2. Responsio Bedæ in cath. citat. *Non ait, ego sum lux Angelorum, vel cæli, sed lux mundi, id est, hominum in tenebris commorantium, secundum, illud illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent.* Quasi dicat Christus lux est in cælo, & in terra, sed quia in cælis non sunt tenebræ peccatorum, ideo dixit, sum lux mundi, vbi peccata sunt radicaliter. *Christus lux peccatorum.*

3. Responsio Ruperti in Ioann. 8. *Numquid non deridendi estis, si solem istum visibilem de sublimibus circulis toti mundo lucentem exsufflando extinguere vel aerem pugnis verberando de magno candelabro cæli deiicere, & sub modio recondere conemini? Nempe huic simile est, quod nomen meum delere, vel famam meam extinguere contenditis; ego enim sum lux mundi. Ergo ridiculi talpæ, vel vespertilionis oculos quidem vestros claudere, & me veram lucem non videre potestis, sed totius mundi oculos eruere, vel istam eius lucem extinguere nequaquam prævalebitis.* Quasi dicat lucem solis impossibile est, quod aliquis extinguat, & moltò impossibilius me lucem mondi extioguere, vel famam, & fidem Christianam abolere. 1398 Rupet. in Ioann. 8. *Stultus qui aerem pugno verberat.* Matth. 5. *Inimici Dei contra aerem pugnant.* *Fides Christi inextinguibilis.*

4. Responsio Theodoreti in cath. citati. *Vteris autem aduersus Nestorium hoc præsenti sermone; non enim ait, quoniam in me est lux mundi, sed ego sum lux mundi, ipse namque qui homo videbatur idem & filius Dei.* Quasi dicat, Christus lux muodi erat, non sicot nugæbatur Nestorins, in simplici homine Dei filius habitabat, sed verè, & realiter verbum Dei caro factum est, cuios sangoine pretiosi redempti sumos. 1399 Theodoret. in catt. *Error Nestory stultissimus.*

5. Responsio Lyrani suæ in glossæ: *Non enim sic intelligendum est, quod Christus sit lux, vel sol visibilis, vt Manichæi dicebant; lux enim magis propriè dicitur in spiritualibus, quam in corporalibus, quia lux habet rationem manifestatiuam, quod propriè habet locum in cognitione intellectus [1], qua summum tenet gradum; & ideo ipse Deus est sol per essentiam, quia ab ipso omnis notitia deriuatur* Quasi dicat, Manichæi delirant, quia Christus non est sol materialis, sed per quem sol, & omnia facta sunt, est autem lux, quæ illuminat omnem homioem, venientem in hunc mundom. 1400 Lyranus sua in glossa. *Manichæorũ error.* *Christus non sol sed per ipsum creata sunt omnia alia.*

6. Responsio Dicitur iterum loquutus est Christus & dixit, ego sum lux mundi; quia scandalizati erant Pharisæi, quòd adulteram à peccatis absoloisset, & iterum in alia sermocinatione interrogarunt eum, quomodo à peccatorum tenebris absoluis? Et respondit, quia ego sum lux mundi, & qui sequitur me, non ambulat in tenebris peccatorum, sicut & adultera iam correcta & emendata me lucem sequitur. 1401 Auct. ment. *Pharisæi scandalizati de Christi potestate.*

DIFFICVLTAS II.

Quomodo dicitur; tu de te ipso testimonium perhibes & testimonium tuum non est verum?

QVæsitum fuit, quare qui testimonium dat de se nihil valeat? 1024

1. Responsio Alcuioi in cath. citat. *Sic responderunt, tanquam ipse Dominus solus sibi testimonium perhiberet, cum constet, quod antequam in carne appareret multos testes præmisit,* Alcuin. in catt.

qui

qui eius sacramenta prædixerunt. Quasi dicat. Prophetæ omnes prædicauerunt Christum esse venturum; Et ideo testes fuerunt diuinitatis, & incarnationis eius, & per consequens testimonium verum pro vtraque parte, & quia ipse dicebat, & quia testes habebat, quibus non indigebat.

Prophetæ omnes Christum annunciarũt.

1403 2. Responsio Lyrani sua in glossa. *Testimonium habet firmitatem, & veritatem exercitudine cognitionis; & ideo hominis testimonium ex se non est firmum; quia etsi se cognoscat; tamen frequenter inordinatè afficitur, ad seipsum; Deus autem perfectè se, & alios cognoscit; nec potest esse distortio in eius affectu; propter quod testimonium Dei de se ipso firmum est; Testimonium autem hominis de Deo est inualidum propter defectum cognitionis; Christus autem erat homo & Deus; nec poterat esse defectus cognitionis, vel inordinatio affectionis in diuina natura, vel humana, propter quod eius testimonium erat firmum.* Quasi dicat ex defectu fidei procedunt omnia argumenta inualida erronea, & infirma; quia casu negato de diuinitate Christi, & humanis testimoniis vti volentes, neque fides haberet locum, vbi experimenta constarent; neque merita fidelium in attestante proiecta augerentur. Propterea Christus, dixit, neque me scitis, neque Patrem scitis, scientia scilicet, supernaturali & firmiori, quæ est fides nostra

Lyra sua in gloss. Veritatis cognitio ex testimonio & testibus.

Christus Deus & homo perfectè se & nos cognoscit. Fides experimento naturali tolleret meritum.

1404 3. Responsio August. in cath. citati; *Quia enim Deum non intelligitis, & hominem me videtis; ideo vobis arrogans videor; quia ego de me testimonium perhibeo. Omnis enim homo, quando de se perhibere vult laudabile testimonium superbus, & arrogans videtur? Homines enim infirmi sumus, verum dicere, & mentiri possumus, lux mentiri non potest.* Quasi dicat, vos secundum carnem me iudicatis hominem solum; & ideo testimonium meum tenuitis; si vero quod latet cognosceretis per fidem credendo, sciretis quod testimonium neque ex superbia, neque ex arrogantia, sed ex ipsa veritate procedit.

Aug. in cath. Homines superbi se laudant, & ornamenta nobilitatis referunt.

1405 4 Responsio, meo videri, dixit, quando dixerunt, *Tu testimonium de te perhibes, & verum non est*; Quia excusationem quærebant, vt ei non crederent, & dicebant, quomodo possumus tibi credere, neque testimonium tuum verum esse. Si non sunt testes tuæ æternæ generationis, sed vt Hispani dicunt, *Los que mienten han de tener memoria*, Et Pharisæi obliti fuerant testimonij magni. & testis maioris exceptionis Ioannis Baptistæ clamantis, & dicentis; qui post me venit, ante me factus est. Et iterum. *Medius autem vestrum stat* (scilicet Messias) Et iterum: *Cuius ego non sum dignus corrigiam calceamenti soluere.* Et Zacharias Pater Præcursoris non fuit testis verax dicens, quod venit illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis erant. Et omnes Prophetæ idem non prædicabant, & legebant Pharisæi, sed erant rebellis lumini, & nolebant credere quod Christus erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem nam vt nostro vulgari Hispano dicitur: *No se daban*
por entendidos delo que veian, leian
y sabian, que no ay peor sordo
que el queno quie-
re oir

Auct. mens. Mala voluntas facile cõuincitur contra inimicos.

Hisp. loc.

Ioan. Baptista testis maioris exceptionis.

Cãt. Zachar.

Hispana locutio.

DIFFICVLTAS III.

Quare dicitur, vos secundum carnem iudicatis ego non iudico quenquam?

1406 QVæsitum fuit, quare dicitur, quod Christus non iudicat quenquam neque secundum carnem.

1. Responsio Augustini in cath. citata. *Non iudico quenquam, id est, modo, sicut dicit alio in loco, ego non veni, vt iudicem mundum, sed vt saluum faciam mundum.* Quasi dicat, teste Caietano, non dixit non iudicabo, sed non iudico; nam venit in hunc mundum iudicari, & pati, & mori, & sine recto iudicio damnatus.

Aug. citat. in cath. Caietan. in Euang. Christus de præsenti loquitur, cum dixit, ego non iudico.

1407 2. Responsio Chrysostomi in cath. *Sicut secundum carnem viuere male viuere est Ita secundum carnem iudicare, iniustum est.* Quasi dicat, qui per affectus carnis & sanguinis iudicat, neque bene iudicat quia iudicat secundum passionem carnis.

Chrysost. in cath.

1408 3. Responsio Lyrani sua in glossa; *Vos secundum carnem iudicatis, scilicet, per exteriora, ego autem non sic iudico quenquam, sed secundum cor.* Quasi dicat homines in iudicijs etiam approbatis possunt falli; quia caro & homines sunt; Christus autem quia Deus est intuetur corda, & in iudicio suo falli non potest.

Lyra sua in glossa. Homines de exterioribus iudicant.

1409 4. Responsio meo videri. Christus differentiam posuit inter iudicium hominum, & inter iudicium suum: nam probatio fuit manifesta, vos tanquam homines iudicatis fragiles terreni, & fallibiles: ego autem non solum vt homo; sed vt Deus iudico vestra corda modo & in die iudicij iudicabo omnes mortales, & dabo vnicuique secundum opera sua.

Auct. mens. Christus corda iudæorum penetrabat. Apocalip. supra cit.

1410 5. Responsio Iansenij sua in concordia c. 77. *Ego vero si pro meo iudicio, nunc neminem iudicem; quia non veni iudicare sed iudicari; tamen si velim iudicare, non a me solo, sed ab eo qui mecum est iudicium prodiret, & ideo verum.*

Iansen. in concord c. 77. Filius Dei semper cum Patre.

1411 6. Responsio Chrysostomi in cath. *Propter hoc dixit non iudico, quasi non præinmens iudicare, quin si iudicarem iustè, vos condemnarem, sed nunc tempus iudicij non est, sed de futuro iudicio insinuat, quia solus non sum, sed ego & qui misit me Pater, ostendit quod non ipse solus condemnabit, sed & Pater.* Quasi dicat, ne forte recusantes me tanquam partem contrariam dicatis quod meum iudicium non est accipiendum. Ideo Pater, qui in me est vnitate essentiæ consubstantialis, ipse de præsenti condemnaret, si vellet sed in futuro iudicio damnabit.

Chrysost. in cath. Christus non iudicauit vt non condemnaret iudæos. Iudicem hominem recusare iustũ est.

DIFFICVLTAS IV.

Quare dicitur, vbi est Pater tuus?

1412 QVæritur quare Christi genealogiam modo inuestigare præsumunt Pharisæi?

1. Responsio Lyrani sua in glossa. *Quasi dicunt, non est talis ac tantus, quod in hoc sit credendum ei. Credebant enim esse hominem purum filium*

Lyr. sua in gloss.

filium Ioseph. Et ideo de ipso deriforiè quærebant. Quasi dicat murmurantes semper, è vicino rapiunt, quod aptum est ad augendum contemptum;& sic irridebant Iudæi audiendo Christum dicentem, forsitan,& Patrem meum sciretis.? Ac si dicerent, Ioseph Pater tuus, vbi est ligna componens, vel mensam, fenestrã, aut ianuam faciẽs.

Murmurátes de prosapia semper deteriora dicogũt.

1413 2. RESPONSIO August. in cath. citat. *Illi qui audierant à Domino, vos secundum carnem iudicatis, manifestauerunt quod audierũt Patrem Christi, carnaliter enim acceperunt. Vnde dicitur audiuimus te dicere solum non esse, sed ego, & qui misit me Pater; nos solum te videmus, ostende ergo nobis Patrem tuum.* Quasi dicat ex ore tuo te iudicamus, tu dixisti, quia solus non sum, quia Pater tuus tecum est, dic nobis, vbi est, quia te solum videmus.

August. in cath cit.
Munda mũdis & carnalia carnalibus loquendum.

1414 3. RESPONSIO meo videri iam diximos, volebant malitiose eum capere in sermone,& quod publicè protestaret, quod erat filius Dei.

Auct. mens.

1415 4. RESPONSIO Theodor. in cath. cit. *Quidam vero notant hoc prolatum esse à Iudæis quasi ad contumeliam & contemptum, improbabant enim ei tanquam ex fornicatione genito, & proprium genitorem ignoranti, vel tanquam vili existenti eo quod Pater eius putabatur, scilicet Ioseph.* Quasi dicerent ignobilis & ignotus est Pater tuus. Quid frequenter Patrem nobis inducis? Quia ergo, non vt scire volentes, sed vt tentantes quærebant; ad præmissam interrogationem non respondit, quia ad tam enormem, & impudicam cogitationem, & percunctationem non respondere est, quasi vt insolentes relinquere.

Theodor. in cath.
Blasphemia contra puritatem virginis immaculatæ.
Impudici non sunt digni responsione.

1416 5. RESPONSIO Glossæ. *Vbi est Pater tuus? Quasi dicant, te videmus, sed non Patrem tecum. Quibus è contra dicitur, sed nec me scitis; quasi hominem quem videtis, non quod in occulto sum scitis; & ideo nec Patrem scitis; sed si me sciretis, quod est prius me cognoscite, & sic Patrem sciretis, quia vnum sumus.* Quasi dicat, si me sciretis, cognosceretis vtique quia prioritate originis, Pater prius est filio, sed essentialiter vnum sumus.

Gloss. ord.
Pater æternus prioritate originis prior filio.

DIFFICVLTAS V.

Quare dicitur hæc loquutus est Iesus in Gazophilacio, docens in templo, & nemo apprehendit eum?

1417 QVæsitum fuit, ad quid Euágelista narrauit, quod in Gazophilacio hæc Christus dixit?

1. RESPONSIO Lyræ sua in glossa; *Quia gazophilacium erat locus in quo ponebantur oblationes pro ædificiis templi. Hoc autem addit Euangelista ad ostendendum quod Iesus, tunc erat in loco, vbi poterat faciliter capi ab eis, qui quærebant eum occidere, nisi fuissent regressi diuina virtute. Ideo sequitur, & nemo eum apprehendit, quia nondum venerat hora eius, id est, ab eo ordinata, quia quando voluit, captus est, & non ante.* Quasi dicat gazophilacium erat in publico, & manifestiori loco templi, vt modo in Ecclesiis Cathedralibus vritur, vbi el arca de la fabrica del templo sita est in medio Ecclesiæ, vt plures eleemosinæ congregentur, & ibi docebat Christus, quando quærebant eum ad occidendum & nemo ausus est loqui, neque bonum, neque malum.

Lyr. sua in gloss.
Gazophilacium idem quod arca fabricarum.
Christus vt leo neminem trepidat.

2. RESPONSIO interlinealis in gloss. *Magna confidentia intrepidis verbis, verba diuinitatis coram inimicis aperte loquitur, vt decet.* Quasi dicat, qui verus est Christi sectator diuinitatem eius contra hæreticos debet intrepide prædicare; quia ad gloriam, & honorem Dei ita decet, vt concionatores sine timore coram Regibus & peccatoribus veritates dicere; quia Deus sua prouidentia, & omnipotentia protegit eos. 1418

Interl. in gl.
Intrepidè cõtra hæreticos & peccatores prædicãdum.

3. RESPONSIO Bedæ in cath. cit. *In gazophilacio Christus loquitur, quoniam in parabolis ad Iudæos verba proferebat; tunc autem quasi gazophilacio aperire capit, quando Discipulis suis cælestia reserauit; Ideo gazophilacio in templo inhærebat; quia quæ lex & Propheta figuraliter prædicauerant, ad Dominum pertinebant.* Quasi dicat, quia tempus mortis Iesu appropinquabat, & vt Hispani dicunt, *A quel es tiempo de hablar claro.* Ideo Mysteria suæ diuinitatis apertè coram amicis, & inimicis loquitur; quia iam erat tempus, vt tot, tantaque à Prophetis oracula Prophetata de sua sacrosancta passione aperiret, & de sacro ærario diuini pectoris omnes ditaret. 1419

Bed. in cath.
Christi pectus ærarium sacramẽtorum.
Hispana loquutio.
In Hora mortis clare loquitur homo.

4. RESPONSIO Ruperti in Ioan. 8. *Et nemo inquit apprehendit eum. Quare quia necdum venerat hora eius, non ergo furiosi vlla ratione mitigati fuerant animi, sed tenebat ipse nutu suo impotentem illorum malitiam qui potestatem habebat tempore vel hora quam sibi ipsi præfixerat ponendi animam suam, & iterum sumendi eam.* Quasi dicat, quo magis furiosi inimici ardore iræ contra Christum vrebantur, eo à diuina potentia plus detinebantur, neque eum videre, aut loqui vel mussitare ausi sunt. Vsquequo dixit eis, *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum,* quia tunc hora Christi adimplebatur. 1420

Rupert. in Ioan. 8.
Impetus inimicorum reprimere diuina potestatis est.
Hora Dæmoniorum passio Christi.

TRACTATVS TRIGESIMVS SEXTVS,

Ad mores, *In cap. 8. Ioannis de Christo testimonium de se perhibente*?

DIFFICVLTAS VI.

Quare dicitur, quod iterum loquutus est Iesus dicens, ego sum lux mundi?

1411 Q Væsitum fuit, quare post absolutionem adulteræ, Christus dixit, ego sum lux mundi?

Alcuin. in litt. citat.
Defensor Deus suorum inclitus.

1. Responsio fuit Alcuini in litter. citati; *Quia mulierem, quam absoluit à crimine increpabant, quod Christus potestatem non habebat dimittendi peccata, dignatus est apertius suam potestatem demonstrare.* Quasi dicat, impij semper malis assueti, & omnes detrahere cupientes, ipsa Dei opera peruertere conantur, & in mirabilibus ab ipso operatis linguis suis dolosè tractant. Vnde Oleast. interrogat quare Num. 12. iuxta trans. Pagn. dicitur, *Cur non timuistis loqui contra seruum meum Moysem? Et respondet; timendum valde est sanctis, & seruis Dei detrahere, quibus detractionibus sic occurrere solet Deus; quod si qui detrahunt timere Deum vindicem debent. Quid facient, qui non solum detrahunt, sed torquent, & male tractant. Tacet Moyses & Dominus eius agit vices & dicit, cur non timuisti loqui contra seruum meum Moysem.* Quasi dicat causas amicorum suorum Deus defendit, etiam si ipsi patienter taceant, & sufferant. Sic Magdalena cum à sorore accusaretur, non respondit, sed causam Domino commisit, qui pro ea tacente respondit. Et hodie adultera absoluta à Christo, & à Pharisæis redarguta ipsa tacente, à Domino defenditur; quia expectauit, vt iterum in sermone adessent Pharisæi, & tunc dixit; *Si ego sum* Lux mundi, quomodò tenebras peccatorum, & adulteræ dimittere non possum?

Oleast. in Numer. 12. trãs. Pagn.
Opprobriati & persequuti Religiosi Christum defensorem habent.
Luc. cap. cit.

1412 Hinc interrogat Ambrosius, quare Ps. 35. n. 8. dicitur, *Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt*, Vel vt Symachus legit. *Sub vmbra alarum tuarum sine solicitudine degunt?* Et respondit; *Quia qui in protectione Dei sunt ab ipso sine vlla creaturæ defensione defenduntur.* Ideo S. Hieronymus vbi vulgata Psal. 117. n. 6. legit. *Dominus mihi adiutor non timebo, quid faciat mihi homo*, Dicit, quod in Hebræo *Dominus mihi, vel Dominus mecum.* Et addit: quod dictio Hebræa *Radah, significat extendere, vel obuelare.* Et erit sensus; quia Deus Dominus seruorum suorum est, ideo debet eos obtegere, defendere, & protegendo defendere.

S. Ambros. in Ps. 35. n. 8. Trans. Symach.
Protector suorũ Deus.
Hieronym. in Ps. 117. n. 6.
Hebraismus dictio Radah, idem quod extendere vel obuelare.

1423 Ideo Agellius explicans Psal. 117. num. 7. *Dominus mihi adiutor & ego despiciam inimicos meos* ait *Domino pro me pugnante aspiciam vltionem inimicorum meorum sub illius protectione tutus, nihilque laborans, non pugnator, sed tanquam in theatro spectator cladis inimicorum meorum ero.* Quasi dicat Deus ita suos seruos defendit, vt sine labore, sed ipsis inspicientibus seruis Christus propugnator existat. Ideo vbi vulgata legit, Psalm. 90. *Verumtamen oculis considerabis, & retributionem peccatorum videbis.* Septuaginta legerunt, *Dominus mihi in adiutoribus meis.* Quasi dicant, non solum Dominus adiutor inter adiutores meos est; sed hic vnus vice omnium adiutorum mihi est. Quia non tantum defendit adulteram, sed eam ab omni labore & inquietudine Pharisæorum liberauit, probando quod erat lux vera, quæ venerat ad illuminandos peccatores, miseros imbecilles, & sine adiutorio, vt erat illa muliercula. Ideo Augustinus in Psalm. 90. ait: *Si gallina protegit pullos suos sub alis suis; quanto magis sub alis Dei tutus eris, & aduersus Diabolum, & Angelos eius quæ aereæ potestates tanquam accipitres circumuolitant, vt infirmum pullum auferant.* Quasi dicat; ideo dixit Euangelista Ioann. 8. *Quod iterum loquutus est Dominus ad Pharisæos, quia confusi vnus post vnum exierunt de templo, & plus irritati* molestabant illam dicendo quod Christus non poterat dimittere peccata, & miseram tanquam accipitres circumuolitando affligebant; sed Christus iterum in templo expectauit eos, & dixit, *Ego sum lux mundi.* Et tanquam aues nocturnæ ceciderunt, stupefacti & timuissent, & solum respondentes dixerunt, tu testimonium de te ipso perhibes.

Agellius in Ps. 117. n. 7.
Deus solus sufficit pro tutela iustorũ
Ps. 90. Trans. 70.
Christus lux quia tenebras peccatorum illuminat.
August. in Ps. 90.
Inimici accipitres contra panperculas.
Ioan. 8.
Christus Damones accipitres expellit.

1424 3. Responsio fuit Lyrani sua in glossa citat. in litt. *Christus est sol, non materialis iste, vt Manichæi dicebant; sed quia ipse illuminat omnem operationem intellectus, ad quem pertinet illustrare, & proponere voluntati res spirituales.* Quemadmodum nemo est, qui à calore, & luce solis se abscondat; ita nulla actio intellectus nostri ad bonum dirigitur sine illustratione lucis gratiæ diuinæ; neque vnum tramitem rationo

Lyranus in litt. cit.
Error Manichæorum refutatur.

intelle

Actiones speculatiua intellectus à Deo illustrantur. Oleast. in Num. 13. Trãs. Pagn.

intellectus prætermitteret nisi luce illustrationis diuinæ præueniretur. Hinc interrogat Oleaster, quare Num. 13. *Ecce vt benedicerem acceps; & non retraham?* Sic Pagninos. Et respondit. *Quia seruiunt inuiti impy bonis; quia à Domino coguntur ad hoc, cupiebat Baalam populo Domini maledicere, sed non permittebat eum Deus, imo cogebat eum benedicere ei.* Quasi dicat, Dei muneris est in fauorem amicorum suorum non solum illustrare intellectiones illorum, quia lux est, sed conturbare cogitationes inimicorum, & phantasmata, speciesque euertere, & in contrarium mutare, vt radij solis, qui vapores terræ excitare solent, & tenebrescere.

1425 Vnde Philo lib. de sacrificio Abel & Caio. *Anima oculus nullam virtutis actionem potest attrectare, nisi à luce diuina adiutus.* Et Sanctus Thomas explicans cap. 36. Iob. n. 32. *In manibus abscondit lucem, & facit vt præcipit ei, vt rursus adueniat* ait; *per opera virtutis suæ, quandoque lux solis, & stellarum nubibus occultentur; quia hæc occultatio non est perpetua, sed ad tempus: præcipit, vt rursus adueniat decedentibus nubibus.* Quasi dicat, quotiescumque nubes, id est, obices separantur ab anima, tunc radij solis & lucis, cor refulgens relinquunt, quia in manibus suis abscondit lucem, & quandocumque creator lucis præcipit intellectum, illustrari obedientes actiones, & operationes bonis cogitationibus illuminantur. Ideo Ps. 77. num. 72. dicitur, *Et pauit eos in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.* Quasi dicat, cum per opera virtutis anima crescit & augetur in via perfectionis tunc intellectus pascua inuenit, & perfectionibus repletur. Et Gregorius explicans cap. 12. Lucæ, *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris,* ait *hom. 13. in Euang. lucernas ardentes in manibus tenemus, cum per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus.* Quasi dicat nostro Hispano sermone: *Lamedra de la laber se conoçe en lo primoroso de las manos.* Et tunc operationes intellectus nostri illuminatæ à Deo ostenduntur cum in omni operatione, & occasione à Christo defenduntur, vt Christus fecit iterum expectando Pharisæos, qui increpabant adulteram ab eo illustratam, & dixit eis, ego sum lux mundi; potestis vos prohibere solem, vt tenebras non expellat, neque me multo minus, vt peccata non dimittam, vt Lyranus adnotauit.

Philo lib. de sacrific. Abel & Cain. *Oculi animæ lux gratiæ.* S. Thom. in Iob. 36. n. 32. *Actiones intellectus à luce gratiæ illustrantur.* Ps. 77. n. 72. *Pascua intellectus via perfectionis.* Greg. hom. 13. in Euãg. Lucæ 12. Hispana locutio. *Lucem nemo impedire potest.* Lyra. citatus.

DIFFICVLTAS VII.

Quare dicitur Tu testimonium de te ipso perhibes & testimonium tuum non est verum?

1426 QVæsitum fuit, quare testimonium, quod homo de se dat nihil valet?

2. RESPONSIO fuit Lyræ in litt. citati. *Quia homo inordinatè afficitur ad seipsum; Deus autem perfectè se & alios cognoscit.* Quasi dicat, quia homo vanitati similis factus est, & se suaque

Lyran. in litt. citat. *Homo inordinatè se cognoscit.*

Franc. de Rojas in Euang. Tom. III.

ita diligit, vt multoties obliuiscatur beneficiorum Dei; ideo testes contra eum tanquam ingratum Deus instaurat. Vnde interrogat Oleaster, quare Exod. 27. dicitur, *Elige tecum è senioribus Israel?* Et respondet: *Admonui frequenter Deum ob nostram summam ingratitudinem, & obliuionem beneficiorum in nos collatorum suorum munerum testes adhibuisse.* Et addit. *Hinc etiam arbitror Prophetas nonnunquam cælum & terram in testimonium vocare, vt si ingrati admonitiones negarent, hæc inanimata sibi facta attestentur: quæ & si muta nobis perpetuo sint; Deo tamen aduersus nos expedite loquuntur, cum examinentur.* Quasi dicat ingratorum talis est conditio, quod parietes & lapides testes contra illos clamabunt, quia & ipsi Deo beneficia negabunt ingrati. Vnde Iosue 24. scriptum est: *Ecce lapis iste erit vobis in testimonium, quia ipse audiuit, omnia eloquia Deo qui locutus est vobiscum, & erit contra vos in testimonium, ne fortè negetis.* Ergo bene Lyranus dixit, quod homo inordinatè afficitur ad seipsum; Deus autem perfectè se & alios cognoscit; ideo testimonium suum verum est; hominis autem ingrati, semper mendax.

Testes contra ingrates Deus instaurat. Oleast. in Exod. 27. Trans. Pagn. *Cælum & terra testes contra ingratos.* *Deo ipsi beneficio negant ingrati.* Iosue 24. *Contra ingratos lapides clamabant.*

Vel aliter quod homo inordinatè afficitur ad seipsum quia ministri & Pharisæi ita immemores sunt beneficiorum, quod testes quotidie renouare necesse sit, quia de receptis muneribus, quæ testes verissimi sunt statim obliuiscuntur. Hinc nostro Hispano sermone dicitur, quod ambitiosi debent esse, *Como la gotera siempre dando y mas dando,* Quia ingrati ministri sunt immemores beneficiorum, & memores iniuriarum & si paruissimum obsequium præstiterunt retributionem sine mensura petunt, vt Petro, & Discipulis rudibus, & ambitionis peste vulneratis accidit, qui eo quod Christo suo Magistro dixerunt; *Ecce reliquimus omnia, quid ergo dabis nobis,* vt multi legunt, & mirum quia rerè repetiatum reliquerant; Christus autem qui se, & nos cognoscit, non indiget testibus ad gratitudinem; immo immemor est iniuriarum, & ob amorem summum beneficiorum, quæ hominibus operatus est. Vnde Discipulis iter agentibus, & narrantibus beneficia, quæ pro hominibus Hierosolymis operatus erat, Respondit; quæ quia nobiles Principes benefactores, vt Hispani dicunt *No Zabieren los beneficios, ni los recebidos oluidan,* Sicut homines ingrati, de quibus dicit Lyranus, quod inordinatè afficiuntur, & ideo testimonium eorum non est verum; Christus vero, qui omnia in suo esse cognoscit melius quam nos ipsi, cognoscit nos & se non indiget testibus, & per consequens testimonium suum verissimum est. 1427

Ministri, & potentes beneficiorum immemores. Hisp. loc. *Impij memores iniuria minime vt absoluant se à beneficiis receptis.* Matt. c. cit. Trans. alia. *Christus immemor beneficiorum ab ipso factorum memor ministrorum.* Lucæ cap. ... *Improperare beneficia vulgaris hominis est.*

3. RESPONSIO Augustini in litt. citati; *Quia quando de se homo laudabile testimonium perhibet arrogans videtur.* Quasi dicat singularis homo est, qui non laudibus delectatur, sed cum hac differentia, quod laudes ex ore proprio vilescunt, ex alieno eu..escunt. Vnde interrogat Oleaster, quare Genes. 11. dicitur; *Quod illi homines superbi Gigantes dixerunt, faciamus turrim* 1428

Aug. in litt. *Laudes in ore proprio vilescunt.* Oleast. in Genes. 11.

Trāſl. Pagn.

cuius cacumen cælum pertingat, & celebremus nomen noſtrum, vel vt Pagninus legit, *Faciamus nobis nomen*. Et reſpondet: *Quia initio mundi dilexerunt homines vanitates, & laudes deſiderantes ſtulti, & vani facti ſunt.* Quaſi dicat, *ſtulti qui ſe ipſos laudant vani qui alienis laudibus nutriuntur.* Et addit Oleaſter. *Conſidera quid Deut. 10. dicitur Ipſe eſt* (id eſt Deus) *laus tua, & conſule hominum ſocordiam qui omnia ſua iactant qui habent diuitias de eis ſuperbiunt, qui bonas artes, aut mores, hæc frequenter enumerant.* Quaſi dicat, qui vix limina ſacræ ſcripturæ perlegit, aut Theologiam curſitando volauit, & præeminentem locum eſt conſequutus, *quia enflatur*: & qui ex vili ſcoria Reipublicæ natus eſt, quia conſanguineum aliquem (lucri cauſa) nobilitatis actum, vel habitum acquiſiuit, ſemper clamitat, *ſua vilitatis oblitus.* Et concludit Oleaſt. *Nemo tamen aut rarus eſt, qui ſe iactet de bono Deo, Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt; ego autem dico Beatum populum, cuius Dominus Deus eius.* Quaſi dicat, ſicut te laudas de rebus vanis, & multoties mendaciloſis, & vt ſuperbus, vel ſtultus cognoſceris, non iactares te de Domino Deo tuo dicens, non eſt alia natio, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſolus Deus noſter, & tunc à Deo tuo laudatus maneres; quoniam humilia reſpicit in cælo, & in terra, & cognoſcit nos verius & melius quam nos, & teſtimonium ſuum veriſſimum eſt, vt adnotauit Auguſtinus.

Vana laudes vanas quærit ſtulti ſeipſos laudant.

Oleaſt. in Deut. 10.

Conſanguinei omnes ſe laudant.

Scoria mundi plus laudatur.

Rana eorum ſors non clamiant neque ignobiles eorū nobilibus.

1429 Hinc Bernard. in alleg. Galfridi explicans cap. 25. Prouerb. *Mel inueniſti? comede quod ſufficit tibi, noli multum comedere ne forte ſatiatus euomas illud*, ait *Poteſt hoc in hoc loco mellis nomine fauor humanæ laudis intelligi, meritoque non ab omni, ſed ab immoderato mellis huius edulio prohibemur; eſt enim cum vtilitate, quando humanas laudes recipimus fraternæ dumtaxat charitatis intuitu, & ad ſalutem eorum, qui nobis propterea facilius acquieſcunt.* Quaſi dicat, hac parcitate ſeruata mellis laudis moderata comeſtio non nocebit, inuento autem melle immoderatius veſcitur, quiſquis omnino apponens cor ſuum fauore humanæ laudis inflatur & talis vel arrogantiæ, vel ſtultitiæ humore repletur: arrogantiæ, quia pro laudibus ab ore alieno prolatis anhelat: ſtultus, ſi ipſemet laudat ſe, de quo prudenter dictum eſt, quia teſtimonium ſuum, vanum & ſtultum eſt. Et concludit Bernardus citatus. *Vis autem noſcere quando euomat immoderatius epulo mellis edulium, quod vſque ad ſatietatem ſumens modum parcitatis excedit. Tunc ſine dubio cum fauore ipſo conſentius humano non alium fructum quærens. Tunc inquam multa anxietate euomit, quod cum pernicioſa delectatione comedit, cum alium quemlibet laudari audiens contabeſcit, mens enim dedita vanitati, & arrogantiam timens, laudem alterius ſuam reputat vituperationem.* Quid elegantius dici poteſt ad cognitionem teſtimonij veritatis, & quomodo vera vel falſa ſunt teſtimonia laudis propriæ; ſi enim in ſalutem animarum aliquis laudatur, & ipſe de fructu verbi diuini delectatur non eſt vituperabile: immò in Deo nimis laudabile: ſi vero laudibus quiſque propriis contentus ſit pro mercede laborum ſuorum, ſtultus & ſuperbus eſt, & omni vituperio digniſſimus. Et ideò pro præmio ſuæ ſuperbiæ, & inſipientiæ datur illi remorſus conſcientiæ, & dolor cordis cum audit laudibus, & exagerationibus proximos ſuos extolli, & laudari, de quibus ſcriptum eſt, *quod ſunt muſcæ morientes, quæ perdunt ſuauitatem odoris*; quia laudibus alienis torquetur, & ſuffocatur, nam teſtimonium, quod contra cæteros dat vituperando, & improperando cæteris verum non eſt; quia in ſe refundunt cuius laudes in ore proprio vileſcunt, & euaneſcunt, vt Auguſtinus adnotauit.

Ber. in alleg. Galfr. in Prou. 25.

Laudes ſimiles melli & quare.

Laudes propter ſalutem animarum optima.

Bern. cit.

Propriè laudes in præmiū laboris peſſime.

Supplicium ſuperbi vitiorū laudi ſunt alienis.

Muſcis ſimiles qui laudes proprias quærunt.

Auguſt. cit.

DIFFICVLTAS VIII.

Quare dicitur vos ſecundum carnem iudicatis, ego non iudicio quempiam?

QVæſitum fuit, quare dicitur, quod Chriſtus non iudicat quenquam? 1430

1. Responsio fuit Chryſoſtomi in litt. citati, *Quia ſicut ſecundum carnem viuere, male viuere eſt: ita ſecundum carnem iudicare iniuſtum eſt.* Quaſi dicat, ad iudicium temerarium impij homines procliues ſunt. Vnde interrogat Oleaſt. quare Leuit. 13. dicitur: *Non mutauit plaga oculum ſuum* (ſic eſt in Hebræo) Et reſpondet, *Quod Hebræi vtuntur ſæpius in communi ſermone potentia pro obiecto, vt viſu pro re viſa, oculo pro re quæ oculo videtur. Et erit ſenſus, oculus cum plagam lepreſi videris, non mutabis oculum tuum, id eſt, non iudicabis hominem plaga lepra plenum eſſe, vbi tantum color, & apparentia lepræ eſt.* Quaſi dicat: ſunt homines ita impij in iudicando fratres ſuos, quod viſus potentia pro re viſa vtantur, & quod oculus malè videt, vel imaginauit potentia ſui intellectus pro re viſa, & euidenti iudicat, & condemnat: & quod peius eſt; quod reſtificatur, & hoc eſt iudicare ſecundum carnem, & male iudicare dicitur; & hoc modo Chriſtus non iudicat quenquam, ſed Phariſæi de Chriſto ſic iudicabant.

Chryſoſt. in litt. cit.

Viuere ſecundum carnem & ſuperbe malum eſt.

Oleaſt. in Leuit. 13.

Trāſl. Hebr.

Potentiam pro obiecto Hebræi legūt. Impij quod imaginantur pro facto publicant.

1431 Hinc Galfrid. in ſuis alleg. in Lucam 15. Exclamat contra temerariè iudicantes: *Hæc humanæ peruerſitas cordis: accuſant Dominum Phariſæi, quod recipiat peccatores, & eo vſque propria peccata diſſimulant, vt non modo exagerent aliena, ſed & Chriſtum de eis inſimulent, quem de ſuo nemo arguere præſumit.* Quaſi dicat, talis eſt temerarij iudicij malitia, quod non ſolum peccatores condemnat, ſed impeccabilem Chriſtum diſſimulare murmurat. Et addit Galfridus: *Quid autem dicerent ipſi ſi repelleret peccatores; nunquid non ſuperbum dicerent, & crudelem? Sed inter hoc conſideremus attentius, quam ſit prona ad iudicandum alios prauitas cordis humani, & hæc nobis conſideratio geminum quendam fructum pariat ſalutem, vt & vitium caueamus, quodammodo germinum, & alienis iudiciis non plurimum moueamur.* Quaſi dicat, vanus eſt labor hominum quærere gratiam quæ nec multum conferat, nec facile valeat obtineri; quia ſalubrius, & facilius eſt Deo placere quam homini

Galfr. in alleg. in Luc. 15.

Temeraria iudicia fugienda.

Murmuratio contra Prælatos peruerſa eſt.

Galfr. cit.

hominibus, hoc est, iudicia temeraria noo fugere, vt homioibus placeamos, perniciosa res est, qoia Deo placere, durat, lætificat, & cor quietum causat. Et concludit Galfrid. *Ille enim non fallitur coniecturis, & suspicione non iudicat; occasiones improbas non exquirit accusandi materiam non scrutatur. Ideo hodie dicit Pharisæis, ego non iudico quenquam.* Quasi dicat, temerario iudicio sicut vos qui secundum carnem iudicatis, vt Chrysostomus ait.

Galfrid.cit.

4. Responsio fuit Chrysostomi in litt.cit. *Non præsumo iudicare, quia si modo iudicarem vos condemnarem.* Quasi dicat, nulla maior misericordia, quam iostitiæ rigorem contra peccata enormia non exercere, sed pondere pietatis expectare peccatores vsque ad tempus pænitentiæ. Vnde interrogat Oleaster, quare Laban iratus cum Iacob. & vxorem eius innenit dixit Genes.32. *Fortitudo in manu mea ad faciendum vobiscum malum?* Sic legit Pagninus. Et respondet. *Hoc interest inter bonos, & malos in bonis & malis faciendis, quod bonis satis est posse nocere; non nocent tamen; boni vero in bonis posse bene agere; satis esse non putant, nisi facultatem benefaciendi opere adimpleant.* Et addit Oleaster, *Impij vero bona posse facere volunt, sed non faciunt, mala vero exequuntur, nec potentia contenti sunt, de bono enim diuite scriptum habes, quod potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala, & non fecit.* Quasi dicat, à Deo, à quo dona cuncta procedunt, participant pij viri non mala malis facere, sed patienter sustinere, vt de Christo discere possumus, qui iudicare, & damnare poterat Pharisæos, & simulans ait, ego modo non iudico quenquam.

Chrysost.
1432
Chrysost. in
Misericordia Domini, quia non sumus consumpti.
Oleast.in Genes.32. transl. Pagn.
Impij renuunt semper bona facere.

Hinc Bernardus in alleg. Galfrid. citat. ad cap.23. Lucæ ait: *Misericordia Domini multa.*
1433 Et addit. *Vincent ne miseria misericordias, an misericordia miserias superabunt? vincunt misericordia antiqua Domine, vincat sapientia malitiam magna Pharisæorum, & peccatorum iniquitas; sed nunquid mater pietas tua Domine multum per omnem modum. Nunquid redditur, inquit Propheta pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ? Planè foderunt impatientia foueam occasiones indignationis plurimas ministrantes. Sed quid eorum foueam ad abyssum mansuetudinis tuæ.* Quasi dicat retribuentes mala pro bonis, & opprobria pro patientia foueam fodiebant; sed charitas non irritatur, non præcipitatur, non excidit, non in foueam ruit, neque potest Pharisæos iudicare, & damnare, iudicat, aut condemnat, sed simulat quia expectat Dominus, vt misereatur nostri. Et concludit Bernardus: *O quàm multus est Domine ad ignoscendum, ô quam longe sunt cogitationes Dei à cogitationibus hominum. O Iudas bene scriptum est Ps.54. num.12. Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula: Pharisæi vos lapides estis, sed lapidem percutitis molliorem de quo resonat tinnitus pietatis, & ebullit oleum charitatis.* Ego non iudico quenquam, quia si vos iudicarem; quasi vos iudicarem, vos condemnarem, vt Augustinus insinuauit.

Ber.in alleg. Galfrid.in litt.23.
Misericordia Dei miserias nostras superans.
Impatientia fouea præcipitans.
S.Bern.citat.
Ps.54.n.12.
Impij lapis vbi pietas Dei nititur

***

DIFFICVLTAS IX.

Quare Pharisæi Christo dixerunt, vbi est Pater tuus?

QVæsitum fuit quare Genealogiam Christi inuestigare Pharisæi modo conantur? 1434

1. Responsio fuit Lyrani in litt.cit. Quasi dicant omnes vnanimiter, *Non est talis, ac tantus quod in hoc sit credendum ei; credebant enim esse filium Ioseph, & Mariæ,* Id est, omnes conuenerunt in vnam cogitationem, & prolationem verborum dicentium, vbi est Pater tuus? Sic enim est, vt murmurantes superbi semper conueniunt contra iustum. Vnde interrogat Oleast. quare filiæ Laban Patri suo dixerunt Genes.32. *Nunquid non extraneæ reputatæ sumus?* Sic legit Pagnious. Et respondet: *Commune malum est murmurantium, vt non iuuemant, qui impediant, sed qui iuuent. Detraxerat Iacob Laban, mentitumque asseruit, mercedemque suam decem vicibus mutasse, & filiæ quæ debuerant Patrem excusare apud virum accusant, & maiora mala quam audierit detegunt, & aduersus Patrem causam viri veluti suam tuentur.* Quasi dicat, semper consanguinei, conciues & condiscipuli aduersus æmulatum conueniunt, & vnus alteri coniungitur, & nequaquam adinuicem separantur murmurantes, & dicentes, quis est; & vbi est Pater tuus & quare sic te exaltas super omnes. Ideo Sap.10. num.5. dicitur, *Consensus nequitiæ, cum se nationes contulissent.* Vbi codex Regius legit, *Consensus superbiæ,* quia ad faciendum aliquod facinus, etiam reluctantes inter se conueniunt; quia Prouerb. 13. num.10. dicitur. *Inter superbos semper iurgia.* Sed Ps.2. dicitur, *Quod iniqui aduersus Deum conuenerunt in vnum.* Et Iob cap... dicitur, *Adinuicem complectuntur impij, & nequaquam ad inuicem separantur.* Et Titus Liuius dixit, *Imperij vires in consensu obedientium sunt:* Quia coniuratio, & vnitas iniquorum fortissima est, & conturbans regna, & Tyrannos generans, & aduersus iustum murmurantes semper vnanimiter copulantur, vt videre est, quod Pharisæi, & Iudæi aliàs diuisi, & separati vna voce, & vnanimi consensu, & cogitatione respondent Christo, vbi est Pater tuus.

Lyra in litt. citat.
Murmuratores coniunguntur etiam si aliàs inimici sint.
Oleast.in Gen.32. trãsl.Pagn.
Filiæ contra Parentes murmurant.
Sap.10.n.5.
Trãsl.Regia.
Prou.13 n.10.
Inter superbos non est pax.
Iob.cit.
Titus Liuius.

Ideo Radulphus cit. in alleg. Galfrid. super cap.19. Leuit. *Criminator, & susurro non sit in populo* ait: *Criminator dici potest qui alieno delectatur improperio. Vel ille qui ignorans rem libenter crimina proximis imponit.* Quasi dicat, criminator est, qui cum notitia confusa prosapiæ alicuius plane auditum dat, & delectatur improperio maculatæ originis, vel qui delectatur aliquo improperio: nam multi sunt qui conuersationibus murmurantium libenter congregantur, & defectus omnium summa complacentia audiunt, de quibus dicitur in Hispania, *Sine bebe &c.* Et addit citatus Radulphus; *Cum enim scriptum est, iustus in principio accusator est sui: manifestum est, quod odiosum sit, vt quis vitiorum suorum negligens alienæ felicitatis inquirat, aguita insultando proferat: ea etiam, quæ sibi non elucent, tanquam*

1435
Radulphus in alleg.cap 19. Leu.
Criminatores malè iudicant.
Hisp.loc.
Radulph.cit.
Prou.18.n.17.

Luce clarior a res & d fe. ctus scire antequã credãtur. *quam iam probata sint criminandi voluptate vera esse decernat.* Quasi dicat: ex Congregatione & consilio impiorum murmurantium alij sunt criminatores, qui ea quæ non elucent, sed iocose dicta sunt tanquam verissima, & probata proclamant, non minuendo, sed addendo & criminando, & cum immemores sint progeniei suæ ex scoria, & vili Reipublicæ origine, memores aliorum sunt criminando defectus minimos à quarta generatione prouenientes, semperque soliciti dicentes cum Pharisæis, *Vbi est Pater tuus*, Inscij forsan ipsi, vbi sit Pater eorum. Ideo Hispani dicunt, *el que tiene el taxado de vidro notire el de su vicino*, nisi forte tales murmuratores consortes sint in consolatione cum clamoribus infernorum, *Solatium est miseris socios habere penantes.*

Vilieres Reipublicæ de progeniali prosapia inquisitores.

Consolatio infernorum habere socios panantes.

1436 Radulp. cit. Et addit Radulphus citatus: *Susurrones etiam sunt qui in faciem blãdè mala latenter aliis insusurrant, de quibus Salomon serpens in silentio nihil eo minus habet, qui detrahit, de quibus Apostolus ait, detractores Deo odibiles.* Quasi dicat aliud genus detractorum est, perniciosissimum quidem eorum qui cum duplici facie hominibus conuersantur, loquendo quidem in facie blandè, & suauiter, & in abscondito susurrantes lethaliter, & isti venenosi, & serpentini sunt, quod Hispani *Hombres de dos caras* vocant, de quorum numero, quasi dignissimos facit ista Pharisæorum interrogatio prima luce quasi desiderando credere in Christum, & in Patrem eius, propter quod interrogando dicebant; vbi est Pater tuus, sed reuera ipsum in cordibus contemnendo, tanquam filium fabri Ioseph, & Mariæ sanctissimæ, vt adnotauit Lyranus.

Detractores in occulto serpentes venenosi.

Hispana locutio *Hombres de dos caras.*

Cauillose loquentes Pharisæis similes.

1437 S. Aug. in litt. cit. 1. Responsio fuit Augustini in litt. citati: *Ex ore tuo te iudicamus, tu dixisti, quod non eras solus, sed cum Patre, vbi est ergo Pater tuus?* Quasi dicat, sicut serui impij inimici domestici, qui nihil aliud faciunt, nisi expectare, vt aperiaturos, & dominorum suorum vt capiant eos in sermonibus, & insusurrando noceant illis, ita Pharisæi hodie. Vnde interrogat Oleast. quare Magus Propheta Balaam dixit Regi Balac: *asculta verba viri non vir Deo, & mentietur.* Sic legit Pagninus? Et respondit, quod in Hebræo dictio *Adai*, quam omnes hic vertunt *verba*, non propriè videtur verba significare, sed personam. Et erit sensus; *non ascultes ad verba, sed ad me*, id est, *ad meam personam.* Quasi dicat; noli expectare quando os adaperiam, vt capias me in sermonibus, sed attende ad personam; quia non est vir Dei & mentietur, id est, attende ad intentionem Prophetæ; quia vir Dei non potest mentiri. Et addit Oleast. *Arbitrantur impij Deum sententiam eorum in melius mutaturum; ipse vero semper in ea perueniet, & ea semper in deterius mutat, post quam viderit eos à malis non resipiscere, & quia eum mitiorem expectant, seuerum experiuntur.* Quasi dicat Pharisæis, quid cauillose, malitioséque expectatis vt adaperiat Christus os suum, & dicat quod Pater suus est ipse Deus æternus, & sibi consubstantialis, vt accusatis eum, quia filium Dei se fecit: nam si propter hoc à malis, & perfidia resipiscere velletis, ipse blande, & suauiter vobis responderet; sed quia capere vultis eum in sermonibus, ideo aspere dixit; neque me scitis, neque Patrem meum noscitis.

Domestici serui inimici inexcusabiles.

Oleast. in Numer. 23.

Dictio Adai idem quod persona.

Verba cadere fal a intentione actio e?. Oleast. cit.

Hinc Origenes Hom. 3. in Numer. *Scriptum est de manna, quia secundum tempus illud; si quis ita sumpsisset nutriretur ex eo, si quis vero contra præceptum Dei voluisset assumere, non frueretur eo, vt vitali cibo, sed vermes ebullirent ex eo; & ita fiebat, vt vna, atque eadem species mannæ alijs vermes, & putredines generaret; alijs vero salubrem cibum conferret, & vita necessarium.* Quasi dicat, hoc idem contigit expectantibus verba, quæ procedunt, ex ore alicuius recta, & sana intentione prolata quod cauillosi impij in vermes conuertunt intra cor, quia non vt Christus præcepit ea audiunt, simplicitate scilicet Columbæ, iustis vero in manna dulcissimum transformatur vt Pharisæis contigit, quia audientes verba Christi dicentis, *Ego solus non sum*, collegerunt, quod cum Patre æterno esse, sicuti in rei veritate, ita est, sed deprauata intentione interrogarunt, vbi est pater tuus, vt Ioseph & Matrem eius contemnerent? nos autem hæc audientes lætificamur, & dulcedine repleti, dicimus. *Beatus venter, qui te portauit, & vbera quæ suxisti.* Et sponsum sanctissimum Ioseph, laudamus, tanquam Patrem putatiuum minissimum, & Pedagogum filij Genitricis Dei Mariæ, vt Augustinus insinuat.

1438 Orig. hom. 3 in Numer.

Verba sicut manna recipiuntur malis vt vermes bonis vt mel.

Ioan. 9. *Malitiosi verba transmutant.*

Ioseph. Pedagogus & pater S. B. Mariæ. Luc. cp. 11. Aug. cit.

DIFFICVLTAS X.

Quare dicitur quod Iesus loquutus est verba hæc in gazophilacio, & quod nemo eum apprehendit?

1439 Lyr. in litt. citat. QVæsitum fuit, quare Euangelista narrat, quod in Gazophilacio Christus hæc dixit? 1. Responsio fuit Lyrani in Leuit. citat; *Quia gazophilacium erat in loco templi eminentiori, & ibi prædicabat Christus, quando nemo audebat eum recipere, neque loqui*, propter concilium Iudæorum, & in tali occasione nemo apprehendit eum, neque mutire, aut respicere ausus est, quia nondum venerat hora eius. Vbi interlinealis addit, *Magna confidentia intrepidis verbis verba diuinitatis coram inimicis loquitur, vt decet.* Quasi dicat, nihil est peccatore timidius, sicut neque iusto audacius.

Gazophilacium idem quod arca fabrica.

Interlinealis in glossa.

1440 Oleast. in Gen. c. 3. Vnde interrogat Oleaster, quare Ps. 82. n. 7. dicitur. *Super populum tuum malignauerunt consilium, cogitauerunt aduersus sanctos tuos?* Et respondet: *quod in Hebræo, sanctos, idem significat quod absconditos, vbi vides aduersus quos bellum est, nempe contra absconditos.* Et addit: *sed qui sunt isti, qui aduersus absconditos congregantur? Tabernacula (inquit) Idumæorum, & Ismaelitæ Moab Hagar engebal, & Hammon alienigenæ cum habitantibus Tyrum, cum quibus etiam venit Assur & filij Loth facti sunt illis in adiutorium contra vnum solum absconditum.* Quasi dicat, contra Christum qui iam non palam ambulabat, totus fere orbis coniurasse videtur propter malorum timiditatem; ipse vero quasi leo sine terrore in gazophilacio, stabat docens

Iustus vt leo intrepidus.

Oleast. in Gen. 3. Ps. 82. n. 7.

Imò q aduersus iustū vnū cōgregantur.

Sed tanquam pulvis evanescunt. cens manifeste, & nemo audet eum tangere; *quia iustus est sicut leo*, quem omnes timent.

1441 Theodoret. q. 4. in lib. 4. Reg. 4. Reg. 2. Hinc interrogat Theodoretus quæstion. 4. in lib. 4. Regum, quare Eliseus, videns magistrum suum per aëra in curru igneo volare dixit, Pater mi, currus Israel, & auriga eius 4. Reg. 2. Et respondet; *Quia Reges aliarum gentium equis vtentes, & curribus stabant in acie, hac de causa magnum Eliam appellauit currum, & equitem Israel, vt solus ipse sufficeret ad soluendos, & profligandos hostes.* Quasi dicat tanta, & tam inexpugnabilis est fortitudo vnius iusti, quod contra exercitus inimicorum sufficeret ad vincendum. Et addit Abulensis q. 20. in lib. 4. Reg. *In Hebræo dicitur currus idem quod militia terribilis vt castrorum acies ordinata.* Quasi dicat, gentes quando pugnant confidunt in curribus, & in militia? Israëlitæ autem habebant Eliam loco currum, & militiæ. Ac si diceret, fallax & imbecille omne armorum præsidium est, si viri iusti viribus comparetur, propter quod Christus coram exercitu Pharisæorum, & Iudæorum qui conuenerant in gazophilacio, vt audirent eum, & apprehenderent, stetit in medio eorum intrepidus, & coram inimicis loquens, vt decet, sicut interlinealis dixit.

Elias iustus solus fuit currus, & exercitus Israel. Abul. q. 20. in lib. 4. Reg.

In Hebræo currus idem quod militia.

Interlin. cit.

1442 Galfrid. in alleg. ad c. 1. Eccles. Hinc Galfridus in suis alleg. Ecclesiast. cap. 1. *Timor Domini expellit peccatum: nam qui timet hominem, cito cadit: humanus enim timor ad horam fortassis exterius coercet peccatum, & reprimit, sed eo ipso interius imprimit potius quàm expellit, & occasione sumpta vehementius mox ebullit, quod inclusum fuerat, non extinctum. Vberius pullulat, quod præcisum superficie tenus non radicibus amputatum.* Quasi dicat, qui timent homines, timent; quia habent causas interius inclusas timendi; qui vero iustus est, quia quæ mundi sunt abhorret, neque sua quærit Deum solum timet, quia nescit si dignus est amore vel odio Dei, & qualiter Dominus nostra reputet, quasi æstimet, qualiter iudicet, ignorat; homines vero & omnia quæ in mundo sunt nihil æstimat, & omnibus vult prodesse, neminique nocere, neque timere, quia intrepidus, & sine timore est, vt decet, & Christus ita docebat in gazophilacio, idest, in eminentiori loco, nemoque illi nocebat.

Timor hominum non expellitur, sed intus absconditur.

Iustus omnibus prodest & nemini nocet.

1443 Rupert. cit. in lit. 2. Responsio Ruperti in litt. citat. *Nemo apprehendit eum, non quia furiosi vlla ratione mitigati erant, sed vili timore non audebant mutire, aut loqui oppressi dolore & pasmo intrinseco.* Quasi dicat, ira & furor ita inimicos solet repente opprimere inimicorum corda, quod stupefacti & sine motione, aut operatione remaneant, vt nostro Hispano idiomate dicitur, *quedaronse pasmados.* Hispana locutio.

Furiosi stupore interno replentur.

1444 Oleast. in Exod. 15. n. 9. & 14. Vnde interrogat Oleast. quare Exod. 15. n. 9. dicitur. *Dicit inimicus persequar, & comprehendam*, &c. Et n. 14. *Ascenderunt populi, & irati sunt, dolores obtinuerunt robustos Moab, obtinuit tremor?* Et respondet; *quia multa sibi promittunt mala aduersus bonos, quæ non succedunt, quin potius in malum eorum vertuntur.* Quasi dicat, sicut Pharao cogitabat apprehendere filios Israel & punire, sed cogitationes eius in contrarium versæ sunt. Sic Pharisæis contigit, qui publico præcone quærentes Iesum præcipiebant, & cum esset in Gazophilacio docens, nemo apprehendere eum ausus est. Et addit Oleast. *Irati dolores obtinuerunt, audis quales Deus reddat inimicos iustorum iratos & furiosos, remanserunt stupefacti.* Quasi dicat ita intrinsecus torquebantur, vt immobiles permanserint, sicut & Pharisæis contigit, qui non ausi sunt apprehendere Christum, neque loqui, aut mutire, sed intus furiosi doloribus torquebantur, foris autem suspensi eum reuerentialiter aspiciebant, & ipse eos admonebat, & ad fidem cognoscendam instruebat, vt ex pauore, & ira suam experirentur pietatem.

Impij contra iustos machinantur, sed contrarium accidit.

Oleast. cit.

Dolor ingens stupefactos, & immobiles reddit.

1445 S. Bern. in alleg. Galfrid. cit. in Is. 26. Hinc Bernardus in allegor. Galfridi in Isaiæ 26. explicans Illud *misereamur impio, & non discet facere iustitiam*, ait. *Tunc magis irascitur, cum non irascitur, nec erit amore eius dignus, qui eius indignus castigatione censetur.* Quasi dicat, infelices homines, qui semper in omnibus temporalibus. *Felices sunt; quia tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, & semper in bonis ducunt dies suos, in puncto ad inferna descendunt.* Et addit Bernardus: *Misericordiam hanc ego nolo super omnem iram miseratio ista sepiens mihi vias iustitiæ.* Quasi dicat, ô Domine Iesu, fac me sicut vnus de mercenariis domus tuæ à summo mane vsque ad diem mortis laborantem, & vias huius vitæ spinis, & tribulis persecutionum sepiantem, vt apprehendant me misericordiæ tuæ. Et concludit Bernardus, *volo irascaris mihi Pater misericordiarum: sed illa ira, qua corrigis deuium, non qua extrudis deuia.* Quasi dicat, irascantur, & conturbentur contra me inimici mei (Deus meus) sed non derelinquas me in manibus inimicorum meorum propter nomen tuum, sed ira, & odio, & mala volnntate stupefacti remaneant; ita vt non possint apprehendere me, sicut neque te apprehenderunt etiam irati, & furore repleti, stupefacti, & attoniti, qnia nondum venerat hora sacræ tuæ mortis, vt adnotauit Rupertus.

Infelices homines semper felices.

Bern. cit. ad Rom. Ep. 11. n. 24.

Opprobria, & persecutiones misericordia sunt magna Dei.

Ira & mala voluntas persequentium fugienda non expectanda.

Rupert. cit.

TRACTATVS TRIGESIMVS SEPTIMVS

Ad Litteram, *In cap.... Ioannis De Disputatione Christi cum Iudæis.*

TEXTVS.

45 EGo autem ſi veritatem dico, non creditis mihi. 46. Quis ex vobis ar-
guet me de peccato? ſi veritatem dico vobis, quare non creditis mihi. 47.
Qui ex Deo eſt verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo
non eſtis. 48. Reſponderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: nonne bene di-
cimus nos, quia Samaritanus es tu & Dæmoniũ habes. 49. Reſpōdit Ieſus,
ego Dæmoniũ non habeo, ſed honorifico Patrē meum, & vos inhonoraſtis me. 50. Ego
autem non quæro gloriam meam; eſt qui quærat, & iudicet. 51. Amen, amen dico
vobis: ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum. 52.
Dixerunt ergo Iudæi, nunc cognauimus, quia Dæmonium habes; Abraham mor-
tuus eſt, & Prophetæ mortui ſunt, & tu dicis; ſi quis ſermonem meum ſeruabit,
mortem non videbit in æternum, 53. Numquid tu maior eis Patre noſtro Abra-
ham, qui mortuus eſt, & Prophetæ mortui ſunt. Quem te ipſum facis? 54. Si ego
glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt: eſt Pater meus qui glorificat me, quem vos
dicitis, quia Deus veſter eſt. 55. Et non cognouiſtis eum, ego autem noui eum. Et ſi
dixero, quia non ſcio eum, ero ſimilis vobis mendax: ſed ſcio eum & ſermonem
eius ſeruo. 56. Abraham Pater veſter exultauit vt videret diem meum, vidit, &
gauiſus eſt. 57. Dixerunt ergo Iudæi ad eum; quinquaginta annos nondum ha-
bes, & Abraham vidiſti. 58. Dixit eis Ieſus, Amen, amen dico vobis, antequam
Abraham fieret, ego ſum. 59. Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in Ieſum; Ieſus
autem abſcondit ſe, & exiuit de templo.

EXPLANATIO LITTERAE.

1446 *Veritas ex diametro mendacio opponitur.*

EGo autem ſi veritatem dico non creditis mihi. Duarum conditionum, quas Chriſtus deſcripſerat ſuperius: alteram, quod filij erant Diaboli, homicidij; quia quærebant eum interficere; alteram modò probat, quod erant filij Dæmonis Patris mendacij, quia nolebant Chriſto credere, quæ eſt ſumma veritatis, eo quod mendacia ſemper ſequebantur, & facit hunc ſenſum, mihi non creditis, quia mendacia loquor, ſed veritatem. Quis ex vobis arguet me de peccato. ſi veritatem dico; &c. ex Græco Caietanus de præſenti legit, arguit. Sed ego de tribus temporibus intelligo; De præterito, quia impeccabilis fuit Chriſtus ex vi vnionis, & ex aliis à Theologis cauſis ſignatis & dicit, arguet, id eſt, conuincere poſſit: nam paſſim Chriſtum de peccatis arguebant inimici; conuincere autem nemo poterat. qui ex Deo eſt, verba Dei audit; id eſt, qui ſunt filij Dei adoptiui per gratiam, vt Ioann. cap. 1. teſtatur, quotquot autem receperunt (id eſt, crediderunt) dedit eis filios Dei fieri. Ideo ſubdit; propterea vos non auditis, id eſt, in corde fide perfecta creditis: nam audire etiam poſſunt reprobi.

Caiet. & Recentiores ita. Chriſtus impeccabilis natura. Arguere pro cõuincere intelligitur. Ioan. c. 1. Filij Dei ſunt qui verba Dei corde recipiunt.

1447 *Caiet. in Eu. Diſtinctio audientium; digreſſionis cauſa.*

Placet digreſſio à Caietano notata, quod credentibus puro corde dixit Chriſtus, qui ex Deo eſt verba Dei audit, & aliis Iudæis incredulis, qui ad ſermonem cum iuſtis ſe admiſcerunt. Dixit propterea, vos non auditis, id eſt, renuiſtis me audire, quia ex eo non eſtis, propter quod iſti increduli irritati, quod eos nominaſſet, & cognouiſſet cogitationes interiores dixerunt. Nonne bene dicimus quia Samaritanus es tu, & Dæmonium habes. Quaſi dicerent, ſemper corda noſtra ſcrutaris, & quod reſeratum habemus in publicum detegis & pandis, ex quo ſemper Dæmoniacum te iudicamus, & Samaritanum; quia gentiles hoc vitio ſemper notari fuerunt, & cauſa maioris opprobrij hoc præſtiterunt, neque recordati ſunt de Samaritanæ conuerſatione, quam ipſi forſitan ignorabant.

Cogitationes prauas pate facere irridet nimis.

1448 *Humilitas ſuperbos punit.*

Ego Dæmonium non habeo, ſed honorifico Patrem meum, emphaticè & acutè illos cum manſuetudine valupauit dicendo, ego Dæmonium

nium non habeo, quia honorifico Deum, vos qui inhonorastis me Deum non habetis, sed Dæmonium; quia qui facit peccatum seruus est Diaboli. Est qui quærat & iudicet. Rectè hic Maldonatus ad vindictam iniuriarum refert hoc, quasi diceret Christus: si ego non quæro gloriam meam, & vos inhonorastis me, ad Patrem meum pertinet gloriam & honorem suorum defendere, quia teste Tertuliano: *Satis sequester Deus est si iniuriam deposueris vltor, si damnum restitutor*, vt satis diffusè tom. 1. nostræ cathenæ explicauimus. *Si quis sermonem* meum seruauerit, mortem non videbit in æternum, non dixit non gustabit, quia denotat mortem temporalem, quam nemo excusare potest, sed non videt, vt intelligitur mors æterna, quæ consistit in priuatione visionis beatificæ.

Inhonorantes bonos & iustos Dæmonium habent.

Maldon. in Euang.
Tertul. lib. de pat.

Iniurias suorum Deus vindicat.

1449 Nunc cognouimus, quia Dæmonium habes, quasi ita succensi, & conturbati confitentur se mendaciũ prius allegasse cum dixerunt; nonne bene dicimus nos, quia Dæmonium habes. Et nunc dicunt, nunc cognouimus. Ergo inebriati furore, immemores sunt verborum ante prolatorum. Abraham mortuus est & Prophetæ, & tu dicis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum. Excæcati odio non solum errant, intelligendo verba Iesu de morte corporis, sed præcipites non dubitant, neque quærunt quo sensu illa verba dixerit, sed deficiunt de morte corporis dicta; propterea obiiciunt mortem Abrahæ, & Prophetarum, quos constabat sermonem Dei seruare?

Nostra cath. aurea tom. 1.

Furor & ira inebriant homines.
Furor expers est rationis.
Impij inimici nunquam placãtur, sed plus quotidie irascuntur.

1450 Quem temetipsum facis? à contumelia inceperunt Iudæi & inde prosequuntur, & in deteriora præcipitabuntur. Non dicunt, vnde es tu, vel quomodo talia loqueris, sed quo modo de superbia gloriaris, & te exaltas vsque ad cælos. Abraham Pater vester exultauit, vt videret diem meum vidit, & gauisus est, idest, magnopere concupiuit videre diem meum siue sit per æternitatem fruendo visione diuinæ essentiæ, quam sancti Patres desiderabant, siue sit diem Christi, idest, eius aduentum, & incarnationem, siue crucem & passionem, siue personam, & conuersationem, & aspectum Iesu incarnati, quam non solum Reges, & Prophetæ desiderarunt videre, vt Lucæ 10. n. 24. dicitur sed & multi sancti, vt Augustinus & ego quoque quamuis indignissimus multoties desidero videre, etsi sola consideratione gaudent iusti, quid mirum quod Abraham, quia propinquus erat eam in Limbo videre gauisus sit? Ideo dicitur vidit & gauisus est.

Dies Domini eius incarnatio vel passio, vel persona.

Aug. lib. cõf.

1451 Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti. semper stupidi & irati sine discursu absoluta respondent; nam Christus solum dixit, quod Abraham concupierat videre eum, non quod Christus Abraham vidisset. Et ideo non mirum si in ætate Christi tantum aberrauerunt, quia extra se erant furore rationis experti. Antequam Abraham fieret, ego sum, non dixit ante omnia sæcula ego eram, vt Ioan. cap. 1. dixit. In principio erat verbum. Quibus verbis diuinitatem suam clarius insinuauit, de Abraham dixit fieret, de se non dixit factus sum, sed ego sum; quia in æternitate sua genitus non factus est. Et hoc termino Exod. 3. n. 14. loquutus fuit, Ego sum qui sum, ideo Iudæi pro blasphemia hoc intelligentes, tulerunt lapides, vt iacerent in eum, putabant enim Christum solum esse purum hominem, & quia Deum faciebat se, ex lege debebant eum lapidare; quia Leuit. 24. n. 14. dicebat. *Qui blasphemauerit nomen Domini morte moriatur, lapidibus eum opprimat omnis multitudo populi.* Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo; idest, illæsus per medium illorum transiens ibat extra templum; quia ingens prudentia est à facie inimicorum fugere, vt multoties aduertimus.

Inimici semper ætatem inimicorum augent.

Ioan. cap. 1.
Filius Dei genitus non factus.

Leuit. 24. n. 10.
Blasphemi lapidabãtur.
Illæsus Christus exiuit de barathro inimicorum.

TRANSLATIONES ANTIQVIORES & Neotherica in cap. 8. Ioannis de Disputatione Christi cum Iudæis.

n. 45. *Vulg. Ego autem si veritatẽ dico, non creditis mihi.*	1. Et quoniam ego veritatem loquor non creditis mihi.
Transl. ex Syriac.	
Translatio Vatabli.	2. Ego autem quia veritatem dico non creditis mihi.
Iansenius in concord.	3. Ego veni in nomine Patris mei & non accepistis me.
Lyranus sua in glossa.	4. Quoniam falsa & mendacia recipitis non creditis mihi.
n. 46. *Vulg. Quis ex vobis arguet me, &c.*	5. Quos si veritatem loquor, vos quare non creditis mihi.
Translat. ex Syriac.	
Translatio Vatabli.	6. Quis ex vobis arguit me de peccato? Porro si veritatem dico, quare vos non creditis mihi.
Iansen. cit.	7. Quis me poterit argumentis conuincere de quouis peccato.
Trans. Græc.	8. Quis me poterit refellere, & argumentis conuincere.
Caietan. in Ioan.	9. Quis ex vobis habet rationem arguendi me de peccato.
Lyranus sua in glossa.	10. Si habetis aliquod peccatum super me ostendere, paratus sum audire, & me rationabiliter purgare.
n. 48. *Vulg. Nonne bene dicimus nos, &c. Trans. ex Syriac.*	11. Nonne bene dicimus nos te Schamaritanum esse, & Dæmonium habere.

Lyranus

Lyra. sua in glossa. 12. Nonne bene dicimus, quod a Dæmonio arreptus est?

n. 49. Vulg. Ego Dæmonium non habeo, &c. Translatio ex Syriac. 13. Dixit Ieschua Dæmonium non habeo; sed Patrem meum honoro; vos autem opprobrio me afficitis.

Translatio Vatabli. 14. Ego cohonesto Patrem meum, & vos ignominia afficitis me.

Tertul. lib. aduers. Prax. fol. 854. 15. Ego Dæmonium non habeo, sed honoro Patrem meum.

n. 50. Vulg. Ego autē non quæro gloriam, &c. Translatio Vatabli. 16. Est qui quærat, & iudicet.

Caietan. cit. 17. Extat Deus qui quærat gloriam meam.

Tertullian. lib. citat aduers. Prax. 18. Etsi ego glorificem me ipsum, nihil est gloria mea, est qui me glorificet Pater quē vos dicitis Deum esse vestrum.

n. 55. Vulg. Est Pater meus, &c. si dixero quod non noui eum ero similis vobis mendax. Translatio Vatabli. 19. Si dixero, quod non nouerim eum, ero similis vestri mendax.

Translat. ex Syriac. 20. Etsi dixero me eum nō nosse ero mendax sicut vos.

Tertulian. citat. 21. Ego non noui eum, & si dixero non noui ero similis vestri mendax, sed noui illum, & sermonem eius seruo.

n. 56. Vulg. Abrahā Pater vester exultauit vt videret diem &c. Translat. ex Syriac. 22. Abraham Pater vester desiderabat videre diem meum, viditque & gauisus est.

Maldon. in Euang. 23. Concupiuit vt veniret dies meus, venit & gauisus est.

Tert. lib. cit. contra Prax. 24. Abraham diem meum vidit, & lætatus est.

n. 58. Vulg. Antequam Abraham esset, &c. Translat. Vatabli. 25. Antequam Abraham nasceretur ego sum.

Lyra sua in gloss. 26. Sum & fieret æternitatem temporis indicat.

Tertul. citat. 27. Ante Abrahā ego sum.

Interlin. in glossa. 28. Non dicit esset, sed fieret, quia creatura non dicit factus, sed sum quia creator.

n. 59. Vulg. Tulerunt ergo lapides vt iacerent. Trāsl. Vatab. 29. Tollebant ergo lapides; Iesus autem pertransiit sic.

Transl. ex Syriac. 30. Sustulerunt ergo lapides, vt obruerent eum, Ieschua autem abdidit se, & exiuit de templo, transiitque per medium illorum, & abiit.

Lyran. sua in gloss. 31. Non occultando retro parietem, sed virtute diuinitatis suæ se reddendo eis inuisibilem.

Iansen. c. 77. in concordia. 32. Ad lapidationem furiosi sine respectu Tēpli recurrunt; Iesus autem abscondit se virtute diuinitatis.

DIFFICVLTAS PRIMA
Ad Litteram.

Quare dicitur, Ego autem si veritatem dico non creditis mihi, quis ex vobis arguet me de peccato?

QVæritur, quare defensorem veritatis Christus se ostentat? 1452

1. RESPONSIO Alcuini in cath. citat. *Quia Dominus veritas est, & filius veracis Dei veritatem dicit, sed Iudæi, qui filij Diaboli erant auersi erant à veritate.* Quasi dicat, ideo non creditis, quia mendacia diligitis; quia filij diaboli Patris mendacis estis.

Alcuin. in cath. citat. — *Mendaces sūt filij Diaboli.*

1453 2. RESPONSIO Theodoreti in cath. citat. *Si Dei filij estis vtique peccantes debetis habere odio. Si ergo me quoque, quem exosum habetis, non potestis arguere de peccato; manifestum est, quod propter veritatem me odio habetis, quoniam scilicet dicebat se filium Dei.*

Theodoret. in cath. cit. — *Impeccabilitas Dei filiū Dei notat.*

1454 3. RESPONSIO Rupetti in Ioan. 8. *Quoniam veritas est Christus, & falli non potest, ipse qui dixerat eis? vos ex parte Diaboli estis, necesse erat, vt maxime propter hanc causam non crederent illi, quia veritatem dicebat eis; & idcirco lumen tenebras*

Rupert. in Ioan. 8. — *Adulatores iudices omnia mala in risum cōuertunt.*

bras vocarem; quia lumen suum fundebat inuitis, sed hoc stupendemi contentione astruentes cite causa cadunt; nullius enim habent patrocinium. Vnde subdunt, quis ex vobis arguet me. Quasi dicat, agitati stimulis veritatis Iudæi, non adulationibus allecti, disputationem, & residentiam vitæ suæ Christus ab inimicis Diaboli filiis incipit; quia tunc veritas magis elucet, cum qui ex aduerso est, veretur in contrarium dicere.

1455 Lyra sua in glossa. *Veritas in ore impiorũ non valet, nec habet vim.*

4. Responsio Lyrani sua in glossa. *Ego autem si veritatem dico &c. Per hoc apparet, quod proprietas vestra est recipere falsa, & mendacia, & non vera, sed quia possunt dicere, quod non credimus tibi, hoc non est propter odium veritatis, sed propter malitiam tuam, quia malus homo es; ideo subdit, hoc remouens quis ex vobis arguet me.* Quasi dicat, mihi non creditis, vel propter odium, vel propter falsitatem doctrinæ, vel propter defectus meos, primum patebit, confirmata veritate doctrinæ ex impeccabilitate prædicantis.

1456 Chrys. in cath. cit. *Inimici veritatibus torquentur.*

5. Responsio Chrysostomi in Cath. citati. *Quia igitur inimici estis veritatis in nullo me incusantes, vultis me interficere; ideo subdit, quis ex vobis.* Si me sine causa odio habetis; ergo inimici estis veritatis.

1457 Auct. mens. *Suggestiones Diaboli mendaces.*

6. Responsio meo videri. *Ego autem si veritatem dico quare, quæ à me audites, non percipitis, & creditis, sed ea quæ à Diaboli suggestione proponuntur contra me, & contra doctrinam veritatis creditis.* Quia quisquis concepta à Diabolo recipit in voluntate, mendax est, sicut & Diabolus mendacia semper proponens. Et si propter me non creditis, quis ex vobis conuincet me arguendo.

1458 Rupert. in Ioan. 8. *Mansuetudo vera non timet impios iudices.* Ps. 44. *Mansuetudinis effectus in victoria velucent.* Hisp. loc. Rupert. cit.

7. Responsio Ruperti in Ioan. *Magna planè mansuetudo filij Dei qua percontari dignatur, quis eum de peccato arguere velit, aut possit, cum ipse ad relaxanda peccata venerit, magna nihilominus iustitia, cuius conscientia talem apud maleuolos auditores oppositionem facit, magna vtique & veritas dicentis, si veritatem dico, quare non creditis mihi.* Quasi dicat, Quis inimicus opprobriatos, irritatos, venenatos iudices vitæ propriæ audeat exhibere nisi solus ille, de quo scriptum est Ps. 44. *Propter veritatem & mansuetudinem, & iustitiam deducet te mirabiliter dextera tua.* Quo autem illum sua impræsentiarum dextera deducit, vsque ad victoriam iudicij ad confutandas rebelles conscientias inimicorum: Et quia Christo non diceretur adagium commune Hispanorum, *no predique virtudes el que tiene vicios porque collar.* Ideo dicitur quis ex vobis conuincet me de peccato; quia cuius vita *despicitur, restat vt & prædicatio eius* contemnatur; ideo inquit Rupertus, dixit, Quis ex vobis me, &c.

DIFFICVLTAS II.

Quare dicitur, nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & Demonium habes?

1459 QVæsitum fuit, quare tam crudeliter, & irrationabiliter Christo responderunt Iudæi ingrati?

Lyra sua in gloss. *Ignorantes arguentes conuitia proferunt.*

1. Responsio Lyrani sua in glossa; *Modus hominum, qui nesciunt rationabiliter respondere est ad conuitia se conuertere.* Quasi dicat, Iudæi non habentes, quod Christo rationabiliter responderent: ideo ad conuitia, & opprobria recurrunt.

1460 Auct. mens. *Cogitationes intelligere Dæmonio attribuebant Pharisæi.*

2. Responsio, semper fuit meo videri quod ideo Christum Dæmoniacum reputabant in cordibus suis tanquam certissimum quia cogitationes eorum penetrabat, & quia vt supra patet dixit eis, quid me quæritis interficere, & modo quare quia veritates dico non creditis? Ideo confirmantes se in suo cogitatu dixerunt: *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu & Dæmonium habes.* Id est, ideo habes Dæmonium, quia Samaritanus es.

1461 Alcuin. in cath. cit. *Aliena religio odium prouocat.*

3. Responsio Alcuini in Cath. citat. *Samaritani enim res odiosa Israelitico Populo decem tribubus quia in captiuitatem ductis terram eorum possidebant.* Quasi dicat quia Samaritani ritus Hebraicos dissoluebant; quia possessiones, terrasque decem tribubus captiuis occupabant, ideo odio illos habebant.

1462 Interlinealis in Glossa. *Samaritanus idem quod custos.*

4. Responsio Interlinealis in glossa: *Hoc non negando quia iustos recipit.* Quasi dicat, quia Samaritanus custos interpretabatur: admisit hoc impositum. & ad Dæmoniacum respondit, ego Dæmonium non habeo.

1463 Caietanus in Euang. Ioan. 8. *Odium detestabile nunquam dissoluitur.*

5. Responsio Caietani in Euang. non dicunt: *Bene dicunt quod Samaritanus es; & Demonium habis sed nonne bene dicimus nos; vt pertinacia, & malitia reseruata ab antiquo cognoscetur.* Quasi dicat, cum odium est detestabile non potest dissimulare verbis, quod habet reseratum in corde, vt Hispani dicunt: *la lengua es indice que señala; y no dissimula lo que esta en el coraçon.*

DIFFICVLTAS III.

Quare dicitur; Ego autem non quæro gloriam meam; est qui quærat, iudicet?

1464 QVæritur Quare Christus dixit, quod non quærebat gloriam suam, neque iudicabat?

Chrysost. in cath. cit. *Deus iniuriarum restitutor.*

1. Responsio Chrysostomi in Cath. citat. *Ex honoro quem ad Patrem habeo,* hæc locutus sum vobis, & propter hoc dehonoratis me, sed nulla est mihi cura huius contumeliæ: *Illi enim noxas debetis, propter quem hæc audio.* Quasi dicat, qui sequitur vestigia Dei, & mala pro bonis recipit, taceat quia satis est Deus sequester, & vltor iniuriarum, quæ pro nomine eius patiuntur.

1465 Origen. cath. citat. *Ex membris Christi resultat gloria Trinitatis.*

2. Responsio Origenis in Cath. citati: *Quærit autem Deus gloriam Christi, in quolibet suscipientium illum, quam quidem reperiret in operantibus secundum insitas virtutis causas.* Quasi dicat, quicumque fidem recipit mediante prædicatione verborum Christi, gloriam Patris, & filij, & spiritus sancti quærit, & tunc ex honore Dei deriuatur gloria & honor membris eius.

1466 Aug. in cath. citat.

3. Responsio Augustini in Cath. citati.

Quomodo

poſſent, non tanta æſtimatione habeterentur. Ideo tanquam nugaces, & ridiculoſi homines reſpondebant, quinquaginta annos non habes, &c.

Aug. cit. in Gloſſa ord. *Exultatio de verbi viſione de Chriſto incarnato intelligenda.*

1476 3. RESPONSIO Auguſtini in gloſſa citati. *Incertum eſt an diem temporalem, quo erat venturus in carne, an diem æternitatis; ſed vtrumque Abraham vidit. Vnde ineffabile gaudium illi fuit; quanti enim eſt videre Verbum apud Patrem & quod ipſum caro factum eſt.* Quaſi dicat, per ly exultauit denotatur lætitia, quam Abraham recepit Verbum diuinum cognoſcendo futurum hominem per ly vidit, id eſt, mundo, & cito viſurum in limbo, & ſecum educturum de tenebroſo loco, in quo ſancti expectabant filium Dei.

Auct. mens. *Chriſtus ad conuincendos in diſputatione inimicos tendit. Intentũ diſputationis cõcluſum cõtra inimicos Chriſti.*

1477 4. RESPONSIO meo videri Chriſtus hæc verba protulit vt impeccabilitatem ſuam, de qua erat diſputatio, probaret: ideò æternitatem ſuæ generationis diuinæ oſtentat dicens, Abraham exultauit, & vt humanitatem oſtenderet, repetit, vidit iam verbum incarnatum. Quibus verbis, & rationibus bene intellectis, & male operatis ab inimicis ira repleti dixerunt, *Quem temetipſum facis*, & Chriſtus quaſi reſpondens ait æterni Patris, hunc inſinuant concluſi de impeccabilitate Chriſti, ¡*Quinquaginta annos non habes.* Et ſtatim quia clare concluſi remanebant dicendo antequam Abraham eſſem, ego ſum, tulerunt lapides, &c.

DIFFICVLTAS VI.

Quare dicitur quinquaginta annos non habes, & Abraham vidiſti?

1478 QVare tantam Chriſto ætatem addiderunt?

S. Gregor. Magn. in cath. cit. *Carnales ſpiritualia ignorant.*

1. RESPONSIO Gregor. Magni in cath. citat. *Carnales mentes Iudæorum audientium verba Chriſti oculos a carne non ſubleuant dum in eo ſolam carnis ætatem penſant. Ideo dicunt quinquaginta annos non habes.* Quaſi dicat, multa ſunt annorum curricula, ex quo Abraham mortuus eſt, & quomodo vidit diem tuum, carnaliter enim hoc intellexerunt.

Auct. mens. *Inimici annos ſemper multiplicãt. Ieiunia & labores homines ſene, cũt.*

1479 2. RESPONSIO meo videri Chriſto quinquaginta fere annos tribuunt Iudæi, cum non haberet 33. quia mala inimicorum intentio, & voluntas ore pronuntiat, quod in corde deſiderat, Chriſtum Iudæi deſiderabant mortuum videre Chriſtum, ideo ſemper augebant ætatem, vel quia propter ieiunia & labores videbatur longe maioris ætatis; quam eſſet.

Interlin. in gloſſ. *Furioſi non curent de mirabilibus inimici.*

1480 3. RESPONSIO interlinealis in Gloſſa citati: *In Chriſto ſolam ætatem carnis penſantes non diuinam naturam.* Quaſi dicat, furentes, & irati, neque cogitare alta, & ſupereminentia conantur, ſed è vicino rapiunt, quod noxium eſt ad augendum contemptum.

Caietan. in Euang.

1481 4. RESPONSIO Caietani, *Vt in tuto verba proferrent dicunt quinquaginta annos, cum Ieſus duos ſupra triginta annos haberet.* Et addit: *Et Abraham vidiſti, vbi apparet quod Ieſus dicendo quod Abraham vidit diem meum, non de die futuro reſpectu temporis Abrahæ, ſed præſenti loquebatur.* Quaſi dicat, verba Ieſu ſignificabant ſuam præſentiam, de qua Abraham de præſenti delectabatur; quia gauiſus fuit cognoſcens incarnationem verbi factam.

Tutius minuendo quam addendo loquimur.

DIFFICVLTAS VII.

Quare dicitur antequam Abraham fieret, ego ſum & quare tulerunt lapides, vt iacerent in Ieſum?

QVæritur quare tam palam Chriſtus dixit quod ſine principio eſt & ante ſæcula? 1482

1. RESPONSIO Lyrani ſua in gloſſa. *Quaſi dicant, hoc eſt impoſſibile; quia à morte Abrahæ vſque ad tempus Chriſti fluxerunt anni circiter duo millia.* Et addit: *Non vidiſti annum Iubilæi, vix vnum & Abraham vidiſti.* Quaſi dicant, nunc celebratur annus Iubilæi tranſactis quinquaginta annis, & tu alterum annum Iubilæi non vidiſti: quomodo ergo Abraham videre potuiſti? Ex quo modo loquendi apparet eorum falſitas, & calumnia, quia Chriſtus non dixit vidit Abraham, ſicut ipſi reperiuerunt, ſed è contra quod Abraham viderat ipſum. Tamen eorum obiectio procedebat ex hoc, quod ſolum in ipſo conſiderabant naturam humanam; ideo vt ex ignorantia non peccarent, dixit Chriſtus clare, antequam Abraham eſſet, ego ſum, vt modo Hiſpano loquens: *Quieren lo mas claro, antes que fueſſe Abraham ſoy yo.*

Lyran. ſua in gloſſ. *Duo millia fere anni trãſierunt ab Abrahã vſq; ad Chriſtum.*

Annus Iubilæi Iudæorum à 50. vſque ad 50. annos celebrabatur.

Hiſp. loc.

2. RESPONSIO Gregorij Magni in cath. citati. *Ante enim præteriti temporis eſt; ſum vero præſentis; & quia præteritum & futurum diuinitas non habet, ſed ſemper eſſe habet, non ait ante Abraham ego fui, ſed ante Abraham ego ſum ſecundum illud, ego ſum qui ſum.* Quaſi dicat, per cognitionem temporum non intelligitur diuinitatis eſſentia; quia ante Deum non eſt futurum, aut præteritum, ſed omnia ſunt in æternitate præſentia. 1483

S. Gregor. Magn. in cath. *Ego ſum terminus eſt diuinitatis. Tempus præteritum aut futurum non eſt ante Dñ.*

3. RESPONSIO Auguſtini in cathena citati; *Quia vero creatura eſt Abraham, non dixit, antequam Abraham eſſet, ſed antequam fieret, neque hoc dixit: ego factus ſum, nam in principio erat verbum.* Quaſi dicat, claris, & euidentibus verbis Chriſtus vſus eſt, vt generationem ſuam æternam cognoſcerent, & creaturarum principium, & tempus declararet. 1484

Aug. in cath. *Verbum æternum genitum non factum.*

4. RESPONSIO meo videri ex propoſito Chriſtus hoc termino vſus eſt, ego ſum, vt clarius Doctores legis ſcirent, quod erat Deus ipſe, qui Moyſi dixit, ego ſum, vt apicem dubitationis ſuper eius diuinitatem non haberent, vt Hiſpano ſermone dicitur, *Yo ſoy antes que criatura fueſſe, quierendo mas claro.* 1485

Auct. mens. Exod. cap.

Hiſp. loc.

5. RESPONSIO Lyrani ſua in gloſſa. *Tulerunt ergo lapides. ex hoc patet, quod non mouebantur* 1486

Lyr. ſua in gloſſ.

amore iustitia, sed liuore inuidia, quia in lapidatione blasphemi sequi rebatur debitum processum per accusationem coram iudice, & testium depositionem, & iudicis sententiam, & tunc sequebatur lapidatio extra ciuitatem, vt habetur Leuitici 24. Ipsi autem volebant Christum lapidare omisso processu predicto & in loco sacro quod erat prohibitum etiam de consilio, propter quod Ioiada Pontifex fecit Athaliam trahi extra septa templi antequam occideretur, vt habetur 4. Reg. cap. 11. Quasi dicat, irrationalis, cæca, & brutalis est passio superioris, quando vindictam cum prætextu iustitiæ sumere præsumit; quia leges diuinas & humanas transgreditur zelo iustitiæ Diabolico induti, vt in præsenti casu contigit.

Legem non obseruat passio iudicum. Leuit. 24.

Athalia Regina tyranna occisa extra templum. 4. Reg. 11.

1487 6. Responsio Augustini in cath. citati; *Tanta duritia qui curreret nisi ad similes, scilicet lapides; qui vero quia cuncta qua expectabant ad eum docendo perfecerat, hi lapides iniiciunt; deserit eos tanquam correctionem non suscipientes. Vnde sequitur; Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.* Quasi dicat corda inimicorum duriora sunt saxis & beneficiis indurantur; ideo tanquam coloni rustici in loco sacro ad lapides cucurrerunt, & Iesus tanquam incorrigibiles dereliquit eos, quod est supplicium suppliciorum Dei, & illæsus exiuit per medium illorum, neque ausi sunt, neque potuerunt lapides è manibus iacere, sed stupefacti remanserunt, cum Iesus transiret.

Aug. in cath. cit.

Incorrigibiles duriores saxis.

Supplicium suppliciorum Dei peccatorē relinquere.

7. Responsio Gregorij Magni in cath. citati *Christus, qui si diuinitatis sua potentiam exercere voluisset tacito nutu mentis in suis eos actibus ligaret, aut in pœnas subito mortis obrueret. Sed qui pati venerat exercere iudicium nolebat.* Quasi dicat omnipotentiæ diuinæ quis repugnare auderet, & qui potuit nutu oculorum suorum sub terram inimicos sepelire, & absorbere renuit eis nocere; quia non veniebat iudicare, & punire, sed pati, & ab eis iudicari. 1488

S. Greg. in cath.

Solium si non est resistentia humana contra Deum.

7. Responsio Ruperti in Ioan. 8. *Principium & finis huius certaminis idem est, quia Iesus dixit eis, Ego vado, & quaeretis me, & in peccato vestro moriemini, & nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius. Finis ergo est antequam Abraham fieret, ego sum, & remanserunt obdurati in peccato suo. Et Iesus abiit, & abscondit se, & exiuit de templo; quia abscenso Iesu ab oculis eorum, quia ciuitas & templum super oculos eorum, immo & super cadauera illorum cecidit exterminantibus Romanis ciuitatem & templum.* Quasi dicat præsagium funebre fuit Christum exire de templo, & abscondere se, quod Romanis superuenientibus ciuitatem, Regnum, templum & corpora eorum vsque in sempiternū abscondita & deleta ab oculis omnium remanserunt in vindictā occisionis & lapidationis Christi, lapides super eos ceciderunt, & sepulti in sempiternum remanserunt. 1489

Rupert. in Ioan. 8.

Memoria impiorum sepulta in æternū.

Romani templum Iudæorum destruxerunt.

TRACTATVS TRIGESIMVS OCTAVVS,

Ad mores, *In cap. 8. Ioannis De disputatione Christi cum Iudæis.*

DIFFICVLTAS VIII.

Quare dicitur; ego autem si veritatem dico, quare non creditis mihi, quis ex vobis arguet me de peccato?

1490 Qvæsitum fuit, quare tam acerrimus veritatis defensor Christus se ostentat?

2. Responsio fuit Theodoreti in litt. cit. *Si filij Dei estis peccatores odio habere debetis, quare me exosum habetis; quia veritatem pradico, cum arguere me de peccato non potestis. Ergo manifestum est, quod propter veritatem me odio habetis.* Quasi dicat, Deus semper veritatem dilexit nimis, & sectatores eius similiter. Vnde interrogat Oleaster, quare Gen. 21. dicitur: *Et recordatus est Dominus Sarai, quemadmodum dixit?* Sic legit Pagninus. Et respondit. *Inter reliqua quæ in Deo relucent, præcipuum est veritas, vt non solum quæ promiserit, compleat, sed eo quo promiserat tempore, & impium valde videtur quod compleat Deus nobis pollicita, & nos non adimpleamus, quæ promisimus illi ministeria.* Quasi dicat, res digna ponderatione valde est; quod tam veraciter Deus sit in contractibus & promissis cum hominibus, & homines, ita mendaces & fallaces in promissionibus sint, quod vetum stradagium Hispanum, *El que meior miente, mas alcanza; porque na dic trata palabra de verdad.* Et addit Oleaster, *Aduerte, quod non obstante visu Sara & Abraha, Dominus, quod promiserat adimpleuit, vt in hac suam ostenderet veracitatem; quare Paulus ad Rom ait: est autē Deus verax, omnis autem homo mendax.* Quasi dicat, Deus, quod semel loquutus est etiam hominibus incredulis adimplet; homines autem quæ flendo & lachrymando promiserunt fere nunquam adimplerunt; quia mendaces filij hominum sunt adeo

Theodoret. in litt. citat.

Veritas in Deo maxime reluxit.

Oleast. in Genes. 21.

Tr. Pag.

Deus verax homo autem mendax.

Hisp. loc.

Ad Rom. cap. cit.

adeo vt multis cautelis,& ratiooibus cum mendacibus sit tractandum, oe postea veritatem negare possint. Ideo Christus inimicis suis argu-

Cautelose cũ mendacibus licet loqui.

mentans dicit, qnare vos creditis mihi,quia me putatis mendacem circa diuinitatem meam, mendaces autem peccatores valde suot. Quis

Ratio à fortiori concedenda & consequentia.

ergo ex vobis arguet me de peccato. Si ergo oemo,ergo verax sum,& per coosequens mihi credere debetis; quia scriptum est, Dens verax est omnis autem homo meodax.

1491 Theod.cit.

Aulici & superiores mendaciores.

Psl.61.n.8. Hilar.ibi.

Perpende quæso dictum Theodoreti, si filij Dei estis quomodo exosum me habetis quia veritatem prædico, quia vt Dauid ait,Psl.61. n.8. *Mendaces sunt omnes homines in stateris, vt decipiant ipsi de vanitate in id ipsum.* Vnde Hilarius *vt decipiant in stateris sub iustitia nomine iniusta peragentes.* Quasi dicat,non solum miseri plebei, abiecti, & infelices meodacijs se alligant, sed hi qui filij Dei oominantur, & non sunt in stateris dolosi, & mendacibus die noctuque meditantur de vaoitatibus meditando in id ipsum semper vnus alteri meodatio se fallentes alligant. Hinc Euthymius exclamat cum Dauid

S. Euthym. in Psl. 11. n.11.

Psl.11. o.11. *Saluum me fac Domine,quoniam defecit sanctus à filiis hominum vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum, labia dolosa in corde, & corde loquuti sunt.* Vbi Enthymius *sancti quidem penitus defecerunt: nam veritates ad*

Omnes ministri corde & corde loquuntur.

modum iam pauca relicta sunt, quãdoquidem in rebus maioris momenti mentiri solent, qui in paruis fuerant veraces. Quasi dicat titulo sanctitatis & iustitiæ, ministri minores, & maiores omnes mendaciis viuunt, dolis tractant, semper fiogunt nunquam ex corde, sed corde duplici do-

Veritas remansit in mundo, sicut racemus in autumno

losè loquuntur, & factus est Dominus quasi qui collegit racemos in autumno, quia vix est qui veraciter tractet, qnia iam tantum obstrepit veritati adulter seolus, qoaorum corruptior stilus, ideo dixit Propheta, *diminuta sunt veritates*

Psl.61. cit.

Homines huius sæculi, vt moneta diminuta.

Oleæ 4.n.1.

à filiis hominum, quoniam defecit sanctus; quia veritates hominum hodie sunt, vt bonæ monetæ, qoibus semper aliquid rectè mensuræ, & materiæ debitæ deficit: ideo Oleæ 4. n. 1. dicitur, *Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra.* Quasi dicat cum Theodoteto, *si scientia Dei est in terra, & vos ê Pharisæi inimicè filij Dei vocamini, quare tam exosum habetis Christum, qui vobis prædicat veritatem sua diuinitatis?* Si peccatores fallaces, & mendaces suot

Mendaces increduli, dolosi & fallaces.

in stateris suis, qnis ex vobis Christum de peccato conuincit, argoendo, vt ei ooo credatis, quia peccator est, & mendax; si vero verax, quare ei non creditis, nisi quia veritatem ooo diligitis, & estis mendaces, inuidi, fallaces,& dolo abundantes. Ideo Cyillus Alexandrinus, quod

Cyr. Alex.

Oseas dicit non esse in terra veritatem insinuat, & conuenienter admodum, quod omnes per id tempus multum fuisse calumoiarum, periculi, fallaciis ac dolosi; extremum maloiom omnium malum.

1492 Rup. in lit. cit.

7. Responsio fuit Ruperti in lit. citati, *Magna planè mansuetudo filij Dei, quia percontari dignatur, quis eum de peccato argueret, cum ipse ad relaxanda peccata hominum veniret.* Quasi dicat,quam paucis,& mioimis sunt con-

Mansueti paucis contenti.

tenti humiles,& mansueti,quia Christus, quod eum de peccatis non arguant homines, hilarescit. Vnde interrogat Oleaster, quare Gen.17.

Oleast. in Genes. 17. n. 18.

n. 18. *Abraham super faciem suam cadens adoransque Deum dixit, Vtinam viuat Ismael coram te? Et respondit, quia contentos se esse fatentur verè mansuetos,& humiles paruis muneribus.* Qua-

Mansueti paruis contenti.

Ber. in alleg. Galfrid.

si dicat sicut superbos non capit terra, ita humiles, & maosueti oihil se mereri putantes paruis conteoti suot; superborum vero meos est insatiabilis. Hinc Bernardus in allegor. Galfridi citat. super Matth. ait. *Collectanea sunt humilitas*

Mansuetudo & humilitas sorores sunt.

& mansuetudo; sicut enim mater præsumptionis est elatio: sic mansuetudo vera, non nisi ex vera humilitate procedit. Quasi dicat,quia Christus humilis corde fuit, sic & mansuetus, cootentus, qnod non arguereot homines eum de peccato. Et addit Bernardus. *Christus semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, formam humilitatis tradens ipse se humilians, non necessitate iudicij, sed nostri charitate. Poterat nimirum vilem se & contemptibilem demonstrare, sed plane non reputare, quoniam sciebat se ipsum.* Quasi dicat

Mansuetudo in superioribus relucet minus.

voluntate Christus humilis fuit io iudicio, sed cui placuit mioimum se reputari, se summum oon ignorabat: nam si de peccato non argui, maosuetus, contentus sit corde, tamen bene sciebat cùm Patre idem esse, quia antequam Abraham esset ego sum dixit.

1493 Ber. cit. in Matth.

Et Beroardus pergit. *Discite* (inquit Christus) *à me quia mitis sum & humilis corde. Corde dixit; cordis affectu, idest voluntate. Itaque necessitatem exclusit, qui voluntatem confessus est; non ergo sicut ego & tu inuenimus in veritate dignos dedecore & contemptu, & omni extremitate etiam suppliciis & plagis, non inquam ita ille; qui*

Amor impossibilia tenet.

tamen omnia expertus, quia voluit tanquam humilis corde. Propterea dixi hanc voluntaria humilitatis speciem, non redargutionem veritatis, sed

Christus corde, & affectione voluntatis nos cognitione in-tellectus humiles erit.

charitatis intra nos infusione creari, quia cordis est, quia affectionis, quia voluntatis. Hæc Betoardus. Qussi dicat, Christus vt agnus mansuetus coram inimicis suis redargui de peccatis non erubescit, qui venerat soluere vincula peccatorum, sed hæc affectio mansuetudinis ex voluotate procedebat, hæc humilitas cordis ex amore charitatis insita erat, non necessaria, sicut io

Homo corde humilis necessitate.

me & in te est, sed vi charitatis allectus à vilibns peccatotibus redargui mansuetè proponit dicens, quis ex vobis arguet me de peccato, vt Rupertus insiouauit.

DIFFICVLTAS IX.

Quare dicitur, nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & Dæmonium habes?

QVæsitum fuit quare tam crudeliter, & irrationabiliter Iodæi Christo responderũt? 1494

Auct. mente. Cogitationes perpetrare Dæmonis esse Iudæi dicebant.

1. Responsio fuit, qnia meo videri semper in corde tanqnam meodacem, & Dæmoniscum Christum cogitabant, eo quod cogitationes eorum agnoscebat, & palam fallacias suas ostentabat; ideo dixit, quod clare arguerent eum de peccatis, sicut in corde semper meditabantur, vnde emphaticum est verbum illud, *Nonne bene dicimus nos*, idest semper cogitabimus, quod mirabilia, quæ operatis virtute Dæmonis fiunt.

1495 Vnde interrogat Oleast. quare Gen. 3. Diabolus primis nostris parentibus dixit: *Scit Deus quod in die qua comederitis aperientur oculi vestri, & eritis sicut Deus?* Sic legit Pagninus. Et respondit, *Ostendere nititur versipellis Deum inuidum, qui scilicet, nollet in scientia consortem.* Et addit; *sunt enim hodie tales in orbe, qui in deteriorem interpretantur partem, & quæcumque audiunt in cogitatione sua aliter sentiunt, quam loquuntur,* quod mali Hispani sic machinantur, *Echarlo siempre a la peor parte para acertar;* quia semper mali malo animo iudicant, quæ simpliciter, & cum charitate dicuntur, quos Tertulianus, scorpia vocat: nam lib. in scorpiaco ait, *Tot venena, quot ingenia, tot pernicies, quot species, tot dolores, quot colores, & tamen vnus omnium violentia gestus de cauda nocere.* Et de scorpio Doctor Ioannes de la Camara lib. 6. de rep. Sacr. Script. c. 16. ait: *Scorpium non antea dirum, & omnium insanabilium venenum infundere, quam lingere ore tentat carnem suauiter leniens, vt incautum obliquo, & inflexo ictu vt Plinius ait, subdolè feriat.* Quasi dicat, quod Pharisæis & Iudæis contigit, qui vt scorpia venenosa blande, & suauiter audiebant Christum, sed semper Dæmonium esse cogitabant, ideo Christus Matth. 7. n. 15. dicebat de eis: *Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Vbi Tertulianus citatus: *Qui lupi rapaces nisi spiritus & sensus subdoli?* Quasi dicat, dolosi, qui semper de omnibus dolosè, & malè præsumunt, lupi rapaces sunt, non homines rationales.

Oleast. in Gen. 3. Transl. Pagn. — *Mali semper malo animo iudicant.* — *Tertul. in scorp.* — *Camarens. lib. 6 de rep. sacr. scrip.* — *Scorpiũ priusquam venenum effundat lingit carne.* — *Matth. 7. n. 15.* — *Tertulianus citatus.* — *Cauill. si astuti, & dolosi lupi rapaces, vel scorpia.*

1496 Hinc D. Greg. Mag. lib. 18. Mor. c. 4. interrogat, quare Iob 7. n. 4. dicitur, *Non loquentur labia mea iniquitatem, neque lingua mea meditabitur mendacium?* Et respondit. *Quia nonnunquam peius est mendacium, & mala meditari quam loqui.* Sed quomodo ô Doctor optime, Ecclesiæ cogitata, & meditata plus malitiæ habere possunt, quam eamet operata; quia malitia in actu exteriori nonne augetur? Et respondit. *Hoc dico, quia loqui plerumque præcipitationis est; meditari vero studiosæ prauitatis,* & quis ignoret in quanta distātia culpa distinguitur, vtrum præcipitatione aliquis, an studio mentiatur. Quis dubitare potest, quod responsio malignantium istorum ad argumentum Christi, *Non bene dicimus nos, quia Dæmonium habes*: Si esset ex abrupto & ex præcipitatione prolatum, non tantam haberet blasphemiæ malitiam, ac si vt ipsi testantur ex præmeditatione & antiqua malitia, sit multoties conceptum, & inter illos conuersatum? nam hoc & plus malitiæ tenus insinuat verbum, *Nonne benedicimus nos.* Et Christus, has impias cogitationes in publicum ostentabat dicens, si veritatem dico vobis, quare non à prauis cogitationibus desistitis, & creditis mihi; ideo odio detestabili eum abhorrebant; quia vt Hispani dicunt, *Las verdades amergan, y mas dichas alos poderosos.*

S. Greg lib. 18. Moral. c. 4. in Iob. 7. n. 4. — *Verba præcipitata minus malitiæ habent quam cogitata.* — *Peccata reiterata in cogitatione venenosa.* — *Hispana loquutio.*

1497 4. Responsio fuit interlinealis in glossa. *Samaritanum non negauit, quia vt custos recepit nos.* Quasi dicat Christus est custos omnium fidelium suorum, qui à fide sua tanquam à radice processerunt. Vnde interrogat Oleaster quare dicitur Isai. 11. n. 1. *Egredietur virga de radice Iesse & flos de radice eius ascendet?* Et respondet, *quod dicto Hebræa Parah significat ascendere, & fructificare, & erit sensus, quia Messias exiet de Maria virgine tanquam de radice, fructificant fideles, & ascendent, id est crescent in maxima copia, quia custos illorum est fides Christi, a qua tanquam radice procedunt.* Quasi dicat, quemadmodum arboris flores, folia & fructus à radice producuntur, custodiuntur, conseruantur: nam si secatur radix omnia arboris formosa pereunt. Sic fideles à Christo custoditi conseruantur, & sine eius fide impossibile est placere Deo. Et addit Oleast. ideo Exod 23. *Præcipiebatur, si furto fuerit aliquid ablatum custos reddet, quia suo periculo tenetur custos rem sibi creditam custodire.* Quasi dicat Christus custos Samaritanus vocatur, neque renuit, aut contradicit, quia periculo vitæ & honoris sui peccatores fideles suos defendit. & Samaritanam, propter quam eum Samaritanum vocant, & in publico spectaculo de Samaritano arguentibus dicit, qui ex Deo est verba Dei audit, sicut Samaritana me audit; vos vero, quia non ex Deo; sed ex Diabolo estis, propterea non auditis.

Interlinealis in glossa. — *Christus custos fidelium suorum.* — *Hebræa dictio Parah idem quod ascendere, aut fructificare.* — *Fides custos virtutum. Oleast. Exod. 23.* — *Custos sibi credita defendere debet.* — *Christus Samaritanam defendit.*

1498 Hinc quidam Pater nomine Odo Thusculanus in allegor. Galfrid. ad cap. 1. Reg. ait quod Christus est *Custos militiæ Christianæ*, Ad cuius probationem adducit quod dicitur 1. Reg. 4. *Et castrametati sunt filij Israel iuxta lapidem adiutorij.* Et addit Pater citatus, *Et nos charissimi ipsorum exemplo iuxta lapidem Christum nostra castra collocare curemus vt ipsa tanquam verus custos nostra custodiat, alioquin ab hostibus subito capiuntur, capta dissipantur, & in cineres rediguntur; lapis enim iste, & custos inclitus est fortitudo castrorum, & pulcritudinis ornatus, & in circuitu sese ducens, non solum se murum, sed etiam antemurale constituit: legitur enim Dominus in circuitu populi sui.* Quasi dicat bene Christus custos & lapis adiutorij dicitur, quia non solum dolendo vigilat, & pernoctat, vt sponsa sua dicit, *Ego dormio & cor meum vigilat* (id est Christus vigilat, sed & munimentum tribuit ad iuuat & defendit. Et concludit Thusculanus citatus) *De particulis enim Dauid in funda accipimus, & contra Goliam rotantes gloriosam de aduersario victoriam reportamus, cum Christum custodem nostrum inuocamus, dicendo custos quidem nocte, Isaiæ c. 21. n. 11. de custos quid de nocte.* Quasi dicat, cum tribulationes, & noctes aduersariorum persequutionibus, & tentationibus fideles vrgent cõuitiis & diabolica arte vtentes eos exprobrãdo; tunc custodem Christum implorent: quia quanto maius imminet periculum, tanto super nos diligentiori studio custos Christus vigilat, vt influat, sicut rorare dixit Iesse virtutem & fortitudinem in arboribus fidelibus suis, & fructus copiosos colligat; quia vt interlinealis dixit Samaritanum non negauit, quia fideles custodit, & defendit.

Odo Thusculan. in alleg. Galfrid. ad c. 4. lib. 1. Reg. — *Custos & lapis adiutorij nostri Christus* — *Christus vigilat vt verus custos dum sponsa dormit.* — *Cant. cap. 5. n. 2.* — *Thusculan. citatus Isai. cap. 21. n. 11.* — *In tribulationibus inuocare Christũ.* — *Tentationes maximæ maiores victorias consequuntur.* — *Interlinealis in gloss.*

DIFFICVLTAS X.

Quare dicitur Ego non quæro gloriam meam &c. est qui quærat & iudicet.

Qværitum fuit, quare Christus neque gloriã suam quærebat, neque alios iudicabat? 1499

1. Respon

Chryf. litt. cit.

1. Responsio fuit Chrisostomi in litt. citati, *Ex honore, quem ad Patrem habeo hæc locutus sum vobis, & propter hoc dehonoratis me, nec est mihi cura huius contumeliæ.* Quasi dicat, scit Deus opprobria iniusta sufferentibus ineffabilibus mercedibus, & bonis locupletari. Vnde interrogat Oleaster, quare Genes. 29. num. 23. dicitur; *Quoniam audiuit Dominus me haberi contemptui dedit filium mihi.* Vel vt Pagninus legit, *Dedit Deus mercedem meam, &c.* Et respondit; *mirum valde qualia minima conuitia iniusta, quanta mercede Deus remunerat; quia Lia æquanimiter tulit paruum contemptum, dedit illi Dominus filium desideratum.* Quasi dicat, nemo opprobriatus & contemptus desperet, sed ponat in Deo spem suam, quia cito decoratum, & consolatum inueniet, se & Deum victorem, iniuriarumque vltorem inueniet.

Contumelia pro gloria Dei tolerata pro Deo vindicta stat. Oleast. in Gen. 29. transf. Pagn. *Nemo in laboribus desperet.*

1500 Hinc Petrus Rauenatus citatus in allegor. Galfridi super Matth. cap. *Dico vobis non resistere malo*, addit: *Cum hoc dicit vult nos conuitia non recompensare vindicta, sed superare virtutibus, & in ipsis adhuc scintillas iræ extinguere, quæ si peruenerit ad totum furoris incendium, sine sanguine non sedatur.* Et concludit: *Fratres ira vincitur lenitate, conuitia patientia superantur.* Recole quæso *incendium iræ, & retributio contumeliarum sine sanguine non sedatur.* Et recordare quare Isboseph regnum & vitam amisit? quare bella inter domum Dauid, & domum Saul Patris Isboseph tantum inualuerunt? Quare tot animæ perierunt? Nisi propter vnum opprobrium non toleratum, sed in publicum, & in faciem Abner prolatum 2. Reg. 3. Qui solum dixit *Principes quare ingressus est ad concubinas Patris mei.* Ex quo ita Abner offensus fuit, quod respondit *numquid canis ego sum aduersum Iudam hodie vt argueres me pro muliere hac.* Quasi diceret, inquit Martinus del Rio tom. 1. adag. 189. *Esto commiserim quod improperas, an idoneus visus sum tibi quem palam dehonestares.* Et addit: *Me ne adeo impudentem putas, vt non erubescam & grauiter feram coram aliis hoc mihi flagitium obiectari. Hæc addat Deus, & hæc addat, si inultum contemptum tale remanserit*, Quod verè contigit, quia dissolutum est regnum Isbosepht & ipse crudeliter ab impiis occisus cum dolo & traditione. Vides quomodo incendium iræ, & retributio contumeliarum non sedatur sine sanguine.

Chrisolog. in alleg. Galfrid. in Matth. c. 15. n. 54. *Conuitia patientia superantur.* 2. Reg. 3. *Opprobria causa extirpationis Regnorum.* Martin. del Rio tom. 1. adag. 189. *Verba opprobriosa nobiles excusant.* 2. Reg. *Contemptus sine sanguine non sedantur.*

1501 Propter quod Chrisologus citat. in allegor. Galfrid. explicans verba Christi Matth. cap. 5. n. 59. *Si quis percusserit te in dexteram maxillam præbe illi & alteram*, ait: *Hoc putat arduum qui quanta patientiæ præmia sint, non attendat, nec potest vulneribus inuenire victoriam, qui nec ictu palmæ acquirere vult coronam.* Quasi dicat, qui fructus tolerantiæ desiderat, & pro minimo verbo, quod sapit contemptum conturbatur, & retributionem, & vindictam conatur, Deum creditorem vere relinquit, & sedationem sine sanguine, & dolore non videbit. Ideo Tertulianus dicebat: *Quod aliàs à nobis repetita sunt verba, satis sequester Deus est, si iniuriam deposueris, vltor si damnum restituitur.* Et Cassianus explicans prædicta verba Matth. *Si quis percusserit te in dexteram maxillam, præbe ei & alteram* ait: *Subauditur sine dubio dexteram aliam.* Et addit: *Quæ alia dextera nisi interioris hominis (vt ita dixerim) facies non potest accipi.* Quasi dicat cum Bernardo, *faciem iterum percutienti offerre suggillatio esset; quia non est præbenda materia iterum peccandi opprobriantibus.* Ideo addit Cassianus. *Per hoc penitus omnem iracundiæ fomitem de profundis cupiens animæ penetralibus extirpare id est, si exterior dextera tua impetum ferientis exceperit; interior quoque homo per humilitatis, & mansuetudinis ascensum dexteram suam præbeat verberandam compatiens exterioris hominis passioni; & quodammodo succumbens, atque subiiciens corpus suum ferientis iniuriæ, ne exterioris hominis cæde vel tacitus intra se moueatur interior.* Quasi dicat qui animo mansueto iniurias tolerat, neque recordatur opprobriorum, neque intus vindictam curat. Iste doctrinam, & vestigia sequitur Christi, qui solum gloriam sui Patris æterni desiderans, veritates iudicabat, & de conuitiis, & iniuriis non curabat, vt Chrisostomus dixit.

Chrysolog. citat. Matth. c. 5. n. 59. *Gloria victoria per patientiam exaltatur.* Tertul. lib. de Pat. Cassian. in alleg. Galfr. *Suggillatio est euitanda opprobriorum.* Cassian cit. *Dexterā alteram præbere est intus alacriter alapam sustinere.* *Prædicatores veritatis de propriis calumniis non curant.* Chrysost. cit.

1502 3. Responsio fuit Augustini in litter. citati, *Ego non quæro gloriam meam, quia non iudico, vt vos gloriamini quærentes vanam gloriam huius mundi; sed iudico cum Patre secundum formam diuinitatis, quia in principio eram, & sum verbum apud eum.* Quasi dicat vanam gloriam huius mundi quærentes, gloriantur sumendo vindictam de opprobriis; ego autem parcendo conuitia & iniurias famam & gloriam sempiternam consequor. Vnde interrogat Oleaster, quare Numer. 14. iuxta Translationem Pagnin. *Profecto viuo ego implebitur gloria mea omnis terra?* Et respondit, *modus iudicandi Domini est, viuo ego, id est, per vitam meam quo etiam homines à principio orbis vsi sunt, & iurare per vitam, quoniam res pretiosissima est, & quæ pluris apud omnes fit. Quod vero dixerat Moyses, magnificetur fortitudo Domini, id est, diuulgetur, & sciatur, in toto orbe.* Et addit: *Vnde per gloriam Domini videtur intelligere fortitudinem eius, quæ ex signis, quæ fecit valde diuulgata est.* Et erit sensus. *Condono scilicet iniquitatem, & per vitam meam iuro, quod ex hoc facto condonationis scilicet criminis blasphemiæ implebitur terra gloria mea.* Quasi dicat, omnes qui à generatione in generationem audierint, quod pro crimine blasphemiæ, quod commisistis Dæmoniacum vocando me, non solum parco vobis, sed iterum, atque iterum rogo, quod qui ex Deo sunt, audiant verbum meum, clarè cognoscent, quod non quæro gloriam meam, sed honorem Patris mei; quia qui quærit famam suam, & gloriam vanam (si potest) delicta, & opprobria non condonat, & solum quæ sua sunt, quærit; ego autem quæ Patris mei sunt, inquiro, & ipse iudicat, & scit hoc ita esse, vt August. insinuauit, est qui quærat, & iudicet.

Aug. in litt. cit. *Vana gloriosi superbi vindictam quærunt.* Oleast. in Numer. 14. Trās. Pagn. *Iurare per vitam meam mos Hebræorum.* *Iniurias delendo magnificatur Deus & homines.* *Crimen blasphemiarum condonans Christus exaltatus est.* *Qui vindictam sumūt, gloriam propriā quærūt.* *Deus scrutator cordium circa vindictas.*

1503 Hinc interrogat Galfrid. in allegor. quare Matth. 2. dicitur. *Turbatus est Herodes, & omnis Hierosolyma cum illo?* Et respondet; *quia in hoc nos Christus docet, quod cælestis gloriatio tutior est: nam terrena & vana gloria periculosa est plena discriminis.* Et addit: *Prima adoratio, quam exhibuere Chaldæi quantum periculi visa sit attulisse; quia erat gloria in hoc mundo;* Quia vt Sapiens ait: *Ante grandinem præibit coruscatio,*

Galfr. in allegor. in Matth. 2. *Gloriatio terrestris nō durat & semper periculosa est.*

Ecclef. 32. n. 14. *Gloria huius mundi fragilis.* *Extrema gaudij luctus occupat.* Matth. c. 27. *Gloria huius mundi fugitiua.* *Vindictas Deus de sacculo sumit.* August. cit.

ruscatio, audiamus Euangelium à Chaldæis, Saluator excipitur, *Sed confestim fugere illud, necesse est in Ægyptum.* Quasi dicat, gloria huius mundi fragilis & vana est, parum aut nihil durat ab initio lætitia, & cito luctus occupat eam, in ciuitate Hierusalem tam gloriose susceptus est Christus & post modum tam ignominiose est deiectus ex ea, & dicebat, *si in viridi hoc faciunt, in arido quid fiet?* Quasi dicat si sæculum, neque suo fidem seruauit factori, quid nobis deinceps de illius fide sperandum. Idem Christus rectè asseuerat, quod non quærit gloriam huius mundi neque iudicat, sicut homines qui vanitatem, & gloriam quærunt, nihil inultum reseruandum est, aliter Christus qui dicit, est qui iudicat, & iudicet, vt adnotauit Augustinus.

DIFFICVLTAS XI.

Quare dicitur, si quis Sermonem meum seruauerit mortem non gustabit in æternum, &c. Et quare responderunt, Abraham mortuus est, & Prophetæ, & tu dicis, &c.

1504 QVæsitum fuit quomodo tam irrationabiliter, Iudæi responderunt cum Christus de morte æterna loqueretur?

Lyr. cit. in litt. Theoph. *Iudæi canes contra Christum latrantes.* Primasius. Anselmus. *Iudæi mendaces semper.* Isai 56. n. 11. S. Thom. *Iudæi semper dolosè agebant.*

1. Responsio Lyræ in littera citati, *In æquiuocis laborabant sed irridendo de Christo, vt canes semper latrabant, dicendo Abraham mortuus est,* &c. Hinc Theophilactus, *Canes enim gentiles dicebantur, nunc Iudæi, vt petulantes, & mordaces, & veritatis lucem oblatrantes.* Et Primasius. *Canes contra Euangelium latrantes.* Et Anselmus *Cognoscite illos esse canes hoc est, non ratione, sed consuetudine contra insolitam veritatem latrantes.* Vnde Isai. 56. num. 11. dicitur. *Canes impudentissimi nescierunt saturitatem ipsi Pastores nescierunt,* vbi sanctus Thomas ait, *Natura canis est, vt statim ex ira latret non ex ratione, sed ex consuetudine.* Quasi dicant, Iudæi bene intellexerunt de qua morte Christus loquebatur, sed ex consuetudine dolosè agebant, & irrationabiliter intelligebant.

1505 Basil. Seleuc. orat. 33. *Iudæi tenebrosi & criminosi.* Eufeb. Cæs. lib. 10. demonstr 8.

Hinc Basilius Seleuciæ oration. 33. *Semper Iudæus amans est criminationis, & ex quibus fructus capit querelas captat.* Quasi dicat, quæ maior dementia, quam lucem ardentem, & vias planas in tenebrosis demonstrantem, & dicentem, *Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit*, extinguere, & in tenebris manere. Et Eusebius Cæsariensis lib. 10. de demonstrat. Euangel. demonstr. 8. *Quin etiam omnes quicumque, qui in hunc vsque diem, vt illi pergunt maledicere, & latrare aduersum Christum Dei, ab illis diuersi putandi non sunt.* Et D. Epiphan. Hæresi 78. *Et sunt hi rursus furiosi instar canum proprium suum Dominum allatrant, quemadmodum ab initio Iudæi contra Prophetas, quos occiderunt.*

D. Epiphan. Hære. 78. *Canes rabidi Dominum suum mordent.* D. Ambr. lib. 8. ad virgin. deuotam.

Diuus Ambrosius ad virginem deuotam: *Misisti margaritas ante porcos, qui conculcent eas pedibus suis, & conuersi elidant te,* Quasi dicant omnes isti sancti Patres, quod Iudæi, velut rabidi canes contra proprium Dominum & Pastorem suum, pascentem eos verbis salutis æternæ, nempe, qui sermonem meum. seruauerit mortem non videbit in æternum, ipsi tanquam brutales, & impudici porci respondent irridendo, vel vt Hispani dicunt *Riyendo, reniegan,* dicentes, Abraham, & Prophetæ mortui sunt, & tu talia, & tam ridicula dicis, vt Lyranus adnotauit. Lyr. citat.

2. Responsio fuit Augustini in litter. citati, *Mortuis morituris insinuat damnationem æternam: nam mors iustorum non est mors, sed transmigratio.* Quasi dicat, cogitatio mortis iustorum, est placida, & plena deliciis, quia transmutatur de domo in domum ampliorem, & experrem miseriarum. Vnde interrogat Oleaster, quare dicitur Numer. 20. *Congregabitur Aaron ad populum?* Et respondit, *Quia tropus Hebraicus est, id est morietur, & coniungetur ad statum felicem mortuorum.* Et addit Aben Ezah Rabbinus: *Si cupis scire, quare de aliquo mortuo dicatur esse congregatum seu collectum, aut transmigratum ad populum suum, quemadmodum de Abraham dictum est Genes. 25. & de Ismaele filio eius, dico, quod quia solebant homines eiusdem ciuitatis, aut loci habere communem locum sepulturæ scilicet, aliquem agrum. Ita quod quemadmodum viuentes in eadem ciuitate, vel loco aggregabantur, ita & post mortem in eodem agro sepeliebantur, & hac de causa dicuntur colligi ad populum suum, etiam si seorsum sepelirentur. Hinc David 3. Reg. 2. dicitur, Ecce ingredior viam vniuersæ carnis.* Quasi dicat, iusti in morte reuertuntur ad ciuitatem, & proprium locum suum vnde nati fuerant, nempe ad terram, de qua formati sunt & spiritus ad patriam suam Hierusalem, quæ sursum est, & est mater iustorum, vnde creatus est, ac proinde mors eorum transmigratio est; impiorum vero mors æternæ damnationis.

1506 Aug. cit. in litt. cit. *Mors iustorum transmigratio.* Oleast. in Num. 20. *Tropus Hebræorum.* Aben Ezah Rabbi. Gen. 25. *Mortui congregabantur in vno agro.* 3. Reg. 2. *Gloria Dei mater iustorum.* *Mors impiorum damnatio dicitur.*

Hinc interrogat Balduinus in allegor. Galfrid. quare primæ Petri dicitur, *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius?* Et respondit: *Obedientiam vsque ad mortem requirit à nobis sanguis Christi, quia pro nobis passus est, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius, hoc est, vt moriamur, & commoriamur ei, vicissitudinem pro vicissitudine & mortem pro morte exigit à nobis. O rem mirandam, & stupendam. Inde obligamur vsque ad mortem obedire, vnde liberi per mortem dimittimur à morte liberari, inde debitum mortis contrahitur, vnde debitum mortis absoluitur. Iam ergo ex noua causa debitores mortis sumus; quamuis ex veteri culpa nihilominus ex noua gratia.* Et addit citatus Pater: *Sed mors peccatorum pessima debitæ pœnæ quædam est exolutio, sic tamen vt ingratitudinis nulla sequatur absolutio, pretiosa vero mors sanctorum.* Quasi dicat, cum Augustino Christus morituris in pœnam ingratitudinis; quia verba Christi non audierunt damnationem pœnæ æternæ debito iure soluere tenebantur; iustorū vero mors quia vicissitudinem mortis Christi, sponte, & alacriter soluere semper meditabantur; chilinium animæ in corpore per mortem soluendo, & in

1507 Balduin. in alleg. Galfr. 1. Ep. Petri. *Mortem appetit pro Christo qui sequitur vestigia Christi.* *Vicissitudo mortis debita Christo.* *Mors peccatorum pessima & ingratitudinis supplicium.*

Chilinium anima corporis habitatio & in die mortis soluitur. in æternam Hierusalem transmigrauerunt; quia similitudinem, & vestigia mortis Christi sequuti sunt, semper obedire parati, & mori cogitantes cum diuina voluntate iugiter se conformantes; & sic quia sermonem Christi seruauerant, mortem non gustauerunt, sed translati sunt de morte ad vitam per transmi-
Aug.citatus. grationem vt Augustinus notauit.

DIFFICVLTAS XII.

Quare dicitur, Abraham Pater vester exultauit vt videret diem meum, vidit, & gauisus est?

1508 QVæsitum fuit, quomodo & quando vidit, & exultauit videns diem Domini?

Rupert. in litt.cit. 1. RESPONSIO fuit Ruperti in litter. citati; *Quando in figura summæ Trinitatis Angelos hospitio suscepit, tunc filium Dei fide cognouit ab eo processurum esse.* Quasi dicat, qui festinanter ad *Hospitantes pauperes Deum vidét.* recipiendos pauperes peregrinos tanquam ad opera insignis charitatis percurrunt, ineffabilem visionem filij Dei expectent adipisci. Vnde interrogat Oleaster, quare Genes. 18. n.6. Oleast.in Genes. 18. num.6. dicitur, *Festinauit Abraham in tabernaculum dixit Saræ: accelera, triaque sata farinæ commisce, & fac subcinericios panes?* Et respondit: *Charitas agit festinanter. Impij incessanter mala operantur.* *Quemadmodum iustus ad opera charitatis festinauit; sic impij ad opera impietatis. Exurgens (inquit Lucas) Maria abiit in montana cum festinatione, neque solus festinat Abraham, sed Saram, & puerum festinare cogit ad opera charitatis. Sic mali non solum se ipsos, sed etiam vxores, & filias vrgent ad opera impietatis. Audi Dominum apud* Hierem.c.7. *Hieremiam cap.7. conquerentem de matribus, quæ suas filias vendunt, & domum suam hospitia meretricia faciunt. Nonne vides, (inquit Propheta) quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda; & in plateis Hierusalem? Filij colligunt ligna; & patres & matres accendunt ignem, & mulieres impastant, pastam, vt faciant placentas Reginæ cæli, & libent libamina diis alienis, vt me irasci faciant.* *Vah terra, cuius Principes impudici, matres permittunt conductrices filiorum.* Quasi dicat, Væh ciuitatibus, Regnis, & curiis, vbi aulici, & Principes terræ quærunt conductores, & ipsas matres, quæ ligna libidinis accendant, & hospitium Diabolica cum festinatione præparent vt faciant pastam, & placentas Reginæ cæli, Veneris, & Cereris luxuriosis diis, & in hoc Aulici vitam ducunt, iram Dei prouocantes; quia charitas in cordibus eorum frigescit propter quod Christum iratum videbunt in die rationis; Abraham autem, quia Angelos hospitio celeriter recepit Deum vidit, Ruper.cit. vt adnotauit Rupertus; quia fidem, & spem Verbi incarnati venturi charitate roborauit.

1509 Vnde Bernardus de S. Victore, tract. de cha-
Ricardus de S.Victore de charit c.1. ritate cap. 1. *Est charitas vita fidei, spei robur, & omnium intima vis & medela virtutum; hæc vitam ordinat, affectus inflammat, actus informat, excessus corrigit, mores componit, valens ad omnia, & omnibus præualens.* Quasi dicat, tanta *Charitatis effectus ineffabiles.* charitatis vis erat in Abrahamo, quod oculos mentis acuit, & penetrauit vt Aquila solem ipsum, Verbum scilicet incarnatum venturum.
S.Zenon ser. Et Sanctus Zenon serm. de fide, spe, & charitate. *O charitas quam pia, & quam opulenta ô de fide spe, & charitate quam potens nihil habet, qui te non habet. Tu Deum in hominem demutare valuisti, tu eum breuiatum paulisper à maiestatis immensitate peregrinari fecisti. Tu virginali carceri nouem mensibus religasti. Tu Adam in Christo renouasti. Tu sacram crucem in salutem perdito iam mundo prouidisti.* & B. Laurent. Iustinianus de charitate B.Laurentius Iustinianus c.8. de charitate Abrahæ. Abrahæ: *Machina mentis est vis amoris, quæ eam à mundo abstrahit, in alta sustulit.* Quasi dicat, Machina amoris Abrahæ circa verbum diuinum ita subleuata est, quod transuolauit sedem *Machina charitatis ad cælum pertingit.* duo millia annos, & incarnatum eum vidit in mentis excessu, & lætatus est quemadmodum hodie cum erat in mundo prædicans, & *Ante duo millia annos Abraham vidit verbũ incarnatum.* dicens Abraham exultauit vt videret diem meum, vidit, & gauisus est.

2. RESPONSIO Lyræ in litt.citati; *Quia in* 1510 *oblatione Isaac mysterium incarnationis Abrahæ* Lyra in litt. citat. *repræsentatum est; propter quod locus ille vocatus est Dominus videns &c.* Quasi dicat, vidit Deus intentionem, & intrinsecum dolorem à quo cor Abrahæ in oblatione filij sui torquebatur, & pro tanto dolore quasi pro merito se illum verbum incarnatum ostendit. Hinc interrogat Alcuinus interrogatione 204. in Genesim 21. n. Alcuinus interrogat. 204.in Gen. 21.n.4. 4. *Quare iussus Abraham filium Deo mactare in mortem abiit itinere trium dierum? Cur tamdiu dilatatum est sacrificium? An vt illo temporis & spatij interstitio paterna viscera cruciarentur, & Patriarcha virtus, & fortitudo probaretur, ita sciscitationi suæ*, Et addit *Alcuinus citatus, Et cur non statim licuit ei occidere filium, sed triduana itineris mora eum immolaturus secum ducere iussus est*: Et respondet, *Vt longitudine temporis tentationis etiam augeretur incrementum: Nam per triduum iter protenditur, vt omni hoc spatio tam prolixo intueretur filium pater, cibum cum eo sumeret, vt noctibus puer penderet in amplexibus Patris, inhæreret pectori, cubitaret in gremio, quatenus per singula momenta in paterno affectu occidendi filij accumularetur.* *Tentationes, & patientia incrementa sunt præmiorum.* Alcuin.cit. *Abrahæ dolores quo productiores eo perfectiores.* *Tentationes, & dolores augent incrementa virtutum.* Quasi dicat: Cumulabat Patriarcha Abraham merita, iterum atque iterum doloribus oblationis, & sacrificij dilecti filij sui viscera penetrando, & quo productior erat pæna martyrij, eo adeo amicabiliter videbatur. Ita vt quasi obligatus, verbum in carne venturum ostendit vt Lyranus adnotant.

Ideo interrogat Richardus de Sancto Victore 1511 in allegor. Galfrid. citati. Quare Genes.15. n. Richardus de S.Victore in alleg.Galfridi. 9. dicitur. *Sume mihi vaccam triennem, & capram trinam, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam &c.* Et respondet: Gen.15. num.9. *Scimus de boue, quia iugum portare potest, lac autem dare non potest; vacca vero vtrumque facit.* Et *Obedientia spontanea sacrificium vaccæ l actiua plena.* addit. *O quale sacrificium, & obedientiæ iugum humiliter portare, & inter qualibet obedientiæ ardua cordis dulcedinem seruare, & nil aliud per verba, quam dulcorem lacteum distillare. Bouem quoque facit obedientia fortis; vaccam quoque obedientia dulcis.* Quasi dicat bouem offerre est obedire viriter, vaccam obedire gratanter: quia hilarem datorem diligit Deus, & qui suam voluntatem proprio & alacri animo offert gratus nimis est Deo. Et addit Richardus citatus. Richard.cit. *Prob ergo & paratissimus quantum in nobis est, non solum melioribus, vel æqualibus, verum etiam peioribus talem obedientiam exhibere, & constabit nos vaccam triennem iuxta imperium Domini obtu*

Obedire discolis, & inepta ingenij meritum.

obtulisse. Quasi dicat, quod gratum martyrium Deo potest offerre, quam alacriter obedire, non solum bonis, sed etiam discolis ignorantibus & odio tibi iniquo tabsdoque persequentibus. Et aduerte (loquit Pater citatus,) *Quod in capra vel hirco, quem Abraham obtulit, voluntarius intelligitur contemptus, & quia capra lac prabet, capram offerre est contemptum suum cum magna cordis dulcedine sustinere. Si ergo contemptus patienter offerimus, hadum placidum de capris offerimus.* Quasi dicat offeramus voluntatem propriam aptam ad tollerandas iniurias, & sic cum Abraham capram trinam Domino offeremus. & præmium visionis, & fruitionis filij Dei certissimè sostinebimos, & gaudiom ineffabile expectare, vt de Patriarcha dicitur, quod in præmium oblationum suarum vidit Deum, & gauisus est, vt Lyranus annuit.

Contemptus & opprobia suaue sacrificium apud Deum. Sacrificium proprie voluntatis acceptabile apud Deum.

Lyran. citat.

DIFFICVLTAS XIII.

Quare dicitur quinquaginta annos nondum habes & Abraham vidisti?

1512

QVæsitum fuit, quare Christo longitudinem dierum homines addiderunt?

Auct. mens.

1. RESPONSIO fuit, quia meo videri ex mala in corde concepta intentione hoc dixerunt: nam vt dicunt Hispani, *La voca dize lo que esta en el corazon*, Et Christo vitam longæuam tribuebant quia mortem eius desiderabant. Quasi dicat, verba quæ ex corde procedunt, ita prudenter, & simpliciter & pura intentione debent præferri, quod igne charitatis incenta pertingunt vsque ad ipsum cælum & omnes inflamment. Vnde interrogat Oleast. 3. quare Deut. 4. dicitur, *Quod mens ardebat igni vsque ad medium cæli?* Sic legit Pagninus. Et respondet, *Quod Hebraicè habetur vsque ad cor cæli; quia sicut cor est in medio corporis omnibus membris, & actionibus vitam conferens ita verba quæ de paro, & simplici corde procedunt, omnibus debent fauere, & nulli nocere & incensa spiritus Sancti flammis ad cælum vsque pertingunt. E contra vero verba quæ de duplici corde procedunt nemini faueat, & omnibus noceat. Ideo prudentia summa est, & suo tempore loqui, & suo silere & nunquam impura intentione labia monere.*

Lingua profert quod est in corde quia index est eius.

Oleast. in Deut. 4. Trãs. Pagn.

Cor est in medio corporis.

Lingua dolosa omnibus nocens.

1513

Vnde Sanctus Valerianus hom. 5. de otis insolentia: *Magnum est loqui, magnum est tacere, sed sapientius est vtrumque moderari & natura hoc docuit, quæ nasum super labia locauit, qui discretionis est symbolum, vt prudenter discerneremus, & quando silentio comprimenda labia, & quando sermone deducenda. Vnde Valerianus citatus, ordinatur nasus super labia, vt discretè sibi caueat in loquendo, & in tacendo.* Quasi dicat, ingens prudentia est suo tempore loqui, & tacere, & super omnia cum bona, & bona intentione verba proferre. Hinc Isai c. 50. n. 4. dicitur, *Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam sustentare eum, qui lapsus est.* Vel vt 70. legunt, *Dominus det mihi linguam disciplina, vt sciam, quando oporteat loqui verbum. Ac si idem sit sustentare, verbo, qui lapsus est, ac opportunè loqui: nisi enim suo tempore fundantur verba, non tam qui lapsus est, sustentatur, quam obruitur.* Ideo sane Ambros. in Ps. 40. ita legit. *Dominus dedit mihi linguam eruditionis vt scirem, quando oporteat sermonem dicere,* Quæ in hunc modum explicat idem Sanctus. *Scire ergo debes quid audias scire, quid loqui debeas; scire etiam quando loqui debeas.* Quasi dicat, prudens lingua, quæ meditatur, quæ pronuntiare debet, & infelix nimis, quæ ex abrupto, & intrepide quidquid in buccam venerit, loquitur, vt Hispani dicunt: *Habladores sin que ni paraque, venga, one venga,* Vt isti imprudentes auctores, & insolentes Iudæi qui Domino dixerunt, quinquaginta annos non habes, ex malo affectu, & mortem eius optantes. Vnde & Ambrosius citatus 1. offic. cap. 2. *Sapiens ergo est, qui nouit tacere. Denique sapientia Dei dixit, Dominus dedit mihi linguam eruditionis vt sciam, quomodo oporteat sermonem dicere.* Quasi dicat in hoc erudita lingua probatur, non si doctè, & diserte quis loquatur, sed si oportunè; quia vera eruditio est suo tempore tacere, suo loqui: nam & in hoc desiderata lingua, & erudita ostenditur, si silentio coërceatur: nam vt rectè dicunt Hispani; *Quien mucho habla, mucho en algo y erra.* Sicut isti calumniatores, qui plusquam viginti annos ætati Christi addiderunt dicentes, quinquaginta annos non habes &c.

Nasus discretionis signum ideo super os locatur.

S. Valer. cit.

Suo tempore loqui & tacere ingens prudentia.

Isai 50. n. 4. Transl. 70.

Ambros. in Ps. 40.

Hispan loc.

S. Ambros. 1. offic. c. 2.

Opportunè loqui scientia summa.

Amorum ætatem indicare stultum est.

1514

2. RESPONSIO interlinealis in litt. citati. *Iraci solum in Christo ætatem carnis pensantes non diuinam naturam; dicunt, quinquaginta annos non habes &c.* Quasi dicat inimici semper annos vitæ coarctant, & est adagium Hispanorum cum aliquem celeriter peccantem vidimus dicimus: *No, e lograra este, ni llegara à viejo.* Ita Iudæi Christum tanquam blasphemum æstimantes, dicerant, cito peribit nomen eius, non attinget 50. annos. Vnde Oleast. in Gen. 4. dicit, *Quod Dominus hoc peculiare habet, vt defectus honoris sui priuatione ætatis longæua puniat, vt patet 1. Reg. vbi cum Heli filios plus æquo diligens & non vt par erat, argueret, quod primitias carnis ab offerentibus tollerent, antequam Domino consecrarentur, audiuit in punitionem malorum suorum: non erit senex in domo sua.* Quasi dicat, ingens supplicium est malos non sinere vt ad senectutem pertingant. Ideo isti Christum æmulantes & sanguinem eius fundere cupientes dicebant, *Quinquaginta annos non habes*, Neque vt habeas, Deus permittat; quia blasphemias dicendo, quod Abraham vidit te.

Interlinealis cit. in litt.

Inimici ætatem augent alijs, sibi minuunt.

Oleast in Gen. 4.

1. Reg. c. cit.

Non habere senes in Republica supplicium Dei est.

Impij Principes & scelerati velociter moriuntur.

1515

Vnde Bernardus ponderans fragilitatem humanæ conditionis, quæ semper alios senescentes iudicat, neque propriam ætatem considerat, de quo Propheta conquerens ait, *Sed & cani effusi sunt, & ignorauit.* Addit, *O felix ille, qui in ætate tenera senectutem induit, pro eo quod quieuit à vitiis quia iste talis iudex cum Domino residebit istos*, qui quinquaginta Christo annos tribuunt, cum non haberet 33. Et ad probationem huius, inquit, cum Hieremia Thren. 3. *Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua quia sedebit solitarius, & tacebit, & leuabit se supra se. Non dicit sedet, sed sedebit solitarius. cum habuerit honorem singularitatis illius. videlicet, iudiciariæ potestatis insigne quod Sancti in æterna sua possidebunt, cum lætitia sempiterna erit eis.* Et addit Sanctus: *Et quare hoc, quia leuabit se supra se, idest, cum adolescens esset,*

Bern. in alleg. Galfrid. citat. in Thren. lect. c. 3.

Senes scelerati semper virides & læti.

Thren. c. 3.

Senes sunt qui futura & æterna meditantur.

& æta

& ætatis adhuc lubricæ sentires ardores senem induit, relinquens quod erat assumens quod non erat. Quasi dicat: *Cani autem sunt sensus hominis*, Cum quis adolescens, vel vir prouectæ ætatis leuabit se supra se, quia non respicit ad se, sed ad senem, qui est supra se ætate, & virtutibus prouectus. Canitiem autem esse solam supra se ignorant, qui semper immemores sunt annorum suorum, & solum in bonis, & delectabilibus vitam agunt, quærentes sedere solitarios in honoris ambitione quos Hispana locutio vocat. *Viejos verdes*, Qui vsque ad senectam & vberem non quiescunt ab strepitu diabolicæ ambitionis, nec ab strepitu carnalium cogitationum, & ab strepitu mundi. Et concludit Bernardus citatus: *Felix anima, quæ linguas istas non exaudit, licet illa multo felicior, si tamen aliqua est, cui penitus non loquatur.* Quasi dicat ô felix homo, qui solitarius sedet supra se, immo solicitudine huius sæculi, & annos æternos in mente habens; & infelices nimis, qui secum senes nimis sunt, *Hecos sera, yel pie en la huessa*, vt Hispani dicunt, nil aliud tractant nisi alios quinquagenarios, & septuagenarios iudicare, cum triginta, & tres penes habeant, vt Iudæis cum Christo accidit desiderantibus vitam iam eius finire carnaliter loquentibus, vt interlinealis notauit.

Immemores annorum suorum impij, & caduci senes.

Hispan loc. *Senes ambitiosi lugendi, quia non cessant peccare.* Ber. citatus.

Iuuenes insani iuuenes se iudicant alios decrepitos.

DIFFICVLTAS XIV.

Quare dicitur, antequam Abraham esset, ego sum: & quare tulerunt lapides, & iacerent in eum?

5516 QVæsitum fuit quare Christus tam clare loquutus est sic veritatem suæ diuinæ prosapiæ, indicans ex quo tam acriter irritati sunt inimici, vt vellent eum lapidare?

Auct. mens. 4. Responsio fuit meo iudicio, quia sceleratis, reprobis, & incorrigibilibus clare loquendum est, etiam si furore præcepitentur. Hinc interrogat D. Bruno citatus in allegor. Galfridi in cap. 4. Exod. quare Dominus Moysi dixit, *Quid est, quod tenes in manu tua? Et respondit, virga. Dixit quoque illi Deus, proiice illam in terram, proiecitque, & versa est in colubrum, ita vt fugeret Moyses. Respondet interrogatus Moyses non propter aliud nisi vt sua responsionis vinculo teneatur; ipse enim est confessus se tenere virgam, quam mox in serpentem versam fugiens expauit. Credat hæc signo, qui non vult credere verbo.* Et addit S. Brunus. *Sed quid per virgam nisi Dei correctio? Vnde virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Hæc autem illis vertitur in Draconem, qui leniter correcti emendari nolunt. Quia qui incorrigibiles existunt tandem diuina vltionis iram, & indignationem super se sæuientem sentiunt. Vnde Ps. 2. dicitur, Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.* Quasi dicat, diuina correctio, aliis est virga, aliis est draco, alios misericorditer castigat, alios insanabiliter percutit. Et concludit Pater citatus. *Cum enim Deus ab vltionis ira placatur Draco foutens in iram vertitur.* Quasi dicat Christo hodie postquam impeccabilitaté suam probatus est dicens, *Quis ex vobis arguet me de peccato.* Post iratus addit: *Propterea vos sermonem Dei non auditis, quia ex Deo non estis.* Et tandem exhortans eos clare dicit, *Antequam Abraham essem, ego sum*, Et ero vester iudex in futuro iudicio, & væ vobis proteruis, quia quasi incorrigibiles, lapides contra me sumitis.

S. Brun. in Exod. 4. *Incorrigibilibus remedium asperum vtendum. Correctio ferrea improbis necessaria.*

S. Brun. cit. *Incorrigibiles Dracones expellent.*

Ps. 2. *Prelatus correctionis fructibus pinguescit subditis.*

Hinc Stephanus in allegor. Galfridi ad c. 8. Exod. interrogat, quare post hæc dixit Dominus Moysi. *Extende virgam tuam, & percute puluerem terræ, & sint cinyphes in vniuersa terra Ægypti. Et respondit, quia ciniphes homines & iumenta nimis angustius inquietant, per quos cura, & solicitudo rerum temporalium intelligitur.* Et addit; *Cum enim aliquis pro hac substantia transitoria, & voluptate momentanea, & fugitiua anxie laborare, discurrere, sudare, & festinare videas, indubitanter aduerte, quod cinyphes, qui eum stimulent, non tardabunt.* Quasi dicat de puluere terræ suscitauit Dominus correctiones inauditas, quia scandalum vicini mortui & conscientiæ alicuius, & lapides de pariete clamant, & ad aures iudicis, & superioris perueniunt, & tunc si incorrigibiles sunt clarè eos corrigunt, & castigant, etiam si corda lapidea habeant, & ipsi repugnantes insiliant lapidando Prælatos corrigentes. Et pergit Stephanus citatus: *Virgam in terram proiicere est potestatem iudiciariam ad terrena deflectere, in colubrum vertitur, cum de potestate peccatum egreditur, quod fugere debemus. Cauda est finis potestatis, quam ipse debet tenere, vt memor sit, quod ipse qui iudex est aliorum a Deo in fine iudicabitur; & ita per considerationem finis coluber redibit in virgam, id est, potestas in directionem.* Quasi dicat, scopus & finis palam loquendi veritates, etiam cum periculo lapidandi est correctionis effectus per quos & stimuli conscientiæ sedantur, & cinyphes inquieti tacent, & non pungunt; Si verò incorrigibiliter se indurant lapides, contra Christum, & Prælatos & Prædicatores colligunt, vt iaciant in eos.

5517 Stephan. in alleg. Galfrid. ad cap. 8. Exod. *Cinyphes pungunt vt correctiones.*

Vicini & socij Cinyphes corrigentes.

Steph. citat. *Iudex impius qui propter temporalia non corrigit.*

Potentes superiores post ter tormenta patiuntur, quia non corrigunt mala scandolosa.

2. Responsio Augustini in litt. cit. *Tanta duritia quo curreret nisi ad similes lapides*, Quasi dicat tulerunt lapides vt iacerent in Iesum sed proiecerunt; latrauerunt vt rabidi canes sed eum mordere non potuerunt: Vnde Tertulianus lib. 2. contra Marcion: *O canes latrantes in Deum veritatis hæc sunt argumentorum ossa quæ obroditis.* Quasi dicat nostro Hispano sermone *O necios argumẽtantes como perros quedais Royẽdo el hueso o las piedras con cludos sin sabe que responder á Christo*, Et D. Isidorus lib. 3. sent. ep. 56. *In certaminibus causarũ, omissis quæ agunt veluti canes alterutrum se se lacerant, iurgia, causarum ad iniurias suas conuertunt.* Quasi dicat quasi Rustici coloni ignorantes quid responderent ad lapides conuersi fuerunt quod nostro Hispano idiomate dicimus, *Villanos à cudiere à las manos.* Et D. Paulinus videns Iesum transire per mediũ illorũ ipsosque iacientes lapides stupidosue manere ait: *Ad confusionis silentium. vt euaderetis iniquitatis tumultum: ob mutescere voluistis.* Quasi dicat quia Christi ore & cordi puro loquentem sustinere non potuistis rabie canina stupidosue manere vos videmus.

5518 Aug. in litt. citat.

Tertul. lib. 2. contra Marc.

Isidorus lib. 3. sent. c. 56. *Impij inuicẽ lacerantur.*

Hisp. loc. D. Paulinus epist. 2. tom. *Impij Iudæi remansendo lenatis manibus.*

TRACTA

TRACTATVS TRIGESIMVS NONVS

Ad Litteram, *In cap. 7. Ioannis De missione ministrorum, vt Christum apprehenderent, & incarcerarent.*

TEXTVS.

32. AVDIERVNT Pharisæi turbam murmurantem de illo hæc, & miserunt Principes, & Pharisæi, vt apprehenderent eum. 33. Dixit ergo eis, adhuc modicum tempus vobiscum sum, vado ad eum, qui me misit. 34. Quæretis me, & non inuenietis. Et vbi ego sum, vos non potestis venire. 35. Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos, quò hic iturus est, quia non inueniemus eum? Numquid in dispersionem gentium iturus est & docturus gentes. 36. Quis est hic sermo, quem dixit, quæretis me, & non inuenietis me, & vbi ego sum vos non potestis venire. 37. In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus, & clamabat, dicens: si quis sitit veniat ad me, & viuat. 38. Qui credit me, sicut dicit scriptura, flamina de ventre eius fluent aquæ viuæ. 39. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum; nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus.

EXPLANATIO LITTERAE.

1519 *Murmur idẽ est ac honorare Iesum.* AVdierunt Pharisæi turbam murmurantem de illo, &c. Causa propter quam decretũ impium incarcerandi Christũ non est certa apud expositores: alij quia plebs exasperata fuit audiens eum dicentem, cur me quæritis interficere; alij quia erat dissentio inter incredulos, & credentes: alij quia concilio facto aduersus Iesum, faciebat multa signa. Murmur surrexit honorando illum, & cum turbatum, & diuisum populum Principes & Pharisæi viderunt, miserunt ministros, vt apprehenderent eum.

1520 *Tempus mortis Christi prænunciatũ omnibus* Adhuc modicum tempus vobiscum sum, siue sint verba hæc dicta ministris, siue Pharisæis, & Principibus sacerdotum, qui decretũ incarcerationis dederunt, & à longe stabant ascultando responsum nil interest; quia quod verum est, quod ministris apprehensionis: turbis, & iudicibus Pharisæis, & sacerdotibus omnibus conueniebant verba. Quia idem fuit, ac dicere *Hispana loquutio.* nostro Hispano sermone, *Ya muy poco tiempo me vereys.*

1521 *Christus persequutus à Iudæis vsque hodie in membris suis.* *Rupert. in Ioan. 7.* Quæretis me & non inuenietis me, quia vbi ego sum vos non potestis venire. Hoc dicit, quia post mortem eius quærebant nomen & famam Christi extinguere sed non potuerunt, vt Rupertus adnotauit, quia persequuti sunt Discipulos. Alij quia quando Titus, & Vespasianus Hierusalem fortiter vallauit, angustiati Iudæi Christum quæsieruot clamantes, *Lyr. sea in gloss.* sed tunc eum non inuenerunt; quia nulla fuit redemptio quin & supplicium tanti criminis executioni mandatum fuit. Vel melius potest dici, quæsierunt Christum post resurrectionem, & non inuenerunt, quia vbi Christus stabat illi non poterant adire. *Post resurrectionem non inuenerunt Christum.*

Numquid in dispersionem gentium iturus est, 1522 *Impudentes superbi ad omne malum semper tendunt.*
& docturus gentes. Quasi dicerent, nunquid Iudæos, qui sunt inter gentiles dispersos iturus est, vt doceat illos. Neque obstat quod sequitur, & docturus gentes; quia ad vtrumque intelligentia deprauata Iudæorum potest intelligi. Ac si dicerent, nunquid ad illos miseros Iudæos, qui inter nationes captiui, vel aduenæ sunt, simul cum gentiles vult adire, vt recipiant suam falsam Doctrinam, quam nos tenuimus recipere.

Quia non inueniemus eum. Patet malitia 1523 *Intentum deprauatũ semper timet frustrationẽ.*
Iudæorum inquit Caietanus, quia tota eorum angustia erat, ne Iesus euaderet persequutionẽ, carcerem, crucem, & passionem quam iam in concilio parrauerant. Vocabatur autem natio Gentilium dispersio; quia erat Hebraismus, *Oues dispersæ erant Gentiles.* quod quasi oues errantes & dispersas in desertum reputabant Iudæi Gentiles, & populus Israël vocabatur congregatio; quia vnum Deum verum sequebatur. In nouissimo autem *Quotidie Christus docens in templo.* die magno festiuitatis stabat Iesus & clamabat, vt hic pateat, inquit Caietanus quod omnibus diebus festiuitatis magnæ docebat Iesus in *Caietan.* templo. Dicitur autem quod stetit, quia vt *Maldonat.* Maldonatus adnotauit, vt esset in loco edito, *In voce & facie cognoscuntur personæ.* atque conspicuo, vt ab omnibus possit videri & audiri. Vel meo videri, vt qui venerant apprehendere eum, cognoscerent, quod non in occulto neque timens docebat, sed clare & alta

voce

ideo clamabat, vt in facie & voce cognoscerent eum.

1524 Si quis sitit veniat ad me. Loquitur Christus cum his qui habebant fidem, quia vere credentes semper sunt scientes sicut qui siti laborant, desiderantes satiari aqua, & tunc satiabuntur cũ apparuerit gloria Dei. Qui credit in me sicut dicit scriptura, idest quemadmodum scripturæ dicunt esse credendum. Vel aliter quemadmodum scriptura dicit, fluent de ventre eius flumina aquæ viuæ. Et hic sensus litteraliter est incertus, eo quod in sacra scriptura quam habemus non inuenimus hoc dictum. Verum est tantum, quod Caietanus ait quod multos libros Prophetarum non habemus, qui forte tempore quo Christus erat in terra habebantur, sicut apparet ex lib. Paralipem. vbi fit mentio librorum Nathan, Gad, Abiæ Addo Semeiæ, & Ozai. Quod autem sit intelligendum de spirituali sensu, qui est apud multos Prophetas, vbi gratia spiritus sancti fontibus aquarum salientium in vitam æternam non adæquat ad litteram; quia Prophetæ de innumerabilibus spiritualibus tractarunt in communi; hic vero Christus loquitur de scriptura in particulari.

Amor Dei sitim insatiabilem producit.

Scrip. multa in locis Christo credenda insinuat.

Prophetarum scripta multa, sunt ob. oleta tempestate.

Maldonati opinio.

1526 Nondum enim erat spiritus sanctus datus, sic legunt Græci, & originales quam plurimi. Dicitur autem, quod non erat datus spiritus; non quia Prophetæ spiritum sanctum non habuissent, sed quia non ita diffuse sicut tempore Christi acceperunt Apostoli, & post aduentum spiritus sancti quia tunc flumina de ventre eorum gratiarum, scilicet fluxerunt; quia sicut venter est quasi fons vel arca, vbi reserantur cibi comesti, ita corda Apostolorum fuerunt post Pentecostem gratiarum fontibus repleta. Quia Iesus nondum erat glorificatus, siue sit per crucem, & passionem vt Rupertus insinuat, siue per ascensionem omnes in idem incidunt, quia tunc Christus glorificatus est, quando vt Apostolus dicit, exaltauit illum Deus, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, Iesus à Patre, & ab hominibus glorificatur propter passiones ignominias. Caietanus inquit ante ascensionem Christus totaliter non fuit glorificatus, quia adhuc non habebat extrinsecã gloriam cælestis habitualis. Ego autem adderem quod vsque in finem mundi semper plus Christus glorificatur in credentibus; quia ipse glorificandus est in membris suis in concilio, & congregatione sanctorum; vsque ad vltimum prædestinatum.

Græcorum codices Transl. multæ.

Apostoli spiritum sanctum copiosius acceperunt.

Venter ciborũ arca, & corda gratiarũ.

Rupert. in Ioan. 8.

Caietanus.

Auct. mens.

Deus in sanctis suis glorificatur.

In cap. 8. Ioan.

TRANSLATIONES ANTIQVIORES & Neotherica in cap. 8. Ioannis.

n. 32. *Vulg. edit. audierunt Pharisæi turbam murmurantẽ de isto, & miserunt Principes & Pharisæi ministros, vt apprehenderent eum.*

1. Et audierunt Pharisæi turbas loquentes de eo ista, & miserunt, vt prehenderent eum.

Transl. ex Syriac.

Lyranus sua in glossa. 2. Murmurantes, idest, non palam loquẽtes propter metum Pharisæorum, & dolentes procurauerunt ministros ad capiendum ipsum.

Iansen. in concord. c. 75. 3. Ministros mittunt tanquam periculis expositos.

Caietan. in Euang. 4. Audierunt turbam sonãtem hæc de Iesu.

n. 33. *Vulg. Adhuc modicum tempus, &c.* 5. Pusillo tempore vobiscum sum, & abeo ad eum qui misit me, quæretis me, nec inuenietis.

Translat. Vatabli.

Hebræa Phrasis. 6. Abibo, vel vadam quò vos non potestis ire.

Transl. ex Syriac. 7. Et addit Ieschua, modicum adhuc temporis & abibo ad eum qui me misit, & quæretis me, nec inuenietis.

n. 37. *Vulg. In nouissimo autem die, &c.* 8. Nouissimo autem die magno festi stabat Iesus & clamabat, si quis sitit veniat & bibat.

Translatio Vatabli.

Translatio ex Syriac. 9. Die autem illo magno, qui erat vltimus exclamabat Ieschua, si quis sitit veniat ad me, & bibat.

Caietan. cit. 10. Sitientes inuitans clamabat, si quis sitit veniat ad me.

Iansen. cit. ex Syriac. Trãsl. 11. Die autem septimo, qui erat magnus propter requiem, celebris sicut primus & clamabat omnes scientes aquas dulces venite ad me.

Lyra sua in gloss. ex Hebræorum vsu. 12. In octauo die festiuitatis vel collectæ & dicebatur dies sanctissima in lege clamabat Iesus, si quis desiderat doctrinã vitæ bibat vsque ad abundantiam.

n. 38. *Ex Vulg. Qui crediderit in me sicut dicit scrip. T. ex S.* 13. Quisquis credit in me, sicut dixerunt scripturæ flumina aquæ viuæ fluẽt de ventre eius.

Hieronym.

Hieronym. in Prolog. ad Gen. in gloss. citat.	14. Hoc testimonium de Prouerbiis 9. sumptum, vbi dicitur, deriuentur fontes tui foris,& in plateis tuis aquas diuide.
Iansen. ex Syriac.	15. Sicut dicunt scripturæ non per proprietatem, sed appropiationem locorum scripturæ ad aquam viuam gratiæ.
Caiet. cit. in Euangelia.	16. Quia tunc forte habebatur locus scripturæ qui non paret modo.
n. 39. *Vulg. Nondum erat spiritus Iesus quia Iesus non erat glorificatus.*	17. Quia maxima spiritus à me donabitur post ascensionem subauditur Apostolis, quia Iesus nou erat illustratus gloria.
Trāsl. Vatab. in scholiis.	
Translat. ex Syriac.	18. Quia Ieschua nondum erat glorificatus à Patre.
Lyra. sua in glossa.	19. Quia nondum acceperant Discipuli ita plenè abundantiam gratiæ in forma visibili.
Caietan. in Euang.	20. Non erat glorificatus Iesus per aduentum spiritus sancti visibiliter super Apostolos.

DIFFICVLTAS PRIMA

Quare dicitur quod audierunt Pharisæi turbam murmurantem, & ideo miserunt ministros vt apprehenderent Iesum?

1526 QVæritur, quare Pharisæi ipsi non apprehenderunt Iesum & de quo erat murmur inter eos?

Gloss. ordin. 1. RESPONSIO Glossæ ordinariæ: *Principes insani audito murmure, quo Christus turba glorificabatur, quærunt occidere, quem tamen nondum volentem apprehendere non potuerunt, sed docentem audierunt.* Quasi dicat, murmur non erat aduersus Iesum, sed in honorem & gloriam suam, quia exaltabant doctrinam & vitam eius, & hoc fomitem ministrabat in cordibus inimicorum, ita vt de minimo defectu scilicet, de non custodiendo sabbathum, insolentem, & falsam causam fecerunt, & eum apprehendere iusserunt.

Murmur est etiam & in honorem & gloriam laudantis.

1527 2. RESPONSIO Chrysostomi in cath. citati. *Multa quidem Christus supra loquutus est, sed nihil tale fecerunt, quod maximè eos mordebat, erat quod turbæ Christum glorificabant, & mittunt ministros tanquam periculis expositos.* Quasi dicat impiis iguidis liuore alterius torquentur, & specie iustitiæ iniustitias innumeras operantur. Et ideo Principes Iudæorum ministros detestabiles mittunt, quia perhibente sibi conscientia sua vnusquisque timebat turbam

Chrisost. in litt. citat.

Liuor & inuidia fratris excelsi, & lucidi torquet conciues & confratres.

3. RESPONSIO meo videri, miserunt ministros, vt incarcerarent Iesum, quia in concilio determinatum ita fuit, & decretum dederunt ministris iustitiæ suæ, vt in quacumque natione reseruatur, quod Principes & ministri graues consilij vel Parlamenti ipsi per se non apprehendunt, sed inferiores, qui in Hispania vocantur Alguaciles, Sbirri in Italia & ita in aliis nationibus. 1528 Auct. mens.

Ministri superiores perse neminem apprehendunt.

4. RESPONSIO Lyræ sua in glossa. *Bene dicitur turbam murmurantem, quia non audebant bene confiteri palam, verumtamen Pharisæi audientes tanta bona de Christo doluerunt & procurauerunt ministros per Principes ad capiendum Iesum, & hoc est, quod dicitur miserunt.* Quasi dicat, murmur erat zelatorum honoris Dei, quidam laudabant Christum, timentes Tyrannidem superiorum. 1529 Lyran. sua in glossa.

Zelatores honoris diuini etiam lacrymabantur contra Tyrannos.

5. RESPONSIO Augustini in Glossa citati, *Quia ergo non poterant apprehendere nolentem missi sunt, vt audirent docentem.* Quasi dicat in hoc potuerunt cognoscere Christum esse Deum siquidem de suis persecutoribus, & apprehensoribus faciebat Discipulos & testes innocentiæ suæ, quia solus Deus potest corda peccatorum conuertere. 1530 August. in Gloss. citat.

Testes doctrinæ Christi ipsi ministri iustitiæ fuerunt.

DIFFICVLTAS II.

Quare dicitur adhuc modicum tempus vobiscum sum, &c. quæretis me, & non inuenietis me, &c.

QVæritur quare prænuntiat Christus suam mortē, & dicit, quod non inuenient eum? 1531

1. RESPONSIO Chrysostomi in cath. citati. *Verba loquitur humilitatis plena, ac si diceret, quid festinatis me interficere, paruum expectate tempus,* id est, crudelitatem & ingratitudinem hominum Christus redarguit, quia qui tantopere eos diligebat, tam celeriter occidere quærerent. Chrisost. in cat.

Humilitas impios redarguit.

2. RESPONSIO Augustini in cath. citati. *Quod modo ergo vultis facere factum estis, sed non modo, quia nolo; implere enim debeo dispensationem meam, & sic peruenire ad passionem.* Quasi dicat; multoties poteratis cognoscere quod neque me apprehendere, neque lapidare, neque præcipitare, & occidere est in vestra, sed in mea voluntate; & tunc cum tempus à Patre præordinatum venerit, moriar, non coactus, sed spontaneus. 1532 August. in cat.

Frustratio repetita non compescit inimicos.

3. RESPONSIO meo videri, hæc verba consolationis & terroris fuerunt. Consolabantur enim Discipuli, & procliues auditores doctrinæ suæ audientes, quod cum eis tempus aliquod maneret, & videntes, quod non apprehendebatur à ministris iustitiæ. Terroris vero verba fuerunt, quia inimici qui expectabant incarcerationem territi sunt, hæc audientes. 1533 Auct. mens.

Christus iustis fortitudo impiis terror.

4. RESPONSIO Augustini: *noluerunt enim eum agnoscere præsentem, & postea quæsierunt, cum viderent multitudinem credentem, vnde multi compuncti dixerunt, quid faciemus.* Quasi dicat 1534 Aug. in cath.

Nemo post criminat def.

quia ex crucifixoribus multi ſalui facti ſunt.

dicat, viderunt Christnm ſuo ſcelere morientem, & crediderunt in Christum ſuis ſceleribus ignoſcentem, & quouſque biberuot ſanguioem quem fuderunt de ſua ſalute deſperauerunt.

Lyra in Gloſſa. In neceſſitatibus omnes quærunt remedium.

1535 5. Responsio Lytani ſua in Gluſſa; *quia poſt appropinquantem deſtructionem ciuitatis Ieruſalem per Romanos, multi Iudæorum cognouerunt hanc miſeriam vis euenire propter mortem Ieſu, quem tunc libenter voluiſſent habere, præſertim ad ſui liberationem.* Quaſi dicat, calamitates, & labores, peſtes, & naufragia reducunt homines ad Deum.

Auct. mens.

1536 6. Rsspoнsio: meo videri Reſpondit, in hoc ſenſu quæritis me ad repellendum, & à vobis ſeparandum. Sed cito quæretis me clamando pro me, quia languores, & omnes infirmitates ciuitatis & Regionis veſtræ curo; quia de ipſo teſtatur, quod omnis turba quærebat eum tangere, & ſanabat omnes. Tum quia cum in domo cuiuſque ſint infirmitates, quæretis me, & non inoenietis me. Et eſt modus loquendi, Hiſpanicus *algun dia me aureis meneſter, y no me ſallares, porque el bien no es conocido haſtaque es perdido.*

Stulti tempore ſalutis medicos abhorrent.

Hiſpana loquutio.

DIFFICVLTAS III.

Quare dicitur, nunquid in diſperſionem gentium iturus eſt, & docturus gentes?

1537 QVæritur, quare gentiles vocant Iudæi diſperſos, & quare tantum Iudæi cupiebaot capere Ieſum?

Chryſoſt. citat. in litt. Viciſſitudo malorum in omni ratione timenda.

1. Rsspoнsio Chryſoſtomi in Cath. citat. *Sic enim gentes vocabant quaſi exprobrantes, & magnu in ſemetipſis glorιantes; quia ſcilicet, gentes vbique diſſeminata erant, & imperfecta adinuicem permixta. Sed hoc opprobrium vſque hodie iſti ſuſtinent, quia vbique Iudæi ſunt diſperſi, opprobriati, & inhonorati, & ab omnibus malè viſi.*

Caiet. in Eu.

1538 2. Rsspoнsio Caietani io Euang. Ioan, *quia anguſtia Iudeorum erat, ne Ieſus euaderet perſecutionem eorum, ideo dicebant, nunquid Iudæos qui ſunt diſperſi inter gentes docturus eſt fugiens de manibus noſtris.* Quaſi dicat, miniſtri iuſtitiæ ſemper timent, ne forte prædam quam quæruot & manibus habent fugiat. Et ideo dicebaot, nunquid in diſperſas geotes ibit.

Cauteloſi ſunt miniſtri iuſtitiæ.

Auct. mens. Græci Iudæi dominati ſunt multo tempore.

1539 3. Responsio meo videri dicebant, nunquid fugiet Christus à iuriſdictione Romanorum, & ad Græcos tranſibit fugiens & deſiderans elabi de manibus noſtris: nam Iſraelitæ fuerunt multo tempore ſub Dominio, & poteſtate Græcorum, & ideo ibi remanſerunt multi Iudæi, & vocabantur Græci, quia inter Græcos morabantur ſicut & Romani alteri, qoia inter Romanos viuebant.

Rupert. in Ioan. Gen. cap. & ſupra.

1540 4. Responsio Ruperti in Ioan. *Hoc enim vobis præſaga mens veſtra prædicebat, quod ſi iuxta prophetiam Iacob Chriſtus veniſſet, qui expectatio gentium foret. Veſtra de vnius Dei cultu tanquam vnicornium ſingularis ſuperbia ſuper terram, ſe vltra magnificare non apparet, & vos abundantia cordis ad vos ipſos locuti eſtis, quia quod timebatis, propter quod Chriſtum inuidetis, & nequaquam non videndo, ſed inuidendo perſequimini ore maligno, nequitia crapulati eructaſtis, ibis in diſperſionem gentium.* Quaſi dicat, O ſuperbi Iudæi quare Christum humiliter, quod ignoratis, & deſideratis ſcire, non interrogatis? Sed muſſitantes, eructanteſque inter vos quæritis, quo iturus eſt? Sed teſtimonia ſcripturarum timetis, vbi de effectibus aduentus Meſſiæ loquentia de tranſmigratione cultus Dei veri ad gentes quia inter illos regnaturus erat Christus in ligno.

Superbi interrogare renuunt & ſcire deſiderant.

Innumera teſtimonia ſcripturæ de aduentu Domini.

1541 5. Responsio Ianſenij in cócord. cap. 25. *Sermo iſte inſaniam & ſuperbiam præſeferens eſt: inſaniam, quia illi poſſent ire inter gentes vbi habebant conſanguineos; vt Chriſtum caperent ſuperbiam quia digniores ſe reputabant quam gentes.* Quaſi dicat, quod cogitabant, accidit illis, quia Christus ad geotes ſe traoſtulit, & non per præſentiam corporalem, ſed per Apoſtolos, & per membra ſua vſque hodie vadunt inter Indos Chinas, & Iapones, vſque ad remotiſſimos gentiles ad ſeminaodam fidem.

Ianſ. in cócor. cap. 25.

Stulti non meditantur quæ loquuntur ſicut ſuperbi fruſtrantur in cogitationibus.

DFFICVLTAS IV.

Quare in nouiſſimo die feſtiuitatis ſtabat; & clamabat Ieſus, ſi quis ſitit, veniat ad me & bibat?

1542 QVæritur, quare io vltimo die ſtans Ieſus clamabat ad ſitientes?

Lyran. ſua in Gloſſ.

1. Rasponsio Lytani ſua io Gloſſa. *In octauo die erat feſtum eorum, vel collecta, & dicebatur illa dies ſanctiſſima in lege. Cuius ratio, quia figurabat congregationem ſanctorum in ſuperna felicitate. Et dicitur, quod ſtetit Ieſus prædicando verbū Dei, quia ex hoc inoleuit conſuetudo, vt turbis vulgaribus fiat ſermo ſtando; Religioſis autem ſedendo; quia Chriſtus docebat Diſcipulos ſuos ſedendo, vt habetur, Matth. 5. Et cùm ſediſſet acceſſerunt ad eum Diſcipuli ſui, & aperiens os ſuum docebat; &c.*

Quare Prædicator ſtat cum prædicat.

Matth. 5.

1543 2. Rasponsio Theodoteti. *Stetit Ieſus vt audibilis fieret, atque confidentiam largiretur, & quia neminem formidabat.* Quaſi dicat, qui ſtat videtur melius, & auditur plus, & quia Chriſtus deſiderabat imprimere veritatem fidei in cordibus audientium, ſtans clamabat docendo.

Theoderet. Stare proprium eſt pugnantu.

1544 3. Rasponsio meo videri, ſtabat Ieſus; quia ſtare proprium pugnaotium eſt, & vt cognoſceret inimici qui veoiebant ad apprehendendum eum, ſtetit, quaſi ptn, prouocans ad certamen, non armis, ſed litteris, & auctoritatibus ſacræ ſcripturæ. Iden dixit, ſi quis ſitit veoiat, & fluent de ventre eius, ſicut ſcriptura dicit, flumina aquæ viuæ.

Auctoris mens.

Prædicator iuſtus neminem trepidat.

1545 Rsspoнsio Augnſtini io Cath. *Eſt enim ſitis interior, quia eſt homo interior. Conſtet autem plus amare hominem interiorem, quam exteriorem. Si ergo ſitimus, veniamus, non pedibus,*

Auguſt. in Cath. cit.

Sitis amoris Dei inextinguibilis.

pedibus, sed affectibus, neque migrando sed amando. Quasi dicat, sitis interior pro donis gratiæ Dei infatigabiliter torquet corda, plusquam ardores fragrantissimi corporis febricitantis.

Rup. in Ioā. 7. Malach. 2. Ad Heb. 5. Sanguis Christi sitim extinguit. Exod. 17. Numer. 20. Ioan. 20. Lucæ 24. Christus percussus manauit aquas salutares.

1546 5. RESPONSIO Ruperti in Ioan. 7. *Quidquid Iudæi celebrarunt, non iam festiuitas, aut solemnitas, sed iuxta Prophetam stercus festiuitatum debet nuncupari, in illa scilicet festiuitate Pascha passionis Christi stetit Iesus in conspectu Patris sui, preces & supplicationes, vt ait Apostolus, offerens cum clamore valido & multis lachrymis, dum percussus violentia passionis sicut in illa petra, quam Moyses virga percussit effudit nobis de semetipso, quod biberemus: primum aquam qua ablueremur, & sanguinem suum, quo potaremur deinde insufflando Spiritum Sanctum dans Apostolis & iuxta alium Euangelistam, aperiens illis sensum vt intelligerent scripturas, quod est verum bibere salutares aquas.* Quasi dicat Christus fuit lapis percussus de cuius latere fontes aquarum, scilicet, sacramenta symbolicè emanarunt, & salutares aquas gratiæ nobis præstitit; etiam cum scripturæ sensum percipimus.

DIFFICVLTAS V.

Qui crediderit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ?

1547 QVæritur, vbi nam dicit scriptura, quod flumina de ventre credentis fluent?

Chrysost. in cath. Intellectus est fons aquæ viuæ. Non est expressus locus scripturæ circa flumina aquæ viuæ. Scripturis prius quam signis credendum.

1. RESPONSIO Chrysostomi in cath. citati, *Quia enim de intellectuali loquitur potu, ostendit per hoc, quod post inducit, qui crediderit in me, sicut dicit scriptura: sed vbi hoc dicit scriptura? Nusquam. Quid igitur hic subdistinguere oportet, vt postea subsequatur flumina fluent aquæ viuæ ostendens rectam oportere habere cognitionem, & non ita à signis, sicut ab scripturis credere in id ipsum etenim superius dixit scrutamini scripturas.* Quasi dicat plus scripturis credendum est, quàm miraculis, & in illis passim testimonia fidei Messiæ venturi inuenientur, & de affectibus eius aduentus, qui sunt signa gratiæ Dei quasi flumina emanare.

Lyr. sua in gloss. Fidelis homo, non se solum, sed ad proximos iuuandos viuit. Prou. c. 5. n. 16.

1548 2. RESPONSIO Lyræ sua in glossa; *Aquam sapientiæ salutaris bibat, non solum ad sufficientiam, sed ad redundantiam, quia fides est bonitas vnius fidelis debet ad alios deriuari, quod ostendit Saluator per scripturam, cuius sententia habetur Prouerb. 5. sed verba sunt hæc aliquantulum mutata.* Quasi dicat locus scripturæ est, *deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide;* quia sensus loci istius idem est cum ab Euangelista narrata verba de ventre eius fluent aquæ viuæ.

S. Greg. sup. Ezech. Intellectus venter est producens generatos. Fons est venter corporis.

1549 3. RESPONSIO Gregorij super Ezech. *Cum à mente fidelium sancta prædicationis verba defluunt quasi de mente sitientium aquæ viuæ flumina decurrunt; ventris autem viscera, quid sunt aliud nisi mentis interna, id est, recta intentio, sanctum desiderium, humilis ad Deum, pia ad proximum voluntas.* Quasi dicat actiones exteriores, & internæ cogitationes sunt aquæ viuæ procedentes ab anima sancta, tanquam à ventre, qui est fons membrorum corporis, & mens perfecta est fons scatuiens desideria bene operandi ad se, & ad omnes.

Auct. mens. Locus scripturæ à Christo citatus spiritualiter intelligendus. Ezech. 11. n. 19. & c. 36. n. 25. & 39. n. 29. Isaiæ 43. n. 13. & 55. n. 1.

4. Sententia, meo videri ipse Euangelista difficultatem insinuans dixit, hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes. Quasi diceret, non quærant Doctores locum scripturæ, quem citat Christus de ventre fluente aquas viuas, quia loquutus est de spiritu, quem accepturi erant credentes per fidem. Et solum sensum spiritualem voluit demonstrare; quia passim mutatis verbis inuenientur loca scripturæ, vbi Spiritus sanctus diffusus in homines demonstratur, vt Ezech. 11. numero 19. & capite 36. num. 25. & 39. numero 29. Isaiæ 43. numero 13. & 55. num. 1. 1550

Caietan. in Euang. Scripturæ fontes & flumina Scientiarum salutis æternæ. Prædicatores & scriptores fontes scaturientes.

5. RESPONSIO Caietani in Euang. Ioan. 7. *Plus dicit hic Iesus, quam dixerat Samaritana: tunc enim dixerat aqua, quam ego dabo fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam: nunc autem dicit, quod flumina fluent de ventre eius, ad significandum diuersa flumina gratiarum ad salutem animarum.* Quasi dicat, qui alios docere debent & in Regno cælorum futuri sunt magni, quia quæ docent, & quæ scribunt, vel prædicant, operantur. Hi habent flumina in ventre intellectus, & quasi fontes deriuantur aquæ salutis in omnes credentes. De corde vero Samaritanæ conuersæ fontes scaturire dictum est, quia mulier non debet prædicare, neque docere. 1551

DIFFICVLTAS VI.

Quare dicitur, nondum enim erat spiritus datus quia Iesus nondum erat glorificatus?

QVæritur, quomodo non erat datus spiritus Sanctus Discipulis vsquequo Christus esset glorificatus? 1552

Gloss. ord. Plenius spiritum Sanctum post passionem Christi acceperunt. Gratiæ dona augentur plus & plus.

1. RESPONSIO Glossæ ordinariæ. *Et si prophetæ acceperunt eumdem & Ioannes Baptista & alij ante resurrectionem Christi tamen erat alius modus donationis futurus apertior, & plenior, post resurrectionem enim, quando primum apparuit Apostolis, insufflauit in faciem illorum, qui flatu primo homini animam induxit, & de limo erexit. Significans ergo se esse eundem, efflauit spiritum in Apostolis, vt de luto exurgerent. Deinde post ascensionem Spiritum sanctum misit in formam ignis, vt plenius acciperent gratias eius, & docerent gentes.* Quasi dicat hæc & alia innumera dona Spiritus Sancti post passionem Apostolis diffusa, & communicata sunt; ideo dicitur nondum spiritus

erat

erat datus, quia Ieſus non erat glorificatus.

1553 Lyr.ſua in gloſſ. *Deſideria rei amata creſcunt in abſentia.*

2. RESPONSIO Lyræ ſua in Gloſſa: *Ad hoc autem datur ſpiritus ſanctus vt trahantur corda fidelium ad cæleſtis gloria deſiderium; nihil autem deſideratur niſi apprehendatur vt poſſibile; poſſibilitas autem humana natura ad aſſequutionem cæleſtium manifeſtatur per glorificationem humanitatis Chriſti. Et ideo prius debuit clarificari, quam daretur ſpiritus ſanctus in forma viſibili, vt per factum videretur aditus regni cæleſtis poſſibilis homini.* Quaſi dicat, Obiicies ad hoc, vt homines deſiderabant gaudia æterna non ſunt totaliter ſeparati à potentiis animæ vſquequo Chriſtus glorificaretur, & poſt eius reſurrectionem & aſcenſionem in cælum ardentius corda fidelium deſiderant dona ſpiritus ſancti per gratiam quæ eſt ianua gloriæ.

Chriſtus poſt aſcenſionem glorificatus eſt.

1554 Aug.4.de Trin. *Non ita repletus eſt Baptiſta gratia ſpiritus ſancti ſicut Apoſtoli poſt Pentecoſten.* Aug.cit.

3. RESPONSIO Auguſtini 4. de Trinit. in cath. citat. *Sed quomodo de Ioanne Baptiſta de ſpiritu Sancto replebitur ab vtero matris ſua. Quomodo ergo intelligitur niſi quia certa illa ſpiritus Sancti datio poſt clarificationem Chriſti futura erat.* Quaſi dicat habituram eſſe quandam proprietatem in aduentu ſpiritus Sancti qualis antea nunquam fuit. *Nuſquam enim legimus* (ait Auguſtinus) *linguis, quas non nouerant homines loquutos; veniente autem ſpiritu Sancto ſicut tunc factum eſt, cum oporteret, & eius aduentum ſignis ſenſibilibus demonſtrari.* Et addit Auguſtinus. *Cum ergo modo, accipiatur ſpiritus Sanctus, quare nemo loquitur linguis omnium gentium?* Et reſpondet: *Quia iam ipſa Eccleſia linguis gentium loquitur, in hac qui non eſt, nec modò accepit ſpiritum Sanctum. Si amas vnitatem etiam tibi habet quiſquis in illa aliquid habet: Tolle inuidiam, & tuum eſt, quod habeo, liuor ſeparat, charitas tangit: ipſam habeto, & cuncta habebis; quia ſine illa nihil prodeſt quidquid habere poterit. Charitas enim Dei data eſt nobis per ſpiritum Sanctum qui datus eſt nobis.* Quaſi dicat ideo ſpiritum Sanctum modo dicto noluit dare niſi poſtquam eſſet glorificatus, vt in ſuo corpore oſtenderet vitam, quam modo non habemus, ſed in reſurrectione ſperamus cum dotibus glorioſis effectu gratiarum potiri.

Eccleſia catholica habet in ſe omnia genera linguarum.

Charitas in ſe habet linguas ſpiritus Sancti.

Corpora glorioſa cum Chriſto glorificanda.

4. RESPONSIO meo videri; quia poſt aſcenſionem habuit Chriſtus extrinſecam gloriam, quam non habebat, cæleſtis ſcilicet habitaculi. Ideo dixit, nondum enim ſpiritus Sanctus datus eſt, quia Ieſus nondum erat ad dexteram Patris, ex qua ſeſſione, & habitatione ſequutus eſt aduentus ſpiritus Sancti, vt ipſe dixit: *Niſi ego abiero Paracletus non veniet ad vos*, Quod idem eſt ac dicere, nondum erat ſpiritus Sanctus datus, quia Ieſus non erat glorificatus id eſt in gloria collocatus. 1555

Auct.mens *Sedes Chriſti ad dexteram Patris. Complementum glorificationis corporis eius.*

TRACTATVS QVADRAGESIMVS,

Ad mores, *In cap.* 8. *Ioannis De miſsione miniſtrorum ad apprehendendum Chriſtum.*

DIFFICVLTAS VII.

Quare dicitur quod audierunt Phariſæi turbam murmurantem, & miſerunt miniſtros, vt apprehenderent Ieſum?

1556 QVæſitum fuit, quare ipſi Phariſæi Chriſtum non apprehenderunt, & quare turba murmurabat?

Gloſſa ord. citat.in litt. *Honores æmuli vulnera cordium inimicorum penetrantia.* Oleaſt.in

1. RESPONSIO Gloſſæ ordinariæ in litt citatæ: *Audito murmure à turba quo Chriſtus glorificabatur, miniſtros miſerunt, vt eum apprehenderent.* Quaſi dicat plus inuidi laudibus æmuli ſui torquentur, quam ſi corda lancea transfigerentur. Vnde interrogat Oleaſter, quare Exod. cap. 1. dicitur: *Ecce populus Iſrael multus & fortior nobis eſt*, Sic legit Pagninus. Et reſpondet; *Hac eſt inuidorum pœna alios plures, & fortiores ſe ſemper exiſtimare, vt non niſi paruulos, & timidos iudices occidat inuidia.* Quaſi dicat ſemper torquentur bonis alienis inuidi, & famæ, & honorificentiæ acclamationem aliorum corda ſua quaſi lancea transfixa irremediabiliter vulnerantur.

Exod.1. Tráſ.Pagn. *Paruulos occidit inuidia. Iudæi, & eorum ſucceſſores inuidi valde.*

Hinc Galfridus in alleg. ſuper Ierem. 7. ait: *Sicut enim ille qui primus inuidia peſte corruptus eſt, nec medelam pœnitentia, neque fomentum vllius curationis admittit. Ita & ij qui iiſdem ſe percutiendos morſibus tradiderunt omne remedium excludunt; quia cum vtique non culpa eorum, quibus inuident, ſed proſperitate crucientur.* Et addit: *Erubeſcant enim ipſam prodere veritatem, extrinſecus quaſdam ſibi ſuperfluas, & ineptas cauſas offenſionis inquirunt, quarum quia omnino falſæ ſunt, vana curatio eſt, cum illud mortiferum virus, quod non vult prodere, lateat in medullis.* Quaſi dicat, 1557

Galfrid.in alleg.c.7. Ierem. *Inuidia Diabolus periit.*

Inuidi intus cremantur & foris irridentur.

dicat, ficut Diabolus inuidiâ diuinæ effentiæ perditus eft, & numquam refipifcere conatur. Ita Iudæi, quia Chriftum inuidebant quotidie plus in malitia inuidiæ permanebãt, & caufas murmuris inquirebant, & cum laudes & mirabilia Chrifti cognofcerent effe, non ad illas fed ad extrinfecas & parui momenti caufas refpiciebant, dicentes, quia Sabbatha non cuftodit; ideo miniftros, vt eum apprehenderent miferunt, & re vera intus in corde mirabilibus, & fignis à Iefu operatis torquebantur. Et profequitur Galfridus: *De iftis inuidiofis ait Salomon, fi momorderit ferpens, non in fibilo, non eft abundantia incantatori; ifti enim funt taciti morfus, quibus folus capientiũ medicina non fubuenit; nam vfque adeo incurabilis eft ifta pernicies, vt blandimentis exafperetur, infletur obfequiis, muneribus irritetur; quia vt ipfe Salomon ait, nihil fuftinebit zelus. Quanto enim amplius, aut humilitatis fubiectione, aut virtute patientiæ, aut munificentia laude profeceris; tanto ille maioribus ftimulis incitatur; quia non nifi ruinam, aut calamitatem, aut mortem eius, cui inuidet, concupifcit.* Quafi dicat, quod hodie Chrifto contigit, qui neque doctrina, neque miraculis, neque patientia, neque humilitate animos inuidorum vincere potuit vfqueque miniftros deteftabiles miferunt, vt eum apprehenderent, & tandem non poft multum tempus occiderũt? Et concludit Galfridus citatus. *Quis autem noftrum eft qui fe vt fatisfaciat inuidenti à bonis corruere, aut a profperis alienari, aut a calamitate aliqua velit inuolui. Quapropter ne totum quidquid in vobis inuidum eft; vno tantum morfu huius mali bafilifcus interimat diuinum, cui nihil impoffibile eft imploremus auxilium.* Quia quo magis laudes Chrifti, & murmur creuit, plus Pharifæi torquebantur, vt Gloffa infinuat.

Galfrid cit. Eccl.c.10. n.11.

Inuidi calamitatibus proximorum lætantur.

Iudæi inuidi fola morte Chrifti requiem habuerunt.

Galfrid.cit.

Sola Dei omnipotentia præualet contra inuidos.

Gloff. cit.

1558 2. Responsio Lyrani fua in gloffa cit. in litt. *Bene dicitur, quod auderunt turbam murmurantem, quia boni non audebant palam Chriftum laudare, & detractores contra Chriftum loquebantur in abfcondito.* Quafi dicat; detractores in fecreto intolerabiles funt. Vnde interrogat Oleafter. quare Exod. 16. dicitur. *Et murmurauerunt omnis cætus filiorum Ifrael contra Moyfem & Aaron?* Et refpondit *Quod in Hebræo verbũ Ton duo fignificat, murmurare, & pernoctare, feu vt alij legunt perfiftere & pertinaciter conqueri, vt patet Numer. 14. quod Halinoton, id eft, quid perfiftitis murmurare aduerfus me, & ita faciunt tranflationes hunc fenfum.* perftiterunt omnis cætus filiorum Ifrael contra Moyfem & Aaron, die, noctuque murmurando. Et addit Oleafter, *Expende malitiam Ifraelitarum, cupiebant aduerfus Deum murmurare, fed non audebant, ideo aduerfus feruos fuos Moyfem & Aron murmurauerunt.* Quafi dicat, ideo Iudæi miniftros deteftabiles ad incarcerandum Chriftum, mittunt, quia ipfi non audebant, fed die, noctuque perfiftebant murmurando aduerfus Chriftum quia deteftationes nocturnæ perniciofæ, & perfiftentes funt.

Lyr. cit. in litt.

Clam murmurantes impij & crudeles.

Oleaft. in Exod. 16.

Traf. Pagn.

Dictio Hebræa Ton idem quod murmurare, vel perfiftere.

Num. 14.

Halinoton *Hebræa dictio idem quod perfiftere.*

Murmuratores femper clam loquuntur.

Nocturna murmurationes perniciofiffima.

1559 Vnde interrogat D. Bernard. in allegor. Galfrid. citat. quare Ierem. cap. 9. dixit *Intrauit* (vel afcendit) *Mors per feneftras?* Et refpondet: *tunc mors per feneftras ingreditur cum prurientibus auribus, & oribus lethale poculum detractionis inuicem nobis miniftrare contendimus.* Quafi dicat qui delectantur detractionibus omnes potentiæ animæ fuæ quafi feneftras adaperiunt per quas mors æterna afcendit, & fpolia pretiofa animæ furantur. Et addit Bernardinus: *Non veniat anima mea in confilio detrahentium, quoniam Deus odit eos dicente Apoftolo, detractores Deo odibiles: neque mirum, cum id præcipuè charitatem, quæ Deus eft, cæteris acrius impugnare & perfequi cognofcatur.* Quafi dicat, detractores ex diametro opponuntur charitati, & per confequens Deo, quia Deus charitas eft. Et pergit Bernardinus: *Omnis enim qui detrahit primum quidem fe ipfum prodit vacuum charitate. Deinde quid aliud intendit, nifi vt is, cui detrahitur, veniat in odium vel contemptum ipfis apud quos detrahitur. Ferit ergo charitatem in omnibus qui audiunt linguam maledicam, & quantum eft in fe necat funditus, & extinguit, non folum autem fi in abfentibus vniuerfis ad quos volens verbum forte per eos qui præfentes funt venire contigerit.* Quafi dicat, detractio, & murmuratio in abfcondito concilio facta contra Chriftum, & decretum impium miniftris deteftabilibus tradirum fuper apprehenfionem, & incarcerationem folum ex iniqua intentione proceffit, vt eum turbæ odio haberent, & contemnerent, præfertim illi, qui ex honore, & caufa exaltationis gloriæ Dei, illum laudando murmurabant contra impium decretum in fecreto detrahentium, vt adnotauit Lyranus.

Bern. in allegor. Galfr. ad c.9. Thr. zanct.alia.

Potentiæ animæ feneftra detractionis.

Ep.B.Ioan.

Detractores contemptum fui inimici intentant.

Murmurantes odium contra murmuratis prætendunt.

Bern. cit.

DIFFICVLTAS VIII.

Quare dicitur, adhuc modicum tempus vobifcum fum, quæretis me, & non inuenietis me?

Q Væfitum fuit, quare tam apertè fuam Chriftus mortem præfignat, & dicit, quod non inuenient eum? 1560

1. Responsio fuit Chryfoftomi in litt. citat. *Verba loquitur humilitatis plena, ac fi diceret, quid feftinatis me interficere, paruum expectate tempus.* Quafi dicat, fuftinete modicum me, quia vfqueque me mortuum videatis, non quietem habebitis, fed tot mala poftea fuperuenient contra vos, quod me quæratis, & non inueniatis.

Chryfoft. in litt. cit.

Mors iufti longa femper videtur impiis.

Interrogat Stephanus in alleg. Galfridi cit. quare 1. Reg. c. 3. dicitur. *Quod Eli non poterat videre lucernam Dei antequam extingueretur?* Et refpondet. *Hely ficut amatores mundi vt Tyranni qui fanctos viuentes non agnofcebant, fed poft mortem eos per miracula cognouerunt.* Et addit: *Habet quod legitur de Gedeone, qui confractis laguncuIis apparuerunt lucernæ. Multi etiam modo funt tales, vt Ely, qui nunquam laudabunt probitatem in alio, nifi poft mortem.* Quafi dicat, ficut & fuerunt femper multi, qui lucernam non vident liuore repleti, neque 1561

Stephan. in alleg. Galfr. citat.

1. Reg. c. 3.

Ingeniofos lucidos, & famofos mortuos impij laudant, viuentes ignorans.

laudant

Tyranni non possunt ardentem lucernam videre.

laudant ingenium, virtutem, valorem, litteras & patientiam aliquorum in vita, dum ardent & lucent; post mortem vero laudibus exaltant; & idro Christus dixit ministris Iudæorum expectate paulisper, quia cito mortuum me quæretis, & percutientes pectora vestra reuertetis, & non inuenietis, & tunc me laudabitis nimis.

1562 · Hinc interrogat Oleast. Quare Gen. 5. dicitur: *Ambulauit Enoch cum Deo, quia tulit eum Deus?* Sic legit Pagninus. Et respondit, *Quia nullum euidentissimum signum maius esse potest punitionis Dei, quam ablationem iustorum à mundo, de qua lachrymabiliter conqueritur Hyeremias dicens Vsquequo lugebit terra, & herba omnis Regionis siccabitur propter malitiam habitantium in ea, consumptum est animal, & volucre; Et apud Dauid terram fructiferam in salsuginem versam propter malitiam habitantium in ea.* Quasi dicat, ita malitia humana hodie creuit quod volucres cœli etiam vectigalia, & tributa soluunt quia grana tritici comedunt, & inter herbas terræ oues, & bobes malitiam inueniunt, quia malitiosè rigantur, vt crescant & naturalem saporem amittant.

Oleast. in Gen. 5. Transl. Pagn.

Malitia humana vsque ad volucres cœli pertingit.

Ierem. cap. 12 n. 4. Ps. 106. n. 34.

Oues & bobes malitiā hominū participant.

1563 Et addit Oleaster citat. Quid vero iustus mundo prosit parabola illa Zizaniorum apud Matth. optime docet, quàm Paterfamilias venenosas & nocinas herbas eradicari non siuit vsque ad messem propter triticum Et concludit Doctor egregius: *Nullum enim præsentius venenum mundo esse potest iniquis hominibus; quot mala propter vnum solum iniquum patiatur, & quot bonis ob solum hominem iustum priuetur quod tam euidens omnibus esse existimo, vt lucem soli addere velit, qui hoc probare nisatur.* Quasi dicat, quæ maior ratio ad probationem huius, quam verba Christi quæretis me, & non inuenietis me, sustinete modicum, quia citò occideris me, & per mortē meam tot & tanta mala videbitis super vos, & super filios vestros, quod maiora non esse possunt, vt Chrysost. insinuat.

Oleast. citat. Matth. cap. 13. n. 30.

Vnus iustus fulcimentum malorum totius mundi.

Mors vnius iusti causa malorum indiuisibilium

Chrisost. citat.

1564 2. Responsio fuit. *Quæretis me, & non inuenietis me; quia in prosperis non stimantur bona quousque amittantur vt communiter, vulgariterque refertur.* Quasi dicat, me præsente prosperi & in pace cum Romanis viuetis; me autem mortuo, prosperitatem non habebitis, quia pace carebitis. Hinc Gen. 37. n. 14. dicitur, quod Iacob dixit filio suo Ioseph. *Vade & vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos.* Vbi Chaldæus vertit *vide pacem fratrum tuorum*, ac si idem esset prospera esse, ac in pace esse. Ideo Glossa ordinaria explicans verba Christi Lucæ 14. *Pax vobis, inquit, qui pacem dedit omnia vnico verbo dedit.* Hinc interrogat Chrysostomus hom. 16. quare Apoc. 12. dicitur. *Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta sole?* Et respondet, *Quia sicut cœlum splendor solis, ita Ecclesiam fulgor pacis illuminat.* Et addit. *O quam desiderabile nomen pacis, quam Religionis Christianæ stabile fundamentum, & altaris Domini cælestis armatura.* Quasi dicat. *Ergo pax est sol, & qui pacē diligit, sole vestitus splendescit.* Recole quæso, quod dicit Chrysost. *Pax est altaris cælestis armatura.* Quasi dicat; nihil enim ita contra omnium hostium incursum, Ecclesiam armat quam pax, quam vnitas; quia altaris munimen pax est & eorum qui ad altare deseruiunt fortitudo, prosperitas, & fœlicitatis pignus.

Prosperitatē habet qui pacem habet.

Gen. 37. n. 14. Transl. Chald.

Lucæ 14. Pax ingens thesaurus.

Chrisost. hom. 16. Apoc. 12.

Pax est sol lætificans communicatos.

Pax armatura ecclesiæ contra incursus hæreticorum.

Hinc Hieronimus in Ps. 75. n. 3. *Et factus in pace locus eius est; non est vmbraculum Domini nisi vbi pax, vbi zelus, atque discordia non est protector Deus, locus Dei non est nisi in anima, qua pacem habet.* Ac si dicat frustra protectionem Dei orans & deprecans super altare effundit, qui pacem non habet cum proximo suo: neque prosperitatem, aut felicitates spectet. Vnde Cassianus in allegor. Galfrid. explicans verba Christi Matth. 5. n. 23. *Si offers munus tuum ante altare, & recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersus te: neque enim ait, si habet veram querelam aduersus te: sed si habet aliquid aduersus te, id est si leue etiam aliquid ac si vile sit, quod fratris in te excogitata fuerit commotio, & hoc memoriam tuam subita recordatione pulsauerat: scias offerre te precum tuarum spiritualia munera non debere, nisi prius qualibet ex causa exorta tristitiam de corde fratris tui benigna satisfactione depuleris.* Quasi dicat, prosperitates, & felicitates te promittere potest cum ad altare oraueris, si pacem in corde lætam & hilarem portaueris. 1565

Hieronym. in Ps. 75. n. 3.

Deus à domo discordiarum fugit.

Cassian. in alleg. Galfrid.

In Matth. 5. n. 23.

Commotio cordis pacem tollit.

Hinc interrogat Alcuinus, *Quare in arca Noe animalia ex natura ipsa inimica & opposita in pace commorari potuerunt, quomodo lupus non deuorauit ouem, neque accipiter auiculas insectatus est?* Et respondit; *quia sicut Dei nutu adducebantur in arcam: ita Dei nutu conseruabantur in arca.* Quasi dicat. Quid enim est communitas Religiosorum, nisi arca Noe, ad quam omnes fugientes diluuia peccatorum mundi summa suauitate, & interna inspiratione, sicut omnes creaturæ intrant in arca Religionis, & tunc prosperitatem, & serenitatem diluuij sepromittunt, cum ad nutum Prælatorum pace perfruuntur. si vero discordiæ nascantur, quia vnusquisque est filius matris suæ, tunc summam sibi infelicitatem expectent. ideo Cant. 7. n. 1. dicitur: *Quid videtis in Sulamite nisi choros castrorum.* Vbi Aquila legit. *Quid videtis in pacifica Religione, nisi choros Angelorum.* Quasi dicat, cum Religio & anima pacem diligit, & concordiam sentit, tunc exercitus Angelorum psallentium in citharis bene sonantibus audit; si vero discordiæ intrauerint, & pacem abiecerint à se tunc eueniet illi, quod Christus insinuat, quæretis me, & non inuenietis me, quia pace Christi absente omnia mala intrant in vnaquaque anima, & Republica, & cum illam desiderent, non inuenient, vt venientibus Romanis Iudæis contigit; quia in prosperis Christum non æstimauerunt vsquequo illum occiderunt, & perdiderunt. 1566

Alcuinus in Gen.

Communitas arca Noe ex diuersis humoribus repleta.

Ad nutum obedientia contrarij pacificantur.

Cant. 7. n. 1. Transl. Aquilæ.

Religiosi chori Angelorum in pace.

Discordia omnia dissipantur.

DIFFICVLTAS IX.

Quare dicitur, nunquid iturus est in dispersionem gentium & docturus gentes?

QVæsitum fuit, quare Gentiles vocabant Iudei dispersos, & cur tam efficaciter Christum apprehendere conabantur. 1567.

1. Responsio Chrisostomi; *Quia Gentiles dispersi erant inter se, & diuersos Deos colebant*

Chrisost. in hic citat.

Superbi semper instabiles. Vicissitudo regnorum timenda.

& ita superbe despiciebant eos Iudæi, & gloriabantur in superbia sua, sed vice versa hodie ab omnibus nationibus odio habentur Iudæi, & Gentilitas Deum verum stat, adorans. Quasi dicat, superbi ita humiles contemnunt, quod doctrinæ, & fidei Dei tanquam indignos iudicant, & vendere diuina conantur. Vnde interrogat Oleaster, quare Genes. 31. dicitur, quod Rachel dixit Lyæ. *Dormiat tecum Iacob hac nocte pro mandragoris*, Sic legit Pagnious. Et respondit. *Coguntur pauperes pretio sua propria emere, quæ eis diuitis dimitti desinunt contemnentes preces eorum: Rachel quia pulchra erat Lya maritum suum vendidit, quia erat lypida & abiecta. De quo conquerebatur Sanct. Hieremias Threnor. cap. vltimo: aquam nostram pecunia bibimus, & ligna nostra pretio comparamus.* Quasi dicat vicissitudines regnorum eueniunt Regibus, & potentissimis Tyrannis; quia superbia repleti ita pauperes aggrauant, & contemnunt, quòd in aqua, & vino, & in his quæ gratis à Deo, & natura omnibus sunt communia ibi vectigabilia imponunt (& si possibilitas afforet) in doctrina fidei Christi etiam grauarent humiliatos, vt Iudæi inflati gentiles contemnentes dicebant, nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes, quia ex superbia indignos fidei Christi iudicabant, vt Chrisostomus adnotauit.

Oleast. in Genes. 31. Trãs. Pagn.

Superbia mater contemptus. Propter Tyrannides regna transmutantur.

Ierem. Thre. cap. vlt.

Chrysost. citat.

1568 Hinc Augustinus in Ps. 92. *Humiles tanquam petra sunt: petra deorsum videtur, sed solida est. Superbia quid. Quasi fumus euanescit, & si alti sunt euanescunt.* Quasi dicat, subditi & pauperes, vt lapis quem reprobauerunt ædificatores, & pedes luteos in eo absterserunt contemnentes eum, solet fieri in caput anguli. Sic humiles contemptos, & à superbis reprobatos solet Deus exaltare, & super capita exprobrantium ponere; quia vicissitudinis obumbratio semper timenda est. Et D. Petrus Damianus lib. sexi. Epist. 9. ait: *Humanam mentem superbia vitream reddit, vt correctionis ictum per impatientiam ferre non possit.* Quasi dicat vnicum verbum, quod durius asperiusque est superbo videatur frangit superbum, vt statim per varias cogitationes veluti partes mens eius dissiliat. Et D. Chrisostom. hom. 20. in epist. ad Rom. *Oportet omnino vt infimus sit, qui arrogans est. Altitudo siquidem valida non est, sed quemadmodum aquatica ampulla facile rumpuntur sita & illi facilè pereunt.* Quasi dicat, bulla statim euanescit, & tumidus cito non apparet, & memoria eius perijt.

S. Aug in Ps 92. *Lapis abiectus fit et caput esse anguli.*

Superbi superiores timeãt vicissitudinẽ rerum.

S. Petrus Damianus.

Superbus sicut vitrum facile frangitur.

Chrysost. hom. 20. in ep ad Rom.

Superbia similis bullæ maris quæ cito euanescit.

1569 Hinc Suidas dicebat *Et sicut bulla rupta euanescit, sic memoria superbi tanquam si non esset.* Et S. Nilus oratione 8. de superbia. *Bulla fracta euanescit, & superbi memoria deperiit; viri humilis sermo fomentum est animi; superbus autem refertus est arrogantia.* Et Sanctus Antiochus hom. 44. *Quemadmodum inundantis aquæ bulla mox vt rumpitur euanescit. Ita superbi memoria à morte vel momento deperit, atque intercipitur obliuione.* Et Ierem. cap. 5. n. 22. *Posuit arenam terminum mari.* Quasi dicat, etiam si superbi fortes videantur; imbeciles vero humiles eos compescunt per diuinam permissionem, & vicissitudinis obumbrationem sicut arena maris fluctus tumentes coercet. Ita Rabbanus in allegoriis. *Arena humiles significat, vt in Propheta 3. dicitur, posuit arenam terminum maris, quod ad vincendum humorem superborum Deus humiles posuit.* Ideo dicebat Sanctus Valerianus hom. 14. de bono humilitatis: *Humilitas semper illæsa est; nescit enim vinci, cui non est causa pugnandi; superbia vero non solum vndis, sed etiam periculis subiacet*, Quasi dicat. Vincere superbia nescit, nescit humilitas vinci vt patet in Pharisæis Christum & gentes contemnentibus; quia ituros ad docendum eos putabant, & propter eorum superbiam vice versa illi hodie contempti, & odibiles omnibus sunt; gentiles vero Christum recipientes super capita omnium nationum sunt, vt Chrisostomus adnotauit.

Suidas. S. Nillus orat. 8. de superb.

S. Antiochus hom 44. *Memoria superborum vt bulla cito perit.*

Ierem. c. 5. num. 22.

S. Valerianus hom. 14. de bono humilitatis.

Humilitas illæsa est et se superbia fastidiosa omnium.

Chrisost. cit.

3. Responsio fuit, quia meo iudicio hæc dicebant Iudæi timentes ne Christus elaberetur de manibus suis, & non possent apprehendere eum, & sic dicebant, *Nunquid in dispersionem gentium fugiet et prætextu docendi eos.* Quasi dicant, nunc in dispersionem gentium iturus est ad fallendum eos titulo Sanctitatis, sicut nos fallere conatus est. Vnde interrogat Oleaster, quare Numer. 6. n. 9. dicitur: *Si mortuus fuerit subito quispiam coram Nazareno polluetur caput consecrationis eius.* Vel vt Pagninus legit. *Si mortuus fuerit iuxta eum, mox fortuito.* Et respondit: *Periculosa, & quæ vix custodiri potest res est sanctitas, & omnibus casibus & periculis obuia, & in qua multum vigilandum est, ne eam perdas. Audis hic Nazareatum pollui, si contigeret mortuum coram Nazareno cadere.* Quasi dicat, timeant qui famam maximæ sanctitatis consequuti sunt; quia Principes, & mortui sæculi peccatores eos tentant & tangere conantur laudando eos & futura contingentia sciscitando ab eis, vt si in minimo errent totaliter caput sanctitatis radatur, & fama eius corrumpatur, & conuertatur in hypocrisim simulatam. Et addit Oleaster, *Non admittunt opera sanctitatis solida, (nec vnum vllum) ne putes Deo seruire, & vanitati, aut mammona.* Quasi dicat, qui sanctitate præditi sunt fugiunt commercia Principum & Aulicorum, quia tentantes apprehendere conantur eos, vt postea cum Pharisæis dicant, in dispersionem gentium iturus est, vt fallat eos titulo doctrinæ sanctæ.

1570 Auct. mens. *Hypocrita fallaces.*

Oleast. in Num. 6. n. 9.

Sanctitas exposita periculis vanitatis.

Aulici & Reges tentando sanctos futura petunt scire.

Oleast. cit.

Aulici sanctos perdunt interrogando.

Hinc interrogat Ailredus in alleg. Galfridi, quare Isai. 14. dicitur, *Aqua Nemrim deserta erunt?* Et respondit; *Quia Nemrim Pardus interpretatur. Est enim Pardus animal maculosum, & varium, quod vita & moribus congruit Hypocritarum, qui foris candidi, intus sunt obscuri, in quorum veste vilitas, & in mente cupiditas.* Quasi dicat, simulant hypocritæ in omnibus operibus suis ventum pascentes, & vanam gloriam mitis & variis modis quærentes. Hinc illud Philostrati in vita Apollonij lib. 1. c. 15. *Videns autem virum squalidum & macilentum exclamauit manibus faciem operiens, sic muliercula abhorrenda cuiusdam rei subitum aspectum facere solent.* Quasi dicat sanctitatis tecta velo sæpe flagitia latent. Et sic in Hebræo verbũ chamaph significat tegi; quia impios hypocrita semper cogitat maculare, tegere & inficere alios gestu exteriore sanctimoniam fingens. Et Chrisol. ser. 7. *Hypocrisis subtile malum secretum virus, venenum latens, virtutum fucus, tinea sanctitatis.* Et D. Petrus Dam. lib. 6. Epist. 32. *Nix alba, sed frigida, hypochrita nempe qui se per sanctitatis adumbrata figmen*

1571 Ailredus in alleg. Galfr. Isai 14.

Hypocrita similes Pardo.

Philostrat. in vita Apollõ. *Hypocrita meretricibus similes.*

Hebræa dictio Chamaph. *idem quod tegi.*

Chrysolog. ser 7.

S. Petrus Dam. lib. 6. ep. 32.

figmentum transfigunt in Angelum lucis, nullis infernet æstibus charitatis, atque ad instar niuis, simul est albus & frigidus; quia piis quidem se deseruire operibus simulat, sed viscera solida pietatis ignorat. Quasi dicat, bis malus dici debet, qui sub boni specie malus est, sicut tripliciter iniquus qui semper de sanctis impiè diiudicat,
Hisp.loc. vt Hispani dicunt *Echandolo siempre ala peor parte, para acertar,* Vt Pharisæi,& ministri detestabiles dicebant intra se, numquid in dispersionem gentium iturus est, vt titulo docendi eos simulando sanctitatem eos fallat, vt adnotauimus in littera.

DIFFICVLTAS X.

Quare dicitur, quod in die festiuitatis magnæ stetit Iesus, & clamabat, si quis sitit, veniat ad me, & bibat?

1572 QVæsitum fuit, quare Christus vt clamaret stetit inuitando cum aqua viua?

Auct. meus. Sacra scriptura arma Ecclesiæ.

1. Responsio fuit meo videri in litt.citat. *Stetit Iesus, quia stare proprium est pugnantis, & vt ministri iustitiæ, qui veniebant apprehendere eum, agnoscerent quod non timebat eos, imo Pharisæi, & Scribæ, qui à longe stabant audirent eum prouocantem ad defendendum se, non armis, sed locis sacra Scriptura, quæ ipse citauit.* Vnde interrogat Oleaster, quare Exod.18. dicitur, *Super arcam testamenti facies duos Cherubim?* Sic Pagn. Et respondet. *Audi quàm curiosè seruentur scriptura testimonia in arca, & quomodo Cherubin pleni scientiarum defendunt illam, quia sunt velocissimi ad omnem plagam inferendam, super quibus Dominus sedere dicitur, vt adumbret nobis, quam velox veniat in adiutorium scriptorum super sacram paginam, vt militent contra Hæreticos, qui vnam sanctam, & Apostolicam Ecclesiam cum suo Pastore summo Pontifice, dilaniare erroribus conantur.* Quasi dicat, laborent fideliter, & deuotè in vinea Domini operarij & stent viriliter pugnando Magistri & Doctores sacræ scripturæ; quia scriptum est Ps.17. *Quod Dominus sedit super Cherubim, & volauit super pennas ventorum.* Et addit Oleast. *Sed ad quid Domine tam praeceps volas? Eruet* (inquit Dauid) *me de inimico forti ab odio habentibus me, quoniam fuerunt robustiores me.* Quasi dicat stans, clamat Iesus dicens, si quis sitim, sapientiæ, & scientiæ diuinæ habeat, veniat ad me, & ego docebo eum, & defendam ab innumerabilibus erroribus hæreticorum, quia fortioribus dæmonibus ministrorum detestabilium, qui simplices, carnales,& luxuriosos incautos apprehendere volunt vt in æterno carcere decludant eos.

Oleast. in Exod. 18. transf. Pagn.

Summus Pontifex Cherubim arcam noui testamenti seruans.

Scriptores sacra Scriptura sub tutela Dei. Ps. 17. Oleast. cit.

Hæretici ignorant sensum spiritualem scripturarum.

1573 Hinc Sanctus Bruno citatus in allegor. Galfrid. super Exod. 24. dicit, *Quod Deus præcepit Moysi, facies propitiatorium de auro purissimo; quia propitiatorium oraculum vocat, quo arca testimenti tegebatur. Merito autem arca Dei, id est, sanctuarium animarum, & beatorum spirituum collecto propitiatorio tegitur, quando Dei clementiam, & propitiationem super se semper intuentes, non solum quæ petunt & optant; verum etiam omnia quæcunque desiderant adipiscuntur.* Quasi dicat, qui scripturæ continuo vacat non solum aquas viuas vitæ æternæ sibi inuenit, sed fontes & flumina aquarum viuentium Dominum, vt cæteris impartiatur inuenit. Et addit Pater citatus. *Est autem arca testamenti de auro mundissimo; quoniam tam sapienter propitiatur Deus, vt in sua propitiatione, nunquam fallatur.* Quasi dicat, tam viriliter stat Christus pugnans cum magistris, & scriptoribus Sacræ paginæ, quod de auro purissimo sine mistione scoriæ infundit veritatem Catholicam; quia prospicientes ad caput Ecclesiæ Romanæ nullatenus falli possunt; quia oculus & intellectus falli possibile est; Ecclesia vero nullatenus. Vt Petrus caput Ecclesiæ insinuat.

S. Bruno in alleg. Galfr. in Exod. 24. *Arca testamenti tegebatur propitiatorio.*

Magistri & Prædicatores fontes aquarum sibi & cæteris. S.Brun.cit.

Caput Ecclesiæ non potest errare vt summus Pontifex. Ecclesia neque fallit, neque fallitur.

Ideo addit Stephanus citatus in allegor. ad eundem locum. *Præcepit Deus Moysi cap. citat. Exod. facies mensam de lignis Sethin; quia mensa est sacra Scriptura, quæ fit de lignis Sethin, quæ sunt similia albæ spinæ. Et in his tria notantur, spina, albedo, imputribilitas. Hæc notauit Ireneus, qui emit à socro suo agrum Manathot, & dedit ei socer duas cartas, quas ipse vocauit librum signatum, & apertum,* Quia vna erat clausa, altera aperta, vt dixit Baruch. *Sume librum signatum, & librum apertum, & repone in vase fictili, vt maneant per multos dies: emptio ista,* inquit idem Pater: *Est comparatio vitæ æternæ, quæ continetur in nouo testamento, quod est liber apertus, & in veteri quod signatus; Et hi duo libri reponuntur in vase fictili, id est, in fragilitate, & vilitate litteræ exterioris.* Quasi dicat, Hæretici fragiles & miseri attendentes ad litteram solum scripturæ incidunt in errores detestabiles, & non bibunt ex fontibus aquarum viuentium, sed faciunt sibi cisternas dissipatas, corruptibiles, impudicas, inobedientes, & putridas; qui vero intrant per portas Ecclesiæ à successoribus Petri habentes claues Ecclesiæ, sapientiæ, & scientiæ diuinæ aperiunt, & bibunt de ventre matris Ecclesiæ Catholicæ fluenta aquarum vitæ candidæ imputribilia, & spinis errorum carentia. Ideo Christus stans clamat, vt veniant ad eum sitientes sapientiæ, scientiæ, & cognitionis sacræ Scripturæ, vt adnotauit Theodoretus, quia ipse defendit illos ab erroribus innumerabilibus hæreticorum.

1574 S. Steph. in alleg. Galfr. in Exod. 24. cit.

Mensa Sethin est sacra Scriptura. Ierem. cap.

Emptio sacra Scriptura est comparatio vitæ æternæ. Hæretici ad solam litteram attendentes errant in millibus.

4. Responsio fuit Augustini in litter. citati: *Clamabat Iesus quia plus amabat hominem interiorem, quam exteriorem.* Quasi dicat, amor Christi ita ardenter sese inflammabat propter hominem interiorem, quod clamabat rogando, vt venirent ad extinguendam sitim tam suam, quam Dei; quia quemadmodum lampas ardens, cum extingui prope est, flammas splendescentes & ardentiores expellit. Ita amor Christi, iam prope diem mortis eius plus se excitabat, & ardenter clamabat. 1575

Aug. in litt. citat. *Amor sicut lampas ardens proxime extingui.*

Vnde interrogat Oleast. quare Ex.34. dicitur. *Tribus vicibus conspicietur omnis masculus tuus coram Deo Israel?* Sic Pagnin. & respondit, *mira dignatio, & admirabilis amor Dei, vt veluti Pater filium, velit te Deus tuus coram se tam crebro videre & pro te clamet, & suspiret. Tu vero homo ingratus vix eum semel in Heb-* 1576

Oleast. in Exod. 34. Transf.Pagn. *Vis amoris Christi ingens.*

Vis amoris Christi ingens. — *Amanti semel aspexisse non sufficit.* — *Amoris sitis inextinguibilis.*

domada vis videre: Quasi dicat, inaudita est vis amoris, quia amanti nunquam semel aspexisse sufficit; & qui verè diligit quanto plus respicit à re amata plus incitatur ad incessanter videre: ideo Christus sitibundus amore hominis interioris clamat dicens: *Si quis sitit veniat ad me, & de ventre eius fluent aqua viua.* Quasi dicat, veniat ad me quia sum arca fontis; (parum dico, sum tanquam venter hydropici,) neque exagero nimis. Veniat tanquam ad flumen, quod de matrice

Hispan. loc.

exiit, vt Hispani dicant, *Como Ria quando sale de madre*, inundans prata, campos, & hortos, & omnia abundanter fecondans, sic veniant homines ad me, & bibant, & corda purificata habebunt, & ipsi de corde meo bibent, *quia amor coniunctus indiuisusque fortior est* (vt inquit Oleaste) & Rupert. lib. 5. interrogat, quare sponsa Cant. 5. n. 8. clamans dicebat, *Adiuro vos filia Hierusalem, si inueneritis dilectum meum vt nuntietis ei; quia amore langueo?* Et respondet; *quorsum ergo tendit, vt que efficit hec adiuratio, & se ad interrogationem respondit*, ait, *vt percussa percutiat, vulnerata vulneret mater filias, salubriumque vulnerum suorum aliquod experimentum efficiat.* Quasi dicat; ideo clamat anima, quæ ad reclamationem Christi venit ad fontes aquæ viuæ, & dicit consodalibus & amicis suis sponsis quod festinent videre sponsum & gustare de fontibus aquarum viuentium, vt iure propter eas fastidient voluptates huius sæculi; & statim clamabunt quod nulla maior voluptas, quam fastidium voluptatis acquisitum per inebriationem aquarum scaturientium de latere Christi inuitantis. Et addit Rupertus citatus. *Vnde & protinus dicunt sponsa, qualis est dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum? Qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos.* Quasi dicat, vulnus grande est, amoris non sentire vulnus, plagarumque medicina est amoris plaga ideo Christus amore ardens clamat dicens, si quis sitit veniat & sentiat vulnus amoris mei, & adimpleat vetus adagium Hispanum, *amor con amor se paga*; quia amor amore soluitur.

Olcast. cit. Rupert. in Cant. Cant. 5. n. — *Amor amore percutitur.* — *Amor aliis incitat ad amorem Dei.* — *Aqua gratia Dei extinguit voluptates mundi.* — Rupert. cit. Cant. 5 cit. — *Vulnus grande non sentire amorem Dei.*

DIFFICVLTAS XI.

Quare dicitur, qui crediderit in me sicut dicit scriptura, de ventre eius flumina aquæ viuæ?

1577 QVæsitum fuit, vbi scriptum à Christo citata reperiatur? Et quare non ibi.

Lyran. sua in Glossa. *Fides redundanda in omnes roborata est.* — Oleast. in Gen. 15. — Trans Pag. *Scutum fidei homines defendit.*

2. RESPONSIO Lyrani sua in Glossa citata, *quia fides in solo Deo roborata, & ad alios deriuatur, cuius sententia habetur Prouerb. 5. Sed verba sunt aliquantulum mutata, vnde interrogat* Oleaster; *quare Genes. 15. dicitur. Ego scutum tuum, & merces tua multa valde?* Sic Pagninus legit. Et respondit: *attende quàm difficile sit iustum mala attingere anima cuius scutum est Deus. Et simul aduerte mercedem à Deo non semper dari propter labores, & sudores, licet bona opera soleat optimè remunerare, sed propter fidem, aut fiduciam, quam in Deo habemus, & propter obedientiam quam in arduis vocibus obedimus.* Quasi dicat, fideles qui fiducialiter operantur, & obediunt voci Christi vocantis vt ad eum veniant, non solum erit scutum, & protector eorum sed & fidem roborabit. Ita vt si vere sit in eo fixa fiducia de ventre eius, id est, de intellectu; qui est venter in quo fides generatur, fluent aquæ viuæ vt in fideles in alios deriuentur, sicut dixit scriptura citata, Prouerb. 5.

Fiducia in Deo radicata fructus profert copiosos.

Hinc Guarricus Abbas, serm. 2. de Sancto Benedicto, explicans illam sententiam Hieremiæ, *Benedictus vir qui confidit in Domino c. 17. n. 7. Ita loquitur, quia qui in Domino fidit, in eo se ipsum figit; vbi autem arbor radicem figit, inde sic succum vita, atque humorem pinguedinis bibit. Plane ad humorem radices misit, & vt verbis vtar Benedicti Magistri spem suam Deo commisit, ac de ipso fonte summi boni aquas vita totius benedictionis, & gratia bibit: Per hanc fiduciam omnia possibilia credenti redduntur.* Et addit: *non solum mundus per eam vincitur, sed & cælum possidetur, super æternitatem bonum stabilitur, & in Deo ipso charitate radicatur & fundatur.* Quasi dicat, ad hoc Christus clamat, & vocat fideles, vt in ipso radicentur, & de immenso suæ diuinitatis abysso, & profundo mari hauriant flumina aquæ viuæ, & deriuentur in alios, & ad eum reuertantur cum gratiarum actione; quia scriptum est, *ad locum, vnde exeunt flumina reuertuntur.* 1578

Guarricus Abbas serm. 2. de S. Benedict. Hier. 17. n. 7. — *Fiducia in Deo omnia consequitur.*

Hinc Chrysostomus hom. 8. in Ep. ad Rom. explicans verba Apostoli ad Rom. 4. n. 20. *In repromissione autem Dei non hæsitauit Abraham diffidentia, sed confortatus est fide dans gloriam Deo.* Vel vt Pagninus. *Robustus factus est fide,* ait. *Vide Pauli Philosophiam: ostendit ei, qui credit maiori fortitudine, maiori robore indigere, nec contemptibilem, aut vulgarem laborem sustinere. Etenim attenebant fidem, tanquam quæ laborem non haberet. Itaque aduersus id sese obfirmans, ostendit non eum solum, qui temperantiam, aut aliud genus meriti: sed & eum quoque qui fidem habet magna admodum virtute, aut potentia indigere.* Quasi dicat, quo magis fides crescit, eo fiducia in Deum plus adhæret, & roboratur in eius pectore & maiora conatur, & inde procedit quasi flumina de ventre maris magno impetu decurrentia, & inde in fontes deriuatur, prata, agros, hortos, & omnes mentes gentium irrigantia, vt Lyranus adnotauit. 1579

S. Chrysost. hom. 8. in ep. ad Rom. — *Fides sine operibus non est robusta, ne, ut prauales.* — *Fiducia fidem exaltat, & sanctificat.* — *Fides pinguis, vt species deserti.*

3. RESPONSIO fuit Caietani in litt. citati. *Plus hic donat quàm Samaritana, quia ibi fons, hic flumina aquæ viuæ promittit.* Quasi dicat, quod Prædicator, & Doctor, qui docet & facit flumina gratiarum de ventre intellectus eius fluunt, id est, quòd Prædicator debet in se, & ex se doctrinam exercere, vt flumina gratiæ decurrant, & ne obicibus & scandalis eorum aquæ gratiæ frigescant. 1580

Caietan cit. in lit. — *Intellectus Prædicatorum venter producens fontes aquæ viuæ.*

Vnde interrogat Rupertus, quare Cant. 5. n. 5. dicitur. *Surrexi, vt aperirem dilecto meo.* Et statim addit: *Manus meæ stillauerunt myrrham: pessulum ostij mei aperui.* Et respondet, *quam pulcher, quam rationabilis, & disciplinatus ordo loquendi, prius myrrham stillas de manibus,* 1581

Rupert. Cant. 5. n. 5.

Pre dicatores sine operibus nil valent.

nibus , & digiti myrrha probatissima pleni monstrantur : ac deinde pessulus ostij dilecto aperitur, id est , prius vita laudabilis in exemplum praparatur , & deinde doctrina fidem querens audientiam palam profitetur. Quasi dicat, prius debet Prædicator , & Magister Præsul , & Pastor myrrhata pœnitentiæ opera exercere quam prædicare , quia fluenta aquarum detinentur cum peccatorum obicibus obcæcantur. Ideo S. Petrus Damianus Opusc. 15. c. 28. ait : *toto corpore linguam facie , & cum os taceat muta membra melius , quia & multiplicius clamant.* Quasi dicat; ideo plures ad Christum non conuertuntur, quia nudam oris vocem vix exaudiunt quæ statim euanescit, & transit. Stabilis autem & firma vitæ vox est, & manus myrram contrectantis ; quia multoties, seminata verborum doctrina arescit , & perit ; quia scandala prædicantis fluenta doctrinæ detinent , ne decurrant. Ideo Christus hodie stetit , & voce magna clamabat , quasi denotans quod prædicator toto corpore & viribus animæ debeat exercere munus Prædicationis membra scilicet , & affectus carnales mortificando & doctrina tunc bene docendo.

S. Petrus Dam. opusc. 15. c. 28.

Scandala Prædicatorũ obices contra peccatores.

1582 Vnde interrogat Olcaster : quare Exod. 18. dicitur, *Prophetam de medio tui suscitauit tibi Dominus.* Sic Pagninus & respondet. *Bene Dominus populo suo prouidit dans Prophetam & directorem, ne videlicet irent ad diuinos , & idolorum vates. Quare exemplo eius Pralati & Pradicatores debent ab auditoribus , & subditis omnem occasionem auferre discedendi à fide* Quasi dicat , Hæretici videntes prophanitates , & vitia Prædicatorum , & superiorum , forsan ad fidem non reuertuntur. Et addit Oleaster : *Euulgarunt nostra hac infelici tempestate Lutherani dogmaticè ferè omnes innumeras Christianas institutiones , aut potius destitutiones : Hanc infelicem doctrinam edocendo. Omitto* (inquit Oleaster) *concionatorum cateruam , qui verbum vita quemadmodum oportet sobriè tractent , & gratis disseminare velint.* Et iterum addit idem Doctor egregius : *deberent etiam Pradicatores & Confessores maximè curare nefandas superstitiones ab Ecclesia ejicere qua in tantum apud nos creuerunt , vt pacto cum Demonibus inito , veluti Gentilium tempore responsa scissitantibus prebeant* , & concludit citatus auctor : *memini enim me dum apud Eborensem inquisitionem munus inquisitoris agerem fæminam reperiisse , qua triginta annis & plus cum Damone familiaria colloquia permiscebat , quod sibilo , aut contractu manus ab ea vocatus statim aderat , & quidquid ab ipso scire voluisset , explicabat.* Ecquid aliud quæso huius prima labes mali fuit , quam aulicorum curiositas , & Prælatorum neglectus , qui ad fontes aquæ viuæ ad tribunal sanctissimæ inquisitionis totis viribus adire non conantur, vbi flumina gratiarum & salutaris pœnitentiæ emanant procedentia ex Christi latere clamantis & dicentis, si quis sitit, veniat ad me , &c.

Oleast. in Exod. 18. Trans. Pagn.

Pradicatores & confessores vigilantes contra superstitiosos.

Haretici vanitates Ecclesiasticorum damnant.

Pithonissa casus notabilis.

Aulici pleni superstitionibus.

Pralati vigiles contra aulicos superstitiosos.

DIFFICVLTAS XII.

Quare dicitur , quod nondum erat Spiritus datus quia Iesus non erat glorificatus.

1583 QVæsitum fuit , qnomodo Apostoli dum gratiam Dei haberent dicitur quod nondum erat datus Spiritus , &c.

1. Rssponsio fuit Glossæ citat. in littera ; *quia dandus erat post Resurrectionem Christi alius modus donationis apertior & plenior, quando apparuit Apostolis , & insufflauit , &c.* Quasi dicat , nondum Spiritus Sanctus requieuit vsqueqno clarè se manifestauit Apostolis post glorificationis passionem Christi.

Gloss. ordinaria in litt. citat.

1584 Vnde interrogat Rupertus , quare Genes. 1. n. 2. dicitur , *& Spiritus Domini ferebatur super aquas.* Vel vt alij legunt , *mouebatur , vel agitatione quadam concutiebatur.* Et respondet , *quia sepriformi ornata expleto requieuit Deus ab omni opere suo , videlicet eo quod illam effecerat creaturam super quam requiesceret Spiritus eius , qualem facere , vel inuenire gestiens ante super aquas efferebatur.* Quasi dicat ; Spiritus Domini non habebat requiem vsquequo homo formatus est , in quo requieuit.

Rupert. in Gen. 1. n. 2.

Spiritus Sanctus super homines requieuit.

1585 Et addit Rupertus , *Quod Spiritus Sanctus sine additamento nunquam reperies in scripturis, nisi quando mysterium incarnationis innotescere capit Luca 1. & Spiritus Sanctus superueniet in te. Quasi ex tunc nomen Spiritus Sancti clarere capit , & cum Christus clarificatus est , tunc sine vllo velamine , sed orantibus Apostolis factus est de calo de repente sonitus, & discendit super singulos eorum in forma visibili , & in omnem terram intonuit , quasi dicat tunc magnificatum est hoc nomen Spiritus sancti : nam ab incarnationis* tempore cæpit innotescere , & clariori donatione & altissimo modo , abundantiorique acceperunt. Et hoc dieit; Ioannes : *nondum enim erat Spiritus sanctus datus quia nondum erat glorificatus.* Et etiam cum surrexit dixit Discipulis insflans in eos : *accipite Spiritum sanctum* Ioan. 20. n. 22. & Ropertus concludit. *Claruit tunc nomen Spiritus sancti & venerabilius sonare non dubito omni habenti aures audiendi , licet hoc nomen Spiritus Dei Spiritus Domini satis & multum honorabile sit.*

Rupert. cit.

In incarnatione verbi Dei Spiritus Sanctus innotuit.

Lucæ 1. Actor. cap. cit.

Spiritus Sanctus notissimus in clarificatione Iesu.

Ioan. 2. n. 22.

Rupert. cit.

1586 Vel dicamus cum Hugo de sancto Victore in allegor. Galfridi citati super Exod. *quod Spiritus sanctus non erat Discipulis datus ; quia & si gustauerant dulcedinem diuina contemplationis* ; tamen aliqui rudes , & sine intellectu erant , quoad vsque postquam Iesus glorificatus est donis Spiritus sancti repleti fuerunt & flamma diuini amoris , quos accenderat consumpsit. *Nemo enim* (inquit Hugo) *potest repleri donis Spiritus Sancti , nisi ipse Spiritus prius appareat in dilectione : tunc enim facile contemnitur , quod malè amatur cum gustare caperit quod dulcius concupiscat*

Hug. de S. Vict. in allegor. Galfrid. citat. in Exod.

Apostoli ante passionem rudes & sine intellectu.

Dulcedo vita Spiritualis corda consumit in amore Dei.

cupiscat. Propterea Moyses, cum rubum videret, quod arderet; & non consumebatur, soluit calceamenta de pedibus suis, concupiscentiis abrenuntians, degustata illius dulcedine & agnita suauitate. Quasi dicat, cum quis intra se Iesum glorificatum respicit, & à sua præsentia non separatur, tunc spiritus sanctus descendit, & digito omnipotentiæ diuinæ separat quæ separanda sunt, & diligit, quæ diligenda sunt. Et abiectis terrenis curis solum delectatur spiritualibus visitationibus, & ideo dicitur, *Quod nondum venerat* Spiritus sanctus in discipulos; quia antequam in cruce glorificatus esset, eo derelicto omnes fugerunt.

Spiritus sanctus diligit quæ diligenda.

Matth.c.

1587 2. RESPONSIO fuit Lyræ in litt. citat. *Ad hoc enim datus Spiritus sanctus, vt attrahat cælestia desideria, & separet nociua.* Quasi dicat nisi gratia spiritus adsit nobis ab impetu impudicorum, & malorum desideriorum consumpti essemus. Vnde interrogat Oleaster, quare dicitur Numer. 11. num. 19. *Non vno die, neque duobus, vel quinque aut decem, sed vsque ad mensem comedetis carnes, donec exeat per nares vestras, & vertantur in nauseam, eo quod repulistis Dominum?* Et respondit, *Sicut non est certum felicitatis indicium obtinere desiderata, & diu optata. Ita neque continuatio eorum, quoniam istis ad mensem integrum conceduntur carnes ad malum eorum, vt eas per nares eiiciant.* Quasi dicat, præsagium æternæ damnationis est, quod desiderata mala quæ nos vrgent & torquent, adimpleantur, & felicitates huius mundi diu durent, quia plusquam Israëlitæ desiderabant consequuti sunt vsquequo in supplicium carnes, quas comederunt per nares, vitam perdiderunt. Sic sunt multi Troclodiræ ambitiosique, qui die noctuque comedunt delicatos cibos, & suauia vina propinant, vsquequo, vt Hispani dicunt, *Rebientem con loque coman.* Hi nimirum Spiritum sanctum non desiderant, neque inuocant, vt desideria mala subuertat sed vt addat, & adepta continuet, & multiplicet optata officia, & dignitates.

Lyran. sua in gloss. cit.

Desideria repressata torquent animã.

Oleast. in Numer. 11. n. 19.

Præsagiũ reproborum adimplere sua mala desideria.

Infælicitas humana fælicitatem habere debet.

1588 Vnde Chrisostomus de interdictione arboris ait; *Et vtique proh nefas minatur Deus & contemnitur, persuadet Diabolus, & auditur apud Deum est seueritas, & benignitas; apud Diabolum autem blanditia desideria, sed nociua.* Quasi dicat, id fieri videmus, & dolemus, quia desideria praua omnes torquent, & adepta ampliora desideramus. Hinc Ambrosius in Psalm. 118. *Respondit, pluribus Dominis Diabolum auditis suadentem noxia, me non potuistis audire vitalia mandantem.* Quasi dicat, impij non possunt à desideriorum flagitiis & tormentis vacare, quia nolunt Spiritus sancti gratia ea aufugere, & quieti, & humiles obedientes stare, sed superbè sapere, & in rota ambitionis ambulare. Et Diuus Augustinus sermon. 41. de verb. Domini: *Alter enim tentator non vincitur, nisi contemnatur.* Hinc Christus desideria Diaboli amplexantibus & executioni mandantibus dixit Ioann. 8. numer. 44. *Vos ex patre Diabolo estis, & desideria Patris vestri vultis facere.* Et est sensus Diabolo velut Patri filij, vos proditis, quia quidquid ille suggesserit tanquam obedientes filij opere completis, prauosque eius mores morum prauitate imitamini. Sed perpende quod non dixit. *Imperium eius vultis facere, sed desideria.* Quia impij non solum quidquid mali Diabolus suadet perficiunt, sed quidquid ille desiderat, & qui Spiritus sancti inspirationes abigunt desideria mala per assistentiam suam separare desiderant, negligunt, & Dæmonis desideria ad nutum obediunt quamuis ad maiorem abundantiam bonorum spiritualium Iesus sit glorificatus, vt adnotauit Lyranus.

Chrisost. de inter. arb.

Omnes cupiũt desideria adimplere ambitiosa.

S. Ambr. in Ps. 118.

Desideria bona cito abijciuntur.

S. Aug. serm. 41. de verb. dom.

Ioan. 8. n. 44.

Suggestiones Diaboli abigere citò.

Impij Dæmonis desideria adimplent.

Lyran. cit.

TRACTA

TRACTATVS QVADRAGESIM. PRIM.

Ad Litteram, *In cap. 7. Ioannis De occultatione Christi à conspectu Iudæorum.*

TEXTVS.

1. POST hæc autem ambulabat Iesus in Galilæam; non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere. 2. Erat autem in proximo dies festus Iudæorũ scenopegia. 3. Dixerunt autem ad eum fratres eius: transi hinc & vade in Iudæam vt & discipuli tui videant opera tua, quæ facis. 4. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palam esse. Si hæc facis manifesta te mundo. 5. Neque enim fratres eius credebant in eum. 6. Dixit ergo eis Iesus, tempus meum nondum venit; tempus autem vestrum semper est paratum. 7. Non potest mundus odisse vos; me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quod opera eius mala sunt. 8. Vos ascendite ad diem festum hunc; ego autem non ascendo ad diem festum istum; quia meum tempus nondum impletum est. 9. Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa. 10. Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum, non manifeste, sed quasi in occulto. 11. Iudæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant, vbi est ille. 12. Et murmur multum erat in turba de eo; quidam enim dicebant, quia bonus est; alij autem dicebant, non sed seducit turbas. 13. Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudæorum.

EXPLANATIO LITTERAE.

1589 *Ambulare idem quod discurrere.* POst hæc ambulabat Iesus in Galilæam, sicut dicitur: postquam abiit Iesus trans mare Galileæ. Sic nunc hæc ita sunt connectenda, post hæc abiit trans mare Tyberiadis, in eaque versabatur quasi insinuans, quod aliquod tempus fuerat Christus in Galilæa quia non audebat ambulare in Iudæam. Dicitur autem ambulabat, quia semper huc, illucque conuersabatur prædicando in villis, locis, & ciuitatibus. Non enim volebat in Iudæa ambulare. Græci Patres legunt cum Chrysostomo non poterat ambulare, quia prohibitum erat eum recipere in aliqua domo tanquam seductorem reipublicæ. Dicitur autem quod volebat eum interficere; quia ita erat, & Christus vt ostenderet quod homo erat non audebat palam ambulare.

1590 *Scænopegia idem quod fixio tentoriorum.* Erat autem in proximo dies festus Iudæorum, id est, scenopegia in Græco, Latinè fixio tentoriorum; quia in memoriã, quod in deserto Patres eorum fuerunt quadraginta annis. Hoc festum institutum est, & durabat septem dies in mense Septembris vel vt alij volunt Octobris.

Error Græcorum quod Ioseph habuit filios. Dixerunt autem ad eum fratres eius. Cauendus est error Græcorum, qui fratres Christi filios Ioseph vocari putant. Alij vero dicunt, quod filios sororis sanctissimæ Annæ. Verius reputo, quod Hebræi omnes consanguineos in secundo gradu fratres vocant. *Consanguinei in secundo gradu fratres dicebantur.*

Transi hinc, & vade in Iudæam. Verba meo videri adulatoria vel ambitiosa sunt: nam laudabant eum, quod qui tanta & prodigiosa operabatur, quid timere nõ debuerat, sed manifestare se vt totus mundus post eum abiret. Hæ enim sunt tentationes consanguineorum quærere vanitates mundi. *Consanguinei ambitiosi semper & torquent insignes parentes.* Nemo quippe in occulto quid facit & quærit ipse in palam esse. Quasi dicant, teste Caietano, Galilæa est in angulo respectu Hierusalem, & est terra misera. *Caietan. in Euang.* *Galilæa misera Regio in angulo locata.* Ita vt à Nazareth dicebant Iudæi potest aliquid boni esse. Igitur dicunt consanguinei, si vis, quod Discipuli tui tibi credant, ostenta te in Hierusalem, & noli hic inter priuatos parietes remanere tempore tanti festi. *In abscondito nemo insignis.*

1591 *Rupert. in Ioan. 7.* Nec enim fratres eius credebant in eum, bene Rupertus adnotauit, quod Discipuli excepto Iuda in Christum credebant sicut cap. Ioann. 6. n. 68. dicitur, ad quem ibimus verba vitæ æternæ habes; si enim non credidissent, quomodo hæc dixissent sed consanguinei dicuntur fratres; *Discipuli semper crediderunt Christo.* quia nemo acceptus Propheta in patria sua, & fratres, & eiusdem professionis solent esse magis increduli

Fratres eiusdem professionis inuidiores & perniciosiores.

increduli mirabilium & prodigiorum æmulorum suorum. Vel vt Augustinus notauit, quia semper consanguinei obices, impedimenta sunt ad vitam perfectionis assequendam, vel meo videri impediendam viam vitæ æternæ, vt latius postea.

1592 Tempus meum nondum aduenit; tempus autem vestrũ semper est paratum, id est, ad maiorem gloriam debent præcedere pericula & labores maiores, ideo exaltatus sum vsque ad dexteram Patris, sed post mortem & innumera tormenta, quæ me expectant. Tempus autem vestrum nunquam habet impedimentum; quia non vos odit mundus, sicut me, eo quod increduli estis sicut & Iudæi; & ideo me persequuntur, & quærunt occidere, quia eis contradico, & sua peccata, & incredulitatem arguo; vos vero amici eorum estis, quia neque mihi crediris, ideo libere & secure potestis abire. Vt autem ascenderunt fratres eius, & ipse ascendet ad diem festum, non manifeste, sed quasi in occulto, id est, post alterum diem, consanguinei ascenderunt. Quare autem Christus non ibat cum eis, meo videri, quia si nõ credebant ei, noleb at suam societatem, vel forsan, ne eum demonstrassent coram Pharisæis; quia Domestici eius inimici eius. Et dicitur, quod quasi in abscondito ibat quia non publicè prędicabat, neque cœtus hominum permittebat, sed cum Discipulis ambulabat.

Christi tẽpus erat passionis eius.
Qui gloriam cupit laboret & credat firmiter.
Mundus suos diligit, iustos odit.
Domestici inimici inexcusabiles.

1593 Iudæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant, vbi est ille. In die festo tanquam scelerati Christum quærebant, vt occiderent, & dicebant sine honore, & cum manifesta passione vbi est ille? Quia odium erat tale, quod non solum pacificè loqui de eo vel cum eo poterant, sed inuerecunde & irreuerentialiter. Quidam autem dicebant, quod bonus est: alij autem dicebant non, sed seducit turbas: in turbis autem inquit Caietanus erat: murmuratio, & de turba erant dicentes quod bonus erat: Pharisæi autem, & Principes eorum contrarium affirmabant dicentes, quod turbam conturbabat, & populum seducebat. Nemo autem palam loquebatur propter metum Iudæorum. Patet distinctio benedicentium, & blasphemantium; quia pauperes de turba timentes diuites, & Principes sacerdotum, palam non audebant loqui bene de Christo. Ergo potentes, & Pharisæi non solum malè loquebantur de illo sed vexari, & molestari non cessabant, quos aliquo modo scirent, quod bene de Christo loquebantur. Cætera per quæstiones patebunt.

Occasiones iusti malis tollunt peccandi.
Inimici neque nomina odientium volunt audire.
Vulgus monstruosa res.
Quot capita, tot sententia.
Pauperes à diuitibus opprimuntur contra iustitiam.

TRANSLATIONES ANTIQVIORES & Neotherica sup. litt. Ioan. 7.

Vulgata editio Post hæc ambulabat Iesus in Galilæam; non enim audebat, &c. Transl. Vatabli.	1. Versabatur autem Iesus post hæc in Galilæa, non enim volebat in sua versari, quia quærebant eũ Iudæi interficere.
Translat. ex Syriac.	2. Post hæc ambulabat Ieschua in Galilæa nolebat enim versari Iihoudea, propter Iehodæos, quippe qui studerent eum trucidare.
Lyra. sua in glossa ad c. 7. Ioann.	3. Post hæc ambulabat Iesus in synagogis Galilææ docendo & prædicãdo.
Rupert. in Ioan.	4. Non curabant aliud Iudæi, dummodo de medio eorum tolleretur, & dicebant quando morietur & peribit nomen eius.
n. 3. & 4. *Vulgata: Dixerunt ergo illi fratres eius. transi hinc, &c. Nemo quippe in occulto, &c.* *Transl. Vatabli in schol.*	5. Declara te ipsum mundo, si talia designas, qualia de te vulgo feruntur.
Translat. ex Syriac.	6. Dixerunt autem ei fratres Ieschua, recede hinc si hæc facis ostende te ipsum mundo.
Rupertus citatus.	7. Dixerunt consanguinei, & propinqui eius gloriam mundi amantes festina te innotescere cunctis.
Lyran. sua in glossa.	8. Dixerunt qui erant ex sua cognatione transi in Hierusalem Metropolim Iudęæ.
Caietan. in Euang.	9. Vade in Iudæam, fac miracula ad adquirendam libertatem, à persecutionibus Iudæorum.
n. 15. *Vulgat. Neque enim fratres eius credebant in eum.*	10. Nonne fratres quidem eius credebant in eum.
Translat. ex Syriac.	11. Nam ne fratres quidem eius credebant in ipsum Ieschua.
Tertullianus lib. de carne Christi fol. 557.	12. Fratres Christi non credebant in illum.
Lyran. sua in glossa.	13. Consanguinei vero dubitabant an miracula essent vera?
n. 8. *Vulgat. Vos ascendite*	14. Vos ascendite ad festum hoc, quia ego non

ad festũ, &c. non sum ascensurus.

Transl. Vatabli.

Translat. ex Syriaca. 15. Ego autem non ascendo ad festum hoc, quia tempus non est impletum.

n.9. Vulgata vt autem ascenderunt fratres eius. Transl. Vatabli. 16. Hæc autem cum dixisset mansit in Galilæa, vt autem ascenderunt, tunc & ipse ascendit ad festum, vt in occulto.

Translat. ex Syriaca. 17. Hæc dixit, & quieuit in Galilæa; cum autem ascendissent fratres eius & ipse ascendit, sed non manifestè.

n.11. Et Vulgat. Iudæi ergo quærebãt eum, &c. Transl. Vatabli. 18. Iudæi ergo quærebant eum in festo & dicebant, vbi est ille, & murmur multum erat in turbis de eo.

Translat. ex Syriaca. 19. Iiohudæi autem quærebant eum in festo, & murmur multum propter eum fuit in turba.

Transl. Vatabli in scholiis. 20. Non est bonus, sed seducit turbas, id est, imperitam hominum multitudinem, vel vulgus indoctum.

n.13. Vulgat. Nemo tamen palam loquebatur de eo. Translat. ex Syriac. 21. Nemo palam loquebatur de eo propter metum illorum, qui erant de tribu Iuda, qui plus Christum persequebantur, quia Galilæus erat.

DIFFICVLTAS PRIMA

Quare dicit r post hæc ambulabat Iesus in Galilæam; non enim volebat ambulare in Iudæam, quia quærebant eum interficere?

1594 QVæritur, qua de causa reliquit Christus Iudæam, & ambulabat in Galilæam.

Maldon. in Euang. Ambulare est huc illucque discurrere.

1. Responsio fit Maldonati in Euang. Post hæc significat tempus quo Christus ex Iudæa in Galilæam postremo venerat; in eaque versabatur; quia Hebraismus est, cum huc, illucque de loco in locum discurritur, dicitur ambulare. Quasi dicat, dicitur post hæc, quia quemadmodum Ioan. 6. n. 1 dictum erat; *Post hæc abiit Iesus trans mare Galilea.* Sic modo *abiit Iesus trans mare Tyberiadis*, Vbi est Galilæa, & ibi per ciuitates prædicando discurrebat.

Franc. de Rojas in Euang. Tom. III.

2. Responsio Lyrani sua in glossa; *Licet enim possit esse inter Iudæos sine nocumento, voluit tamen se aliquando abscondere ante tempus debitum passioni suæ, ostendendo in se veritatem humanæ naturæ.* Quasi dicat, semper Christus Cautela hac vtebatur, quòd infirmitatem simulabat, & diuinitatem abscondebat, quia scriptum est, verè tu es Deus absconditus. 1595

Lyr. sua in glossa. Abscondere se signum infirmitatis.

3. Responsio Glossæ ordinariæ. *Iudæa & Galilæa regiones sunt Palestinæ Prouinciæ; sed Iudæa dicta est à tribu Iuda, non tamen illa Regio, quàm tribus Iuda, sed illa quam tribus Iuda, sed illa quam tribus Beniamin possidebat.* Quasi dicat, Iudæa dicta est, quia Reges Iuda, ex ea oriebantur; Galilæa vero, idem quod lacteum populum significat: Galilæa, eam latine sociat lac. 1596

Gloss. ordin. Galilæa à Regione Palestinæ & parum distat.

4. Responsio meo videri dicitur, quod abiit Iesus trans mare Tyberiadis in Galilæam, quia nolebat inimicos suos ad odium excitare, qui tam resolutionem habebant occidendi eum & in hoc prudentiam & pietatem reprobis ostendit vt non adiicerent peccatum supra peccatum, & pœnam supra pœnas ideo quia non tempus à Patre constitutum moriendi abiit & cursitando ambulabat, prædicandoque inter vias, & varias ciuitates. 1597

Auct. mens. Prudẽtia ingens fugere faciem inimicorum qui possunt fugere.

5. Responsio Ruperti in Ioan. 7. *Iudæi nequaquam mysterium voluntatis eius, scientes, sed cæcum furorem suum sequentes, quærebant eum quomodocumque interficere verbi gratia, nunc præcipitare, nunc lapidibus illum volentes obruere nunc curantes aliquo modo, vt de medio tolleretur, & hoc solum dicentes, quando morietur, & peribit nomen eius.* Quasi dicat Christus desideria reproborum intermittendo, quia tempus suum nondum euenerat, ideo deambulabat in Galilæam, quousque prædefinita hora eius veniret. 1598

Rupert. in Ioan 7. Inimici non parcunt occasionibus occidendi quem odio habent. Ps. 40.

DIFFICVLTAS II.

Quare dicitur, quod fratres Christi dixerunt, transi hinc, & vade in Iudæam, vt discipuli tui videant opera tua, quæ facis?

QVæritur, qui sunt isti fratres Christi, & 1599
qua intentione verba prædicta dixerunt.

1. Responsio Lyrani sua in glossa; *Fratres dicuntur, non quia essent filij Ioseph sanctissimi, & luce, purioris, neque cognati sui qui erant ad Apostolatum vocati quia de istis dicitur, quod fratres non credebant in eum, sed dicuntur fratres, quia erant de cognatione sua; qui ex factis eius volebant reportare gloriam mundanam.* Quasi dicat consanguinei sub specie Religionis, & honoris defendendi dicebant Christo, quod debebat famam & honorem suæ generationis restaurare, & per consequens in Hierusalem addere & facere talia prodigia, quod omnes crederent in eum. Hoc autem solum dicebant vel tentantes, vt statim probabo vel vanam gloriam quærentes, propter quod Christus renuit adire cum illis.

Lyran. sua in glossa. Error Heluidij hæretici impudici.

Consanguinei tentatores inexcusabiles.

2. Responsio. Hæc fuit manifesta tenta- 1600
tio patientiæ, & tollerantiæ Christi; quia cum

Auct. sent.

Cōsanguinei tētatores crudeles.

ipsi sciebant, quod non credebant in Christum, oeqoe fidem de eius miraculis habebaot tentantes eum dixerunt, si iste transit in Hierosalem in die festiuitatis, manifestum est, quod vanus est, & gloriam mundi quærit; si vero tenoit adire, signum est, quod timet Principes sacerdotum, qui eum apprehendere desiderant, & occidere. Ideo subdit Euangelista hæc approbans & dicens, fratres eius non credebant in eum.

1601 Rupert. in Ioan. *Vera & suo tēpore & sana intentione loquēda sunt.*

3. Responsio Roperti in Ioan. *Re vera manifeste repugnantia sunt velle hominibus innotescere, & facta nobilia celare, quemadmodum si quis velit pariter, & in nocte esse, & solem habere, siue lucernam clare in domo ardere, & lumen eius videri à nemine.* Quasi dicat benedixerunt in hoc, sed noo suo tempore, oeque bona intentiooe; oam Dominus noster, neque in occulto quidquam faciebat, sed hominibus claritatem dare volebat, non hominibus inquam placere, sed vt homines ad placendum Deo venirent. Igitur vera quidem, sed vana, imo & peruersa, atque alieno spiritu prolata suot.

1602 Bed. in cath. citat. *Aulici sua plausibus nocent perfectis viris & destruūt sanctitatem.*

4. Responsio Bedæ in cath. citati. *Dixerunt fratres Christo, tu signa facis, & pauci ea vident. Si ergo ad Regiam vrbem, vbi sunt Principes transis; vt visis signis laudem consequaris ab eis tunc famosus fies: sed quia non omnes discipuli semper Dominum sequebantur, sed eorum multitudo in Iudea erat. Ideo dicitur: nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipsum in palam esse.* Quasi dicat. Aulici sunt, qui sanctitatem plaudunt, & ipsi honores & gloriam tribuunt suis exaggerationibus vade igitur ad curiam, & fac mirabilia, & tunc Discipuli occulti, qui ibi sunt, te Prophetam magnum acclamabunt.

DIFFICVLTAS III.

Quare dicitur vos ascendite ad festum quia tempus meum nondum impletum est?

1603 QVæritur, quare fratribus vel consanguineis suis dixit, quod securè adireot ad festum?

Bed. in cath. cit. Plenitudo temporis fuit in die incarnationis Christi.

1. Responsio Bedæ in cath. citati. *Ne autem videatur hoc contrarium ei quod Apostolus dicit: at vbi venit plenitudo temporis misit Deus filium suum, referendum est, quod hic dicitur, non ad tempus natiuitatis, sed ad tempus glorificationis.*

1604 Aug. in cath. cit. *Consiliū voluptuosum fugiendum.*

2. Responsio August. in cath. citati: *Dabant enim illi consilium consequendæ gloriæ, velut sæculariter & terreno affectu monentes, ne esset ignorabilis, & latitaret: sed Dominus voluit ipsam celsitudinem per humilitatis viam sternere. Dicit ergo: tempus meum, scilicet, gloria mea qua veniam in altitudine iudicaturus, nondum venit, tempus autem vestrum, id est, mundi semper est paratum.*

Via ad gloriā recta & vera per labores, & dolores.

Et addit August. *Et quoniam nos Domini corpus sumus quando nobis insultant amatores huius sæculi, dicamus eis, tempus vestrum adest paratum, tempus nostrum nondum aduenit; excelsa enim patria, humilis via; qui recusas viam, quid quæris patriam?* Quasi dicat, amatores gloriæ vanæ, & semper quærentes tempus delectabile & hooorificum, quomodo possuot expectare quod veniat tempus gloriosum, siquidem ipsum possident; qui carent felici tempore. De his potest dici tempus vestrum oondum aduenit.

Amatores mūdi tempus suum habent hic.

1605 Lyran. sua in Glossa. *Conuiuia & festa tempore solemnitatis quærunt mundani. Mundus qui sua, non diligit & inimicat.*

3. Responsio Lyrani sua in glossa. *Tempus gloriæ mundanæ, quam quæritis nunc est in principio solemnitatis quia Iudæi magis vacabant conuiuiis & lætitiæ in principio festi, quam in fine, quando Christus ibat ad festum.* Quasi dicat, vos qui celeriter vultis abire, scitis quod conuiuia & lætitiæ vos expectant tempus autem meum non est lætificandi sed prædicandi verbum Dei quod in fine festi fiet vt videbitis.

1606 *Mundanus mundus & impudica scelerosi & impia.*

4. Responsio, meo videri, ideo dixit Christus tempus autem vestrum semper est paratum ac si diceret securum & sine periculo; quia mihi non creditis & propter hoc non solum vobis ooo nocebunt, sed inuitabunt ad conuiuia sua. Ego autem qui in quantum homo habeo inimicos capitales, non licet abire sed expectare quod tempus meum adimpleatur & tunc adibo.

1607 Chrysost. in cath. cit. *Inimici domestici nemini parcunt.*

5. Responsio Chrysostomi in cath. cit. *Videtur mihi aliud occulte insinuari: fortassis enim prodere volebant & eum tradere Iudæis, ideo dixit tempus meum nondum aduenit hoc est crucis & mortis: tempus autem vestrum semper est paratum; quia si vos semper sitis cum Iudæis non interficient vos, eadem vos cum ipsis zelantes: ideo sequitur, non potest vos mundus odio habere, me autem odit; quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt.* Quasi dicat, vnusquisque diligit quæ sua sunt: mundus mundanos; Deus cælestes & spirituales: mundus odit iustos & bonos; diligit autē improbos & malos: ideo vos dupliciter impij estis; quia tradere me illis desideratis; ideo oon timeatis quod vobis noceant imo placere vobis cupient & signa dilectionis demonstrabunt.

Cōsanguinei aliquādo inimici crudelissimi.

DIFFICVLTAS IV.

Ad Litteram.

Quare dicitur quod ascendit Iesus quasi in occulto & quod Iudæi quærebant eum interficere dicentes: vbi est ille?

QVæritur quare Christus noo manifeste apparuit, quia nemo sioe voluntate eius nocere ei poterat? 1608

Chrysost. in cath. cit. Vicissitudo diuinitatis & humanitatis manifestatur hic. Tyrānos aliquādo fugiendos docet Christus.

1. Responsio Chrysostomi in cath. cit. *Ascendit, vt patiatur & vt alios erudiat, latenter autem ascendit. Et poterat manifeste quod multoties fecit sed nolebat hoc continuo facere, ne magis suam diuinitatem demonstraret & vt incarnatio eius certior esset & nos erudiret ad virtutem.* Quasi dicat, si omnia sic Deus faceret quomodo humanitas demonstraretur, quomodo in humanis periculis quid nos oporteat facere sciremus: quia aliquando oportet nos occultare, & pericula Tyrannorum fugere.

1609 Bed. in cath. cit.

2. Responsio Bedæ in cath. cit. *Occultè ascendit quia fauores hominum non quærit; non principi-*

pompis ſtipantium ſed turbarum delectatur. Quaſi dicat fugit apparere coram aulicis magnatibus vbi ſanctitas nihil augetur; & humiles & pauperes quærit vbi verba Dei ſimplicius amplexantur.

Aulici perfectu nocent & multi profunt.

1610 3. Rsspoɴsɪo Lyrani. *Chriſtus fuit quaſi in abſcondito id eſt ſine magna ſequela aut ſocietate turbarũ ne Iudæis daret occaſionẽ maioris inuidia.* Quaſi dicat fugiebat concurſus multarum gentium ne peccata odij & maleuolentiæ Iudæorum augerentur, quia adhuc in reprobis miſericorditer ſe gerit vt penæ non multiplicentur.

Lyr. ſua in in gloſſa. *Miſericordia Dei etiã cum reprobis reperitur.*

1611 4. Rasponsɪo, meo videri, quaſi in abſcondito progreſſus eſt Chriſtus præcipiendo Diſcipulis vt neminem inuitarent ad ſermonem: imo quod dicerent propter aliquod negotium Chriſtum adire, celeriter & ſic ibat quaſi particularis perſona, quod noſtro Hiſpano ſermone dicitur *Bade reboco yen cubieto à cieto negocio muy in poſtruto.*

Auct. mens. *Priuata negotia ſine r[e]mitatu tractanda.* Hiſpan. loc.

1612 Chryſoſtom. in cath. cit. *Iudæi autem dicebant vbi eſt ille ex multo odio & inuidia nec enim nominatum vocare volebant* (Et addit) *non autem multa erat eis in felicitate reuerentia aut Religio ſi quidem Chriſtum fraudulenter detrahere & apprehendere conabantur.* Quaſi dicat Hyroniis laudabilis & multum admirabilis eſt religio iſtorũ qui in tanta feſtiuitate nõ ſolum deteſtabile odium contra Chriſtum oſtendebant quærendo eum, ſine nomine & contemptibiliter & impudico modo loquẽntes & dicentes vbi eſt ille? & tanquam veri zelatores & Patres cultus & religionis fraudulenter Chriſtum quærebant & odio iniquo illum odiebant.

Chriſoſt. in cath. cit. *Odium inimicorum nec nomen audire vult. Religio non eſt vbi paſſiones & odium eſt.*

1613 6. Rasponsɪo Rupert. in Ioan. 7. *Quia non viderant eum cum fratribus ſuis id eſt. Cum cognatione ſua veniſſe quærebant eum malè ſoliciti Iudæi; quippe quærebant eum interficere & dicebant, vbi eſt ille? vide nunc genimina viperarum, quanto ſaniam veneni præcordialis ardere dum non dicunt vbi eſt Ieſus, ſed vbi eſt ille, nunquid eius quem quærebant poterant nomen neſcire? ergo cordis eorum habitator homicida Diabolus ſic eos agebat vt odio dictante nomen ſalutis non poſſent imo nollent attingere.* Quaſi dicat. Diabolus ita corda maleuola excæcat & Tyrannorum ſuperiorum odientium iuſtos conturbat, vt nomen Ieſus quod medicina ſuauicans corda & mutans corda nuncupatur, non permittat nominari: vt ita torqueant & pereant iniqui qui iuſtos perſequuntur.

Rupert. cit. in Ioan 7. *Diabolus eum corda Tyranos poſſidet nec nominari Ieſum permittit.*

***

DIFFICVLTAS V.

Ad litteram.

Quare dicitur quod erat murmur multum in turba & quod nemo palam loquebatur propter metum Iudæorum.

QVæritur de quo erat tam grande murmur, & quare palam non loquebantur propter metum Iudæorum. 1614

1. Rasponsɪo Chryſoſt. in cath. *Igitur illam quidẽ exiſtimo opinionem multitudinis eſſe, qua ſcilicet dicebant, bonus eſt: hanc vero Principum & ſacerdotum, per quam oſtenditur quod ſeducet turbas.* Quaſi dicat occaſio murmuris fuit laudatio & exaltatio miraculorũ Ieſus à turba procedens: & ex contradictione Principum malignantium & dicentium non eſt bonus quia conturbat populum.

Chryſoſt. in cath. cit. *Potentes prævalent ſemper contra rationem.*

2. Rasponsɪo Auguſt. in cath. cit. *Murmur erat de contentione quam conuenienter exponit, dicens: Quidam dicebant quia bonus eſt, alij autem non ſed ſeducit turbas; quicunque eminet in aliqua gratia, alij dicunt bonus eſt, alij non ſed ſeducit turbas.* Quaſi dicat quod dictum eſt de Chriſto valet ad conſolationem cuiuſcunque Chriſtiani; nam ſeducere decipere eſt, neque Chriſtus fiat ſeductor nec quiſquã ſeducere debet, ſi autem à bono ad malum malus eſt. Si autem à malo ad bonum bonus eſt, vtinam omnes ſic ſeductores vocemur & ſimus. 1615

Aug. in cath. cit. *Seducere de malo ad bonum optimum eſt, à contra malũ.*

3. Rasponsɪo Interlinealis: *Murmur erat eorum qui dicebant bonus eſt, alij palam Chriſtum confitebantur.* Quaſi dicat de turba non omnes clare de Chriſto bene loquebantur. 1616

Interlinealis. *Vulgus variũ diuerſarũ ſententiarũ chaos.*

4. Responsɪo Lyrani ſua in gloſſa. *Qui erant de tribu Iuda grauius mouebantur contra Chriſtum; eo quod in ſcripturis Chriſtus promiſſus erat de tribu eorũ iſti autem reputabant Chriſtum Galilæum & ab eis extraneum propter quod etiam ſacerdotes repudiabant eum.* Quaſi dicat turba ſemper in commotionibus attendit ad Sacerdotes & Religioſos: quia ipſi ſunt litterati & plus obligati ad prædicandam veritatem: & ita ſacerdotes & ſcribæ legis confundebant turbas quæ clamabant quod erat Chriſtus bonus, quia prodigia eius aperiebantur quotidie. 1617

Lyran. ſua in gloſſ. *Chriſtus venit de tribu Iuda vulgus ſacerdotes ſequitur.*

5. Rssponsɪo meo iudicio in cordibus nemo male: ſed optime de Chriſto loquebatur palam autem nemo audebat benedicere, quia extra Synagogam eiiciebatur, à Principibus Iudæorum. 1618

Auct. mens. *Pauperes & miſeri ſemper timent potentes.*

TRACTATVS QVADRAGESIM. SEC.

Ad mores; *In cap. 7. Ioannis De occultatione Christi à conspectu Iudaeorum.*

DIFFICVLTAS VI.

Ad mores.

Quare dicitur: Post hæc ambulabat Iesus in Galilæam, non enim volebat ambulare in Iudæam.

1619 Lyra noster in litt. cit. *Stratagema erat Christum infirmitatem ostendere. Vanitatis indicium occultare paupertatem.*

SECVNDA RESPONSIO fuit Lyrani in litt. cit. *Quod per stratagema simulationis à Propheta dictum fuit, tu es vere Deus absconditus, & infirmitatem ostendebat abscondendo se à Iudæis & diuinitatis potentiam occultando.* Quasi dicat hæc est fragilitas conditionis humanæ semper paupertatem & infirmitates abscondere, & potentiam vanitatem ostentare: Christus autem potentiam occultabat & infirmitatem humanitatis demonstrabat.

1620 Oleast. in Gen. 11. *Ab initio homines vani.* Transl. Pagn. *Dictio Hebræa Laban dealbare significat dictio Hebræa lahab. Idem quod Affer Affer.* Hispanè loquendo. Apriesa Apriesa. Hisp. loc. Dad apriesa edobes y ladrillos. Oleast. cit. *Ab initio orbis homines vanitatem ostentant & vilitatem abscondunt.*

Vnde interrogat Oleaster, quare illi superbi gigantes qui erant super terram dixerunt Genes. 11. *Faciamus Turrim cuius culmen cælum pertingat: vel vt Pagninus legit & caput eius cælum pertingat.* Et respondet, *Quia ab ipso orbis principio dilexerunt homines vanitates: & vani facti sunt: ideo de culmine & capite gloriantur.* Et addit: *quod in Hebræo verbum Laban proprie significat (dealbare) & erit sensus: faciamus Turrim Dealbatam ne videantur lateres factos luto, mixtos paleis, qui nostro Hispano sermone vocantur Adoues. Et ideo translatio Pagnini lateres laterificemus lateres & combaremus combustionem. (Et addit Oleaster) quod verbum (Tahab.) in Hebræo sonat idem quod latine Affer. Affer celeriter, & Hispano idiomate sonat: dad ladrillos y edobes apriesa apriesa. Et erit sensus: Faciamus Turrim & appareat caput eius vsque pertingat ad Cælum vt celebremus nomen nostrum: & celeriter dealbescamus lateres miseros & rudes ne foras appareant sed abscondantur.* Quasi dicat hæc est fragilitas conditionis humanæ propter vanitates mondi abscondere paupertatem & infirmitatem & progeniei suæ debilitatem & vsque ad cælum turres vanas & sine fundamento in re, demonstrare.

1621 Chrysost. hom. 12. in Ioan. *Ebrietas intolerabilis vana gloria. Mulier fusca alba intus nigra est vana gloria. Eleganter vanagloriosi odio habentur naturaliter.*

Hinc Chrysostomus hom. 12. in Ioann. *Intolerabilis est ebrietas vana gloria quem sua subiecit ditioni is ægrè in sanitatem restituitur & quando pestifera rabie inficit animum à cælo abscindit cor terraque affigit: neque amplius finit vt ad veram lucem dirigere se possit.* Quasi dicat, qui hoc morbo afficitur nullo præceptore docente, omnia ita operatur quòd omnibus placere putat & se ipsum diligens cæteros tanquam viles spernit. Et addit Chrysostom. cit. Inanem gloriam omnes maiores nostri sic appellauerunt, inanis est: nihil rectum, clarum & gloriosum in se habens tanquam personæ quæ pulchræ quidem visu & decoræ sunt, intus autem inanes reperiuntur, quare cum aspectu ipso elegantes appareant, neminem tamen vnquam ad se amandum allexerunt, Quasi dicat nihil hic miserius quam pulchrum & elegans foras videri & intus ignominiosum & turpe deformeque videri.

1622 Stephanus in alleg. Galfrid. ad c. 15. Deut. *Oues in æstu tondentur non in hyeme. Vanitatis bella ingentia in homine.*

Hinc Stephanus in alleg. Galfridi ad cap. 15. Deut. non tondebis primogenita ouium, ait: *Nota quod oues non tondentur in hyeme, sed in æstu ne asperitate Hyemis opprimantur. Hyems est vita præsens, æstas vita futura, qui causa inanis gloriæ opera sua ostentat in Hyeme tondet, in æstu vero qui pro vita æterna laborat.* Quasi dicat fragilitas conditionis humanæ circa vanitates ostendendas repellenda multis modis est; quia homo vanitati similis factus est & ideo infirma & humilia semper debet demonstrare, vt Christus docet diuinitatem suam occultando & quasi homo purus inimicos fugiendo vt Lyranus adnotauit. Lyra. citat.

Auct. ment. *Odiosis fugere ab inimicis remedium sanctissimum.*

4. RESPONSIO fuit meo videri, quod Iesus ambulabat in Galilæam & non in Iudæam eo quod resolutionem occidendi eum inimici eius assumpserunt. Quasi dicat, nullum remedium efficacius ad non augenda peccata quam fugere, si possibile est facies inuidentium; quia cor aggrauatum & durum quotidie deterioratur & videndo odiosum conturbatur & ita fugere vltimum remedium est.

Oleast. in Genes. 32. Trāsl. Pagn. *Malos & reprobos fratres qui fugere nō potest oret ad Deum & clamet.*

Vnde interrogat Oleast. quare dicitur. Gen. 32. quod, *Videntes fratres Ioseph quod veniret, machinati sunt occidere eum. Sic legit Pagnius.* Et respondet, *Debet odiosus homo maximo cauere aspectum coram quibus est odiosus ne videlicet illis aut illorum obtutibus se exhibeat eos in se prouocet.* Quasi dicat, etiam Christus (cum esset Deus verus) in quantum homo nolebat ambulare in Iudæam ne aspectu suo irritaret Iudæos qui per correctionem tam pertinaces & indurati erant quod quotidie plus deteriorabantur.

Gregor. hom. c. 9. in Ezech. Prou. 25. n. 20.

Hinc Gregorius hom. 4. super Ezech. Salamon ait: n. 20. Prou 25. *Acetum si mittatur in nitro feruescit nitrum, protinus ebullit: & peruersa mens*

Acetum in nitro correctio super malos & reprobos. Inimici fugiendi sunt.

mens quando per correctionem corripitur, aut per prædicationis dulcedinem bene suadentur de correctione fit deterior, & deinde in murmurationes iniquitate succenditur, vnde debuit ab iniquitate compescere. Quasi dicat, corda Iudæorum ardebant ira & furore ex correctionis doctrina Christi, & ideo tanquam leones rugientes quærebant eum dicentes vbi est ille: & de eo murmur erat inter illos, & ideo Hispani dicunt

Hisp.loc.

El mejor remedio es poner tierra en medio Vsquequo tempus adimpleretur à patre præstitutum patiendi & interim abiit Christus in Galilæam quia nolebat ambulare in Iudæam propter rationes assignatas.

DIFFICVLTAS VII.

Ad mores.

Quare dicitur, quod fratres Christi dixerunt ei: Transi hinc & vade in Iudeam?

1624 QVæsitum fuit qua intentione consanguinei Christi verba ista dixerunt?

Lyr. in litt. cit. Cõsanguinei & parentes honorandi sunt.

1. RESPONSIO fuit Lyrani. *Quia sub specie famæ, & honoris, defendendi suam vanitatem quærebant augere.* Quasi dicat: respice Domine Iesu quod parentes & consanguinei honorandi sunt, igitur honora parentes & consanguineos pauperes, & transi hinc manifestando te vt ab omnibus honorificetur prosapia tua.

Oleast. in Exod. c. 20. Exaggeratio hyperbolica honorare parentes plus quam Deum.

Vnde interrogat Oleaster quare Exod. 20. dicitur. *Honora Patrem tuum vt prolongentur dies tui super terram.* Et respondet; *Vt aduertas quanto pluris faciat Deus parentum honorem quam suum, vt quasi voluerit, te potius quam se honorare quemadmodum eos alere prius quam sibi sacrificia offerre.*

Rabbi Sim.

Recole modo, quasi voluerit Deus, *Te potius &c. quod per exaggerationem Oleaster loquitur quia Deus super omnia est honorificandus: sed dicit cum Rabbi Simeon, scripturam pluris fecisse parentum honorem quam Dei, vt voluerit Deus*

Prou.c.4

honorari ex substantia nostra: iuxta illud Prou. 4. honora Deum, de tua substantia: parentibus vero subueniri voluit ex labore manuum suarum, & si non habeant teneantur in pristinum laborare vt parentibus victum quærant. Quasi dicat Oleast. quod ex proprio sudore etiam sanguine ad subueniendos & honorandos parentes debent filij laborare, quod ad offerendum Deo non tam stricte præcipitur. Qui vero parentes suos fame perire & depauperari permittit honorem illis tollit: quia propter inopiam, & paupertatem multæ fœminæ, prosapiam inhonorant suam. Ideo isti fratres Christi dicunt ei non perspicis quod prosapia & parentela tua non honorificetur ab omnibus, ideo transi hinc & fac in Hierusalem prodigia vt parentes tui honorificentur, aliàs mundus clamabit quod parentes & matrem tuam quia pauperes sunt vilipendis quod dignum est nota & superbiam sapit.

Ex proprio sudore si necessitas vrget, parentes nutriendi sunt. Qui depauperare Patrē consentit eū inhonorat. Fœmina necessitate compulsa generationem suam inhonorant.

Bern. hom. 4. super missus est.

Quasi dicat, quod Bernardus super missus est dixit quod multi in dignitate constituti procedentes de scoria reipublicæ suorum parentum obliuiscuntur & eos honorare, dedignantur. *Videas inquit sanctus Homil. 4. Super missus est, plerumque de ignobilibus nobiles de pauperibus diuites factos subito intumescere & infimos dedignari parentes,* Propter quod sub specie honoris fratres Christi dicunt transi hinc & honora parentes tuos, vt adnotauit Lyra.

Potentes prælati consanguineos pauperes contemnunt.

1625 Auct. mens. *Tentationis calumniatoriæ indicibiles.*

2. RESPONSIO quia meo videri fuit calumniosa tentatio consanguineorum quia non credebant in eum & ideo dicebant manifesta te coram Aulicis, si enim admittit vanus est: si non audet ire timidus, est homo purus & non Deus. Quasi vellent insinuare quod indicibilis est tentatio consanguineorum propter ostentationis vanitatem.

Oleast. in Numer. 14. trans. Pagn. *Fratres Christi tentauerūt eum super omnipotētiā.*

Vnde interrogat Oleaster, quare Numer. 14. dicitur. *Et tentauerunt me iam decem vicibus?* Sic legit Pagnin. Et respondet: quod, *Dictio Nasah in Hebræo significat tentare vel prouocare ad ostendendam omnipotentiam, vt Hispani solent dicere cum ad iracundiam prouocantur, non me tientes hombre quitate me de delante.* Et addit Oleaster. *Quod in propria significatione sensus est; huiuscemodi tentauerunt me decem vicibus: id est, experiri voluerunt potentiam, aut patientiam meam, si possim eos punire, aut ab inimicis defendere.* Quasi dicat, tot visis miraculis à Deo factis cum Israelitis adhuc increduli erant de potestate eius & passim tētabant & prouocabāt omnipotentiam suam: quod successores istorum cum Christo faciunt vestigia patrum suorum sequendo & tentando omnipotentiam diuinam in Christo existentem dicentes, transfer te hinc, & vade in Iudæam, ostende potentiam tuam miracula operando.

Consanguinei Prælatorū vanitatibus repleti.

1626 Honorius in cant. 4. n. 16. *Fratres pacem, conturbantes ex Aquilone surgunt.*

Hinc interrogat Honorius in cap. 4. Cant. quare ibi dicitur. *Surge aquilo & veni Auster, perfla hortum meum & fluent aromata illius?* Et respondet: *Ad ostendendum Aquilo in horto surgit dum Diabolus per falsos fratres concordiam fratrum, perturbat; sed auster veniens hortum perflat dum Spiritus sanctus Conuenium fructum: in patientia & concordia aromata fluunt, dum virtutes prius occultæ tentationibus probatæ, ad notitiam proximorum prodeunt.* Quasi dicat, tunc affluēt aromata virtutum quando impetu tentationum quatiuntur & clare apparere coguntur, quia virtutes quæ nullo sæuiente latebant sæuientium importunitatibus, & precibus magis eluceat & apparent. Ideo dixit Guillermus serm. 38. in Cant. ergo surgat Aquilo, sæuiat quantumlibet premat, dummodo occasionem & quasi vim præster flatibus austri, fore, vbi abundauit Aquilo superabundabit & Auster. Quasi dicat, vbi persequentium sæuitia: tunc vehementior & iucundior Spiritus sancti aura mentes tolerantium perfluit.

Guillermus serm. 38. in cantica. *Calumniatores motorem præstant meritorum.*

1627 Plutarch. in apophtegmatis. *Calumniatores mendaces vita instoriã torquentur. Calumnia impiorū sunt materia gaudij.*

Hinc est quod Philippus Macedo apud Plutarchū in apophtegmatis de his qui in Republica Athenensium administranda primi essent plurimam habere gratiam quod suis conuitiis efficerent vt ipse tum oratione *tum moribus euaderet melior dum eo dictis* (inquit) *pariter & factis mendacij conuincere.* Quasi dicat, non est quod queramur nos de improborum fratrum vel consanguineorum calumniis vel tentationibus; quia ingentis gaudij materia est cum magnæ vtilitatis est, si augendæ virtutis occasio est. Vt manifestatur hodie in Christo ex tanta & graui

Consanguinei vanitates quærētes contemnendi.

occasione irascendi contra consanguineorum intentionem imo cum magna mansuetudine tolerans malitias eorum ait, vos ascendite ad diem festum quia tempus meum nō est adimpletum, tempus autem vestrum semper est paratum, ac si diceret quia parati & coniuncti estis cum incredulis vt postea dicemus amplius.

DIFFICVLTAS VIII.

Quare dicitur tempus meum nondum est adimpletum tempus autem vestrum semper est paratum.

1625 QVæsitum fuit, quale tempus sit paratum, omnibus hominibus mundi huius?

August. in litt. cit. A mentes homines per voluptates mundi vitā æternam expectant.

2. RESPONSIO fuit Augustini in cath. cit. *Quia amatores huius mundi semper quærunt temporalia fælicia & omni delectatione & voluptatibus plena: & post vitam lætam, æternam postea vitam expectant.*

Vnde interrogat Olea. quare Genes. 7. dicitur, quod tempore diluuij cataractæ cæli apertæ sunt: Vel vt legit Pagninus fenestræ cæli apertæ sunt. Et respondet nō possunt aliter quam litteraliter intelligi hæc verba; quia supponūt veras & elementares aquas super firmamentum esse: vt Basilius & Chrysostomus sentiunt: & ideo Dominus fenestras cæli aperuit vt aquas diluuij super peccatores contumaces descenderent qui voluptatibus corruptelisque cælum intrare conabantur. Et addit satis acutè Oleaster, quod verbū Arab, in Hebræo idem est quod fenestris insidiari videndo & est sensus. Peccatores, consumpti sunt aquis diluuij, quia voluptatibus carnis fruentes insidiabantur fenestris cæli. Quasi dicat, fures sunt & latrones mortisque pæna dignissimi qui nocte insidiantur fenestris vt ingrediantur & depauperent Dominos domorum: & digno æternoque supplicio digni sunt qui viuentes luxuriosè & ambitiose omni tempore feliciter imperando iniustitiasque operando neque à seculi vanitatibus separando se in cælum per fenestras intrare contendunt.

Basilius & Chrysost. cit. ab Oleastro.

Arab dictio Hebræa: idē quod fenestris insidiari.

Ambitiosi fruentes dignitatib. insidiantur cælo.

Væ illis qui semper imperant vitio ambitionis allecti.

1629 Hinc sanctus Isaac syrus lib. 1. de mundi contemptu. *Iesus panis post ablactationē datur infanti, & homo qui vult delectari diuinis prius se debet à sæculo velut infans ab vberibus matris alienare.* Quasi dicat mundi vbera fugere abhinc cunabulis & honoribus recreari & millibus & indicibilibus modis machinari, prætextu sāctitatis & terrenis frui, & simul cælestibus, impossibile est, quia tales semper hic tempus ad voluptates capiendas paratum habent.

Isaac. Syrus lib. 1. de mundi contemptu.

Studia ambitionis ab incunabilis litterati tenēt.

Hinc Chrysostomus sci. de Iob interrogat quare Isaiæ 18. n. 9. dicitur, *Quem docebit scientiam & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte auulsos ab vberibus.* Et respondet, *non dicitur ablactati ab vbere sed auulsi: proficiens enim ad perfectionem cogitur, vt cedat à lactando.* Quasi dicat non cedere abstinentiæ & pænitentiæ sed temporalibus fælicitatibus semper frui dementia est & ambitionis signum: *Et addit Christianus grammaticus in cap. 3. Matt. ideo dicitur, Genes. 21. quod Abraham quando Isaac ablactauit, fecit grande conuiuium, quia tempore ablactationis quo antiqui parentes filios suos ablactassent in separationis memoriam faciebant conuiuium.* Et Caietanus in hunc locum ait: *Equidem laudabilis consuetudo vt initium comedendi primogenitum celebraretur communi lætitia magni conuiuij.* Quasi dicat cum peccator a mundi voluptatibus ablactatur fiat conuiuium lætitiæ magnæ; quia tunc vere nascitur Deo cum mundo moritur, quia impossibile est Deo & mundo frui vno eodemque tempore.

Chrysost. ser. de Iob. Isaiæ. 18. num. 9.

Regnum cælorū vim patitur. Ambitionis dementia homines capiūtur ingeniosi.

Chrysost. in capiut 3. Matth. & genes. 25.

Caietanus in gen. 25.

Vnde Ambrosius: lib. 1. de Abraham c. 27. *Fecit Abraham conuiuium in die ablactationis: non mediocre istud & vsitatum: non enim quia a nutricis lacte subductus est puer magnum conuiuium exhibuit Abraham, sed quia idoneus factus est Isaac. fortioris gratiæ cibo & virtutis alimento.* Quasi dicat ingens & communis lætitia debetur quando à fælicitatibus huius sæculi separantur homines ambitiosi in quibus consuetudo imperandi tantum valebat quod quasi altera præualebat natura: Et de his Christus dixit tempus autem vestrum semper est paratum quia consanguinei sui ambitiosi ibant ad primordia festiuitatis: vbi conuiuiis lætitiæ, & ebrietatibus indicibilibus vtebantur & primis locis & honoribus decorabantur.

Ambrosius lib. 1. c. 27. Idonea ex consuetudine imperandi naturam faciunt.

1630 5. RESPONSIO fuit Chrisost. in litt. cit. *Forsitan fratres tradere Christum volebant Iudæis quia illi non credebant & ideo dixit tempus autem meum nondum est impletum: id est tempus passionis quam machinatis mihi inferre.* Quasi dicat, sunt fratres eiusdem instituti tam crudeles & impij quod in abscondito nulla malignitatis & malitiæ cauillatio considerari potest, quā contra æmulum suum non machinentur: vsquequo Deus punit illos frustrando suas malas intentiones.

Chrysost. August. Lira in litt. cit. Fratres eiusdem instituti crudeliores feris.

Vnde interrogat Oleaster, quare dicitur, Genes. 1. *Terra autem erat inanis & vacua & tenebræ erant, super faciem Abyssi & dixit Deus fiat lux.* Et respondet; *Quia sunt peccatores sua inuolutis peccatis vani, inmidi, & vacui omni sapientia ineptique ad finem ad quem creati sunt, ita vt nihil in eis appareat quod ad gloriam Dei aptum esse videatur, sunt enim vacui omnium virtutum, sunt tenebrosi, vt potius æstimes eos tenebrarum filios quam filios matris vel religionis suæ; quia obscura quæ ab eis fiunt turpe est etiam dicere.* Quasi dicat an non sunt filij veræ & non matris religionis qui dolosè semper cogitant contrà fratres suos? an non filij tenebrarum qui maligna diu nocteque, contra proximos suos meditantur? an non filij diaboli & malitia deteriores qui tradere ministris iustitiæ & accusare fratrem suum innocentem cogitant? vt de fratribus Christi adnotauit, Chrysostomus. Et addit Oleastar, *Ideo dixit Deus fiat lux idest appareant opera impiorū sine luce diuina vacua & dolosa & inuidia plena vt eis cum Apostolo dicere liceat* ad Rom 6. num. 21. Quem fructum habuistis in illis in quibus nunc erubescitis: quia videntes Christum in Ierusalem in die festiuitatis & quod nemo ei nocere audebat confusi de sua deprauata intentione remanserunt; quia adimpletum viderunt quod Christus eis dixit, tempus vestrum semper est paratum tempus autem meum nondum aduenit id est tempus passionis quam fabricatam & meditatam portatis vt Chrysostomus adnotauit.

Oleast. in Genes. c. 1. Fratres inuidi terra vacua & tenebrosa.

Oleast. cit. Quæ in abscondito cauillosi faciūt indigno locutione sunt. Filij tenebræ inuidi cauillosi.

Chrys. cit. cauillosi sub specie virtutis deteriores.

Oleast. cit. Cogitationes fratrum iniquo semper frustrantur à Deo.

Chrysost. cit.

Hinc

Bern. in Allegor. Galfr. in Lucę 12. Cauillosi fratres neque natura iura seruant.

Hinc contra fratres deiectæ & cauillosæ mentis clamat Bernardus in Allegoriis Galfridi ad caput 12. Lucæ: *Fratres quomodo quæritis regnum Dei & iustitiam eius? porro iustitia est cum quo tibi natura communis, natura quoque munus cum eo non habeas diuisum, vt autem perfecta iustitia sit diligere proximum, Deum in causa esse necesse est; neque enim pure eum diligit qui in Deo non diligit*. Quasi dicat qui timorem Dei amisit non solum proximum non diligit sed neque Deum: & qui deprauata intentione ambulat iura naturæ & confraternitatis frangit; quia vt Augustinus ait illi, *Deteriores & crudeliores sunt* qui in multis obligati nullum præceptum Dei neque iura naturæ seruant semper confusione & conturbatione propter cauillationes ex ambitione procedentes repleti, vt de consanguineis Christi adnotatum remanet.

August. cit. Religiosi suarum obligationum trásgressores deteriores peccatoribus mundi.

DIFFICVLTAS IX.

Ad mores.

Quare dicitur, quod Iesus ascendit in occulto & quod Iudæi dicebant vbi est ille?

1631 QVæsitum fuit quare Christus in occulto ascendit cum eo inuito nemo accedere ad eum auderet?

Beda in litt. cit.

1. RESPONSIO fuit Bedæ in litt. cit. occulte ascendit, *Quia fauores hominum non quærit, non pompis stipantium sed turbarum delectabatur*. Quasi dicat Christus ab aulicorum conuersatione fugit quia vita illorum est tota vanitatis falsitatis & obliuionis æternæ vitæ plena. Vnde interrogat Oleaster quare Genes. 40. num. 13. dicitur quod præpositus pincernarum constitutus in carcere Iosepho dixit, tantùm memento mei dum bene tibi fuerit & facies mecum misericordiam. Vel vt Pagninus, vt facias mei memoriam apud Pharaonem. Et respondet quod verbum (sum) in Hebræo est (præteritum) & erit sensus si memor fuisti mei in malo dum essem tecum in carcere precor vt apud te mei cum bene tibi fuerit misericordiam babeas. Quasi dicat non dico quod apud Pharaonem, mihi faueas sed apud te ipsum cum aulicam potestaté habebis, tunc recorderis mei; quia conditionis talis sunt aulici quod in prosperis nullius sed proprij sui negotij recordantur.

Oleaster, in cap. 40. Genes. n. 13.

Translatio Pagnini. Dictio (sum) in Hebræo est tempus præteritum. Aulici sua solum quærũt non alterius.

Vnde Stephanus in Allegoriis Galfridi ad c. 21. lib. 4. Regum, dixit quod Manasses qui erat nutritus sanctè & honeste cum Patre suo Ezechia, *Statim vt cum Aulicis iniquis conuersatus est fecit lucos & traduxit filium suum per ignem & Atsolatus est, & obseruauit Auguria & fecit pithones & aruspices multiplicauit*. Et addit cit. Sanctus Pater *erigere aras Baal est cogitare in corde suo & disponere quomodo quis possit esse superior, auguria per aues obseruare est adulationibus intendere, per aues enim intelliguntur adulatores; quia leues sunt & omni vento cedunt. Pithones sunt ventriloqui: & magnates terræ Pithones faciunt quia de ventre & de his quæ ad ventrem pertinent loquuntur & alios loqui faciunt*. Quasi dicat hæc est aulicorum vita, cogitare vanitates vt superbiores fiãt, adulationibus semper vti & Pithones quærere & ea quæ ad luxuriam pertinent tanquam Toclodità luxuriosi per se & per conductores sine intermissione tractandu ideo Christus cum aulicis adire renuit & humiles in abscondito quæsiuit vt Beda adnotauit.

Stephan. in Alleg. ad c. 21. lib. 4. Reg. Aulici adulatores superbi ventri loqui.

Aulicorũ descriptio.

Toclodita voraces sunt Aulici luxuriosi.

Beda cit.

1632 Lyranus in litt. cit.

3. RESPONSIO fuit Lyrani in litt. cit. *Christus fuit in abscondito, ne Iudæis maiorem occasionem inuidia tribueret*. Quasi dicat, præclariores & singulares in virtute ingenio litteris & valore semper ab insidiosis abscondant se, ne illis occasionem peccandi amplius & amplius præstent.

Vnde interrogat Oleaster, quare Exod. 28. dicitur, *separetur pectorale à superhumerali vel, Ephod. Sic legit Pagninus*. Et respondet: *Quod in Hebræo dictio (Raphas) idem est quod abscondere vel iungere in pectore. Et erit sensus superhumerale, quia lapis pretiosus & illuminans oculos pignus est coniungẽs & abscondẽs in pectore ne inuidiosis sit causa furandi & per consequens peccandi*. Et addit Oleaster, *quod in comprobatione huius dicitur, Ps. 31. abscondes eos idest iustos in abscondito faciei tuæ, a meruschè idest à superbis inuidisque viris*. Quasi dicat, quod iusti & insignes personæ quæ sunt lapides pretiosi de se splendorem Sanctitatis & scientiæ radiantes, ab oculis inuidorum & superborum debent se abscondere, quia paruulum occidit inuidia & ne totaliter perdantur augentes fomitem inuidiæ, quia ideo Christus quasi in abscondito ambulabit, ne Iudæis occasiones augerentur vt Lyranus adnotauit.

Oleast. In Exod. 28. Sancti & iusti à palatiis Aulicorũ abscondit.

Ps. 31. Inuidi sicut paruuli vt Hyssopus dicunt. Mueron de eis.

Oleast. cit. Dictio Rachas, idem quod abscondere.

Lyranus ait.

Hinc Cyprianus serm. de zelo & liuore. *Mala cætera habent terminum & quodcunque delictum delicti Consummatione finitur, in adultero cessat facinus perpetrato stupro, in latrone conquiescit scelus homicidio admisso & prædonis rapacitatẽ statuit possessa præda & falsario modum imponit impleta fallacia: Zelus autem non habet terminum, permanens iugiter & sine fine peccatum est*. Et addit Cyprianus, *Quantoque ille cui inuidetur successus meliori profecerit, tanto inuidus in maius incendium liuoris ignibus inardescit*. Quasi dicat ideo Christus vidẽs applausum turbarum laudantium eum, in abscondito ambulabat ne Iudæi, inuidia inardescentes plus peccarent: & concludit Cyprianus, multo malum leuius & periculum minus est cum mẽbra gladio vulnerantur, facilior cura est vbi plaga perspicua & cito ad sanitatem medela subueniente perducetur vulnus quod videtur. *Zeli autem vulnera abstrusa sunt nec remedium curam edentis admittunt, qui se intra conscientiæ latebras cæco dolore clauserunt*, Quasi dicat qui penetrat corda & renes Christus Deus noster: Iudæorum inuidiam cognoscebat & vt irremediabile malum ab oculis eorum se abscondebat vt penæ æternæ eorum non plus augerentur propter culpam liuoris tam diu prolapsam & ab ipso reprehensam.

Cyprianus ser. de zelo & liuore. Inuidia irremediabile malum.

Cyprianus cit. Liuor intra viscera generatur & moritur intra cor.

Cum inuidis non communicandum & cum illis cautè loquendũ.

***

DIFFICVLTAS X.

Quare dicitur quod erat murmur in turba & quod nemo loquebatur, propter metum Iudaeorum.

1633 QVæsitum fuit de quo tantum erat murmur, & quare tantum timebant Iudæi.

Chrysost. citat. in l. 1.

Simplices & pauperes veritatem defendunt.

1. Responsio Chrysost. in hæc. cit. illam. *Quidem existimo opinionem multitudinis esse qua scilicet dicebant bonum est: hanc verò Principum & sacerdotum.* Quasi dicat, simplices & humiles de turba superabant potentes robustos & sapientes in sæculo, quia veritas vt Hispani dicunt inuincibilis est: *La verdad y la raçon tienen gran fuerça*, & murmur pauperum. Clamabat: bonus est.

Oleast. in Exod. 4. Trans Pagn. *Dictio Chazach, idem quod fortificare.*

Vnde interrogat Oleaster, quare Genes. 4. dicitur quod Moyses misit manum suam & apprehendit serpentem, id est, virgam, & respondet quod verbum; *chazach* significat, *fortificare & corroborare se, & erit sensus roborare te in serpentem vt fortior illo sis & subiice eum*; Et addit, *quod vero verbum Chazach, significet roborare, constat ex* Genes. 41. *vbi dicitur chazache: id est roborauerat se fames in terra: idem Iudicum cap. 1.* Quasi dicat, quod humiles & pauperes qui rationem & Deum habent: serpentes fortes & astutos Principes & doctos huius mundi subiicient & vincent, quia veritas vt Hispani dicunt: habet vim magnam, id est, *Caverdad aunque adelgaça no quiebra.*

Hisp. loc. Gen. 41. Iudicum c. *Veritas insuperabilis est.*

1634 Chrysost. hom. 3. in act. Ap.

Hinc Chrysost. hom. 3. in acta Apost. *Diues & potens nihil mihi aliud esse euidenter quam, ciuitas absque muris in agro sita & vndique insidiantibus exposita, paupertas vero securum præsidium arcu muris & expugnatu difficile.* Quasi dicat fortes principes & superiores huius mundi tegmine & auxilio indigent, quia arundines faciles sunt quæ à quouis vento mouentur: paupertas vero & simplicitas ipsa sibi tegmen est quia humilitas in ipso centro terræ requiescit, & ibi secura ab omni furioso vento est. Vnde diuites à pauperibus quærant sibi præsidium.

Paupertas ciuitas munita pro egestuosis, & diuites ciuitas denastata.

Greg. Naz. epist. ad Iulian. *Diuites fumus & somnus esse censent.*

Ideo Gregor. Nazianz. Iuliano Apostatæ qui nimis in potentia, & diuitiarum abundantia iactabatur contemnens paupertatem & illam sequentes scribens dixit: *Diuitiæ sicut fumus dilabuntur & somnij more homines deludunt: vmbras tactas manibus teneri nequeunt.* Quasi dicat, diues homo est velut vmbra currentis hominis; & quis est tam amens quod in ea præsidium aut refrigerium collocet. Et D. Chrysost. hom. de diuit. interrogat, quare Christus Lucæ 16. n. 1. dixit, *Homo quidam erat diues non vnde hominum nomine hominem vocant; sed quidam?* Et respondit: *propterea dixit quidam quia quasi vmbra præterit.* Quasi dicat, licet prima facie diuites fortitudinem & potentiam habere videantur sed omnes simul potentes & principes nihil amplius sunt quam (quidam) vnde Hispani dicunt, quando ex verecundia & rubore aliqua narrata referunt, *esto dixo vn quidan*, quasi res parui momenti & quæ non habet fundamentum ore, & D. Isidor. Pelusiota lib. 2. epist. 257. *Paupertas (inquit) quæ nihil aliud habet quod metuat, omnis securitatis modestiæ & fortitudinis materia est.* Quasi dicat pauperes quia simplicitate, ratione, & veritate inducti sicut fortes robusti ac intrepidi sunt. Hinc S. Patriarcha pauperum Franciscus P. meus suam in Regula paupertatem dominam potentissimam vocat: (hæc inquit) est illa celsitudo altissimæ Paupertatis quæ vos fratres hæredes regni cælestis instituit pauperes rebus fecit virtutibus subleuauit. Quasi dicat experientia patebit quomodo paupertas filios sancti Francisci eos roborat, & facit ditiores omnibus hominibus mundi, siquidem secure ambulant & in illis adimpletur dictum Apostoli: nihil habentes & omnia possidentes, ideo Christus ad pauperes se adiungit & illos quærit vt vmbraculum & præsidium & ciuitas munita contra persecutores doctrinam & personam suam calumniantes & dicentes, non est: onus quia populum seducit, vt adnotauit Chrysostomus.

1635 Chrysost. hom. de diuite Lucæ 16. n. 1.

Quidam omnes diuites simul.

Hisp. loc.

D. Isidorus Pelusiota lib. 2. epist. 257.

Paupertas fortissima & inexpugnabilis protegens innumeros.

Regula B. P. N. Franc.

Paupertas Franciscana vbera Ecclesiæ fortissima & fæcundissima infantibus suis alimenta, Corruptus & Franciscanus paupertatis amatores.

Vltima Responsio meo videri propter metum Iudæorum nemo palam loquebatur sed intra cor omnis turba optimè loquebatur, sed metuebant quia extra synagogam fiebant. Quasi dicat, quod ex dictamine propriæ conscientiæ & veritatis fidei omnes credebant sed ex verecundia & timore sub terram abscondere se volebant. 1636

Chrysost. citat. Act. mens. *Pusillanimitas cor torquet & confundit sub terram.*

Vnde interrogat Oleast. dicitur Exod. 7. n. 25. *Foderunt autem omnes Ægypty per circuitum fluminis aquam vt biberent, non enim poterant bibere de aqua fluminis.* Et respondit, *quod verbum* (*Chaphar*) *propriè significet in Hebræo fodere vel erubescere subter terram, scriptum est Ps. 7. quia* (*Chaperu*) *id est, erubuerunt quærentes animam meam & infodere se voluerunt sub terra.* Quasi dicat ideo turbæ quæ præ timore Iudæorum talem Christum confiteri non audebant: totus in corde suo cuperent abscondere se præ confusione & intra se infra viscera terræ vellent, vt Hispani dicunt. *Lleuos de confusion se les Cata lacera de verguença.* Ex quo non audebant, palam dicere quod Christus bonus esset.

Oleast. in Exod. 7. n. 25. Traf. Pagn. simul vulgata. *Hebræa dictio* (*Chaphar*) *idem quod fodere aut erubescere.* Ps. 7. *Rubore repleti sub terra abscondi cupiunt.* Hisp. loc.

Hinc Bernardus interrogat in alleg. Galfridi ad cap. 1. in Epist. ad Rom. quare dicitur. *Prope est verbum in ore tuo & in corde tuo?* Et respondet: *Non te oportet homo maria transire, non penetrare nubes, non grandis tibi ostenditur via: vsque ad temetipsum occurrere Deo tuo, vsque ad cordis compunctionem & confessionem oris occurrere saltem exeas de sterquilinio misera tua conscientiæ quoniam indignum est illuc auctorem pietatis intrare.* Quasi dicat, quare ô homo miser confusio faciem tuam non operit considerans temetipsum timore & rubore repletum ex verecundia & timore procedente, quare times Christum viriliter confiteri: & vermes propriæ tuæ conscientiæ quare non extinguis; antequam intrent in te vermes qui in æternum non possunt extingui. 1637

Bernard. in alleg. Galfr. in epist. ad Rom. c. 10. *Vermes propria conscientia peccatores ad Deum excitant.* *Rubor cordis confundit mentem.*

Et Petrus Rauennas ibi cit. in alleg. Galfrid. *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, lingua salutis humana versatur, & geritur sacramentum: habes ô homo vnde credere debeas, corde creditur ad iustitiã, ore confessio fit ad salutem & quid dicam totum habet homo in se qui Deum habet, qui eum suum credit & confitetur* 1638

Petrus de Rauenna in alleg. Galfr. citat. in ep. ad Rom.

Fidem non sufficit corde confiteri sed ore dum oportet.

auctorem. (Et addit) *quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem: sanctificate corda, mundate labia: iustificate linguam, vt vox fidei sine timore vel metu baiula de pectore toto sanctitatis precedat exemplo.* Quasi dicat: fides vera non sufficit in corde teneri si ex timore & metu Iudæorum vel paganorum palam Christum recusat confiteri, quia confessio oris salutem operatur, ideo nemo nauseet, nemo timeat fidem Christi palam cõfiteri & operibus executioni mandare præcepta eius; quia perfecta charitas foras mittit timorem: quia contra blasphemantes potentes & dicentes quod Christus seducit populos, vere Christianus & fortis palam clamare debet dicens: non est sic sed bonus est; quia verba vitæ æternæ habet.

Amor Dei perfectus timorem expellit.

TRACTATVS QVADRAGESIM. TERT.

Ad Litteram, *In cap.* 10. *Ioannis De celebratione Encæniorum.*

TEXTVS.

23. FACTA sunt encænia in Ierosolymis, & hiems erat, & ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. 24. Circundederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei: quovsque animas nostras tollis: si tu es Christus dic nobis palam. 25. Respondit eis Iesus: Loquor vobis, & non creditis, opera quæ ego facio in nomine Patris mei hæc testimonium perhibent de me. 26. Sed vos non creditis; quia non estis ex ouibus meis. 27. Oues meæ vocem meam audiunt & ego cognosco eas & sequuntur me. 28. Et ego vitam æternam do eis & nõn peribunt in æternum & non rapiet eas quisquam de manu mea. 29. Pater meus quod dedit mihi maius omnibus est, & nemo potest rapere de manu Patris mei. 30. Ego & Pater vnũ sumus. 31. Sustulerunt ergo lapides Iudæi & lapidauerunt eum. 32. Respondit eis Iesus: Multa bona ostendi vobis ex Patre meo propter quod illorum me lapidatis. 33. Responderunt ei Iudæi: De bono opere non lapidamus te; sed de blasphemia, & quia tu cum homo sis facis te ipsum Deum. 34. Respondit eis Iesus: Nonne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi dij estis. 35. Si illos dixit Deos ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura. 36. Quem Pater sanctificauit & misit in mundum vos dicitis quia dixit; Filius Dei sum. 37. Si non facio opera Patris nolite credere mihi. 38. Si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite. 39. Quærebant ergo eum apprehendere, & exiuit de manibus eorum, & abiit iterum trans Iordanem, in eum locum vbi erat Ioannes baptizans primum & mansit illic.

EXPLANATIO LITTERAE.

1638 *A festo Scenopegia vsque ad encæniorũ duorum mensium spatium transiit.*

FActa sunt encænia Ierosolymis, transactis duobus mensibus à celebratione festi tabernaculorum celebrabatur festum encæniorum: & quæ à Ioanne numerantur ferè omnes expositores dicunt quod eodem anno vltimo vitæ Iesu contigerunt. Similiter apud omnes manifestum est, quod encænia idem est quod festum renouationis, vel dedicationis templi vel ciuitatis, vel cuiuscunque rei de nouo facta encæniare dicitur.

Plures dedicationes in compẽdio celebrantur.

Encæniare est quodlibet indumentum de nouo vestire.

Sit autem hoc festum, dedicatio vrbis Hierusalem per vastationem Antiochi siue Templi Salomonis siue per restitutionem Templi per Zorobabel siue per Iudam Machabæum post prophanationem Antiochi, opiniones sunt de qualiber re & graues habent Authores: ego autem omnes renouationes templi factas quocunque tempore intelligerẽ & compendio constitutum esse vt celebrarentur: nam encæniare in communi & plurali encænia denotant; quia non legimus singulares celebrari dedicationes.

1639 Auct. mens. *In compendio dedicationes templi celebrabantur.*

Encæniare quodlibet indumentũ vestire.

Et Hiems erat, id est, in mense Decembris, vel circum circa Martij: nam cum Christus passus est hiems erat; quia Petrus calefaciebat se in illa fælice passionis nocte, & deambular Iesus: non intra in loco sacro, sed in atrio templi. 1640

Hiems erat Quãdo Christus passus est.

Dicitur

4. Reg. c. vlt. *Porticus Salomonis à Chaldæis cōbusta.*

Dicitur autem in porticu Salomonis de ambulare non in ipsa porticu quam Salomon ædificauit; quia illa vt constat 4. Reg. combusta fuerat à Chaldæis, sed locus continens pro contento dicitur.

1641 *Cruciatus est afflictus animi vel suspēdium mentis torquens terribiliter. Hypochritæ inimici fingunt cum admiratione. Hispan. loc. Cautilosi semper in verbis cupiunt capere iustum.*

Circundederunt ergo eum & dixerunt: quousque animas nostras tollis? Si tu es Christus dic nobis palam in medio Iesum positum circunderunt eum vt non possit euadere absque eo quod responderet eis. Et fingunt se cruciari obscuritate verborum Iesu & desiderare doctrinam eius sequi,& vt fictionem animi per exaggerationem Christus cognosceret; dicunt; vsquequo animam nostram tollis. Quasi dicant, vsquequo cruciatam quasi in suspendio animam nostram positam tenes, quod Hispano serm. dicitur. *Hasta quando traes colgado de vn hilo nostro coraçon.* Si tu es Christus dic nobis palam. Maligne hoc interrogant vt coram populo qui circundabat Christum fateretur regem esse vt de crimine læsæ Maiestatis coram Pilato accusaretur.

1642 *Miracula attestantur Christū esse filium Dei.*

Loquor vobis & non creditis opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Quasi dicat, nolo vobis palam dicere; quia cum dico mihi non creditis, sed operibus credite; quia ipsa testificantur esse Patris,& filij (id est Christi:) hæc testimonium perhibent de me: id est, miracula demonstrant attestatione fidei quod Christus sit Deus.

1643 *Oues Christi totam Ecclesiā significāt.*

Grœca translatio.

Vulgata editio.

Oues meæ, vocem meam audiunt & non rapiet illas quisquam de manu mea, hæc verba connecti debent cum eis quæ postea dixit, Pater meus quod dedit mihi maius omnibus est, & nemo potest rapere de manu Patris mei. Græci Patres omnes legunt. *Pater meus qui dedit mihi maior omnibus est.* Er erit sensus Pater qui dedit mihi oues meas maior omnibus est, quis poterit ea de manu mea eripere? sed cum vulgata legendum, *quod dedit mihi Pater maius est omnibus.* Idem est ac dicere: Ecclesia quam mihi regendam tradidit, oues quas pascendas dedit, maius quiddam est, carius, plurisque faciendum quam quidquam aliud: & ideo nemo potest de manu mea eripere; quia ego & Pater, vnum sumus; non vnitate membri vnius (scilicet manus,) sed vnitate totius (inquit Caietanus) ac si diceret, ego & Pater ipsas totas hypostases significat: & esse vnum vnitatem essentialem non secundum partem, sed simpliciter, & absolute significat. Ita quod dicendo ego & Pater sumus; distinctas hypostases significat, dicendo autem vnum sine additione aliqua vnitatem essentiæ significat.

Pater & filius vnum sunt; non vnitate membri sed totius. Caiet. cit.

Hypostasis in diuinis quid sit.

1644 Hispana loquutio. *Hyrieron el Ademan. Punitio siue culpa iniustitia est. Christū Deū gentilitatis Iudæi putabant. Filij Dei per participationem omnes iusti.*

Sustulerunt lapides vt lapidarent eum, non iecerunt, sed sustulerunt; quia per diuinam potentiam prohibiti sunt: vel non actu lapidauerunt; quia responsionem expectauerunt ex qua confusi manserunt. Multa bona ostendi vobis ex patre meo propter, quod eorum &c. Quasi dicat, punitio lapidationis culpam sonat; ostendite ergo nunc causam: & si alia non est nisi miracula, & docere vos, quare vultis me lapidare? De bono opere non lapidamus te sed de blasphemia intendentes quod Christus ingerebat se pro Deo: & quod erat gentilis qui diuersos Deos adorant, & putant esse. In lege vestra non est scriptum: ego dixi dij estis: quem Pater sanctificat, & misit in mundum. Quasi dicat, si per participationem vocantur & sunt dij, qui audiūt verbum Dei, quare me lapidatis eo quod ego in quantum homo obedio verbis & voluntati Dei,& quanto magis quem Pater per vnionem gratis fecit filium suum; quia vt Caietanus ait verissime ac propriissimè significat donum gratiæ vnionis per quam verbum caro factum est & Christus homo & tunc sanctificatus est, quia natura humana supposito diuino vnita est.

Caiet. cit. *Christus gratia vnionis filius Dei in quantum homo, & vere filius Dei secundum Hypostasim.*

1645 Quærebant ergo eum apprehendere, & exiuit de manibus eorum, id est fecit quod iterum atque iterum fecerat transiens per medium illorum Iesus & relinquens aduersarios superbos & eleuatos.

1646 *Tempore persequutionum amici pluris æstimantur.*

Et abiit in eumdem locum vbi erat Ioannes baptizans primum & mansit illic, in illum locum venit Iesus vt occasio commemorandi testimonium Ioanni daretur, de ipso Iesu ad confirmationem credentium in ipsum: multum enim prodest & placet tempore persecutiónum enarratio amicorum, & testimonium verum testificans magnalia de persequuto,& opprobriato. Reliqua per quæstiones petebunt.

TRANSLATIONES ANTIQVIORES & neothericæ in cap.10. Ioannis.

Facta sunt encænia in Ierosolymis & hyems erat & ambulabat Iesus.&c. Transl. Vatabli.	1. Factum est festum instaurationis altaris, quod cōtaminatum fuerat ab Antiocho Persarū Rege.
Translat. ex Syriac.	2. Factum est autem festum encæniorum in vrbe Schelemioum.
Rupertus in Ioann. lib.10.	3. Solemnia dedicationis templi agebantur, & ambulabat Iesus in porticu quia æque sanctificata erat vt templum.
Lyran. sua in glossa.	4. Encænia enim idem est quod innouationes, & dicitur à dictione Hæbrea (en) quod est & (cænos) nouum.
n. 24. *Vulg. vsquequo animam nostram tollis. Translat. ex Syriac.*	5. Et cinxerunt eum Iudæi dicuntque ei quousque tandem retines animam nostram? Si tu es Meschicho dic nobis aperte.
Transl. Vatabli.	6. Vsquequo nos suspensos tenes? Dic nobis ingenue.
Lyran. sua in glossa.	7. Si tu es vnctus quæ vnctio debebatur Regibus.
Rupertus in Ioann. lib.10.	8. Nacti sibi oportunitatem videbantur aucupandi contra

contra eum aliquid vnde posset accusari.

n.25.Vulgat. dico vobis & non creditis. Translat. ex Syriac. 9. Respondit Ieschua, dixi vobis nec creditis, at opera quæ ego facio in nomine Patris mei testantur de me.

Transl. Vatabli in schol. 10. Palam libere deposito metu dixi vobis & ad gloriam Dei non creditis.

Tertullianus lib. 4. contra Marcion. 11. Opera quæ ego facio in nomine Patris mei ipsa de me testimonium dicunt.

Caietan. in Euang. 12. Directe percutit tentantes, dic nobis: dixi vobis de me quis sim: & fingentes dicitis, vsquequo animam nostram tollis.

n. 27. Vulg. oues meæ vocem meam audiunt. Translat. ex Syriac. 13. Ego agnosco eas ipsæque post me veniunt.

Transl. Vatabli. in scholiis. 14. Et nemo potest rapere de manu patris mei sed neque de mea.

Tertullianus lib. aduer. Praxe, folio 854. 15. Pater enim quod mihi dedit maius omnibus est.

Lyran. sua in glossa. 16. Ipsa deitas quam habeo à Patre maior omnibus est, quia omnia excedit in infinitum.

n. 32. Vulgata, sustulerũt ergo lapides. Translat. ex Syriac. 17. Et sustulerunt rursus Iudæi lapides vt obruerent eum.

Lyran. sua in glossa. 18. Moti liuore & inuidia absque iustitiæ neque legis more.

Traslat. ex Syriac. 19. Non propter opera bona lapidamus te sed quoniam blasphemas & cum sis homo facis te Deum.

Transf. Vatabli. 20. Ob bonum opus non te lapidamus sed ob blasphemiam.

n.37. Vulg. quem Pater sanctificauit. Transf. Vat. 21. Quomodo vos quem Pater sanctificauit, dicitis blasphemare.

Translat. ex Syriac. 22. Quem pater sanctificauit dicitis ei quia blasphemas.

n.37. ex Vulgata quærebant ergo eum aprehendere. Translat. ex Syriac. 23. Stupebant iterum apprehendere eum & euasit ex eorum manibus.

Translat. Vatabli. 24. Exiuit de manibus eorum.

n. 40. Vulg. & abiit iterum trans Iordanem. Translat. ex Syriac. 25. Et abiit trans Iordanem vbi fuerat Ieschua.

Translat. Vatabli. 26. Et abiit trans Iordanem vbi Ioannes primum fuerat & mansit illic.

DIFFICVLTAS PRIMA

Ad litteram.

Quare dicitur quod quando celebrabantur encenia in hyeme Christus deambulabat in porticu Salomonis.

QVeritur quare vocabatur festum hoc encenia & ad quid Christus deambulabat in Porticu? 1647

1. Responsio August. in cath. cit. Encenia festiuitas erat dedicationis templi. *Græcè enim cenos dicitur, nouum, quandoquunque enim aliquod fuerit dedicatum encenia vocantur.* *August. cit. in cath. S. Thom. Encæniare est nouum celebrare.*

2. Responsio Chrysost. in cath. cit. *Encenia dicit diem secundum quem templum dedicatum est redeuntibus Iudæis à captiuitate Babylonis.* 1648 *Chrysost. in cath. cit. Liberatio à captiuitate in memoria tenentia.*

3. Responsio Theodoreti. *Hæc dedicatio in memoriam erat illius dedicationis quam Iudas machabæus fecit: prima enim dedicatio à Salomone facta est tempore Autumni: secunda à Zorobabel & Iesu: tempore veris; hæc autem tempore Hyemali ideo dicitur & hyems erat*: Et meo videri, ab Euangelista additur & hyems erat, vt intelligeretur quod tempus passionis Christi proximum erat. 1649 *Theodoret. in cath. cit. Tres dedicationes vel Encenia celebrabantur passio Christi fuit in hyeme.*

4. Responsio Interlinealis deambulabat Iesus &, *Ecce ignis de quo debent homines accendi.* Quasi dicat, deambulabat Iesus; quia frigebant homines & Hispano sermone dicitur. *Paseabase para entrar en calor*, Et ideo dicit Interlinealis, ecce ignis de quo debent homines accendi: sed hoc ad mores postea. 1650 *Interlineal. Auct. mens. Hisp. loc.*

5. Responsio Augustini in cath. cit. *Quia Ergo Iudæi friguerant à diligendi charitate & ardebant nocendi cupiditate, non accedebant proficiendo sed premebant persequendo. Quasi dicat circumdederunt Christum Iudæi.* Non desiderio proficiendi in sua doctrina sed liuore & inuidia combusti 1651 *August. cit. in cath. Inimici verba capiunt ad nocendum.*

combusti desiderantes capere eum in sermone.

5652 Rupen. in Ioan lib.10. *Occasiones quarunt impij infatigabili.er nocendi bonis.*

6. Responsio Rupetti in Ioannem. lib.10. *Propter dissensionem quæ cæco illuminato semel & iterum facta est, solutum est in efficax eorum conuenticulum nunc autem vbi ad solemnitatem dedicationis veniens ambulabat Iesus in porticu Salomonis; nacti sibi vi debantur occasiones aucupandi contra eum aliquid, vt possent eum accusare; vnde circundederunt eum tanquam vituli Tauri pingues obsederunt eum Ps.*28. Quasi dicat ex prodigioso miraculo cæci naticurati illuminatique remanserunt Iudæi attoniti & nulli occasioni cedebant vt parcerent ei, & ideo dicitur cum deambularet Christus in porticu Salomonis, circundederunt eum vt caperent in aliquo verbo malitiosè interpretato.

Ps.28. *Inimici inuidi crudeliores tauris, canibus rabidis leonibus viperi quo contra innocentem.*

DIFFICVLTAS II.

Ad litteram.

Quare dicitur, vsquequò animas nostras tollis si tu ex Christus dic nobis palam.

1653 QVæritur quare Iudæi fingunt suspendium ex desiderio inuestigandi veritatem?

Lyr suo in gloss. *Simulatores duplici corde loquentes impij aulici sût.*

1. Responsio Lyrani: sua in Glossa. *Quo vsque crucias nos dimittendo in suspendio: per hoc innuentes quod vellent eius dicto stare, & eum libenter sicut Christum recipere, cum tamen haberent contrarium in corde:& (addit) non quærunt si tu es filius Dei quia de hoc non curabat Pilatus ad quem intendebant eum accusare.* Quasi dicat: fingentes prætendunt Christum fallere ac si desiderarent eius doctrinam complectere sed suspensi erant, an verè esset Christus vnctus in Regem hoc autem dicebant intentione deprauata vt statim ante Pilatum accusarent tanquam reum lesæ maiestatis.

1654 August. in Gloss. cit. *Calumniatores impij & summa prudentia tollerandi sunt & amici confirmandi.*

2. Responsio Augustini in glossa ord. cit. *Non veritatem desiderant sed parant calumniã vt si dixerit se Regem contra Augustũ facientem: eius potestati tradant; sed. Dominus sic temperat responsionem vt nec illis sit locus calumniæ; & fidelibus propter quos hæc referuntur, manifeste appareat quod ipse sit Christus non homo tantum vt illi putant, sed filius Dei.* Quasi dicat ingens prudentia & patientia est necessaria ad superandos calumniatores & pacifice eis respondere; ideo Christus vt non exasperarentur & vt credentes confirmarentur mansuete respondit euadens impiorum calumniatorum periculom.

1655 A[illegible] nitens. *Impij aa nocendum inimicis suis beneuolentiam superiorũ capere conãtur.*

3. Responsio meo iudicio cognoscentes pietatem Christi fingunt se Iudæi de lequeo & anxietate cruciari & suspendium animi affectant exaggerando vsque ad periculum vitæ; vt sic manifestè pietas Christi eos consolaretur dicens: ego tenera sum Christus vt desideratis, & cupitis scire & tunc haberent intentum quod cogitatum omnes afferebant & vt Hispani dicunt. *Lo cogian à Christo en la trampa que trabian armada.*

1656 Hisp loc. *Consejoles el su & vlgo*

4. Responsio Glossæ ordinariæ, *Calumniantur illum tollere animas qui saluat, quem purum hominem putant sed præ omnibus regnaturum.* Quasi dicat animas Christi quærebat non ad torquendas suspendiis & tormentis sed ad saluandas & in æterna beatitudine beatificandas.

Glossa ordinaria. *Christus animarum paradisus & solatium.*

5. Responsio Iansenij sua in concor. c.93. si tu es Christum quemadmodum multi propter opera tua existimant dic nobis palam, Dominus autem etsi eorum *vafriciem compertam haberet, & multis modis quæstiones eorum sum malitiam tum insipientiam refellere posset, mansuete tamen illis respondit.* Quasi dicat mentientes immemores semper sunt: ideo recordamini, quod dæmoniacum & Samaritanum me vocastis & quod extra synagogam me eiecistis, quomodo ergo suspensi & fatigati Spiritu fingitis venire desiderantes scire, si sum Christus vnctus & Rex Israel, vt mihi noceatis ante Pilatum: sed his omissis mansuete respondit dicens, dixi vobis & non creditis.

1657 Iansen. sua 10 concord. cap 93. *Mentientes immemores non debent esse. Prælati & Principes multa simulare debent.*

DIFFICVLTAS III.

Ad litteram.

Quare dicitur, loquor vobis & non creditis: opera quæ ego facio testimonium dant de me, sed vos non creditis quia non estis de ouibus meis, oues meæ vocem meam audiunt.

QVæritur quare neque operibus Christi Iudæi credebant? 1658

Chrysost. in cath cit. *Reprobi neque vocibus neque operibus Dei credunt. Oues sunt prædestinati qui sequuntur pastorem Christum.*

1. Responsio Chrysostomi in cath. citat. *Quia enim simulabant à solo verbo se suaderi qui à tot operibus non sunt suasi, arguit malitiam eorum dicens si operibus non creditis qualiter verbis credetis; & quare non credant ostendit subdens, sed vos non creditis quia non estis de ouibus meis.* Quasi dicat quid me tentatis maligni & impij crudeles: si tot operibus & mirabilibus visis renuistis credere quomodo verbis credetis, sed ite maledicti quia reprobi vocem meam non audiunt neque operibus credunt sed oues meæ id est, prædestinati sequuntur me Pastorem suum & vocem meam audiunt & operibus meis credunt.

2. Responsio Iansenij in concor. cap.93. 1659

Iansen. sua in concord. cap.93. Hisp. loc. *Al buen entendedor pocas palabras. Reprobi omnia in malũ conuertunt.*

Quid ergo opus est rursum quærere si sæpe numero dixi vobis quod interrogatis, & renuistis credere ipsa opera quæ facio, & miracula in nomine Patris mei testantur me missum à Deo & me esse filium eius. Quasi dicat dictum sapienti sat est, ideo iam vos capio & vos quod vos capere me desideratis in verbis: sed hoc prouenit quia non estis ex ouibus meis quia si essetis non plus quam mirabilia à me operata quæ cerneris & super omnia in obsequium fidei stare debebatis.

3. Responsio Lyrani sua in glossa, *Non creditis operibus neque verbis quia estis superbi & maligni: & ideo Dei iudicio execati.* (Et addit) *considerandum est quod in hac responsione Christus non dixit expressè se esse Christum quem quærebant sed dixit aliquod, æquiualens vel maius vt responderet veritatem & excluderet calumniatorum malitiam.* Quasi dicat, vos non creditis operibus 1660

Lyranus sua in Glosse. *Humilibus misteria fidei reuelata.*

neque

neque verbis quia non estis humiles quibus mysteria fidei reuelata sunt & abscondita superbis.

1661 Austris mens. *Calumniatores ambitiosi. Semper de hoc mundo loquuntur de sursum autem nil cogitant.*

4. RESPONSIO meo videri, Christus dixit Iudæis loquor vobis & non creditis quia non habetis intentionem credendi: nam ego loquor de mysteriis fidei quæ ad vitam æternam pertinent, vos autem temporalia regna quæritis & de vita præsenti loquimini existimantes quod ego dico me esse Christum & Regem super Israël & quia talia deliria cogitatis in omnibus calumnias contra me ostentatis: quia regnum meum non est de hoc mundo: vos autem ideo oues meæ non estis, quia oues meæ vocem ad cælestia clamantem audiunt & sequuntur vestigia mea, superantes calumnias iniquorum & desiderantes, gaudentes pati pro me. Sicut ego passionem propter illos desidero & intra cor amoris vi coarctor.

Amoris vis cor coarctat.

DIFFICVLTAS IV.

Ad litteram.

Quare dicitur; multa bona operatus sum vobis propter quod eorum lapidatis me, & quare dixerunt de bono opere non lapidamus te.

1662 Lyranus sua in glossa ad caput 10. Ioannis. *Furiosi & calumniatores: ad hominem concluduntur ex suis propriis verbis.*

QVæretur quomodo Christus opera bona facere poterat & esse blasphemus.

2. RESPONSIO Lyrani sua in Glossa, *in dictis eorum patet contradictio quia loquebantur, sicut furiosi testificantur facere bona opera in miraculis cum dicunt de bono opere non lapidamus te: & tamen cum dicunt blasphemum cum dicunt sed de blasphemia, sed ista sunt incompossibilia, quia bona & diuina non poterant fieri ad testificandum aliquod falsum quod tamen esset, si Christus esset blasphemus, ad cuius testimonium fieret.* Quasi dicat ista cæcitas procedebat ex eo quod solum humanam naturam in Christo considerabant Iudæi; ideo subditur quia homo cum sis facis te ipsum Deum.

Iudæorum cæcitas solam in Christo humanitatem considerabat.

1663 Aguft tract. 48. infra. *Arrianorũ error non capit quomodo Pater & Filius in substantia idem sint.*

2. RESPONSIO Augustini tract. 48. infra, *Ecce Iudæi intellexerunt quod non intelligebant Arriani: ideo enim irati sunt quoniam senserunt non posse dici, ego & Pater vnum sumus, nisi vbi æqualitas est Patris & Filij.* Quasi dicat Arriani non sunt capaces rationis si quidem non capiunt quod Pater & Filius possunt esse æquales secundum substantiam: quod in hoc verbo includitur, ego & Pater vnum sumus.

1664 Hylarius lib 7. de trin. *Arrianorum error Christũ solum creaturam intelligentes.*

3. RESPONSIO Hylarij lib. 7. de Trin. *Iudæus dicit cum sis homo Arrianus, cum sit creatura vtrique dicunt facis te Deum, subiicit enim Arrianus substantiæ nouæ & alienæ Deum; vt autem alterius generis Deus sit, aut omnibus nec Deus: dicit enim non est filius ex Natiuitate, non est Deus ex veritate, creatura est præstantior cunctis.* Quasi dicat Arriani comprehendere non possunt, quomodo Christus sit natus Deus, ignorantes diuinitatis essentiam eodem modo esse in Christo nato ac in verbo æterno, quia secũdum substantiam idem sunt duæ naturæ, humana & diuina: supposito diuino increatoque terminatæ. Vt latius Theologi disputant.

Suppositum diuinum terminat naturam diuinam in Christo.

4. RESPONSIO Chrysostomi in cat. citat. *Dominus autem non destruxit opinionem æstimantium quod se Deo parem diceret, sed magis in contrarium fuit; nam respondit non nec in lege vestra scriptum est ego dixi Dij estis.* Quasi dicat confirmauit Iesus illa quæ cogitabant de illo circa æqualitatem cum Patre & quia Filius Dei erat, a maiori ad minorem arguens: si qui sunt iusti possunt dici Filij Dei adoptiui per gratiam, quanto magis quem Pater sanctificauit per gratiam ex vi vnionis hypostaticæ. 1665

Chrysost. in cat. cit. *A maiori ad minorem benè va[let] consequentia et homo ergo est anima.*

5. RESPONSIO Rupert. lib. citato infra c. 10. *Ergo iniqui iudices saltem vnum de duobus testimoniis probum dicitis, de quibus superius cum dixisset: & in lege vestra scriptum est quia duorum hominum testimonium verum est, statim intulit: ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de me qui misit me Pater; vnum inquam testimonium verum esse concessistis: dixistis enim de bono opere non lapidamus te: alium autem improbastis dicendo: sed de blasphemia: etenim quæ loquitur hic dicendo: ego & Pater vnum sumus, & his similia de quibus alibi: verba, inquit, quæ loquor vobis à me ipso non loquor, testimonium ipsius Filij sunt: bona autem opera quæ ostendit vobis ex patre suo: sicut itidem ait; Pater autem in me manens ipse fecit opera: opera ergo & testimonium Patris sunt, sed si homines estis imo & iudices quomodo vnum sine altero testimonium esse bonum iudicatis? quomodo vni homini cum blasphemia bonum opus tribuitis? nunquid blasphemando quis bonum simul faciet opus, præsertim qualia hic operatur.* Quasi dicat, ô iniqui iudices incapaces rationis, vel reproba & mala omnia opera Christi facite, vel de blasphemia eum non argueris: quia pater eius per miracula à Christo operata comprobat omnes actiones eius qui ab ipso procedunt, & per Christi humanitatem tanquam per instrumentum operantur: ergo falso & iniquo animo eum blasphemum appellaris. 1666

Rupert. infra 10. *Iudices iniqui in verbis contradicunt se.* *Opera Christi à patre præcedentia per humanitatem Christi tanquam per instrumentum: manifestata.* *Pater & Filius testificantur idem ergo vera sunt opera Christi quia in ore duorũ testium stat omne verbum.*

DIFFICVLTAS V.

Ad Litteram.

Quare dicitur, si non facio opera Patris nolite credere mihi: si autem facio, credite, quia ego in Patre & Pater in me est.

QVæritur quare Christus dixit nolite credere mihi, sed operibus credite. 1667

3. RESPONSIO Chrysostomi in cat cit. *Vt susciperetur sermo humilius loquutus est, postea ad maius eos reduxit, dicens, si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi, per hoc ostendens quod in nullo minor est patre: quia enim substantiam eius impossibile erat eis videre ab operum paritate & identitate demonstrationem eius quæ secundum virtutem indissimilitudinis est tribuit.* Quasi dicat quod actiones Christi erant suppositi diuini & per consequens secundum substantiam eandem cum patre, quia actiones sunt suppositorum & hoc Iudæi non poterant consequi ideo quasi

Chrysost. in cat. S. Tho. cita. *Actiones sunt suppositorum & ideo Christus identitatem cum Patre manifeste probat.*

occulte, & in mysterio dicit: si non facio opera Patris mei nolite credere, vt itaque si fidem verâ haberent, crederét æqualitati in diuinitate.

1668 2. Rasponsio Hilarij 7. de Trin. *Quid hic adoptio quid indulgentia nominis loci inuenit, ne ex natura Dei filius sit cum Dei filius ex natura paterna operibus credendus sit; non exequatur ac similis est Deo creatura: neque enim natura aliena potestas comparatur genere autem se non suat estatur, sed qua patris sunt, ne per magnificentiam gestorum, natura natiuitas auferatur.* Quasi dicat quia Sacramento assumpti corporis ex Maria Virgine, natura diuina, & humana non intelligebatur, fides nobis initiouatur ex gestis cû ait: si autem facio opera Patris, & si mihi non credideris, operibus credite. Et addit Hilarius lib. 7. de Trin. *Cum enim Sacramentum nati hominis intelligentiam diuina natiuitatis impediat; tunc diuina natiuitas omne opus suum sub ministerio assumpti hominis exequitur.* Faciens igitur opera patris demuostrare debuit quod esset operibus credendum. Quasi dicat, operationes diuinas non intelligunt Iudæi neccapere poterant quomodo per instrumentum humanitatis exercebantur, & si sacramentaliter, & mysteriosè dicebat Christus, si mihi non vultis credere operibus Patris credite; quia ego & Pater vnû sumus.

Hylar. 7. de Trin. Identitas Patris & filij per actiones comprobatur & humanitas Christi fuit instrumentũ diuinitatis natura humana à Virgine assumpta distincta à natura diuina & fides in vno supposito terminatas credit. Hylar. citat. supra.

1669 3. Rasponsio Augustini lib. de Trinit. Non enim filius sic dicit in me est Pater & ego in illo, quomodo possumus dicere homines? si enim bene cogitemus, & bene viuamus in Deo sumus, & Deus in nobis est quasi patricipantes eius gratiam, & illuminari ab ipso, vnigenitus autem Dei filius in Patre est, & Pater in filio tanquam æqualis.

Aug. lib. de Trinit. Iusti per gratiæ participationem vnũ sunt cũ Deo Christus autem æqualis.

DIFFICVLTAS VI.

Quare dicitur quod quærebant eum apprehendere & exiuit de manibus eorum?

1670 QVæritur quare Christum apprehendere Iudæi volebant & quare elapsus est de manibus eorum?

1. Responsio August. in cath. *Quia apprehendere volebant non credendo, sed sæuiendo: Tu apprehendas vt habeas, illi apprehendere volebant, vt non haberent.* Quasi dicat, torquebantur præsentia Christi impij, & à se repellere conabantur. Ideo ab illis exiuit & dereliquit eos.

Aug. in cath. cit. Infelices qui de verbo Christi fastidiantur & torquentur.

1671 2. Rasponsio Ruperti in Ioan. c. 10. *Ordo & coniectura verborum est, insidiose interrogantibus vtrum ipse esset Rex Christus, sed Deus & Dominus Christus dicendo ego, & Pater vnum sumus, & in me est Pater, & ego in Patre quærebant eum apprehendere, sed quid? Exiuit de manibus eorum, dubium ne est hoc quod de manibus Iudæorum hic Deus & Dominus exierit; irritum nempe est quidquid homicida gens illa in cunctis suis agit ceremonijs; cum expanderitis manus vestras (inquit Isaias 8.) auertam oculos meos a vobis & cum multiplicaueritis orationes non exaudiam; manus enim vestræ plenæ sunt sanguine: ergo de manibus Iudæorum id est, de cunctis operibus eorum Dei filius, & qui in illo est Deus Pater exiuit, & totius Synagoga eorum Princeps Sathanas in sanguine quo plenæ sunt manus eorum sibi applaudit.* Quasi dicat, ipsi Iudæi suis manibus, & operibus occiderunt se expellendo Christum; quia volebant eum apprehendere ad occidendum, sed Christus exiuit de manibus eorum, ita vt in perpetuum, & vltra eum non videbunt neque synagogam Regem aut regnum habebunt & à Satana Principe tenebrarum offuscari & excæcati vsque in hodiernum diem manent.

Rupert. in Ioan. c. 10. lib. 10. Orati. eorum Iudæorum vanæ & expulsi a Deo. *Isaiæ c. 8.* *Iudæi sine Rege sine domino semper videri & abiecti.*

3. Respondeo meo videri exiuit de manibus eorum ne eum apprehenderent, & addiderunt peccata super peccata; quia tam obstinati, & irritati erant quod (si possibilitas affotet) dentibus suis carnes Sacratissimas Christi lacerarent. Ideo vt alias iam fecerat cum eum præcipitare conarentur illæsus per medium illorum transiens ibat, ostendens suam omnipotentiam. 1672

Auct. mens. Irritati inimici Christũ dentibus lacerare & dilaniare cupiebant.

4. Rasponsio, *Et abiit iterum trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans primum, & mansit illic.* Quia ostendebat se esse vmbrarum adimpletiuum (vt interlinealis ait) vel vt Lyra. vt recordaretur testimonij Ioannis qui dixit de eo. Ecce Agnus Dei Ioan. 1. & de testimonio Patris dicentis. Hic est filius meus dilectus. 1673

Auct. mens. Interlineal. Lyr. ua in gloss. Ioan. cap. 1. Matth. c. 3.

TRACTA

TRACTATVS QVADRAGES. QVART.

Ad mores, *In cap.* 10. *Ioannis, De celebratione Enceniorum.*

DIFFICVLTAS VII.

Ad mores.

Quare dicitur quod in festiuitate Hyemis ambulabat Iesus in porticu Salomonis.

1674 QVæsitum fuit quare vocabantur Encenia & cur Christus deambulabat in hyeme in porticu Salomonis.

Chrisost. in litt. cit. *Beneficia solemne Deo gratissimum est.*

2. Raaponsio fuit Chrysost. in litt. cit. *Encenia, dicit diem secundum quem dedicatum est, templum reuertentibus illis à captiuitate Babylonis.* Ac si dicat semper Deo placitum fuit quod de beneficiis receptis gratias ei agentes, rememorarentur homines. Vnde interrogat Oleast. quare Deut. 26. n. 4. præcipiebatur: *suscipiet Sacerdos Cartalum de manu tua, ponet ante altare Domini & loquetur in conspectu Domini Dei tui. Syrus persequebatur Patrem meum qui descendit in Ægyptum & ibi peregrinatus est*, vel vt legit Pagninus, *Syrus perdit Patrem meum peregrinatus & captiuus est in gentem magnam?* Et respondet, *pulchrè adnotat nos locus iste non vnum, beneficium eorum Deo referre neque semel, sed semper omnia simul referre simulque gratificari.* Quasi dicat arguens Christianorum ingratitudinem. Quis est qui semel in anno, memor sit captiuitatis Patrum nostrorum inter Saracenos, Hispaniam per tot annos possidentes, quis est qui gratias Deo agat pro dedicatione restaurationis templorum Enceniorúmque per gratiam Dei & per fortitudinem & valorem: Patrum nostrorum? Et addit Oleast. *Aduerte quæso quantum malum sit apud infideles viuere & perire etiamsi quis fidelis moriatur*, vt patet in textu Deuteronom. citato: Syrus persequebatur Patrem meum. Quasi dicat immemores beneficiorum receptorum omni supplicio digni sunt quia recordatio persequutionum & afflictionum Patrum nostrorum in captiuerio forsan nos ad gratitudinem incitaret, & lachrymis oculorum encenia celebraremus, id est, dedicationes & renouationes templorum Dei quæ tanto tempore fuerunt prophanata & conculcata & fides Christi vi superata propter peccata impiorum regum & subditorum.

Oleast. in Deut. 26 n. 4 Transl. Pagn.

Captiuitatis vita & mors misera & lamentabilis.

Encenia Christianorum qualia.

1675 Vnde Chrysolog. cit. in alleg. Galfridi super

Chrysost. in

Franc. de Rojas in Euang. Tom. III.

Ioann. ait, *Ille qui aduersa non considerat prospera seruare nescit: Bona quo sint bona scire nisi malorum cognitione non possumus; qui prudens & cautior est, plus gratus sit Auctori.* Quasi dicat timeant Hispani qui in prosperis immemores sunt celebrationis Enceniorum antiquorum, ne fortè propter ingratitudinem iterum ad captiuitatem reuertantur: quia ille prudens & cautior Rex & aulicus est qui intra se recogitat quæ antea fuerunt & gratus Deo gratias agens pro acceptis beneficiis dedicationes sacrorū templorum aliquando deuotissimè celebrat, quia gratitudo semen est vt copiosiores fructus colligantur, & ingratitudo è contra vt infælicitates proueniant.

in alleg. Galfridi cit. in Ioan.

Tempora aduersa considerare prosperitate durâte prudentia est.

Encenia Christianorum, gratiæ pro restauratione templorum.

3. Kssponsio fuit August. in cath. cit. *Deambulabat Iesus quia hyems erat & quia à diligendi charitate frigu erant Iudæi & nocendi cupiditate ardebant.* Quasi dicat tristitia plenum cor Christi deambulabat videns quā ardenter homines amabat & quomodo, amor eius in cordibus ingratorum in odium conuertebatur. Vnde interrogat Oleaster quare dicitur Deut. 24. *Non abominaberis idumeum quia frater tuus est*, sic legit Pagninus & respondet, *Etsi omnium virtutum defectus malus sit, sed omnium pernitiosior defectus charitatis: docet præterea locus iste qualiter fratrem diligere tenearis etiamsi aduersetur tibi, quia frater est, quia si te odio habuerit nec tibi viscera fraterna ostenderet non sit tibi cura: dilige eum non abominaberis quia frater est tuus.* 16·6

Aug. cit. in litt.

Tristitia & mæror homines deambulare faciunt.

Oleast. in Deut. 24. Transl. Pagn.

Charitas inter inimicos purificatur.

Hinc Bernardus cit. in alleg. *Sicut magnus ignis effugat muscas, sic ab ardentissima mente & charitate perfecta dæmones effugiunt.* Quasi dicat si flamma charitatis esset in nostris cordibus nihil dæmones suis insidiis contra inimicos vituperantes nos potuissent: quia si æstuarent amoris diuini flāmis hominum corda, noxiarum cogitationum muscæ, aut non accederent, aut vbi accessissent, statim abigerentur; etiamsi molestissimæ sint cogitationes opprobriorum ab inimicis receptorum.

Bernar. in alleg. cit.

Cogitationes vindictæ sicut muscæ importunæ.

Idem B. Laurentius Iustinianus tract. de char. cap. 6. dicebat: *Charitas adornat quia nuptiale vestimentum est: est enim conueniens vestimentum sponsæ Regis Christi.* Quasi dicat nulla sponsa Christi hoc vestimento carere debet & ideo ille qui inuitatus fuerat ad nuptias extra reiicitur proiectus in tenebras exteriores; quia non habebat vestem nuptialem: hinc his verbis increpatur: Matth. 22. n. 12. *Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem.* Quasi dicat, 1677

B. Laurent. Iustin. de char. c. 6. *Charitas vestimentum Christi.*

Matth. 22. n. 12.

exstraneus erat iste homo. Non erat sponsa: & tamen tam acriter in eum Dominus conuiuij insurgit: quid si sponsa anima quæ religionis vinculo religata est si tali veste caruisset acrius enim in eam sæuiendus erat. Quia maiorem culpam commisisset: vel ille qui nuptiali veste charitatis caruerit inferni pœnas timere debet.

Religiosi charitate carentes infelices.

1678 Audiatur Doctissimus Idiota cap. 24 lib. de amore diuino. *Ne si forte intret sine veste nuptiali eiiciatur extra & proiiciatur in tenebras exteriores, vbi semper erit fletus & stridor dentium: ista vestis ô Benignissimè Domine est amor & dilectio quæ excedit omnes alias virtutes.* Deinde explicat idem doctor quibus filis hæc charitas & & amoris vestis conficiatur, ex diuinis scilicet beneficiis, additque hanc amoris vestem per illam inconsutilem significatam fuisse quam Christum induerunt, quæ neque erat scissa neque diuisa; quia amor neque scindi neque diuidi debet. Verba Idiotæ sunt. *Ista vestis ex pretiosis filis, id est auiis beneficiis homini collatis est contexta & subtili magistro facta & decreta, quæ designatur per suam tunicam inconsutilem quæ nec scissa fuit neque diuisa; quia amor neque diuidi potest, neque scindi & qui eum diuidunt vel scindunt peiores sunt quam milites te crucifigentes qui tuam tunicam diuidere noluerunt.*

Idiota c. 24. lib. 1. de amore diuino.

Charitas omnes virtutes excedit.

Charitas tunica inconsutilis Christi.

Religiosi inter fratres discordias seminantes peiores militibus Christū crucifigentibus.

1679 Recole *quæso auiis vel antiquis beneficiis homini collatis est contexta.* Quasi dicat cogitationes beneficiorum antiquorum quæ auis & Patribus Iudæorum fecerat recolebat Christus deambulans in porticu Salomonis & torquebatur cor sacratissimum eius ingratitudinibus hominum; & quãto plus inardescebat deambulans: tanto plus corda eorum in charitate frigescebant & meditabantur quomodo circundantes Christum possent eum capere in sermone vt accusarent coram Pilato vt condemnaret eum morte: ideo addit Euangelista quod Hyems erat, quia Christus desiderabat corda suorum inimicorum igne sui amoris calefacere, quia sola charitate & amore cor Christi calefiebat, quia sciptum est, Deus charitas est.

Contritio peccatorum Christi cor calefacit.

Ingrati impij beneficiis indurantur.

Hinc Rupertus charitatem Sunamitem vocat & pro ea clamare sponsus testatur cum ait Canth. 6. num. 12 *Reuertere Sunamitis puella speciosa, quæ sola digna es stare coram Deo rege & in sinu eius dormire, ipsumque calefacere, id est bene calentem charitatis eius gloriam scilicet peccatorum veniam obtinere.* Quasi dicat, ideo deambulabat Christus feruorose expectans si forte homines vellent accedere ad ignem sui amoris inuitantis ad veniam peccatorum quæ ab ipso largiter emanat: sed hyems erat impiis, & frigescebant in charitate Christi & ideo accedere ad eum circundantes prætendebant non vt arderent in charitate, sed vt nocerent Christo suis calumniis inexplicabilibus & hoc insinuat Augustin. quod nocendi cupiditate ardebant.

Rupert. lib 5. in Cant. c. 6. n. 12.

Sunamitis Christi charitas erga peccatores.

Corda peccatorum frigescunt in charitate.

August. cit.

* * *

DIFFICVLTAS VIII.

Ad Mores.

Quare dicitur, vsquequò animam nostram tollis si tu es Christus, dic nobis palam.

PRIMA RESPONSIO fuit Lyrani in litt. cit. *Non querunt si sit filius Dei, quia de hoc Pilatus non cognosceret a, sed si esset Rex Christus vt accusarent eum.* Quasi dicat; isti Iudæi erant aulici & politici non attendentes ad aliud nisi ad conseruationem sui in temporalibus & fauores apud Cæsarem consequi desiderantes. 1680

Lyra in litt. cit.

Aulici fauores Regis semper cupiunt.

Vnde interrogat Oleaster Quare Deuteron. 13. dicitur. *Nō adhærebit manui tuæ quicquam de Anathemate?* Sic legit Pagninus. Et respondit *Quod nomen Anathema in Hebræo dicitur* Cheren *quod significat separatio vel succisio vel exterminium & erit sensus: bona temporalia cum pernitio animæ tuæ fuge, quasi de Anathemate vel separato à communitate fidelium; quia alias in exterminium & succisionem à potenti manu Dei cito venies.* Quasi dicat, Prælati Aulici qui temporalibus rebusque ambitiosis cedunt, & de spiritualibus cum detrimento suæ conscientiæ non curant, quasi Anathema peribunt & à facie Dei exterminabuntur, sicut Iudæis istis accidit desiderantibus solum temporalia obtinere propter quod vtrumque scilicet spirituale & temporale amiserunt; quia calumniosè accesserunt ad Christum dicentes vsque quo animas nostras tollis solum desiderantes capere eum in sermone vt Pilato & Cæsari placerent & Iesum occiderent.

Oleast. in Deut. c. 13. Transl. Pagn. Hebræa dictio, Anathema. Id quod succisio vel exterminium.

Aulici temporalia cogitant semper.

Ambitiosi sub specie sanctitatis imperare & valere præstendunt.

Hinc Rodulphus supra Lucam cap. 7. in alleg. Galfridi vt interrogat quare loco cit. Leuit. cap. 7. *Præcipiebatur sic: caro quæ aliquid tetigit immundum non comedetis sed conburatur igni* Et respondet. *Quia hoc de carne hostiæ quæ voto vel sponte offerebatur, præcipitur, & tunc caro nostra tangit immundum, cum sub titulo pietatis flagity alicuius aut facinoris crimini admiscetur, & hæc non comeditur immo comburitur igni: quoniam fallacia aut simulatio vel fictio quæ alicuius criminis admixtio polluit, adeo non suscipiuntur quin potius æternis ignibus deputantur.* Quasi dicat nimis odiosæ sunt Deo oblationes mixtæ titulo pietatis, quando in corde sunt plenæ dolo & malitia impietatis & crudelitatis: quia sunt multi qui societatem & amicitiam frangunt solum vt titulo pietatis & beneuolentiæ corda aliorum manifestentur eis: & statim in præcipicium eos proiiciunt accusantes & criminantes verba quæ promere fecerunt apud Principes & Prælatos apud quos valere conantur: ideo tales oblationes igni cremari præcipiebatur in lege. Et Christus recognoscens malitiam circundantium eum & interrogantium. Si tu es Christus dic nobis palam non clare respondit vt plus in sua malitia vrerētur donec resipiscerent à malitia & puro corde interrogarent & concludit citatus Radulphus à Patribus hoc obseruatum est vt quicunque capitalis culpæ alicuius reus publice cōuinceretur donec resipisceret 1681

Radulph. in alleg. Galfr. ad c. 7. Lucæ.

Calumnia multa sunt sub specie sanctitatis procedentes de cordibus inuidis.

Deus scrutator est cordium.

Amicitia falsa combatenda & fugienda.

Corda deprauata nunquam resipiscunt.

Rodulph. citat.

Confessionem propter metum hominū sine resipiscentia & dolore inualida.

ceret oblationes eius ab Ecclesia non suscipe-rentur, ac si dicat, sicut Christus preces fictas & deprecationes Iudæorum non admisit ita neque oblationes aut confessiones fictas nisi de peccatis doleant & resipiscant, quia solum pœnas temporales timent & animas mortificatas ostentant cum intrinsecus vere non doleant, solúmque temporales honores quærunt non admittere vt de Iudæis Lyra notauit.

Confessiones sine dolore non admittendæ.

Lyra cit.

1682 5. Responsio fuit Iansenij in litt. cit. Dominus autem, etsi eorum vafriciem compertam *haberet multis modis & stultitiā eorum & malitiā repellere posset, noluit tamen sed dissimulando mansuete respondit.* Ac si dicat, tanquam dæmoniacum multis modis & opprobriis Christum improperati erant, neque recordabantur quia mēdaces immemores sunt & dominus dissimulabat. Vnde iuterrogat Oleast. quare numerorum 23. Balam Propheta dixit Regi Balach. *Ausculta verba mea non vir Deus & mentietur vt filius hominis & pœnitens eum?* sic legit Pagninus, Et respondet, *quod dictio (Adai) quam Hebrai significare verba dicunt melius significat personam, & erit sensus ausculta personam meam gerentem, personam Dei quia propheta sum, & vir Dei non mentietur tibi sicut homines mentiuntur, quia homines sunt; Deus autem quia Deus est mentiri non potest.* Quasi dicat Regi Balach, Propheta. Aulici tui semper tibi mentiuntur quia homines temporales sunt & iniuria, Regum homines mendaces & fallaces, dignitates & gratiam apud te consequuntur: at solus Deus veritas est omnis autem homo mendax & immemor verborum suorum: & tota Christi mansuetudo & patientia est necessaria ad toleranda mandata Aulicorum: quia semper mētiuntur quasi immemores vitæ æternæ & quòd sint ratione reddituri.

Iansen. sua in concor. cit.

Mēdaces immemores sūt.

Transf. Pagn. Oleaster. in numer. c. 23.

Aulici semper mendaces (Adai) idē quod verbum vel persona.

Va Aulicis qui semper mentiuntur negotiatoribus.

1683 Hinc Galfridus in alleg. in Leuit. c. 11. n. 3. præcipiebatur enim quod omne animal, quod haberet vngulam diuisam & ruminaret in pecoribus comederetur, & addit Galfridus, vngula nostra finis noster est quam non *findimus si nouissima non prouidemus; non enim vnum est nouissimum omnium hominum, non est vnus finis noster sed diuisus in partes & per partes valdè contrarias: prouidet autem nouissima & vngulam findit qui circa eamdem diuisionem sedula intentione versatur qui in littera Pythagorica esse se meminit.* Quasi dicat, Aulici semper mendaces & pauperes negotiatores fallentes, dimisum habent finem, quia non cogitant nouissima & æterna sed de temporalibus semper tractant quasi non essent morituri, & addit Galfridus) *Sed tota hæc vita est puerilis neque intellectu agitur quia solus ille vngulā findit & nouissima prouidet qui in operibus suis nouissima memorat & animo versatur quod sit diuersus interitus hominis & iumenti.* Quasi dicat Immemores nouissima sua semper fallunt & mendaciter tractant neq; findunt vitam suam & interitum summā morte iumentorum quod error est miserorum Aulicorum & Atheistarum qui malè vixerunt & rationem iudicis supremi timentes finxerunt hæresim talem, quia Deum mendacem faciunt & iudicem iniustum æqualiter præmiantē impios & iustos, qui in sanctitate & iustitia vitam suam egerunt illi autem impij mendaces & fallaces brutaliter viuentes patientia Dei abutuntur, sunt solum in hoc seculo qnando venit iudicati & non iudicare, man-

Galfrid. in alleg. sup. Leuit. c. 11. n. 3.

Aulici mendaces & fallaces fere Atheistæ sunt immemores veritatis æternæ.

Galfrid. cit.

Mēdaces Aulici.

Atheistæ Deum mendacem faciunt & fallacem.

Aulici timēt iudicia Dei & ideo Atheismo credunt.

suete se gessit cum impiis simulatoribusque qui cautelosè & malitiose ad eum accesserunt dicentes, si tu es Christus dic nobis palam vt Lyranus adnotauit. Lyra cit.

DIFFICVLTAS IX.

Ad Mores.

Quare dicitur opera quæ ego facio testimonium perhibent de me sed vos non creditis quia non estis de ouibus meis.

Quæsitum fuit, quare Iudæi neque operibus Christi neque verbis crediderunt. 1684

2. Responsio fuit Iansenij in lit. cit. *Quid ergo opus est rursum quærere si sæpenumero dixi vobis & ipsa opera patris mei testificantur quod sim filius eius; sed iam vos capio & ita non fideiussionibus vestris credo.* Vnde interrogat Oleast. quare Genes 43. n. 9. dicitur quod Iudas dixit Iacob Patri suo. *Ego suscipio puerum (id est Beniamin) de manu mea require illum si non reduxero tibi, vel vt legit* Pagn. *ego fidei iubeo pro eo,* Et respondet quod in Hebræo. *Verbum* Charab, *idem est quod legare, obligare, aut fidei iubere & erit sensus ego ligatus & obligatus fidei iubeo, nec acquieuit pater, vt de Ruben. cap. 13. dicitur, quia non omnium verbis & fideiussionibus est fidendum.* Quasi dicat, si Iacob, filiis suis Ruben & Iuda verbis & iuramētis ligantibus se non statim credidit, quomodo insidiatoribus inimicis & maleuolis leuiter, credendum est, etiamsi ligati & obligati fideique iussiones iterum atque, iterum verbis promittant.

Iansf. in lit. cit.

Impiis nunquam credendum.

Oleast. in Genes. 43. n. 4.

Transf. Pagn.

Leuiter recordantes irridentur ab impiis Hebræa dictio. Chareb idest ligare vel obligare aliquem.

Hinc D. Prosper. lib. de vocatione gent. interrogat quare cant. 7. n. 12. dicitur, *& flores fructus parturiant.* Et respondet, *Quia fides bona voluntatis & iustæ actionis est genitrix.* Quasi dicat fides quæ non parturit fructus bonorum operum, non est credenda per verba, fidei iussiones, nisi omnibus fides appareat, nam vt Hispanum adagium dicit, *no te creas deliges.* Et ideo noster S. Antonius de Padua ser. in Dom. 5. post Pascha dicebat. *Anima virginitas est fides quæ per dilectionem operans animam incorruptam conseruat.* Quasi dicat verba & fidei iussiones & promissiones hominum sunt quasi flores arborum, sed si carent fructibus & fides operibus vacua est & quia vere Deo non credit qui sine operibus credit neque ei credendum est, quia multa promittit & affectat & nihil opere adimplet. 1685

Prosper. lib. 1. de vocat. gent.

Hispan. loc.

S. Anton. de Padua ser. 9. Dom. 5. post Pascha.

Loquaces sine operibus arbor sine fructu.

Hinc Rupertus lib. 1. c. 4 insinuat. *Quod amor Christi adhuc in cælestibus collocatus clamat ad fideles dicens, fulcite me floribus stipate me malis quia amore langueo, idest amore langueo præ amore Ecclesiæ meæ electæ, & vnde possum consolari nisi ex eo quod credatis; & credentes vitam habeatis in nomine Patris mei cuius sunt opera quæ feci, & credendo fulcite me floribus bene operando & fructum vitæ æternæ percipiendo stipate me malis.* Quasi dicat, tanto fidei nostræ desiderio Christus ardet quod refrigerium in remissione nostræ infidelitatis capiat, & ita Iudæis dixit iam vos capio, nolite fraudulenter loqui sed si toto corde desideratis fidem meam amplexari operibus

Rup. lib. 1. cap. 4. in Cant.

Amor Christi inflammatur nostris gratitudinibus.

Fides vera refrigerium amoris Christi.

Ianſ. ſup. cit. ribus credite vt adnotauit Ianſenius.

1686 3. RESPONSIO fuit Lyrani in litt. cit. *Non creditis quia non eſtis de ouibus meis; quia ſuperbi eſtis, & maligni iuſtoque Dei iudicio excæcati.* Quaſi dicat, ſuperbi inuidia combuſti omnia confundunt, & neminem clariorem aut ſapientiorem eſſe deſiderant: quia ſuperbia excæcat illos. Vnde interrogat Oleaſter, quare Geneſ. c. 1. dicitur. *Et diuiſit lucem à tenebris.* (Et reſpondet:) *Nihil, meo videri, eſt quod in oculis diuinæ maieſtatis plus offendat quam confundere quæ voluit ipſe eſſe diſcreta: hinc vt reor prohibuit agrum diuerſo ſemine ſeminari, animalia diuerſarũ ſpecierum coire, veſtem diuerſis liciis textã geſtare; ne aliquis ſuperbus auderet confundere quæ ipſe tanta ſolicitudine curauit diſcriminare.* Quaſi dicat, ideo dicitur, *Quod ſuperbis Deus reſiſtit,* quia tenebreſcere & confundere conatur Deum qui diuiſit lucem à tenebris; nam ille qui liuore & inuidia conſumitur neminem elucere permitit, ſed in tenebris ignorantiæ ſuæ ſumergere.

Lyr. in litt. cit. — Inuidioſi ſuperbi neminẽ ſuperiorẽ admittunt. — Oleaſt. in Geneſ. c. 1.

1687 Hinc Greg. lib. 24. mora. *Difficile (inquit) in ſe quiſquis inueteratam ſuperbiam deprehendit ſanat; quia nimirum hoc vitio quanto magis patimur tanto minus videmus, ſicque in mente ſuperbia ſicut in oculis caligo generatur quia quanto hac latius ſe dilatat, tanto vehementius lumen anguſtatur.* Quaſi dicat, ſi ſuperbia creſcit oculos mentis obcæcatos relinquit ita vt opera luce clariora, paſſione inuidioſæ ſuperbiæ tenebroſa, & obſcura videantur.

Greg. 1. Pſ. lib. 24. mora. — Superbia & caligo oculorum dilatata excæcant.

Vnde Heſychius Cant. 1. n. 83. *abſente lumine caliginoſa, & tenebroſa ſunt omnia ita ſi deſit humilitas omnia ſtudia noſtra, quæ in Deo colendo impendimus vana ſunt & friuola.* Quaſi dicat, quemadmodum cæcus ſine puero qui eum regat, & ducat ambulare non poteſt ſed in foueam cadit: ita ſuperbus excæcatur, & niſi humilitas eum ducat, ſine dubio præcipitabitur; quia cæcus ducentem non videt neque ſuperbus paſtorem; ideo Chriſtus Iudæis dixit. *Non creditis mihi quia ſuperbi eſtis;* oues autem meæ; quia humiles ſunt me Paſtorem ſequuntur; quia mitis ſum & humilis corde & qui me ſequuntur, requiem inueniunt per fidem, in animabus ſuis; ſuperbus autem ſemper eſt inquietus aſper, & ſibimet diſplicet, & vt Hiſpani dicunt: *No tiene Paz con ſus lueſos.*

Heſychius cent. 1. n. 83. — Sine humilitate omnes virtutes vanæ & putridæ. — Humilitas in Hiſpania vocatur. Gomeullo del hombre. — Fides cũ operibus ſatiãt animæ cauſas. — Superbi ſibi diſplicent. — Hiſp. loc.

Hinc Beatus Dionyſius Carthuſianus explicans verba Lucæ n. 11. *Ipſi autem repleti ſunt inſipientia, legit ſ. ſtultiſſimi ſunt cogitationibus errore & inuidia.* Et Agellius in Pſ. 21. *Ait inſipientia nonunquam pro ſuperbia & impotentia animi accipitur vt Lucæ 6. repleti ſunt inſipientia hoc eſt in potenti quadam ira atque ſuperbia.* Quaſi dicat, quæ maior ſtultitia quam ſuperbire contra diuinam voluntatem, & non obedire neque credere operibus quibus ipſe teſtatur. Vnde prouenit ira & furor & diſplicentia præcipitium, & mors; quia qui non ſequitur Paſtorem ſuum, ſed ſicut ouis errat præcipitium inuenit quia fugit à Paſtore & ab oculis cæterarum ouium Chriſtum ſequentium vt adnotauit Lyran.

D. Dionyſ. Carthuſ. in Luc. 6. n. 1. — Superbi ſtultiſſimi. — Agellius in Pſ. 21. — Inobedientes præcipitantur vt oues errantes. — Lyra. cit.

DIFFICVLTAS X.

Ad mores.

Quare dicitur de bono opere non lapidamus te ſed de blaſphæmia.

QVæſitum fuit quomodo Chriſtus poterat facere opera bona in nomine Patris ſui & blaſphemare. 1688

1. RESPONSIO fuit Lyræ ſua in gloſſa. *Qui ait: hæc dicunt quia loquebantur ſicut furioſi, & ſibi contrariabantur.* Quaſi dicat, furioſi & irati ita præcipitantur quod in verbis ſibimetipſis contrariantur neque ſemetipſos intelligunt neque illos cæteri capiunt. Vnde interrogat Oleaſter, quare Exod. cap. 5. dicitur. *Quod exactores Pharaonis vrgebant Iſraelitas:* Sic legit Pagnin. Et reſpondet: *Quod verbum (Vts) in Hebræo contrarias habet ſignificationes, id eſt, feſtinare, differre, anguſtiis afficere, elongare; & erit ſenſus: exactores irati dicebant feſtinare, differre, elongare expectare, quæ omnia ſunt contraria.* Quaſi dicat, furioſi & iracundi, & ira repleti impeditioris linguæ ſunt & ita conturbantur, & ratione carent quod contraria pronuntiant. Quod noſtro idiomate Hiſpano ſonat. *Aprieſa dexadlo eſperad no acabaus y turban alos criador pobres.* Ideo ſemper anguſtiantur miſeri; quia à furioſis exactoribus iracundis & ſuperbis ſibi contradicentibus imperantur, & arguuntur, vt Chriſto cum Iudæis contigit, qui de bono opere laudabant eum, & de blaſphemia lapidabant, cum certum ſit quod blaſphemantes non poſſunt opus bonum facere; quia qui in vno offendit factus eſt omnium reus.

Lyra. cit. in litt. — Furioſi ratione priuantur. — Oleaſt. in Exod. 5. Tran. Pagn. Verbum Vts in Hebræo ill quid ſignificat feſtinare differre. — Impediti & tardiores linguæ incapaces in regiminis quia ira repleatur & carent ratione. — Hiſp. loc. — Tarta mala, airados duros grandas ſu paraſes.

1689 Hinc Caſſianus in allegor. Galfr. in cap. 4. ad Epheſ. *Quare Apoſtolus dixit ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram?* Et reſpondet. *Quia ira lumen rationis extinguit; nam ratio omnes cordis cogitationes diſcretioneſque illuſtrat: meritoque nuncupatur lumen rationis ſi ira, vitio non extinguatur.* Quaſi dicat. ratio ſicut lux ſuper candelabrum ardens & lucens totam domum interiorem clareſcere facit; & ſicut lux reſpiratione oris extinguitur, ſic lumen rationis ſubitanea & improuiſa morte expirat. Et addit Caſſianus, *Merito poſtulatur quod ſol non occidat ſuper iracundiam ne eo occidente perturbationum tenebræ cum auctore ſuo Diabolo vniuerſum cordis noſtri occupent ſenſum, & tenebris iræ poſſeſſi velut in nocte cæca quid nos oporteat facere vel dicere ignoremus.* Quaſi dicat, omnes effectus infælicitatum calamitatum, & miſeriarum à præcipitatione & conturbatione iræ originantur, quia lumine rationis extincto Diabolus qui de cælis præcipitatus fuit excæcat corda hominum, & ad homicidia blaſphemias & delitia prouocat vt in Iudæis patet, qui irati & delirantes, dicunt de bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia.

Caſſian. in alleg. Galfr. cit ſupt. c. 4. ad Epheſ. — Sicut reſpiratio lumen extinguit ira ſubitanea ira lumen rationis. — Caſſian. cit. Diabolus auctor iracundiæ. — Infælicitates omnes ab ira originantur.

Ideo Apoſtolus ad *Epheſ. 4. dicebat omnis ira & indignatio & Clamor & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia,* vbi Caſſianus citatus. *Cum dicit omnis ira tollatur à vobis, nullam pœnitens* Ad Epheſ. c. 4.

Ira in Prælatis necessaria sed cum discretione charitatis.

tus velut necessariam & vtilem nobis excepit: delinquentem itaque fratrem si necesse est iracundare festina, vt dum medelam leniori forsitan febricula laboranti procuras inferre, non te ipsum tetriori modo cæcitatis inuoluas. Quasi dicat, oportet illum qui alterius vulneri mederi cupit omni langoris morbo alienum sanumque subsistere, ne forte dicatur ei. *Medice cura te ipsum.* Quia si necessaria est ira contra incorrigibiles in prælatis, sed debet ira intus suauitate cordis deliniri vt cor corrigentis inardescat in amore charitatis etiam si oculi lampadarum flammas contra peccatum prosilire videantur. Et concludit Cassianus. *Nihil enim interest vtrum aurea vel plumbea oculorum obtutibus imponantur, quia differentiam cæcitatis non facit pretiositas metallorum.* Quasi dicat, si ira titulo correctiones corda superioris excæcat & conturbat potentias, & sensus, ita vt in deliria prosiliat, nil differt à correcto & grabato incorrigibili: quia vterque furore excæcati manserunt ideo scriptum est *ira, scimini & nolite peccare*, id est in mansuetudine, ita, contra incorrigibiles prosiliat, vt Christus fecit quia furiosi & amentes & ratione alienati dicebant: de bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia mansuetutè eos corrigent dixit, si non facio opera patris mei nolite credere si autem facio quare non creditis?

Math. c. 4. *Medico indiget Prælatus furiosus quia laborat capite.*

Caiet. cit. *Vindicta superiorum titulo correctionis præcipitium & delirium est.*

1. Petr. 1.

Ioan. c. 10.

DIFFICVLTAS XI.

Ad Mores.

Quare dicitur ego in Patre & Pater in me est?

1690 Quæsitum fuit quare Christus postquam dixit si facio opera patris mei credite, quia ego in Patre & Pater in me est?

Chrys. in litt. cit. *Humilitas ianua fidei.*

1. Responsio fuit Chrys. in litt. cit. *Vt susciperetur sermo prius humiliter loquutus est, postea ad maius eos reducens dixit: ego in Patre & Pater in me est.* Quasi dicat, *Ianua per quam omnia sacramenta nostræ salutis ingrediuntur, humilitas est.*

Oleast. in Exod. 4. transl. Pagn.

Vnde interrogat Oleaster quare Exod 4. dicitur. *Quis sum ego vt vadam ad Pharaonem? Et quare Deus respondit quis posuit mutum? sic legit Pagninus & addit Oleaster respondens quod verbum (Alam) in Hebræo idem est quod legare à quo (Ilem) id est mutus, & erit sensus humilitatem Moysis Deus audiendo quasi ligatus, & mutus remansit.* Et ideo explicans Oleaster, verba prædicta ait. *Tu dicis quis sum ego respondeo quis ita largus est Deus in seruos humiles suos vt illos Deos faciat; nam quæ præcipua & admiranda in eo sunt, facile humilibus tradit, scilicet peccata & miracula facere.* Quasi dicat, nulla clarior & mirabilior Ianua ad hoc vt Sacramenta fidei ingrediantur quam corda humilitate redundantia.

Dictio (Alã) Hebræa idem quod ligare vel mutescere.

1691 Hinc Guarricus, Abbas serm. in festo omn. sanctorum. *Vexillum Christi humilitas ante Christi superbia vel potius capitis eius Diaboli qui super omnes filios superbiæ regnat & ab ipso per superbiam peccat.* Quasi dicat, qui humilitatem consequutus est vexillum à superbia gigante Goliath abstulit & super mœnia arcis militiæ Christianæ cum inuincibili fama collocauit. *Idem apud Isaiam dicitur cap. 3. num. 12. qui te beatum dicunt ipsi te decipiunt; seu vt Hebræi legunt ipsi errare faciunt & euellare seu conterere.* Quasi dicat, qui ab humilitate te seducunt & separant Ianuam fidei, errare te faciunt: nemo se seducat & sub militia arrogantiæ & superbiæ subscribat, quia qui non intrat per humilitatem fur est & latro mactare & seducere te prætendit, vt Arriani Hæretici superbi & elati, qui articulum istum fidei negant, ego in Patre & Pater in me est.

Guarricus Abbas serm. in fest. sanct. *Humilitas vexillum Christi, superbia antiChristi.*

Hisp. loc. *Vitoria vitoria que la humildad reina.*

Isaiæ 32. n. 12. Trans. Hebræa. *superbia fallit suos proclives.* Trãs. Hæbr. *Error Arrianorum.*

1692 Hinc interrogat sanctus Fulbertus Episcop. serm de natur. virginis, quare Genes. 3. dicitur. *Ipsa conteret caput suum & tu insidiaberis calcaneo eius.* Et respondet; *In quo serpentis caput contrarium sit, in eo nimirum quod Dei genitrix virgo vexillum humilitatis portauit.* Quasi dicat humiles hostem humilitatis calcat ex superbus calcatur ab ipso; propter quod Patriarcha pauperum S. Franciscus in Ecclesia Dei vexillum humilitatis portare dicitur: nam sicut crudelis pro herone intelligitur, sic humilis pro Francisco supponere certum est. Quia ipse pro famosiori significato suorum gestorum humilitatem elegit. Quia superbum hostem strauit cum se vilissimum & abiectissimũ omnium reputauit: propter quod. Exaltauit illum Deus & donauit illi nomen & sedem quam superbus Lucifer propter superbiam perdidit & à qua abiectus fuit; quoniã Christus Dominus per hanc humilitatis Iannam ingressus est; quia per ipsam omnes Christi intrare debent vt postea maiora mysteria fidei suscipiant & cognoscant quomodo verum sit, quod Christus dixit ego in Patre & Pater in me est, vt adnotauit Chrysostomus.

S. Fulbertus serm. de nat. virg. Gen. 3 n. 15.

B. Virgo vexillum humilitatis portat.

B. Franciscus pro humilibus supponit sicut pro crudelibus Nero.

Humilibus mysteria fidei reuelata.

Ioan. c. 10.

1693 4. Responsio fuit Chrysostomi in litt. cit. Dominus non destruxit opinionem Iudæorum quod se Deo parem diceret, sed potius confirmauit dicens in lege vestra. *In ore duorum testiũ stat omne verbum, &c.* Quasi dicat Iudæos diuites in opinione circa mysterium fidei de æqualitate & vnitate cum Patre dereliquit: quia ibi etiam omnipotentiam suam ostendebat diuidendo illos. Vnde interrogat Oleaster quare dicitur Exod. 3. *Ego non quod non dabit Rex Ægypti populum meum nisi in manu forti, sic legit Pagninus.* Et respondet, *Quod in Hebræo verbum (Pala) idem est quod manus vel separatio seu diuisio. Et erit sensus impius Rex Pharao non cedet Deo nisi in manu forti Ægyptij fuerint separati diuisi & eiecti in mari rubro.* Et addit Oleaster. *Docemur, impios nunquam Deo credere diuisos & separatos iuxta illud Psalmi. Dissipati sunt nec tamen compuncti.* Quasi dicat, diuisi impij Deo credere incipiunt & vt Hyspani dicunt *de los enemigos los menos*: Ideo Christi opinionem impiorum circa fidem non reprobabit, sed confirmabit dicens si in ore duorum testium stat verum est.

Chrysost. in litt. cit. *Inimicorum diuisio iusto consolationi seruit.*

Oleast. in Exod 3. transl. Pagn.

Hebræa dictio (Pala) idem quod separatio diuisio vel manus.

Ps. 34. n. 16.

Hisp. loc.

1694 Hinc Gualfridus in alleg. Explicans cap. 29. Exod. *Diues non addit ad medium, & pauper non minuet quod habet, ait dimidium sicli est fides quæ ad salutem sola aut imperfecta sufficere non possit, si facultas suppetit operandi, in operibus autem alius alio amplius offert Deo: in fide autem nec augeri licet omnino nec minui.* Quasi dicat fides si non fuerit absque ambiguitate nihil valet

Galfr. in alleg. in c. 29. Exod.

Fides integra aliàs nil valet.

Rupert. supra cit.

P. Iacobi epist.c.10.

In ore duorũ testium veritas stat.

quia dubius in fide Hæreticus est; nam teste Ruperto in scissura mentium non est Deus & qui dubitant ex parte & ex parte credunt sunt Iudæis similes, quibus Christus non respondit ad articulum fidei quod erat Patri æqualis non tamen eis se credidit illis quia qui in. *Vno offendit factus est omnium reus*, sed simulans ad alia transit dicens si in lege vestra in ore duorum testium stat omne verbum, Pater de me testificatur & ego de Patre ergo vterque verum vobis vt credatis dicimus.

DIFFICVLTAS XII.

Ad Mores.

Quare dicitur quod quærebant eum aprehendere & exiuit de manibus eorum?

1694 QVæsitum fuit quomodo quærebant Christum lapidare & quomodo exiuit de manibus eorum.

August. in litt. cit.

Amoris Dei vis fortissima & lucidissima.

1. RESPONSIO fuit August. in litt. citat. *Quia apprehendere volebant non credendo sed sæuiendo. Tu apprehende vt habeas: illi apprehendere volebant vt non haberent.* Quasi dicat, labora indesinenter cum Deo communicare vsquequo amoris flammæ ex corde procedentes foris appareant & videant opera sua & glorificent propter te Patrem qui in cælis est.

Oleast. in Exod. 33. Trans Pagn. *Dictio Hebrea* (Masueh) *Idem quod velamẽ impedimẽtũ.*

Olcast. cit.

Amoris figura est arbor fixa.

Vnde interrogat Oleaster quare Exod 33. dicitur. *Et compleuit Dominus loqui cum eis & dedit faciem suam velamen? Sic legit Pagninus.* Et respondet, *quod in Hebræo verbum* (Masuch) *significat velamen vel impedimentum visus & erit sensus; posuit Moyses super faciem suam velamen vt possit perficere loqui cum Israelitis: quia non poterant eum audire propter iaculationem radiorum.* (Et addit Oleaster) *Considera hic quid lucri sit apud Deum esse vt luce diuina terrena in habitatio perfundatur si diu colloquia cum Deo miscueris.* Quasi dicat si firmiter in amore Dei radicaueris cor tuum & à suo consortio & præsentia non separaberis: apprehende eum neque dimittas donec amoris diuini splendores in omnem terrenam habitationem & conuersationem effundas; quia amici Dei tam inseparabiliter tenent eum, quantum inimici sæuiunt vt Augustinus insinnauit.

August. cit. Guaricus Abbas serm. 2. de S. Benedicto.

Amoris vis in desideriis iugibus consistit.

Amor indiuiduus & inseparabilis.

Hinc Guaricus serm. 2. de S. Benedicto. *Quod Physici vocant hominem arborem inuersam & quod nerui corporis radicem & initium in vertice habeant ego illo potius sensu interpretor quod radicem amoris & desiderij figere debeat in cælo in summo vertice rerum capite nostro Iesu Christe. Qui illuc radices miserit & de illo fonte æterno succum vitæ & gratiæ iugiter biberet non timebit, cum venerit æstus iudicij.* Quasi dicat; amor similis est arbori versæ quæ capillos capitis habet fixos & inter terram radicatos; quia verus amator Dei ita cogitationes & desideria quæ per discipulos designantur fixa in Christo habere debet, vt nulla vi nisi cum capite euelli possint; quia verus amator Dei ita Christum aprehendit & tenet quod non dimittit eum nisi martyrio vitam pro eo offeret & tunc plus cum Christo radicat quia scriptum est maiorem charitatem nemo habet vt animam suam ponat quis pro re amata: iden dixit August. Tu apprehende Christum vt habeas non sicut Iudæi qui vt occiderent apprehendere volebant?

August. cit.

1695 Aug. in ser. 4b. *Occasionem multiplicando peccata fugiendo.*

Oleast. in n. 19. Trans. Pagn.

Templũ Dei non reuerentes Deum nimis irritãt. Hebræa dictio (Nochoch) *Idem quod directe vel indirectè. Hisp. hic. pecar sin respeto a todo mal ni justo.*

3. RESPONSIO è manibus illorum illæsus exiuit, quia meo iudicio (si possibilitas affuret,) dentibus suis illum delaniarent & Christus transit per medium illorum ne peccatum adderent supra peccatum. Vnde interrogat Oleaster quare numeror. 19. dicitur & asperget ad directum faciei tabernaculi Ecclesiæ de sanguine eius septem vicibus sic legit Pagninus. Et respondet quod dictio. *Nochoh est Hebræa & significat directum vel indirectum & erit sensus: peccatores qui non respicientes ad templum directe vel indirecte, peccant: septem vicibus Deo irato sacerdos occurrebat ad placandum illum cum sanguine ipsius iugulati sacrificij.* Quasi dicat quod ita Dei descendit super peccatores qui non respicientes neque reuerentes templum personas neque circunstantias, ad omnia delicta sunt parati. De quibus scriptum est quod bibunt sicut aquam iniquitatem & vt sacerdotes placarent iram Dei necessarium erat demonstrare sanguinem sacrificij iugulati Et in Ecclesia sua modo sanguinem Iesu Christi repræsentare oportet ad placandam iram diuinam contra huiuscemodi peccatores, qui diu noctuque expectant mortem æternam & semper sunt ad peccatum parati

Bernar. lau. in alleg. Galfr. ad ep. 12. Eccles. *Religiosi otiosi & vagi infælices.*

Ambitio stercus est & sicut lapis preciosus amplectitur.

Ambitiosi semper peccata multiplicant.

Bernard. cit.

Mens Ambitiosi inculta donis gratiæ.

Hinc Bernardus in allegoriis Galfridi super Ecclesiast. 12. Lachrymatur lamentabiliter super peccatores induratos & honoribus & dignitatibus ornatos dicens. *Væ misero qui dum stercoratur putatur ornari quia de talis loquitur Ecclesiasticus, de stercore boum lapidatus est piger*, (Et addit) *Bos erat Paulus qui omnia mundana arbitrabatur vt stercora vt Christum lucri faceret. Hic ergo stercoribus lapidatur piger qui ea complexatur & Christum lucri facere negligens corde vacuo & deserto foras cogitur euagari.* Quasi dicat: ô infælices ambitiosi qui diu noctuque laborastis neque requiem habetis, honores qui onerant & non ornant quærentes & cum perfecti sitis quia religati cum Apostolo tanquam stercora honores reputare debebatis. Et tanquam preciosos lapides amplectentes sine requie quærentes, lassati ineffabilibus & indecentibus modis machinatis: & deserto corde à pignoribus gratiæ tota die in Palatiis regum prætendentes statis, non attendentes ad vocem Christi dicentis, quid hic statis tota die, otiosi, id est vacui operibus gratiæ Dei multiplicando peccata, desiderando placere hominibus & amatoribus mundi. Et ad hoc semper multiplicando peccata. Et concludit Bernardus, sicut enim exercitij spiritualis & curæ cor contemptus exteriorum. Sic eorundem solicitudo certum signum est mentis incultæ. Quasi dicat sicut ille peccatur. Felix & Beatus vocari potest qui veluti temporalibus spiritualibus exercitiis ad stipulatur quia gustauit & vidit quoniam bona est negotiatio eius: sic est infælix qui renunciauit sæculo & semper ambiendo incultam animam habet spinis & tribulis abundantem & semper Christum iterum crucifigentem (&

fi

Infallens Religiosi ambitiosi, Christi si fas est dicere) dentibus suis lacerando corpus eius quod est Ecclesia Dei scandalis multiplicando propter perfectionis statum ad quẽ seculares semper habent oculos intentos, suspensi, attoniti & admirantes tam horribilia audiendo & videndo vt supra adnotauimus. *semper trahi fugentes.*

TRACTATVS QVADRAGESIM. QVINT.

Ad Litteram, *In cap. 7. Lucæ. De ea quæ vnxit pedes Domini.*

TEXTVS.

36. ROGABAT Iesum quidam Pharisæus vt manducaret cum illo & ingressus domum Pharisæi discubuit. 37. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix vt cognouit quod accubuisset in domo Pharisæi attulit alabastrum vnguenti. 38. Et stans retrò secus pedes eius lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. 39. Videns autem Pharisæus qui vocauerat eum ait, intra se dicens: Hic si esset Propheta sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum; quia peccatrix est. 40. Et respondens Iesus dixit ad illum, Simon: habeo tibi aliquid dicere, at ille ait magister dic. 41. duo debitores erant cuidam fæneratori, vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. 42. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrique, quis ergo eum plus diligit? Respondens Symon dixit, æstimo; quia is cui plus donauit. At ille dixit ei, rectè iudicasti. 43. Et conuersus ad mulierem dixit Symoni: vides hanc mulierem intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, hæc autem lachrimis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. 44. Osculum mihi non dedisti, hæc autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. 45. Oleo caput meum non vnxisti, hæc autem vnguento vnxit pedes meos. 46. Propter quod dico tibi remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum: cui autem minus dimittitur minus diligit. 47. Dixit autem ad mulierem remittuntur tibi peccata tua. 48. Et cœperunt qui simul accumbebant dicere intra se: quis est hic qui etiam peccata dimittit? 49. Dixit autem ad mulierem, fides tua te saluam fecit, vade in pace.

EXPLANATIO LITTERAE.

1696 Abulens. q.26. n.6. Caietan. in Euang. ROgabat Iesum quidam Pharisæus vt manducaret cum illo, quare Lucas Euangelista introduxit historiam hanc non est certum nisi quia de conditionibus ambiguis & incertis eorum verba antecedentia ad hæc sonant: quis autẽ fuerit Pharisæus & vnde hæc facta sint in Abulense & aliis sup. Matth. 26. fusè tractatur.

1697 Lucæ 7. Maldonatus in Matth. 26. *Peccatrices quæ pedes Christi lauerunt quot fuerunt.* Ioan. 11. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix fusè Patres Ecclesiæ tractant; quot & quales fuerint peccatrices quæ Christum receptæ sint: alij quatuor, vt Origenes & Euthymius: alij tres alij duæ, sed communis sententis est quod de sorore Mariæ omnis præsens historia intelligatur; nam Ioann. 11. dicitur Maria autem erat quæ vnxit Dominum vnguento & extersit capillis suis pedes eius.

Hieronymus autem quem Bernardus sequitur eius duas defendunt fuisse quos sequuntur aliqui Græci; nam consuetudo erat lauare in conuiuiis pedes, & potuerunt ambæ peccatrices id facere; Sed hæc opposito non est admittenda quia ab Ecclesia receptum est quod Maria Magdalena soror Marthæ fuit quæ diuersis temporibus vnxit Dominum, venit Maria, inquit Chrysologus ser. de ea quæ vnxit pedes Domini, venit Maria & altera Maria, id est, iam perfecta quæ ante erat peccatrix famosa. 1698 Hieronym. in Matth. 26. Bern. ser. de Magdal. *Mulier peccatrix famosa distincta à sorore Lazari apocriphum.* Chrysolog. serm. de ea quæ vnxit.

Vt cognouit quod Iesus accubuit, nara commoditas mulieri huic significatur ex accubitu Iesu in domo Pharisæi, aut cognatione, aut vicinitate vel ab aliqua necessitate quæ cogit Mariam domum extraneam intrare, sed meo videri, nulla maior necessitas quam vis amoris, & quia vulnerata charitate in corde vrebatur, ideo intre- 1699 Chrysol. ser. de ea quæ vnxit pedes.

pida

Caiet. in Euang. *Amor intrepidus & sine timore.*

pida intrauit quia amare non poteſt qui ſatis timet ideo neque hominum murmura neque reſpectus vanitatis aſpiciens ſicut cerua ſagittata quærebat fontem aquarum & ſtans retro ſecus
1700 pedes Domini, torum enim vbi manducabant orientales omnes altum erat & ita ſtans mulier ſtebat ſuper pedes Domini & vngebat eos & capillis ſuis tergebat.

Torum in Oriente in alto poſitum.

1701 Lachrymis cepit rigare vel loqui Chriſto quia ſcriptum eſt neque taceat pupilla oculi tui: & mirum quod in tota hiſtoria hæc nec vnum verbum mulier loquuta eſt, imo Chriſtus pauca quia amor verus neſcit loqui & linguam ligat ex abundantia cordis; vt ſtatim ad mores patebit.

Oculi tacitè loquuntur. *Amor ligat linguam amantium.*

1702 Hic ſi eſſet propheta ſciret vtique quæ & qualis, &c. Quaſi diceret ſi propheta eſſet nõ ignoraret neque permitteret tangi à tali muliere, & male loquebatur Phariſæus, quia Prophetæ, non omnia, ſciunt vt patet de Eliſeo dicente, anima illius in amaritudine eſt, & Dominus celauit, à me.

Propheta multa ignorant. *4. Reg.*

1703 Cui autem minus dimittitur, minus vel parum diligit, hoc intelligendum eſt inter debitores peccantes plus aut minus non vero de Beata Virgine & præcurſore, & de ſanctis qui plus dilexerunt Deum quam hi qui multum debebant.

Plus dilexit virgo Maria & minus debuit.

1704 Remittuntur tibi peccata: non dixit quod erant remiſſa ſed ex vi verborum Chriſti remiſſa ſunt ei & abſoluta à culpa & à pœna remanſit: quod benè intelligentes conuiuæ, ceperunt cogitare intra ſe & dicere, quis eſt iſte qui talem poteſtatem habet? vnde Caietanus ait; antea Symon neque Propheta putabat, nunc ſtupet quia non ſolum propheta ſed Deus reputatur.

Verba Chriſti forma abſolutionis peccatorum fuerunt.

1705 Fides tua te ſaluam fecit, hæretici noſtri temporis ex hoc loco nil præter fidem neceſſarium eſſe delirantes probant, quia contra ipſos eſt probatio manifeſta, nam hæc mulier fidem antequam veniret ad Chriſtum habebat, & tamen vſquequo abſoluta a Chriſto fuit iuſtificata non remanſit, præterea officia charitatis exercuit vt colloquium Chriſti cum Symone probat: vides hanc mulierem, pedes meos lauauit, oſculauit vnxit terſit; ergo fides per dilectionem operans iuſtificauit illam; ſpem etiam habuit; nam ſi non ſperaſſet, officia tot charitatis non operaretur.

Error Lutheranorum circa iuſtificationem. *Fides ſine operibus vacua.*

1706 Hinc aduertat Lector quod diuina miſericordia peccata non dimittit nobis dormientibus ſed cooperantibus fide ſpe & dilectione, ſine qua nulla eſt remiſſio quantacunque ſit fides, nam ſi multum diligimus multa peccata dimittuntur nobis.

Magdalena habuit fidem et ſpem & charitatem. *Amor Dei intenſus ad remiſſionẽ peccatorum ſufficiens.*

Et dixit illi, vade in pace: non abſolutè dixit vade, ſed addit, in pace ad continuandam inter-
1707 nam mulieris conſolationem & futurum illius datum præfigendo pacificum quod poſtea rei probauit ſucceſſus.

pax interior effectus diuina gratia.

TRANSLATIONES ANTIQVIORES & neotherica ſequuntur in c. 7. Lucæ de muliere quæ vnxit pedes Domini.

n.30. Vulgata. Rogabat Ieſum quidã Phariſæus vt manducaret cum illo. Tranſ. Vat.

1. Rogabat autem quidam è Phariſæis vt caperet cibum cum ipſo.

Tranſlat. ex Syriac.

2. Venit autem quidã vnus ex Phariſæis efflagitans ab eo vt ſecum manducaret.

Tytus Boſtrẽſis in gloſſa citat.

3. Rogabat Ieſum quidam Phariſæus, verſipellis ſimulatione latentique in fidelitate vt ederet cum eo.

n.38. Vulg. & ecce mulier peccatrix lachrymis, &c. Tranſl. Vat.

4. Et ecce mulier ſtans à tergo flẽs lachrymis cœpit rigare pedes eius & capillis capitis ſui extergebat.

Tranſlat. ex Syriac.

5. Et ſtans retro ad pedes eius cœpit lachrymis ſuis rigare pedes eius & pilis capitis ſui abſtergebat eos & de oſculabatur pedes eius & vnguento aromate vngebat.

Lyran. ſua in gloſſa.

6. Stans retro, quia præ verecundia ſui peccati non audebat ſe anteponere.

Tertull. lib. contra Marcio fol. 715.

7. peccatrix fœmina pedes Domini oſculis figebat, lachrymis inũdabat, crinibus detergebat, vnguento perducebat.

n.41. Vulgat. Magiſter dic: duo debitores &c. Tranſlat. Vatabli.

8. Duo debitores erant cuidam creditori, vnus debebat denarios quinquaginta, cum autẽ illi non eſſent ſoluendo donauit vtriſque: iterum igitur dic vter plus diligit?

Traſlat. ex Syriac.

9. Duo debitores erant vni Domino debiti creditori cumq; ie eſſent inſoluendo vtriſque dimiſit.

Lyranus ſua in gloſſ.

10. Vt conueniẽtius excluderet contra Phariſæum ſua reſponſione.

n.27. Vulgat. propter quod dico tibi remittuntur ei, &c. Tranſl. Vatabli.

11. Propter quod dico tibi remittũtur peccara eius multa propterea quod multum dilexit.

Tranſlat. ex Syriac.

12. Propterea dico tibi remiſſa eſſe ei ſcelera multa, propterea quod multum dilexit.

Caietan. in Euang.

13. Propterea Dominus intulit: remittuntur ei omnia

	omnia peccata quoniam multum dilexit.
n. 49. *Vulg. Et cœperunt qui simul accũbebant dicere intra se. Translat. Vatabli.*	14. Qui simul accũbebant apud se dicebant, quis est hic qui peccata remittit?
Translat. ex Syriac.	15. Quis est iste qui etiam scelera dimittit?
Lyran. sua in glossa.	16. Remittuntur tibi peccata, non solum quantum ad culpam, sed etiam quantum ad pœnam, ex vehementi amore Dei, & horrore peccati præteriti.
n. 50. *Vulgat. Vade in pace fides tua te saluam fecit. Translat. ex Syriac.*	17. Fides tua te seruauit, ito in pace.
Theophilact. in glossa.	18. Vade in iustitia, quia iustitia est pax hominis ad Deum.
Glossa ordinaria.	19. Operare omnia quæ ad pacem te ducunt.
Lyra. sua in glossa.	20. Quia fides ista fuit formata charitate id est fecit habenrem dignam vita æterna.

DIFFICVLTAS PRIMA

Ad litteram.

Quare dicitur rogabat Iesum quidam Pharisæus vt manducaret cum illo & quare tunc mulier peccatrix accessit ad Iesum?

1708 *Bed. in cath. S. Th. cit. Prudentia vnicuique dat quod mouetur proportionabiliter.* PRIMA RESPONSIO Bedæ in cath. cit. *Quia supra dictum fuerat & publicani iustificauerunt Deum baptizat in baptismate Ioannis: idem Euangelista qua verbis proposueras etiam factis astruit; iustificatam scilicet sapientiam à iustis & pænitentibus dicens rogabant autem illum.* Quasi dicat, conuiuium Christus acceptauit vt eo sapientiam, & misericordiam ostenderet Pharisæum cognoscendo, & peccatricem absoluendo.

1709 *Niss. Greg. in cath. cit. Christus ad conuiuium vt medicus incendit.* 2. RESPONSIO Greg. Nisseni. *Hæc conscriptio quemdam vtilem intellectum sapit: sunt enim Plerique eorum qui se iustificant inflati suspicione vani sensus priusquam veniat verum iudcium, separantes se ipsos velut agnos ab hædis. Lucas vero plus medicus animarum quam corporum ostendit ipsum Deum, & Saluatorem nostram psissime alias visitantem.* Quasi dicat, ad conuiuium fuit Christos plus vt medicus quam vt conuiua; qoia ibi salutem animarum peccatorum primæ classis intendebat curare, Pharisæum de Hypochrisi præsomptuosa, & Mariam Magdalenam peccatricem famosam. *Medicus à laborantibus frauosi malta patitur.*

1710 *Auct. mens, Matth. c. 9. Ioan. c. 12. Christus omnibus factus est omnia.* 3. RESPONSIO meo videri conuiuium à Pharisæo acceptauit; quia Christus omnibus factus est omnia & manducabat cum peccatoribus, vt habetur Matth. 4. Vt prouocaret eos ad pænitentiam, & cum amicis manducabat vt eorum deuotionem augeret, vt patet Ioan. 12. quando Martha solicita erat, & cum vicinis & pauperibus consanguineis, vt eorum superbiam nutriret, & cum Pharisæo hodie manducat, vt eius superbiam eliderer, & occasionem conuersionis Magdalenæ subleuaret, eam honorificando, & defendendo.

1711 *Greg. PP. in homil. Amor Dei aquas tribulationum plus ardet.* 4. RESPONSIO Gregorij PP. in homiliario qoia enim hæc mulier turpitudinis suæ maculas aspexit lauandas ad fontem misericordiæ cocurrit: conuiuatores non erubuit; nam quia semetipsam grauiter erubescebat intus nihil esse credidit quod verecundaretur foris, (Et addit) discite qoo dolore arderet quæ flere inter epulas non erubescit.

1612 *Caietan. in Euang. Magdalena consanguinea erat Pharisæi. Semen impudicorum hypochrytarum adhuc remanet in occulto.* 5. RESPONSIO Caiet. in Euang. oata commoditas mulieri huic significatur ex accubitu Iesu in domo Pharisæi, aut ex vicinitate aut quia in eadem domo, in alia tamen contignatione habitaret, & forte sanguine iuncta erat Pharisæo. Quasi dicat, ex aliqua honesta & rationabili susa hæc mulier causa est introire domum Pharisæi; præsertim cum Pharisæi huiuscemodi consortia aboorrere se simulent; qoia summopere Hypocritæ qui honestatem affectaot & inter priuatos parietes erant luxuriosissimi, de quorum numero est Simon. In hypocritis simulatis remanent non pauci fallentes mundum quos Hispani vocant *Alunbrados embusteros de boxo de pretexto de sanctidad*. De quibus multa in senso morali tractabo. *Hisp. loa.*

DIFFICVLTAS II.

Ad litteram.

Quare dicitur quod retro stans Magdalena pedes Christi rigauit & vnxit & tersit capillis capitis sui?

1713 QVæritur quomodo, & quare Magdalena retrostabat, & lachrymis rigabat pedes Iesu?

Maldonat. Consuetudo Palæstinorum alto toro comedere accũbentes. 1. RESPONSIO Maldonati quis iuxta consuetudinem Palæstinæ in alto toro. *Accubans manducatur & ita stans mulier retro optime potuit lachrymis rigare pedes Christi, & capillis capitis sui tergere, & osculari, & vngere.* Quasi dicat, quod expectauit occasionem quando omnes conuiuæ accumberent in altotoro, & tunc post terga accessit & cepit flere & rigare pedes & osculari & tergere.

1714 *Ians. sua in cõcord. c. 8.* 2. RESPONSIO Iansenij sua in concord. cap. 48. *Humilitate retro stabat iuxta pedes Domini eosque ex via puluerulentos osculata est atque vnguento pretiose quo caput vngere vsa erat, vnxit*

pedes

Magdalena pedes Christi rigauit non lauauit.

pedes, plusquam humano more eum honorans, qui a plus quam homo erat. Quasi dicat, stabat retro ita confusa & gemebunda quod cæpit flere tam copiose vt lachrymæ fluentes rigarent non lauarent pedes Iesu, puluere ex itinere plenos; vt hinc confundantur opinantes quod

Christus non portauit calceamenta.

Christus calceamenta portabat, quia per exaggerationem præcursor Ioannes dixit, *Non sum dignus corrigiam calceamenti eius soluere.* Vt latius. tom. primo huius catenæ probauimus.

1715 Auct. sent.

3. Responsio meo videri, dicitur retro stans cæpit rigare pedes: quasi verbū stans non sit participiū præsens sed præteritum, & erit sensus stans flens; lachrymis cœpit rigare: quia certum est quod ea quo audiuit sermonem eius, vulnerata sagittis verborum Christi, quasi cerua cæpit flere incessanter: & quando accessit ad Iesū tunc fluenta oculorum largiter & abundantius innundabant, ita vt pedes etsi non lota sicut in situla, tamen copiam lachrymarum cadentium super eos necesse fuit quasi cum linteo capillorum coma tergere.

Stans participium est præteritum non præsens.

1716 Caietan. in Euang.

4. Responsio Caietani: *Quatuor officia hic conspice, abluere lachrymis pedes Iesu; capillis tergere, osculari eosdem & demum vnguento vngere.* Et addit *nouum & inauditum genus oblationis ac sacrificij pro peccatorum venia adinuenit hæc mulier procul dubio à Spiritu Sancto aspirata.* Quasi dicat sicut inuentores Artium æterna memoria digni sunt, ita multo melius hæc mulier famam in vniuerso mundo adquisiuit & omni laude dignissima est, quia oblatione & holocausta sacrificia & libamena in veteri lege scripta in compendio demonstrauit, cum maiori perfectione ad placandam iram Dei contra vniuersa mundi peccata.

Ingens & superum genus oblationis & sacrificij.

Fama æterna digni inuentores artium & scriptorū librorum.

1717 Lyr. suo in glossa.

5. Responsio Lyrani sua in glossa & vnguento vngebatur *ad refrigerium caloris & mitigationis doloris ex labore itineris.* Quasi dicat: formam Euangelicæ vitæ iam incipiebat demonstrari sine calceamentis incedendi neque æquitandi summamque paupertatem amplectendi, huc illucque prædicandi.

Vnguenta pedes refrigerant doloribus itineris.

1718 Greg. PP. in hom.

6. Responsio Gregorij PP. in homiliario: *Quot ergo in se habuit oblectamenta, tot de se inuenit holocausta, conuertit ad virtutum numerum, numerum criminum, vt totum Deo seruiret in pænitentia, quidquid in se contempserat in culpa. Sic igitur meretrix effecta est honestior virginibus: Postquam enim accensa est penitentia, exarsit in Christi amorem.* Quasi dicat quæ dicta sunt exterius agebantur, quæ vero reuoluebat eius intentio multo feruentiora his erant, quæ solus Deus inspiciebat, quia quæ in corde contrito & amore Dei vulnerato operatur gratia, spiritus sancti: nec oculus vidit neque in cor hominis ascendit; quia teste sancto Iob mirabiliter corda amantium cruciat amor.

Qui multum Deum offendit multis modis satisfaciat.

Amoris effectus diuini corquens mirabiliter eos. da.

DIFFICVLTAS III.

Ad litteram.

Quare dicitur: hic si esset Propheta sciret vtique quæ & qualis est mulier?

QVæritur quare tam male de Christo & de Magdalena sentit Pharisæus? 1719

1. Responsio Interlinealis. *Quia de falsa iustitia superbus nulla compassione naturæ motus suæ fragilitatis erit oblitus.* Quasi dicat male concepit, & iudicauit Pharisæus; quia immemor erat fragilitatis conditionis humanæ & superbiendo male iudicabat & ideo confusus & conuictus Christo postea remansit.

Interlin. in gloss. *Fragilitas conditionis humanæ miseria.*

2. Responsio Gregorij PP. in homil. *inter duos ægros medicus Christus aderat, sed vnus in febre sensum tenebat, alter sensum perdiderat mentis; illa quippe flebat quod fecerat; Pharisæus autem de falsa iustitia elatus vim suæ valetudinis exaggerabat.* Quasi dicat medicus plus patitur cum amente frenesi laborante, quam cum ægro qui dolores & infirmitatem patiens remedia incessanter desiderat; sic Pharisæus amens superbiaque elatus contra medicum & peccatricem prosiliit: mulier vero pænitentia & dolore contrita gemens & clamans remedium ad suas cicatrices, quærebat. 1720

Gregori PP. in homil. *Medicus cum laborantibus frenesi multa patitur.* *Dolores peccatorum.*

3. Responsio meo videri, semper Pharisæus Dominum cautelose tentauit & eum inuitando & peccatricem audiendo & Christum tanquam falsum Prophetam diiudicando: & ita cum à peccatrice vidit quod sinebat se tāgi, parui pendit illum dicens intra se, vt Hispani dicunt *bien de esta yo que este era vn embustero.* Quia si esset Propheta sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit illum, ex quo ignorantiam malitiosam suam declarauit: quia Elias Propheta erat & dixit aliquando: anima illius in amaritudine est & Deus celauit à me: ex quo malitiam suam manifestauit. Et quod dolose eum inuitauit vt caperet Christum in verbo aut in opere. 1721

Auct. mens. *Depravata intentio eius manifestatur.* *4 Reg. cit. Propheta multa ignorant.*

4. Responsio Tyti Bostrensis in glossa cit. *Dominus autem non verba eius audiens sed cogitationes suspiciens Dominum se prophetarum ostendit: ideo sequitur; Simon habeo aliquid tibi dicere.* Quasi dicat semper inhonorantes se Christus confundebat, sed mansuete & prudenter ex eorum verbis iudicabat: ideo introduxit dialogum vel parabolam dicens: duo debitores, &c. 1722

Tyt. Bostr. in glossa cit. *Stulto respondet iuxta stultitiam suam licitum est.*

DIFFICVLTAS IV.

Ad Litteram.

Quare dicitur, Cui autem minus dimittitur minus diligit?

QVæritur quomodo dilectio & amor Dei pendeat à debitis. 1723

1. Respon

1724 Maldon. in Euang.

Dilectio est mensura dilectionis peccatorum.

1. Responsio Maldonati in Euang. dilectio. *Peccatorum mensura est remissionis peccatorum; & sic huic mulieri quæ multum dilexerat multa peccata remissa sunt.* Quasi dicat quia ista mulier antequam à me dimitterentur eius peccata & maneret absoluta per verba mea, dilexit multum: ideo modo multa peccata remitto ei quoniam dilexit multum.

1724 Lyran. sua in glossa.

Culpa in instâti deletur Pæna paulatim. Lyran. cit.

Feruor charitatis vehemens pænam & culpam dimittit. De congruo virtutes morales disponunt iustificationem.

2. Responsio Lyrani nostri sua in glossa. *Potest dici quod in peccato sunt duo remittenda scilicet culpa, & pœna; culpa autem ex Dei liberalitate remittitur, cum nullum bonum meritorum possit esse in nobis sine gratia, quam non habemus ante culpæ remissionem: sed habita gratia & culpa remissa, adhuc remanet pæna remittenda ad cuius remissionem facit opus bonum nostrum charitate informatum & de hac remissione loquitur Dominus.* Vnde sequitur (*inquit idem Lyra cui autem minus dimittitur minus diligit.* Quasi dicat, *remissio culpæ aut nulla est aut totalis simul: sed remissio pœnæ fit per partes & tota simul, etiamsi aliquando fiat tota simul propter feruorem pœnitentis & liberalitatis Dei, vt fuit in præsenti: ideo sequitur remittuntur tibi peccata tua, est quantum ad culpam æternam: hæc Lyra.* Quod idem est, ac dicere quod per tres actus pœnitentiales disponitur homo ad remissionem culparum: quæ fit in instanti & tales actus pœnitentiales non ex condigno sunt meritorij, sed ex congruo & hoc est quod contigit communiter in remissione peccatorum: potest tamen contritio, tam intensissima esse, vt in eodem instanti pœna & culpa remittatur vt in latrone bono & Magdalena accidit in quibus ita coram Christo dilectionis & contritionis actus amoris creuerunt, quod remissa sunt eis peccata multa quoniam dilexerunt multum.

1725 Caiet. in Euang.

Actus intensus dilectionis Dei plures remissos excedit.

3. Responsio Caietani: *non dixit Iesus, quoniam dilexit multoties, sed multum, vt intelligamus non oportere ad dilectionem contra peccata exigi centum actus diligendi, vel centum contritiones, quoniam semel diligere, multum valet contra innumerabilia peccata.* Quasi dicat cui parum dimittitur parum diligit; quia non peruenit ad actum perfectionis vbi totaliter omnia peccata quantum ad culpam & pænam delentur.

1726 *Parum aut multum diligere inter debitores intelligendum est.*

3. Responsio, meo videri, hæc verba cui parum dimittitur parum diligit, intelligenda sunt inter debitores & debitores, nam verum est quod cui parum dimittitur, parum debet, non autem intelligendum est de his qui nihil debent vt iam supra. annotauimus.

DIFFICVLTAS V.

Ad Litteram.

Quare dicitur quod conuiuæ cæperunt dicere intra se: quis est hic, qui etiam peccata dimittit?

1727 Gregor. ad in homil.

QVæritur quare conuiuæ murmurabant de remissione peccatorum facta.

1. Responsio Greg. Papæ in homil. *Ecce quæ ad medicum venerat ægra sanata est, sed de salute eius, alij ægrotant; dicentes quis est hic qui etiam peccata dimittit?* Quasi dicat nullum opus bonum est quod careat inuidia. Et inde prouenit quod ex bonis mali mala faciunt, & multoties ex malis & peccatoribus iusti & boni fiunt, vt patet in Magdalena quæ ex peccatrice facta est sanctissima, & ex remissione peccatorum eius impij deteriores facti sunt dicentes, quis est hic, qui etiam peccata dimittit?

De teriacha venenum efficiunt ad impij.

Impij de omni re murmurant.

1728 Chrysost. in cat. cit.

Sapientes si in amore Dei non in ardescunt quid valent?

2. Responsio Chrysostomi in cat. cit. *Opus est ergo nobis feruenti anima, fieri. quia nihil impedit hominem fieri magnum: nullus constitutorum in peccatis desperet, nemo virtuosus dormitet, neque hic confidat.* Quasi dicat Pharisæi & conuiuæ qui se virtutibus plenos considerabant, in peccatum murmurationis ex bene factis meretrici inciderunt; & illa in gratia Dei recepta permansit non curans de dictis & murmuratione hominum.

1729 Maldonat. in Euang.

Musca morientes perdunt suauitatem olerii.

3. Responsio Maldonati: in hunc locum, *non ad inuicem dixerunt vnus ad alterum quis est hic qui etiam peccata dimittit, sed intra cor suum blasphemabant* sicut Ioan. 5. dicitur, quod Pharisæi dicebant *quis est hic qui loquitur blasphemias?*

1730 Auctoris sententia.

Impij murmuratores oculis annuūt videntes de emb. reb.

4. Responsio, meo videri, dicebant, id est oculis annuebant se vnus ad alterum quasi admirantes & non de benignitate & misericordia Christi benignè & facile remittentis peccata Magdalenæ: sed ex malo animo & malitia detestabantur & labia sua mordentes blasphemabant dicentes. Quis est hic? vel quis potest talia audire quod iste falsus propheta peccata dimittat? Vt Hispani dicunt. *Quien puede escuchar*, tales blasphemias, sed ex timore Iesu. Non audebant Palam vel clare loqui ideo dicitur dicebant intra se.

DIFFICVLTAS VI.

Quare dicitur; fides tua te saluam fecit, vade in pace.

QVæritur si per solam fidem hæc mulier iustificata est, an ex operibus? 1731

1. Responsio Maldonati: *Vbi refutat hæreticorum errorem asserentium quod sola fides sine operibus iustificat. Quia hæc mulier non quærebat aliud nisi suauitatem animæ, id est gratiam iustificātem, & illam per fidem consequuta est. Sed error iste manifestus, est quia prius Christus iam dixerat, remittuntur ei peccata multa quoniam. dilexit multum: ergo per dilectionem peccata sunt dimissa, præsupposita fide. Dixit autem Christus, mulier fides tua te saluam fecit, vt responderet prauæ intentioni murmurantium qui dicebant quod non poterat peccata dimittere.* Quasi diceret: *tibi credenti quod possum remittere peccata, propter istam fidem iam remittuntur tibi* & addit Maldonatus, *deinde antequam hæc verba Christus pronuntiasset, fidem habuit hæc mulier & non erant tunc remissa peccata, ergo fides non sufficit.* Deinde hæretici dicunt *quod inde se, quisquis iustificatus est, certo id scire, neque vllo modo dubitare remissa sibi esse peccata: illa*

Maldona in Euang.

Hæreticorum error circa iustificationem.

Fides tua te fecit saluam responsio fuit ad Pharisæos.

autem mulier antequam ad Christum veniret & diceret remittuntur tibi peccata. Nesciebat sibi esse dimissa, & ideo tam multis charitatis officiis id postulabat ergo non erat iustificata etiamsi fidem haberet. Quasi dicat Maldonatus hæretici errores erroribus confundunt suos. Nam illi tenent quod sentit se vere credere & habere fidem, qui se iusticatum sentit, sed Magdalena: post quam fidem habuit non se iustificatam sentiebat ergo vel fides non sufficit ad iustificationem, vel nemo certus est de ea: quæ omnia de fide tenenda sunt.

Hæretici sibi passim contradicunt.

Nemo scit an sit iustificatus.

1732 Glossa ord. 2 RESPONSIO Lyræ in glossa quod fides ista sit formata charitate, ideo fecit illam dignam vitæ æternæ.

3. RESPONSIO Glossæ fides saluam fecit quia quod petiit posse accipere, accepit. 1733 Anctoris sententia.

4 RESPONSIO, meo videri, quia salutis initium fides fuit cum qua Christum tantum dilexit: hinc est quod fides salutem inchoauit & charitas consummauit, ideo addit Christus vade in pace: id est intus consolata, quia ego satisfactionem à te sufficientem accepi. 1734 *Fides inchoat salutem æternam charitas consummit.*

Videatur Caietanus in Euangelia multa contra hæreticos recentiores disputans: & Castro de hæresibus. Vega de iustificatione: Corduba in quæstionario, Maldonatus, Valentia & omnes recentiores, disputantes contra errores Luteri. Caietanus. Castro. Vega. Corduba. Maldona Valentia. Recentiores contra Lutherum.

TRACTATVS QVADRAGES. SEXT.

Ad Mores. *In cap. 7. Lucæ. De ea quæ vnxit pedes Domini.*

DIFFICVLTAS IX.

Ad Mores.

Quare dicitur, Quod rogabat Iesum quidam Pharisæus vt manducaret cum illo.

1745 Greg. Nyss. in litt. cit. SECVNDA RESPONSIO fuit Greg. in litt. cit. quia Christus *Plus vt medicus venit ad conuiuium quam vt conuiua, vt duas primæ classis curationes faceret Pharisæum à superbia & Hypocrysi curando & peccatricem absoluendo.* Quasi dicat Christus venit ad conuiniũ vt cicatrices & fragilitates Magdalenæ curaret, quia miseriæ conditionis humanæ facilius veniam obtinent quam superborum Hypocritarum fictiones quæ incurabiles sunt.

Prædicator salutem animarum solum intendat. Iesus medicus cælestis.

Oleast. in Gen. 6. n. 3. trans. Pagn. Vnde interrogat Oleaster quare Genes. 6. n. 3. dicitur. *non permanebit Spiritus meus in homine in æternum; quia caro est,* vel vt Pagninus legit, *non litigabit spiritus meus cum homine cum quo ipse caro est.* Et respondet, quod in Hebræo verbum (Iadon) *deriuatur à* (Neden) *euaginare vel permanere, & erit sensus non euaginabit spiritus meus in anima quæ est portio spiritus mei velut in vagina gladius: quia homo versus est in carnem.* Et addit Oleaster. *si legatur cum Pagnino. Non litigabit, erit sensus, nõ litigabit spiritus meus (id est ego) qui sum spiritus cum homine quoniam ipse effectus est caro id est carnalis.* Quasi dicat, non contendam iam amplius cum homine arguendo ipsum vt non sequatur suas concupiscentias quia iam in carnem conuersus est.

Hebræa dictio (Iadon) *deriuatur à* (Neden) *Idẽ quod euaginare.*

Sed D. Hieronymus cum vulgata ad nostrum *Propositum vertit.* lib. de quæst. Hæbrea. *Non indicabit spiritus meus homines istos in sempiternum quia caro sunt: hoc est. Cum fragilis est hominis conditio propter concupiscentias carnis non eos ad æternos seruabo cruciatus sed illis tribuam medicinam quam merentur.* Quasi dicat caro concupiscit aduersus spiritum, ideo diluuio æternarum pœnarum non confundam eos, sed vna lachymarum gutta. cum vero dolore diffusa omnia peccata fragilitatis delebo: & ad hoc venit ad conuiuium vt medicus sapiens vt Magdalenæ hanc applicaret medelam.

Hieron. lib. de quest. tetrai. *Peccatis libidinis facilius parcit Deus.*

Lachrymarũ gutta diluuium peccatorum submergit.

Hinc interrogat Hugo de S. Victore in alleg. Galfr. quare Genes. 18. dicitur. *Loquar ad Dominum Cum sim puluis & cinis,* Et respondet, *Puluis ad omnem flatum de loco suo excutitur & quoquunque eiicitur nunquam nisi alieno impulsu leuatur: substracta autem protectione diuina homo ad inimici sugestionem in miseram fragilitatis conditionem cadit: & ad innumera mala deiicitur, & semel reiectus ad statum rectitudinem statu Dei reuertitur.* Quasi dicat, si fragilitas humana facile impellit ad peccandum, medicus Christus vno verbo medicinam absolutionis præstat. Et addit Richardus. *Cinis ex se omnino nullum germen peoducit & aliunde, susceptum non dicam ad incrementum sed ad sustentamentum nutrire vlla sua pinguedine omnino non sufficit: nullum siquidem boni operis germen potest homo ex seipso sine operante gratia producere: & cum operante habere iam cœpit, per semetipsum sine eius cooperatione omnino non poterit custodire neque impulsus carnis tolerare, quia fragilitas humana conditionis*

1746 Hugo de S. Victore in alleg. Galfr. ad cap. 18. Gen, 5.

Peccatum carnis quasi puluis.

Rich c.t.

Impulsus carnis propter fragilitatem hominis vincunt.

Septies in die cadit iustus cogitando libidines prato. ritas.

Conditionis misera & miseranda est. Quasi dicat, etsi omnia peccara ex se malitiam suam & culpam intrinsecam habeant, tamen peccata quæ per conuersationem humanæ fragilitatis committuntur, ita spiritui, & animæ contradicunt, quod septies in die cadat iustior, quia & si spiritus promptus est, caro autē infirma, & sic medicinalibus auxiliis gratiæ continuo indiget propter quod quasi medicus salutaris conuiuium Christus admisit vt peccatricem sanaret.

1747 Auct.mens. *Prædicator omnibus debet pastū diuinum præstare omnibus factus omnia.*

3. Responsio quia Christus est omnibus omnia ideo intrauit in domum Pharisæi, vt manducaret cum illo. Quasi dicat, cum Pharisæo qui præsumptuosus erat loquebatur, per ænigma & proponendo parabolam, scilicet duo debitores erant cuidam fænetatori, cum peccatrice vero clare & amorose: remittuntur tibi peccata, quia multum me dilexisti.

Oleast. in Exod. 24. Trans. Pagn. *Dictio mashuc Hebraa idē quod rarum & exquisitum.*

Vnde interrogat Oleaster quare Exod. 24. dicitur, quod Moyses quando veniebat ad loquendum cum Domino tollebat velamen faciei? Sic legit Pagnin. Et respondet. quod in Hebræo *mashuc* est dictio rara in scripturis, & significat velamen rarum id est exquisitum. *Et erit sensus: ad loquendum cum Deo Moyses tollebat velamen & rara loquebatur.* (Et addit Oleaster *Quod prædicatores debent aliquando singularia rara & præclara prædicare, & aliquando velamen super faciem ponere, & facilia & minora ostentare, & sese capacitatibus audientium accommodare & diuina eis prout capere possint tradere.* Quasi dicat, quod coram magistratibus doctoribus, & aulicis Principibus: loca Sacræ scripturæ sine velamine litteralis sensus exponenda, & prædicanda sunt: simplicicibus autem & rusticis colonis clara, & moralia sunt prædicāda, & hoc est quod Apostolus ait, omnibus factus sum omnia, ideo Christus cum Pharisæo ænigmaticè locutus est dicēs, duo debitores, &c.

Culta colonis & simplicibus prædicare, stultitia ingens est.

1748 *Onus scribēdi & prædicandi graue nimis.* Hisp. loc.

Nisi dicere velimus quam graue si scribendi & prædicandi onus quo faciendus est homo omnibus omnia; quia factus est tanquam scopus prudentium & stultorum. Hinc aliqui affirmant quod scribere sit quodam martyrij genus: nam vt Hispani dicunt *Es terrille asumpto saler al teatro del mundo a dargusto a todos.*

Ambros. in Luc. Matt. 3. n. 4. Lucæ 3. n. 2. *Prædicatoris officium martyrium prolongatum.*

Ideo interrogat D. Ambrosius quare S. Matthæus c. 3. n. 4. loquens de prædicatore prædicatorum, id est, de præcursore Baptista ait, habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos, esca autem illius erat locustæ, & mel Syluestre, & Lucas loquens de Ioanne compendio vsus est: factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto? Respondet Ambrosius, quod parari ad prædicationem, & ad asperitatem & vitam martyrij prolongari idem est, verba Ambrosij sunt. *Sanctus Matthæus vestitu & cinctu, & cibo Prophetam declarare voluerunt, Lucas compendio vsus est, dicens factum est verbum Domini super Ioannem: vnum dixit & omnia declarauit.* Quasi dicat, videant Doctores, & Prædicatores quomodo post immensos labores & sudores prædicandi vel prædicare docendi, quod est scribere, conuiuium præparatum habeant de pilis camelorum, de syluestri melle locustarum, cibo: quia scripturis docti & famosi in præmium laboris sui solum Deo placere & salutē animarum quærere debēt, pro quia medici

Præmiū scriptorū opprobria ab stultis expectare.

Prædicatores antidotū peccatorum.

sunt & omnibus facti sunt omnia, vt Christus docuit ad conuiuium malitiosi Pharisæi non recusans adire vt mederetur vulnera eius.

DIFFICVLTAS VIII.

Ad mores.

Quare dicitur quod mulier stans accessit retro & lachrymis cæpit rigare pedes Domini.

Qværitum fuit quomodo stans retro peccatrix poterat rigare pedes Iesu? 1749

Maldon. in Euang. cit. supr. *Quæ carent fine incipere dicuntur.*

Et 3. Responsio fuit Maldonati cit. in litt. *Quod in alto accubabant in terra Palestinorum cum manducabant, & stans retro, fluenta oculorum in tanta fluebant copia, qued cæpit peccatrix rigare pedes Iesu, & tergere capillis capitis sui, & dicitur cæpit rigare quia videbatur finem non habere, quia non cessabat.*

Chryost. in Psalm. 127. in Epist. ad Ephes. Ps. 127. n. 3. *Vitis plerat antequā fructū proferat.*

Vndè interrogat Chrysostomus quare Dauid Ps. 127. n. 3. *Dixit vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ? an quia sicut vitis lachrimas prius dimittit antequam fructum proferat; sic Magdalena antequā fructus gratiæ per remissionem peccatorum suorum à Christo consequeretur fluenta lachrymarum effundit?* Et respondet, *Ita sane, & quia linguam præcurrebant lachrymæ, & Magdalenam non sinebant loqui, ideo pupillæ oculorum clamabant ad Dominum Iesum.*

Gregor. in Ps. 2. n. 7. *Lachrymæ aridam terrā virescere faciunt.*

Hinc Gregor. in Ps. 2. n. 7. *Sicut hortus receptа suaui pluuia euidenter germinat, ita caro lachrymarum fluentis irrigata bonorum operum, & iustitiæ germen emittit.* Quasi dicat, æstus ardoris concupiscentiæ animam aridam, & siccam habent, fluenta vero lachrymarum in se reuersam, germina viuentia apparere, & producere facit. Ideo Dauid dicebat Ps. 6. n. 7. *Lachrymis meis stratum meum rigabo.* Vbi Hugo Carensis ait, *Stratum meum, id est, sensualitatem meam rigabo & fertilem faciam secundum illud Eccl. 24. rigabo hortum plantationis, & inebriabo prati mei fructum.* Quasi dicat, voluptates innumerabiles peccatorum super stratum libidinum, & concupiscentiarum perceptæ lachrymarum fontibus purificantur.

Hugo Car. in Ps. 6. n. 7. *Stratum sensualitatis lachrymis germinatū herbas virtutū profert.*

1750 Chrysost. in Epist. ad Ephes. Gen. 2. n. 10. Holcanus in Genes.

Hinc Chrysostomus interrogat quare Gen. 2. n. 10. dicitur. *Fluuius egrediebatur de loco voluptatum ad irrigandum paradisum.* Vbi Holcanus addit, *De loco qui dicitur Eden fons erumpebat vberrimus qui effusus placidis eum fluentis irrigat* Et respondens Chrysostomus in Epist. 2. ad Colossen. ait, *Quem nam fontem vis comparare cum his lachrymis eum ne qui est in paradiso qui irrigat vniuersam terram, sed nihil dices æquale.* Quasi dicat, lachrymæ peccatricis Magdalenæ, omnibus præferendæ sunt; quia non terrestrem paradisum irrigant, & vniuersum mundum fructus copiosos gratiæ fertiles facit; imo, & ipsum Paradisum gloriæ ditescit, quia vi lachrymarum hodie à peccatricibus profluentium plantas cælestes rigat immo. Illic plantat plantas peccatorum lachrymantium.

Lachrymæ paradisū & orbem cælestē rigant.

S. Antioch. hom. 107.

Hinc Antiochus hom. 17. *Lachrymæ præsentem exhibent Deo orationem eamque gratiosam*

Vis fletus Petri ingens & Magdalenæ admirabilis.

reddunt & acceptabilem, *Petrus ipse amaritudinis lachrymis vna hora profusis peccatum abnegationis promeruit sibi condonari; sed in earum gratiam illi concreditæ sunt claues regni cælorum.* Quasi dicat pro lachrymis vna hora diffusis post Christi negationem, Petro in præmium datæ, sunt claues regni cælestis, quid mirum quod Magdalenæ quæ non vna hora, sed tota vita sua cæpit, sed non finiuit lachrymas effundere, quod Christo vexillum suæ passionis tradetur, commendantionibus Christianis Ecclesiæ suæ quod recordentur Magdalenæ. Cuius lachrymæ fuerunt quasi seminarium viuum omnium flentium peccata sua, ideo forsan dicitur, *quod capis flere*, ex hoc nunc & vsque ad finem mundi excitant lachrymæ Magdalenæ, & mouent pectora duriora saxis, ad lachrymanda peccata cuiuscumque peccatoris.

Lachrymæ Magdalenæ fœmina omnium lachrymarum ideo cœpit flere dicitur.

Auct. mens.

1751 Vnde Richardus de S. Victore in alleg. Galfrid. explicans cap. 2. Threnor. Ieremiæ. *deduc quasi torrentem lachrymas per diem & non taceat pupilla oculi* sic ait. *Qui te multum peccare considerat necesse est vt nec in magnitudine nec in diuturnitate doloris, & ita deduc quasi in torrente lachrymas tuas, torrens enim, cum magno impetu decurrit sed quo vehementius defluit, tantò citò pertransit: rectè ergo compunctionis feruor torrenti comparatur, quia quanto maior vis doloris in compunctione fuerit, tanto citius diuina cōsolatione superueniente pertransit. Sed quia inchoare bonum parum prodest nisi perseueranter teneatur, rectè subiungitur per diem & noctem.* Quasi dicat ideo Magdalena lachrymis cœpit rigare pedes Iesu quia nunquam cessauit in cruce neque in sepulchro, in solitudine, in resurrectione, vsquequo meruit audire, mulier quid ploras, vt consolationis lachrymas acciperet, sicut & hodie propter lachrymarum torrentem, remittuntur tibi peccata, quia multum dilexisti.

Hugo de S. Vict. in alleg. Galfi super cap. 2. Threnor.

Lachrymarũ cogitationes Dolores compunctionis peccatorum à Deo consolationem accipiunt. Lachrymæ habent negotiationem lucro cessante.

1752 Imò addit Hugo adhuc perfecta Magdalena semper plorabat, sed cum differentia, nam aliter peccator, aliter iustus plorat, ille namque ex recordatione peccatorum deorsum lachrymas ducit; iste pro desiderio supernæ gratiæ ex intimis suspiria trahit. Et addit Hugo de S. Victore cit. ideo Threnor. c. 12. dicitur. *Neque taceat pupilla oculi tui; quia verbum misericordiæ, est istud, pupilla* (inquit) *non solum marginem oculorum sed & ipsum visionis radium procella lachrymarum erumpens, obtenebret, vt dum id quod tenerum est affligit citius ad misericordiam pietas iudicis moueatur.* Quasi dicat, viscera pietatis Christi, commota sunt super afflictionem lachrymarum Magdalenæ, quia tenera & delicata & deliciis assueta tam incessanter affligebatur quod pupillæ oculorum eius teneræ & delicatæ incessanter torquebantur & incipientes flere non cessabant.

Hugo cit. *Iustus flet aliter ac peccator.*

Thren. c. 12. *Fœminarum pulcherrimarum timendæ atque fugien. da lachrymæ ne nos vincant.*

1753 6. Responsio fuit Gregor. Magni in litt. cit. quia quot ante habuit oblectamenta, tot de se inuenit holocausta. Quasi dicat, oculis, capillis, manibus, ore & corde Deum offenderat, ideo totam se in holocaustum exhibebat, ideo Chrysologus ser. de peccatis *Vacat ab excusatione paupertas nostra inhumanitas veniam non habebit, quia in totum sufficit sibi natura ad obsequium creatoris.*

Greg. citat. in litt.

Chrysolog. de peccatis.

Vnde interrogat Hugo de S. Victor. in alleg. Galfr. quare Thren. 2. n. 19. dicitur. *Consurge lauda in nocte, in principio vigiliarum effunde sicut aquam cor tuum,* Et respondet: *O quam pulcher odor describitur: primum transacta mala fletibus tergere; post modum ad bona agenda consurgere, deinde laudare; non enim speciosa laus est in ore peccatoris, neque potest veraciter bona agere qui prius non studuerit mala præterita efficaciter flere ac emendare.* Quasi dicat, cum Apostolo qui sua membra seruire iniquitati exhibuit debet, eisdem membris veraciter & fortiter pœnitentiam agere & addit Hugo. *Ideò Ieremias loco citato dixit exurge in nocte & in principio, quia peccator sub flagellis positus contritus & gemens gratum Deo sacrificium immolat, cum de sua iniquitate se arguit, & in sua contritione Deum amat: primum enim peccator euigilat quando mala sua agnoscere incipit; secundo quando agnita puniendo corrigit, tertio quando ad bona agenda se conuertit, quarto quando bona sua opera custodit.* Quasi dicat ideo Magdalena incepit confusa flere, deinde pedes Christi rigat & capillis tergit; quia præterita mala corrigere promittit & vestigia Christi sequi testatur, vt quæ læta cucurrit ad vitia, sequēdo vestigia Christi curreret post eum protestatione festina, & vnguento prætioso vnxit pedes Iesu, quia quæ fama mala, ciuitatem scandalis corruperat, post modum odorem bonum tanquàm pedisequa Christi effundere promittit per orbem, &. concludit Hugo, ideo dicitur. *Effunde sicut aqua, cor tuum: qui cæteri liquores cum effunduntur, vel quadam pinguedine super linita vel sapore infecto, vasa relinquunt, sola aqua sic effunditur vt munditia vasis nullis eius reliquiis maculetur: qui ergo peccata sua confitentes aliquid vel negligentiæ vel erubescentiæ effundere timent, quasi in vase cordis spissi liquores reliquias retinent, si vero omnino affectus & memoria peccati non eiicitur, in vase sapor noxius seruatur.* Quasi dicat, ideo Magdalena lachrymis pedes Iesu rigat quia à corde eius omnis sapor & memoria peccandi recessit: capillis tergit, quia cogitationes in Christum transformat: vnguento vngit, quia Christi bonus odor promittit esse, & ideo intrat, in conuiuium coram omnibus quia non erubuit publicè peccatricem se exhibere quæ impudica coram Angelis & hominibus Deum offenderat & confusa cucurrit ad pœnas quæ læta ad culpas cucurrerat intrepida.

Hugo de S. Vict. in alleg. Galfr. cit. in Thr. 2. n. 19.

Membra quæ iniquitati seruierunt Deo sacrificentur.

Hugo cit. Thren. c. cit.

Cor contritũ sacrificium Deo gratum.

Scandala fama male restaurare debemus.

Fama mala corrumpit ciuitatem.

Hugo citat. Thren cap. cit.

Qui affectum vel complacentiam peccati eruunt à culpa non sunt ablati. Qui impudicè culpam commiserunt, non erubescant clarè confiteri.

DIFFICVLTAS IX.

Ad Mores.

Quare Pharisæus Symoni dixit, hic si esset Propheta, sciret vtique, quæ & qualis est mulier?

QVæsitum fuit quare Symon tam male de Christo & de peccatrice indicauit. 1754

1. Responsio fuit Interlinealis. *Quia de falsa iustitia superbus, nulla compassione naturæ motus, suæ fragilitatis erat oblitus.* Quasi dicat non coarctaberis neque opprimes iudicando rigide cum aliquam fragilitatem videris in proximo tuo, maximè fæminino genere, quia ex se fæminæ faciles & fragiles sunt.

Interlin. in gloss. *Nemo superbè præsumat in fragilitatem non incidere.*

Vnde interrogat Oleaster quare Exod. 21. dicitur. *Peregrinum non opprimes & non coarctabis eum.* Et respondet; *Quod dictio.* (Lachas) *in Hebræo*

Oleast. in Exod. 21. Transl. Pagn.

Hebrea (Lachas) idem quod arctare. *Pietatis magistra experientia est & indigentia.*

braa idem est quod arctare: vnde numerorum 22. Balaã arctauit Asinã in pede ad parietem. Et erit sensus. *Peregrinum non arctabis quoniam peregrinus fuisti.* Quasi dicat, pietatis magistra optima est indigentia; Vnde cum te ad pietatem prouocare volueris. Cogita an simile aliquando sis passus aut ante pari timeas, ne sis fragilitatis propriè oblitus & sic non vt superbus Pharisæus rigidæ de fragilitate Magdalenæ iudicabis; præsertim quia tuo te ore cordemnas dicendo; cognosceret quæ & qualis est mulier: idest, nota pro fragilitatis miseria.

Oleast. in genes. 4.

Vnde iterum interrogat Oleaster. *Quare Gen. 48. dicitur. Et Adam cognouit vxorem suã* Et respondet *quod est regula Hebrea cum ponitur particula (He) quod nos dicimus (&) esse notificatiuum alicuius rei: & erit sensus aduertite quod Adam cognouit vxorem suam fœminam esse in congressu. Et est Hebraismus fœminam diuisam aut facilem quia perforatam.* Quasi dicat, in nullo alio cognoscitur fœminarum conditio nisi quia fragiles & infirmæ sunt, ideo miserandæ.

Dictio (He) idem quod &. Fœminarum fragilitas miseranda.

1755 Hinc Bernardus in alleg. Galfri in cap. 2. Cor. *Ecce enim Deus Vnde sumit misericordiam & velut seminarium miserendi: id est ex formatione humanæ fragilitatis, quia cognouit quod figmentum sumus & plus in fragili & fœmineo sexu; ideo ex illo seminarium sumpsit miserendi quia recordatus est quod puluis sumus*, Et addit Bernard. *propriè Deus Pater misericordiarum dicitur, propter substantiam duplicem qua subsistimus, cum vtraque tam misera, sit & ideo non incongruè duplex hominum dicitur miseria, licet sit multiplex: vtraque si quidem cordis & corporis tribulationes multiplicatæ sunt sed ab vtrisque eruit qui totum hominem saluum fecit: cum ergo Dei filius primum propter animas venerit, secundo propter corpora sit venturus non incongruum videtur. Vt in eo quando Patri misericordiarum benedicimus duplicem hanc misericordiam confiteamur.* Quasi dicat, Deus miseretur nostri quia videt nos tot tantisque periculis expositos, & quomodo miseriarum fæminarum non misebitur: quia facilius conturbantur Frangũtur, quia scissæ sunt in sua firmatione. Ideo sequitur, prosequitur Bernardus. *Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, non in hac, vel illa tantum sed in omni.* (Et addit) *quis enim consolatur eos qui suam habent consolationem; non consolatur Christi infantia garrulos, non consolantur Christi lachrymæ chachinnantes. non consolatur eius humilitas ambitiosos superbos gloriam mundi querentes & affectantes, non consolatur stabulum eius amantes primas cathedras in synagogis: non consolatur querentes consolationes voluptatum in hoc mundo; sed silentio Dominum lugentes & fragilitates suas recuperare cupientes lachrymis & pœnitentiis.* Quasi dicat, iuste & recte Christus Pharisæum peccatricem redarguentem condemnat & illam defendit; quia erat mulier sola fragilis & confusa, tribulata sarcina peccatorum: & idem Christus eam consolatur; quia ipse est qui consolatur nos in omni tribulatione nostra vt Interlinealis adnotauit.

Bern. in alleg. galf. cit. in epist. ad cor. 2.

Fœmina materia proxima misericordiæ Dei. Bernard. cit.

Pater misericordiarum quare Deus dicatur. *Væ qui hic habent suam consolationẽ.*

Deus vocat peccatores ad consolandum eos.

Peccatores conuersos Christus in secreto consolatus est.

1756 Tytus Bostrensis cit. in litt. *Deus solus scrutator cordium.*

4. Responsio fuit Tyti Bostrensis in litt. cit. qui ait. *Dominus autem non verba eius sed cogitationes inspiciens, Dominum se prophetarum ostendens ait: Symon habeo aliquid tibi dicere.* Quasi dicat, sunt homines ita subtiles & cauillosi quod cogitationes Christi vellent iudicare & de omnibus semper male præsumunt in corde. Vnde interrogat Oleaster quare Leuit. c. 13. dicitur. *Homo cum fuerit in cute carnis tumor, vel scabies adducetur ad Aaron qui claudere faciet septem diebus plagatum*, sic legit Pagninus. Et respondet. *Quod in Hebræo dictio (Sepachat) deriuatur à (Saphach) quod est coniungere vel congregare & propriè (significat hoc:) Cum scabies fuerit coniuncta cum lepra ad hoc vt vere lepra sit, debet macula, esse candida vel splendida quia deriuatur ab ista dictione (Abahat) quod est splendor.* Et erit sensus *sacerdos plagam septem diebus claudat & attente iudicet si his tribus conditionibus lepra constet: quod sit macula tumens* & *tumor scabies & splendens.* Quasi dicat, non sufficit quod sit in cute lepra abscondita sed luce clarior sepremque diebus appareat candida tumens, & scabies. Et addit Oleaster. *Sunt homines qui ea facilitate alios de malo iudicãt acsi quæ in corde eorũ sunt, eo à lumine viderent quo Deus scrutatur renes & corda, quos locus hic arguere videtur, qui non permittit sacerdotem facile hominem leprosum iudicare, sed potius multis diebus recludere & initium suspendere.* Quasi dicat, si Dominus non sinit sacerdotem statim de lepra quam oculis cernit discernere, quomodo te permittet de cordis malitia proximum iudicare? nolite ergo fratres mei iudicare & non iudicabimini, nolite condemnare & non condemnabimini, sicut Pharisæus dãnatus cõfusus & reprobatus à Christo mansit quia de ipso male iudicabat dicens intra se. *Hic si esset Propheta sciret vtique quæ & qualis est mulier* vt Tytus Bostrensis adnotauit.

Oleast. in Leuit. c. 13. Trans. Pagn.

(Saphach) Hebrea dictio idem quod consurgere.

De occultis non est iudicandum.

Luce clariora peccata vt iudicentur. Oleast. cit. *Ex apparentia iudicare temerarium est.*

Iudicia temeraria multi condemnant.

Tytus Bostr. cit.

1757 Vnde interrogat D. Hieronym. quare Ps. 72. n. 7. dicitur. *Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, transierunt in affectum cordis.* Et respondet: *Quod legendum est prodierunt à pinguedine oculi eorum vel vt Symmachus, promoueãt à pinguedine oculi eorum.* Quasi dicat, tantus est oculorum nexus cum iniquitate quo pingues in malitia, & scelerati impiique murmuratores in affectum malitiæ transierunt, de omnibus rebus maleiudicando: nam sicut nostro idiomate Hispano dicitur *De gordo nobe fulano* ita iniquitates aliquorum pinguescere illos fecerunt in affectum cordis; quia tanquam iniquitatem quidquid vident iudicant, & in malum conuertunt, & condemnant. Vnde interrogat Oleast. quare Deut. c. 6. n. 8. præcipiebatur dicens. *Erunt specilia seu ocularia inter oculos tuos?* Et respondet: *Quia qui per ocularia seu specilia vides mediis ocularibus videt, & qualis fuerit color vitri sic & visio oculorum, sic statuit Dominus quod nihil aliud iudices nisi quæ tibi dixerint, mandata eius.* Et addit Oleast. in Gen. c. 9. *Si hac cautione homines vterentur non tam facile alios iudicarent in peiorem & nociuam ac praiudicialem partem rapientes quæ in aliis vident, quod iudicium temerarium iusti semper amputare luctando conantur*, iuxta Ps. Dauid, *amputa opprobrium meum quod suspicatus sum, quia iudicia tua iucunda.* Et D. Chrysolog. ser. de peccatrice: *Erras Pharisæe: nam stercora, contingunt, sed non coinquinant solem: medicum cum tangat vulnera, putredo non polluit; iudicem quamuis tangit reus maculare non potest; sic peccator cum supplicat non tangit Deum, non ipsum sordidat, sed ipse & peccato caret omni, & recipit suspicio sanitatem.* Quasi dicat, peccatrix Magdalena

Hieronym. in Ps. 72. n. 7.

Trans. Symmachi.

Iniquitas & iudicia temeraria idẽ. Hisp. loc. Oleast. in Genes. 9. explicatis c. 6. Deuteron.

Specilia ad videnda peccata aliena ponuntur.

Ps. 118. Chrysolog. serm. de pec. cat.

Solem non coinquinat stercus. *Christi contagium mundat & munit peccatores.*

Magdalena Christum tangens non illum coinquinat, sed per eios contagium sana, & incolumiois sicut nix remanet.

DIFFICVLTAS X.

Quare dicitur cui autem plus dimittitur plus diligit?

Maldonat. in litt. cit. *Amor est mensura remissionum peccatorum.*

1758 PRIMA RESPONSIO Maldonati in litt. ait. *Quia dilectio mensura est remissionum peccatorum.* Quasi dicat, si multiplicata fuerint peccata tua super arenam maris, & super stellas cæli quæ enumerari non possunt, si tunc intensissime Deum amasti, omnia peccata tibi dimittuntur quoniam multum dilexisti. Vnde interrogat, S. Petrus Chrysologus in alleg. Galfridi cit. sup. Lucam 7. quare. *Christus dixit diliges proximum tuum ex toto corde tuo?* Et respondet; *Quia si homo totus amat Deum, omnia sine labore vincere potest.* Quasi dicat, si multum peccasti ama multum, & in puncto omnia tua peccata delentur; quia quemadmodum non est difficile Deo in paucis vel in multis infinitos vincere exercitus inimicorum; ita solo vno intensissimo amoris actu exercitus peccatorum submergere in oblivionis mare potest. Et addit Chrysolog. cit. *Tenera militia, & delicati conflictus est, amore solo de cunctis criminibus victoriam reportare.* Quasi dicat, vis amoris non eget giganteis armis neque exercitibus robustorum, sed in fœmineis, & delicatis tenerisque peccatoribus triumphos & victorias reportat, vt in pulcherrima Magdalena patet, ex qua exercitus Dæmoniorum, & omnium vitiorum expellit triumphans de omnibus inimicis Dei, quoniam dilexit multum; quia cui plus dimittitur plus diligit.

Chrisolog. in alleg. Galfr. cit. Lucam c. 7. *Amor miles delicatus sed vincit exercitū peccatorū.* *Idem Petr. cit.* *Chrysol. cit. sup.*

Vnde concludit Chrysologus. *Totum debitum charitate compensat, & ad incrementum totius fœnoris, amoris solius exigit, & requirit vsuram.* Quasi dicat, tantum dilexit Magdalena quod non solum peccata innumera quæ commiserat remissa sunt, ei sed ex corde Christi, vbi tanquam in ærario vel in mensa vsuraria depositauit: exigebat & postulabat redditus copiosos, & vsurarios; quod nostro Hispano sermone dicitur *Dio acenso su dinero o su amor y gane ciento por vno* quoniam dilexit multum.

Amor Magdalenæ vsurā à Christo exigebat & consequebatur tota conscientia. *Hisp. loc.* *Llebar cienso por vno es vsura.*

1759 3. RESPONSIO fuit Caiet. in litt. cit. *Non dixit quoniam dilexit multoties, sed multum vt contritionis valorem intelligeremus.* Vnde interrogat Bernardus cit. in alleg. Galfridi quare 1. Petri 3. n. 20. dicitur. *Cum fabricaretur arca octo animæ salua facta sunt super aquam: cur non dixit octo homines?* Et respondet: *Quod ita attoniti permanserunt ingredientes in arcam videntes tot cadauera vniuersarum gentium aquis diluuij submersa, & super vndas aquarum eleuata quod amore Dei rapti non homines, sed animæ, & spiritus viderentur.* Quasi dicat, quod vno actu amoris Dei ex motiuo horroris mortis procedente quasi rapti, & in extasi toto tempore diluuij permanserunt. Quia amor Dei inquit Bernardus *Ad contemptum mundi calefecit & feruentes facit & audaces contra aduersarios animæ, mundum scilicet Dæmonium, & carnem, & eorum quæ retro sunt obliuisci facit crudēs ad iustitiam, & somnolentes reddēs ad temporalia.* Quasi dicat, ô felices peccatores quos Dei amor per contritionem calefacit, & inebriat, ita vt solo vno actu ex motiuo doloris præteritorum peccatorum ita perfectos soleat facere, quod ipsum Christum debitorem constituat, & redditus amoris ab eo ineffabiliter exposcat per vim vnius actus non plurimorum, vt Caietanus adnotauit.

Caietan. in litt. cit. *Bern. in alleg. Galfrid.* *1. Petr. n. 20.* *In arca diluuij octo animæ saluæ.* *Timor Dei amorem introducit.* *Peccatorum obliuio causat amorem Dei.* *Vbi dolor magna scelerum retrasacta torquent in sternum mille.*

DIFFICVLTAS XI.

Ad Mores.

Quare dicitur quod homines cæperunt dicere; quis est hic qui peccata dimittit?

QVæsitum fuit quare murmurabant conniuæ de Christo eo quod peccata Magdalenæ dimisit. 1760

1. RESPONSIO fuit Gregor. PP. in litt. cit. *Ecce quæ ad medicum sanata est, sed de salute eius alij ægrotant dicentes quis est hic qui etiam peccata dimittit.* Quasi dicat ô ter infælices & detestabiles Prædicatores, & Doctores qui salutem animarum prædicant, & prosunt omnibus, & sibi solis nocent; quia scandalosi sunt. Vnde interrogat quidam Auctor in manuscriptis, nomine Andreas de Senis, quare in Apocalipsi cap. 1. dicitur. *Significauit Deus seruo suo Ioanni quæ oportet fieri cito?* Et respondet, *quia Ioannes aptus fuit mysteria altissima videre & prædicare eo quod aptus fuerat ad docendum propter pudicitiam.* Quasi dicat, quod impuri & indeuoti Prædicatores & peccatis obnoxij infælices sunt quia mysteria quæ docent, & per quæ alios salui facti sunt, ipsis non prosunt, imò nocent eo quod aliis prædicando reprobi efficiuntur: & vt Hispani dicunt *Alcenbrano a otros se quedan ascuras.*

Greg. PP. in litt. cit. *Infælices prædicatores qui prædicāt non furandum & ipsi furantur.* *Auctor nomine Andr. Senens. in manuscriptis.* *Apocal. c. 1.* *Hisp. loc.*

Hinc interrogat Nebiensis in Ps. 66. n. 2. quare dicitur. *Diligit Dominus portas Syon, super omnia tabernacula Iacob*, vel vt legit Chaldæus *diligit Dominus portas studiosiorum quia veri Doctores, sancti & studiosi vocantur porta Syon quia super omnia Tabernacula Iacob prædicant & suis scriptis docent, & tanquam periti medici ægrotis pocula salutis æternæ recitant & per illos ingrediuntur Paradisum.* Vnde vt refert Vmbertus lib. 2. de vitis Patrum Prædicatorum: Beata Dei genitrix visa est, coram quodam prædicatore librum apertum tenet; alias etiam alteri verba salutis æternæ ad eum dictare, & in nostra seraphica religione vt refert noster Hubadingus 1. p. annal. ex D. Bonauentura, quod dum B. Antonius de Padua prædicaret de titulo Crucis, seraphicus P. noster apparuit in forma Crucis positus gratificans eum verba quæ prædicabat ad salutem animarum tam salutifera, verba D. Bonauenturæ sunt. *Crucis verbum proponitur fratribus per Antonium & Franciscus ad ostium, in modum Crucis cernitur.* Quia diligit Dominus portas Syon: sicut odio habet qui prædicant non furandum & furantur, quia isti sunt de quibus

Nebiensis in Ps. 66. n. 2. *Trans. Cald.* *Studiosi portæ cæli.* *Humbertus lib. 2. de vitis patrum* *Beata Maria studiosis fauet.* *Hubadingus 1. p. annali minorum.* *S. Bonauent. in opusculo S. Franc. cit.* *Crucis dono prædicanda.*

Prædicatores porta Syon. Gregor. PP. cit. *Prædicatores vitiosi miseri.*

bus Gregorius, Exod. dicit, quod *ægrotos sanant vt medici & de salute eorum ægroti remanēt.* Quia portam angustam prædicant aliis, & ipsi per latam quæ ducit ad inferos ambulant, ambiendo, comedendo, & luxuriosè viuendo & murmurando, sicut Pharisæus qui dicebat: *Quis est hic qui etiam peccata dimittit?* vt Greg. adnotauit.

1761 Auct. sent. *Murmuratio detectur per signa malorum.*

4. Responsio fuit meo videri, intra se murmurabant quia vnos ad alterum se annuebant quasi admirati, non de potentia & benignitate circa Peccatricē sed ex maleuolo animo & quia palam non audebant loqui.

Oleast. in Exod. 15. Transl. Pagn. *Hebræa dictio (Lon) idem quod persistere murmurando.* Hispan. loq.

Vnde interrogat Oleast. quare Exod. cap. 15. dicitur; *Quod murmurauerunt populus contra Moysem & Aron?* Et respondet, *quod verbum* (Lon) *in Hebræo est murmurare, persistere, ostendere & reuelare) & erit sensus persisterunt murmurando & reuelando quasi discipuli contra magistrum, quia omnes annuerunt se vt murmurarent de Moyse & Aaron.* Quasi dicat, semper Aulici & in malitia magistri, qui putant se litteris abundare, occultè & insidiosè murmurare de deuotionibus, potentiū & Prælatorum, non desinunt & vt Hispani dicunt, *Con el pestanear de los ijos se auisar vnos a otros y se ablan bien y quieren mal continuamente.* Imitantes conuiuas, & Pharisæos qui intra se murmurabant de Christo quia dicentes quis est hic qui etiam peccata dimittit?

Dolosi in corde murmuratores politici blando loquentes & viscera ferientes. Galfr. in suis alleg. ad c. 2. Lucæ.

Vnde interrogat Galfridus in alleg. suis quare Christus Lucæ 2. dixit: *Et vos cum sitis mali nostis bona facere,* Et respondet, *quid enim nobis nisi malum valde, scio,* inquit, *Apostolus, quod non habitet in me (idest in meo corpore) bonum, quid in ore? Iacobum audiamus, lingua (inquit) modicum membrum est, &c. multo magis prauum est cor hominis inscrutabile: hoc est tam prauum vt ad finem suæ prauitatis scrutando nequeas peruenire.* Quasi dicat, peccatum doli absconditi ita malum est, quod nunquam finem habeat, quia qui dolosi loquuntur bene, loquentes & oculis annuentes & mala in cordibus retinentes, homines deteriores sunt mundi, quia quo plus intelligentia crescit, eo plus malitia in cordibus augetur & vt Hispani dicunt: *Sienpre se hablan bien y quieren mal,* quod proprium est Aulicorum, & ambitiosiorum Ecclesiasticorum superiorumque & magistrorum vtriusque fori,

Dolosè loquentes deteriores peccatores. *Malitia in sapientioribus ambitiosisque plus habitat.*

Galfr. in alleg. cit. *Aulici & superiores fallaces, in corde vtuntur & in ore blāde loquuntur.*

& addit Galfridus. *Diuinus si quidem ignis non dolose vrit sed amore magis accendit, inflammatio autem gehenna vrit corda & linguas falso dispertiens, vt quisquis nostrum sua cuique lingua, & quasi nunc Græce, nunc Hebraicè, nunc Latine loquatur, vt si eam audias hic non illam putes quem paulo ante audieras, & hic proprie potest vocari vir linguosus, quia quod in corde sentit lingua loquitur.* Quasi dicat dolosi & bifrontes quos Hispani vocant *hombres de dos caras,* nunquam quæ sentiunt loquuntur: sed modo Gallicæ postea Hispanicè & semper variè loquuntur, quos

Hispan. loq.

Politici Schadista sapiunt Atheismum. *Politici semper machinationibus repleti.*

bis calamitosis temporibus vocamus Politicos vel Schadistas, vel Atheistas quia ipsum Deum, (si possent) præsumerent fallere, sicut Pharisæus & conuiuæ, qui oculis se annuentes murmurabant dicentes, *Hic si esset propheta sciret vtique,* & more eorum innatum est mendacium, quia suauiter Pharisæus respondit Christo: *Magister dic,* & in corde non magistrum sed dæmoniacum reputabat.

DIFFICVLTAS XII.

Ad mores.

Quare dicitur; fides tua te saluam fecit vade in pace.

QVæsitum fuit si per solam fidem, hæc mulier iustificata fuit? 1762

1. Responsio fuit Maldonati, quod est Hæreticorum error dicere quod sola fide iustificamur. Vnde Gregorius Papa lib. 9. moral. cap. 21. super illud Iob 29. *Oculus fui cæco, pes claudo,* ait, *potest cæco gentilis populus claudo autem Iudaico cōparari. gentilis quidem, quasi oculos non habuit quia non recepta lege non vidit qua via ire debuit: at contra Iudaicus habens oculos claudus fuit: qui legem quidem tenuit sed in ea recti operis gressus non tetendit.* Ideo translatio septuaginta legit, *Vsquequo claudicatis in ambobus populus vester seu vtroque pede, fide videlicet & opere.*

Mald. cit. in litt. *Error hæreticorum circa fidem.* Gregor. Papa moral c. 21. *Fides claudicat sine operibus.* *Populus gentilis cæcus Iudaicus claudus.*

D. Greg. Nazianz. in 3. Reg. 18. D. Bern. in c. 4. Gen. Hieron. à Bern. cit. Transl. 70. *Fidicida est qui non rectè operatur cum fide.*

Et D. Gregor. Nazianzenus explicans illud 3. Reg. 18. *Vsquequo claudicatis, in duas partes,* ait, *claudus vocatur in scriptura qui non correspondet operibus fidei.* Et D. Bernardus explicans cap. 4 Genes. *Nonne si bene egeris, accipies,* dicit, quod D. Hieronymus legit iuxta traslationem 70. *Nonne si rectè offers, & non rectè diuidas peccasti? noli esse rectus & prauus diuisor: quid diuides actum à fide? inique diuidis fidem perimens tuam: nam fides sine operibus mortua est, Munus mortuum offere Deo (Et addit) quædam fides anima ipsa deuotio est, quid fides quæ non est ex dilectione nisi cadauer exanime? Bene honoras Deum munere fœtido? non mirum, si Cain insurrexit in fratrem qui prius suam occiderat fidem, quid miraris ô Cain si ad tuam non respicit fidem, qui te despicit. Si manum deuotioni, quid animam das liuori? Non concilias tibi Deum discors tecum, non placas sed peccas etsi non impie feriendo sed tamen diuidendo non rectè? si nondum fratricida iam tamen fideicida.* Quasi dicat, nunquid rectus quando manum porrigit Deo cuius cor in terram trahit liuor & fraternum odium; quomodo rectus cuius fides mortua, cuius opus mors, cuius nulla deuotio & amaritudo multa. Et concludit Bernardus, *erat quidem in efferente fides sed non in fide dilectio, mors fidei separatio est charitatis.* Quasi dicat Hæreticis nostri temporis Magdalena non ex fide sola, sed formata charitate salua fuit vt Maldonatus dixit.

Homicida est fide sola quomodo saluabit. Bern. cit. *Fides cum charitate Magdalenam saluauit.*

1763 Caiet. cit. in litt. Oleast. in Gen. 42.

Vltima Responsio fuit Caietani in litt. cit. *Vade,* inquit, *in pace, id est, internè consolata quia satisfactionem à te accepi.* Quasi dicat, non est comparatio ad gaudium & lætitiam tutæ conscientiæ. Vnde interrogat Oleaster, quare Genes. 42. de Isachar dicitur. *Et vidit requiem quoniam bona est,* sic legit Pagninus, Et respondet, *quod in Hebræo, dictio* Nacmach, *significat requiem, vel dulcedinem, vt patet* Prouerb. 9. *panis absconditus dulcescet* & erit sensus *Isachar vidit quod requiescere & pacem habere dulcius nihil esset.* Et addit Oleast. *quæcunque dura & molesta ferenda esse ob requiem, & quanti æstimanda sit pax ad morem Isachar qui se onerare duplici sarcina permisit potius quam pacis requiem amittere.* Quasi dicat omnia opera laboriosa & pœnalia quæ

Transl. Pagn. *Hebræa dictio Nacmach, idem quod dulcis requies pacis.* Prou. c. 9.

in peccatoribus conuersis offeruntur, pro nihilo reputantur in corde suo in comparatione pacis & quietis quibus tuta conscientia fruuntur.

Stephan. in alleg. in lib. 4. Reg. 22.

Hinc Stephanus in alleg. Galfrid. cit. explicans illud 4. Reg. 22. *Ecce collegeris ad sepulchrum tuum in pace,* ait, *ecce Dominus promisit Iosia sepulchrum pacis & tamen occisus est, quia tribulatio temporalis non aufert pacem quam dat Dominus; vnde de martyribus dicitur: corpora sanctorum in pace sepulta sunt; scilicet in pace pectoris quam non aufert gladius.* Et D. Gregor. explicans illud Iob. 3. *Quis resistit ei, & pacem habuit,* ait, *bene hoc, quia peruersa mens vnde se contra structorem erigit, in semetipsa confunditur.* Quasi dicat, qui fruuntur in pace bonis huiusmodi, & qui rosis coronantur, & ambitione repleti vestigia suprema sequuntur si interna conscientiæ pace carent torquentur, & dilaniantur cordibus suis. Et Galfrid. in alleg. suis. *Quæ est ista pax non videtur pax in terra præsertim eis quibus promittitur hominibus scilicet bonæ voluntatis, nunquid enim homo bonæ voluntatis Stephanus non erat, sic dilexit Deum vt testimonium ei etiam inter saxa præbuerit: sic dilexit homines, vt pro eis à quibus occidebatur in ipsa mortis hora flexis genibus exoraret; & huic homini bonæ voluntatis, quæ pax fuit, lapidauerunt inquit Stephanum,* (Et addit) *Magna quidem pax etiam in terra, sed non de terra neque etiam cum terra.* Quasi dicat, pax quæ contradicit cælestibus quærenda est, sic vero sit pax vbi non est pax, cum obseruantia præceptorum legi Dei, & suæ professionis non est quærenda sed abiicienda; quia scriptum est si hominibus placerem seruus Dei non essem.

Gregor. PP. lib. 9 moral. cap. 2. in Iob. 9.

Voluptatibus fruentes sine pace conscientia in corde torquentur.

Galfrid in alleg. suis.

Pax in terra sed non de terra neque cū terra habenda est.

Vnde Leo Magnus, In præfatione omnium sanctorũ. *Qui semper cum Deo sunt soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculis pacis, nunquam ab æterna lege dissentiunt fideli oratione dicentes, fiat voluntas tua sicut in cælo, & in terra hi sunt pacifici, hi bene vnanimes sanctéque concordes, hi vocandi sunt æterno nomine filij Dei, coheredes autem Christi.* Quasi dicat, qui talem pacem habet nullas iam aduersitates sentiat nulla scandala pertimescat, sed finito omnium tentationum certamine in tranquillissima Dei pace requiescat. Et hoc Christus Magdalenæ promisit teste Lyrano cum dixit. *Vade in pace,* Quasi dicat, neminem timeas; quia ego peperci tibi, & ero tecum toto tempore vitæ tuæ, & postea in secula seculorum.

Leo PP. Magnus serm. festiuit. omnium sanctorum.

Pacem qui habes in corde nihil trepidas.

Lyra in lit. cit.

TRACTATVS QVADRAGESIM. SEPT.

Ad Litteram, *In cap.* 11. *Ioannis. De concilio contra Iesum Ierosolymis congregato.*

TEXTVS.

47. COLLEGERVNT ergo Pontifices, & Pharisæi concilium, & dicebant quia facimus? quia hic homo multa signa facit. 48. Si dimittimus eum sic omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent locum nostrum & gentem. 49. Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine cum esset Pontifex anni illius dixit eis: vos nescitis quidquam. 50. Neque cogitatis, quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat: 51. Hoc autem à se metipso non dixit, sed cum esset Pontifex anni illius Prophetauit, quod Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed vt Filios Dei qui erant dispersi congregaret in vnum. 52. Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eum. 53. Iesus autem iam non in palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem quæ dicitur Ephren, & ibi morabatur cum discipulis suis.

EXPLANATIO LITTERAE.

1764 *Liuor & inuidia causa omnium malorum.*

COllegerunt Pontifices, & Pharisæi concilium, & dicebant quid facimus? repræsentat nobis Euangelista rationes propter quas Pontifices concilium congregauerunt; quia scilicet honor, & applausus circa famam Iesus crescebat notabiliter, quod est dicere quod liuore, & inuidia consumebantur, non quod aliquid mali fecerit, sed quia multa bona operabatur.

Lyranus aduertit quod Pontifices erant de tribu

Lyr. sua in gloss.

Pontifices ex tribu Leui Pharisæi ex tribu Symeon Genes. cap. penult.

tribu Leui Pharisæi autem de tribu Symeō, ideo in figura illorum dicitur in Genes. cap. penult. Symeon & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia in concilium illorum non veniat anima mea.

1765 Quid facimus? quia hic homo multa signa facit, non quærebant remedium salutis suæ sed occasionem perdendi Christum quia si veritatem quærerent debebant dicere, Moyses non fecit tot signa & fuit magnus Propheta: ergo Christus plus est quam Propheta quia maiora signa facit.

Exod. c. 4. Moyses non fecit tot signa sicut Christus.

1766 Si dimittimus eum sic, omnes credēt ineum, id est tanquā in Christum cui secundū scripturas debebatur regimen populi Dei: & hac occasione timentes Romanos qui dominabantur eis, dixerunt rebellio magna insurget contra Cæsarem & tunc quia potentiores sunt, venient & expellent nos de regno proprio, quod supplicium debitum est Tyrannis rebellantibus contra Regem suum proprium.

Christus idē est quod vnctus in Regē. Tyranni expellendi è regno cū populo eum sequente.

1767 Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset Pontifex, volens ostendere rationem superiorem debitam officio supremo, dixit, vos nescitis quod tenendum de fide est & executioni mandandum. Vnde Iosephus aduertit quod à tempore Herodis Scalonitæ officium Pontificatus lucri causa vendebatur, & solum durabat, vsquequo sub præcone & sub hasta, voce præconis vendebatur.

Iosephus lib. de bello Iud.

1768 Expedit vt moriatur, ac si diceret, etiam si esset iustus & bonus, debemus ad bonum commune attendere & sic expedit vt moriatur, vt non pereat tota gens per potentiam Romanorum offensam. Vnde manifeste patet passio inuidiæ & liuoris contra Christum, in nullo casu licitum est interficere innocentem, quia per hoc non procurabatur bonum commune sed amplabatur ruina & destructio, propter quod iudicio iusto Dei factum est; quod illud malum quod timebant euenit eis. nam post 42. annos à Tyto & Vespasiano ciuitas Ierosolymitana destructa est, sicut prophetizatum erat à Daniele cap. 9. n. 26. dicente: & ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus, cum duce venturo & Christus Lucæ 9. dixit flens: si cognouisses & tu quæ ad pacem tibi.

Non sunt facienda mala vt veniant bona.

Iudicia Dei incomprehensibilia.

Daniel. 9. n. 26. Tytus & Vespasianus dissipauerunt Ierusalem. Lucæ c. 9.

1769 Hoc autem à semetipso non dixit sed cum esset Pontifex anni illius. Quantum attinet ad litteram, ipse praua intentione hoc dixit scilicet vt damnaretur & moreretur Christus & periret nomen eius: quantumuis attinet ad sensum spiritualem à semetipso non loquutus est sed ratione officij inspirauit eum Spiritus sanctus vt sententiam tam mysteriis plenam diceret. Et ideo possunt sententiæ diuersæ connecti, nam aliqui dicunt quod renuente Caipha, hæc verba protulit; alij quod non, sed sponte & voluntarie. Sed sic duplici sensu possunt intelligi verba; & voluntariè & nōn cum ea intentione pronuntiata intelligi possunt.

Duplex sensus vnius sententiæ, vterque verus.

1770 Et non tantum pro gente sed pro filiis Dei qui erant dispersi & non quia actu essent filij Dei sed in posterum per fidem reducendi erant & quando numerus prædestinatorum adimpletur, tunc qui sunt dispersi in omnem terram per passionem & sanguinem Christi saluabuntur.

Fideles dispersi, vnitom ne prædestinati.

1771 Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerēt eum, id est quod decretum fuit datum & publicatum, vt quicunque caperet Iesum apprehenderet eum & adduceret ante eos, vt occiderent eum. Ex quo patet quod de iudicio sublatus est Christus, & quod damnauerunt eum Iudæi & ipsi fuerunt accusatores, aduocati, iudices & executores, & quod vere & realiter Iudæi Christum occiderūnt, non semel sed multoties lingua, vt Augustinus dixit, quando dixerunt crucifige, crucifige. Et in concilio quando per certa & publica decreta cogitauerunt & præceperunt Ministris suis vt eum caperent. Et hinc patet causa propter quam Euangelista dixit: quod sequitur.

Iniquum iudicium est sententiam contra inauditum ampartem dare.

Hysp. loc Sententia en rebeldia cōtra absentem dare.

Christus iniuste damnatus quia apud illos erat quotidie.

1772 Iesus autem iam non palam ambulabat apud Iudæos non quia Iudæos timebat neque mortem, qui mortuos suscitabat; sed ne occasionem daret eis irritandi se contra eum, Vel (meo videri) vt veram humanitatem suam ostenderet; & sic audita sententia concilij abscondit se ab oculis inimicorum. Vel vt expectaret tempus aptum ad suam passionem à Patre prædefinitum vel vt probaret fidem discipulorum, & videret si calicem mortis bibere cum eo timebant. Vel vt Iudas qui iam dubitabat in fide roboraretur, videns Iesum ex hoc loco progredientem & ingredientem Ierusalem cum triumpho & gloria puerorum clamantium, osanna, benedictus qui venit in nomine Domini.

Humanitas Christi abscondendo se probatur.

Iudas deterior quotidie.

Sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem quæ dicitur Ephren vel Ephrain vt Græci legunt vel Ephratam, alio nomine Bethlehem. Sed hoc non videtur verum quia Christus non erat absconditus vbi natus fuit. Nisi dicamus quod vbique erat securus: quia nondum venerat hora eius. 1773

Ephren Idem quod Ephrata vel Bethlehem.

Sed Lyræ nostræ credendum est quod Ephren erat in deserto ciuitas parua & à paucis communicata, quia erat extra viam.

Lyra noster.

Et ibi morabatur cum discipulis suis vsque ad tempus propinquum suæ passionis, dicitur autem, morabatur, non quia domicilium adquisiuit cum ipse diceret. Vulpes foueas habent & volucres cæli nidos filius autem hominis non habet vbi requiescat, vel inclinet caput suum: & ideo vbi recipiebant eum & discipulos suos, ibi pernoctabant, ostiatimque eleemosynas petebāt ad sustentationem humanæ vitæ. Quia vt in Regula fratrum minorum dicitur, Dominus se fecit pauperem in hoc mundo, ideo ostiatim recurramus ad mensam Domini petendo eleemosynas, neque licet verecundari. 1774

Christus cum discipulis ostiatimmendicabat.

In Regula frat. minor. c. 3.

TRANSLATIONES ANTIQVIORES & neotherica In cap. 11. Ioannis de concilio contra Christum congregato.

n. 46. *Vulgat. Collegerunt ergo Pharisæi concilium & dicebant quid facimus.*	1. Cōgregati sunt Principes sacerdotum & Pharisæi & dicebant, quid agemus nam vir iste multa signa edit.
Translat. ex Syriac.	

Translat.

Translat. Vatabli.	2. Quid agimus? quia homo hic multa signa edit.
Lyran. sua in glossa.	3. Collegerunt qui erant maioris auctoritatis & magis litterati & qui videbantur præ aliis Religiosi, ex quibus factum eorum grauius erat.
Iansen sua in concord. cap. 103.	4. Quid suadetis faciendum & super vt faciamus.
n.48. *Vulgat. Si dimittimus eum Venieni Romani, &c.*	5. Quod si ita sinamus eum omnes homines credent in eum, venientque Romani & tollent locum nostrum.
Translat. ex Syriac.	
Translatio Vatabli.	6. Si manserimus eum sic omnes credent in eum venientque Romani & tollent nunc locum nostrum, tum gentem.
Lyranus sua in gloss.	7. Si dimittimus eum, in Christum tanquam in Regem credent.
Iansenius citatus.	8. Venient Romani sæuientes in nos tanquam in rebelles.
n.49. *Vulgat. Vnus autem ex eis, &c.*	9. Vnus autem ex ipsis cuius nomen erat Izacopha qui erat summus sacerdos anni illius, dixit, vos nil scitis neque excogitatis, expedit vt vnus moriatur & non omnis gẽs.
Translat. ex Syriac.	
Transl. Vatabli.	10. Vos nõ scitis quidquam nec perpendetis expedire nobis, vt vnus homo moriatur pro populo.
Iansenius in concord.	11. Expedit quoquo iure quave iniuria perire vnum hominem ne tota gens excindatur.
n.51. *Vulgat. Hoc autem à semetipso, &c.*	12. Hoc autem ex propria voluntate non dixit, sed quia erat summus sacerdos vaticinatus est fore vt Ieschua pro gente moreretur.
Translat. ex Syriac.	
Translatio Vatabli.	13. Cum esset Pontifex vaticinatus est Iesum moriturum esse pro gente.
Iansen. sua in concordia supra cit.	14. Motus autem ab spiritu sancto hæc dixit.
Lyran. sua in glossa.	15. Hoc autem non ratione sui meriti sed ratione officij dixit.
n. 52. *Vulg. Ab illo ergo die cogitauerunt.*	16. Ab illa die machinabantur vt interficerent eum.
Translat. ex Syriac.	
Transl. Vatabli.	17. Ab illa die consultauerunt vt interficerent eum.
Translatio græca.	18. Post auditam sententiam Caiphæ firmiter decreuerunt vt interficerent Iesum.
n.54. *Vulgat. Iesus autem iam non Palam ambulabat.*	19. Ipse autem Ieschua profectus est in arcem quæ vocatur Ephren & illuc morabatur cum discipulis suis.
Translat. ex Syriac.	
Translat. Vatabli.	20. Iesus autem abiit illinc in regionẽ deserto vicinam, in ciuitate quæ dicitur Ephrain.
Lyran. sua in glossa.	21. Abiit Iesus in ciuitatem paruam iuxta desertum & ibi morabatur.
Auctoris mens.	22. Mendicans morabatur non in proprio domicilio.

DIFFICVLTAS PRIMA

Ad litteram.

Quare dicitur, Quod collegerunt Pontifices & Pharisæi concilium aduersus Iesum & dicebant quid facimus?

QVæritur ad quid tot personæ graues congregatæ sunt in concilio contra Iesum.

1. Responsio est Caiet. in Euang. qui ait collegerunt. *Idem est ac congregauerunt & Pontifices idem est ac Principes sacerdotum, Pharisæi autem non solum sed multi alij, & quoniam non dicit conciliũ intra se fecerunt, significat quod concilium totius ciuitatis publicum congregauerunt.* Quasi dicat, fecerunt causam communem vt omnes excitarentur contra, Iesum vt Hispani dicunt *turieron a conzeso abiecto* vt nullus postea Christum defenderet. 1775 Caietan. in Euang. *Malitia superiorum inrbam simplicẽ fallit.*

2. Responsio Theodoreti in catena citat. *Debebant admirari ac extollere eum quod talia peragebat miracula: ipsi vero potius conciliantur illum occidere & ad hoc collegerunt concilium.* Quasi dicat, inuidia colores mutat & bonum, malum facit & malum bonum præsertim cum capita sunt malè affecta. 1776 Theodoret. in cath. cit. *Capita male affecta de Christo blasphemare faciunt:*

3. Responsio meo videri congregati sunt Pontifices & Pharisæi qui erant de tribu Leui & Symeõ vt vnusquisque causas dubitationis proponeret. Quia alij dicebant multa signa facit: 1777 Auct. mens.

bonus

Votum singulare virtutē & rempublicam defendens à malignāt reprobatur, & non valet.

bonus est Christus, alij negabant dicētes seducit & conturbat populum: alij timebant viare loqui: collegerunt ergo concilium; quia Nicodemus, & alij cum eo Christum defendebant, sed non præualet votum vnum contra tot capita malignantia.

1778 *Origen. in cath. cit. Inuidia cæca est & ratione caret.*

4. Responsio Origen. in cath. cit. *Considerate eorum insipientiam, & cæcitatem: insipientiam quippe quia testificantur, illum multa peregisse miracula, & tamen existimabant se posse aduersus eum æmulari velut si aduersus æmulationes non posset. Cæcitatis autem argumentum erat, quia qui faciebat miracula si vellet ab ipsis liberaretur.* Quasi dicat, ideo addiderunt impedimentum publicum, dicentes venient Romani; quia rationes in contrarium nihil posse vel valere cognoscebant.

1779 *Chrysost. cit. in cath. Simplices turba facilè à potentatibus falluntur.*

Chrisost. in cath. cit. *Hoc dicentes populum voluerunt concitare vt periclitandum ex suspicione tyrannidis.* Quasi dicat, quid facimus; quia si Romani viderint Christum turbas seducentem suspicabuntur nos tyranidem velle constituere, & destruent nostram ciuitatem.

1780 *Auct. mens. Ambitiosi inuidi mōstra fingunt timoris & miseriarum.*

6. Responsio, meo videri, vsque ad summum malitia sacerdotum, & Pharisæorum in concilio isto peruenit; nam suam volentes passionem palliare, tyranidem rebellionis fingebant: nam vbi erant armigeri; vbi exercitus, & munitionis? sed malitia potestatum, & superiorum ambitionis causa monstra fingit, falsa testimonia audit, & machinàs indicibiles contra iustum intentat, quia inuidia ferax bestia est, & vsque ad interemptionem persequi non cessat.

1781 *August. in cath. cit. Ambitiosi fidem Dei non curant & sibi soli placere intendunt augendo temporalia etiā si tota Religio pereat. Ambitio superiorum omnia perdit.*

7. Responsio August. in cath. cit. *Neque tamen dicebant credamus; plùs perditi homines cogitabant quomodo nocerent, & perderent quam quomodo sibi consulerent ne perirent, & tamen timebant, & tamen consulebant, & dicebant quid facimus, quia hic homo multa signa facit.* Quasi dicat, quia ambitio intra cor eorum manebat abscondita; neque de bono communi, neque de sua salute spirituali curabat, sed furia, & zelo vindictæ abscondita ex ambitione procedente solum sibi placere inuestigabant, etiam si rempublicam perderent, & regnum vt cito contigit; quia ambitio effrænata regna, respoblicas, & religiones perdit, vt latius ad mores dicam.

DIFFICVLTAS II.

Ad litteram.

Quare dicitur, venient Romani, & tollent locum nostrum & Regnum?

1782 QVæritur quare tanto timore perculsi dixerunt congregati in conciliabolo venient Romani, &c.

Caietan. in Euang. Timor monstra fingit & excæcat impios.

1. Responsio fuit Caiet. in Euang. *Amor proprie authoritatis excæcauit illos, vt timerent Romanos: proponunt isti cæci quod continuato concursu populi ad Iesum vt messiam: Romani videntes proprium Regem profiteri venirent cum valida manu, & tollerent sacerdotium cultumque templi Iudæorum, & in pœnam transferrent eos in alium locum.* Quasi dicat, vt cæci loquebantur timentes: quia si messias erat Christus (vt timebant) ipse poterat à Romanis defendere eos.

1783 *Glossa ord. Exercitum fine exterioribus, & oppressionibus conseruantur aliàs cito euanescunt.*

2. Responsio Glossæ ordinariæ. *Quia sentiebant doctrinam eius esse contra templum, & paternas leges; timebant ne si omnes crederent in eum nemo remaneret qui contra Romanos ciuitatem Dei, & templum defenderet,* (Et addit glossa) *de temporalibus timent non de æternis, & vtraque perdiderunt vbique dispersi.* Quasi dicat, dispersionem exercitus Iudæorum timebant ne ita veniret: nam si post Christum omnes abibant quomodo milites, & exercitus possent haberē, vt Hierusalem, & templum defenderent; sed qui temporalia solum respiciunt iusto Dei iudicio omnia perdunt.

1784 *Auct. sent. Impij cautelosè plebem ferrent & humilitatem affectantur.*

3. Responsio, meo videri, Pontifices, & Pharisæi inbecillitatem, & infirmitatem finxerunt dicentes venient Romani, & tollent locum nostrum; quasi insinuantes, quod populus non haberet quærelam contra illos, quando calamitates Romanorū superuenire experirentur, & hac ratione populum aduersus Christum plus cōcitarent, quasi Hispano idiomate dicerent: *Ne os que xeis de nosotros queine os ausfamos cen tieupe.*

1785 *Iansf. sua in concord. c. 103. Impij Prælatum Religiosum & timoratum fugiūt relaxatū eligunt.*

4. Responsio Iansenij sua in concordia cap. 103. *Hanc cæcitatem ingenerauit illis prædictus amor proprij cōmodi, & gloriæ, quia dolebant obscurari & gloriari Christū, qua gloria non dubitabant se penitus priuandos.* Quasi dicat, somniabant quod Messias regnum temporale erat consecuturus erat, & per consequens si Christus regnaret illos eiciendos quia suos mores & vitam deprauatam quotidie reprehédebat, & ideo venturum Præsulem religiosum, & timoratum timentes fugiunt, & deprauatum omissionibus plenum mitem, & negligentem eligunt, de quo plura ad mores.

DIFFICVLTAS III.

Ad litteram.

Quare dicitur, quòd Pontifex anni illius dixit, expedit vt vnus moriatur & non tota plebs pereat.

QVæritur in quo sensu iste Caiphas protulit sententiam istam celebrem. 1786

Chrysost. in cat. S. Th. cit. Præses senatus si superbus & potens est omnia vota ad se crudeliter attrahit.

1. Responsio Chrysostomi in cath. cit. *Cum autem illi hæsitabant, & non in ordine concily proponebant, dicentes quid facimus? vnus inuerecunde, & cum crudelitate clamans: vos nescitis quidquam neque excogitatis.* Quasi dicat, cum præses insolens male, & deprauatæ intentionis esset videns quod dubitant in decreto condemnandi Christum; quia nullam iustam causam inueniebant: tanquam superbus, & crudelis opprobrians mentem, & intellectum fratrum suorum in concilio: dixit contemnens, & pauorem eis incutiens: vos nescitis neque attente cogitatis quod expedit.

1787 *Alcuin. in cath. cit.*

2. Responsio Alcuini in cath. S. Thom. cit. *De hoc Caipha Iosephus refert quod pretio sibi sacerdotium vnius anni redemerit.* Quasi dicat, erat Caiphas Symoniacus quia pretio sacerdotium

Symoniaci iniustè iudicant.

cerdotium emerat, & quomodo poterat causas iustè iudicare, quia effectus correspondent causis suis.

1788 Theoph. in cath. S. Th. Balaam impius Propheta & asina eius dura dixerunt.

3. Responsio Theophilacti in cathena cit. *Hoc autem ipse mala intentione dixit, tamen spiritus sancti gratia ore eius usa est ad futuri præsagium.* Quasi dicat; Dominus qui aperit labia Prophetarum & Asinæ Balaam vt vera dicat in ore istius nefandi Pontificis mysteria nostræ redemptionis inspirauit, vt diceret quod ipse non intelligebat.

1789 August. in cath. cit. Bona multa mali prædicunt. Prædicator malus solet bonos facere verbis sancti Euangelij.

4. Responsio Augustini in cathena citat. *Hic docemur homines etiam malos prophetiæ spiritu futura prædicere, quod tamen Euangelista diuino atribuit sacramento, quia Pontifex fuit id est diuinitus sacerdos.* Quasi dicat ratione officij multa tribuit Deus bona malis vt quando Deus per scandalosum prædicatorem populum vel peccatores conuertit, propter verba sancti Euangelici cum feruore prolata.

1790 Auct. mens. Verba cũ praua intentione dicta digna sunt supplicio Dei.

5. Responsio, meo videri, ideo Euangelista insinuauit quod erat Pontifex anni illius: quia verba in quantum veritatem Chatolicam continebant erant ab spiritu sancto producta: in quantum vero à decreto concilij per Caipham callidè & malitiose dicta, digna supplicio magno erant, quia Deicida fuit & causa occisionis Christi.

1791 Chrysost. in cath. cit. Etiam discolis Prælatis obediendum.

6. Responsio Chrysost. in cath. citat. *Vide autem quanta spiritus sancti virtus à mente mala valuit verba inferente prophetia: vide etiam quanta sit Caiphæ virtus. Pontifex enim effectus & indigne electus, tamen Prophetizauit nesciens quid diceret, ore enim solum via est gratia contaminatum cor non tetigit.* Quasi dicat etiam discolis & Symoniacis Prælatis est obediendum quia etsi in cordibus eorum spiritus sancti gratia non assistat, tamen ex vi dignitatis & officij multa mirabilia Deus operatur; scilicet vt à subditis audiantur & per obedientiam mirabilia Deus incessanter opererur prodigia.

1792 August. in cath. cit. Prædestinati sunt dispersi in orbe terrarum.

7. Responsio, Augustini in cathena citat. *Nouerat Euangelista alias esse oues quas oportebat adduci: & ideo ait, & non tantum pro gente sed vt filij Dei qui erant dispersi congregaret in vnum.* Quasi dicat, Hæc secundum prædestinationem dicta sunt: nam neque oues eius neque filij Dei adducti erant, sed futuri erãt prædestinati ex omni tribu linguæ populo & natione adimplendi sunt vt in Apocalypsi testatur.

DIFFICVLTAS IV.

Quare dicitur, quod ab illo die cogitauerunt vt occiderent eum?

1793 QVæritur: quomodo quærebant interficere eum quem ex timore & reuerentia non audebant prospicere?

Origen. in cat. citat. Manum Caiphæ sententiã contra Christum subscri- bentem diabolus mouit.

1. Responsio Origenis in cathen. citat. *Concitati autem ad iram ex verbis Caiphæ taxauerunt vt occiderent Dominum, & ideo dicitur ab illo die, &c.* Quasi dicat, Exhortatio & admonitio Præsidis tantæ fuit efficaciæ quod à spiritu Sathanæ furiosi & citati omnes contra Christum sententiam subscripserunt. Et ego optime assentior. Quod spiritus Sathanæ, manum mouit sacrilegam Caiphæ vt sententiam contra Christum subscriberet, non vero organum vocis quia repugnat verbis Euangelistæ dicentis quod erat Pontifex anni illius & prophetauit. 1794

Iudices ira & passione repleti delirant iudicãdo.

2. Responsio Chrysost. in cathen. citat. *Quærebant quidem prius & Christum interficere & postea sententiam firmauerunt.* Quasi dicat: Iudices isti passione repleti nihil faiciebant, quod non esse delirium; nam prius inter prudentes iudices sententia subscribitur & postea pronunciatur & publicatur. Isti vero contra facientes prius clamauerunt dicentes, expedit vt moriatur & postea sententiam subscripserunt.

1795 Rupertus in c. 11. Ioan. Iudices à concilio & non à casu procantes sunt abominabiles.

3. Responsio Ruperti in Ioan. c. 11. *Quia conspirationem suam quasi rationabiliter auctoritate concilij confirmauerant, ab illo die præfinito concilio cogitauerunt vt quem autem lapidare voluerunt, per turbam & tumultum nunc interficerent quasi per iudicij ordinem legitimum.* Quasi dicat ex maturo consilio & non erga turbam copiosam decreuerunt quod antea tumultuatim & confuse cæperunt.

1796 Auct. mens. Emphasim habent verba illa: Ab illo ergo die.

4. Responsio, Sententia meo videri, Emphasis est & singularem aduertentiam indicat Euangelista: cum ait ab illo ergo die. Quasi dicat, multoties congregauerunt se Pharisæi & Pontifices ad persequendum Christum & delẽdam, memoriã eius dicentes quando peribit nomen eius, sed timentes plebem & affectus amicorũ & discipulos secretos & miraculis obligatos non executiòni mandabatur desiderium impiũ occidendi Christum: ab illo ergo die publicæ decretatum est, quod celeriter & sine intermissione, nulla interposita mora occideretur. Et ideo dicitur, ab illo ergo die: id est vnusquisque senatorum concilij existimabat se obsequium præstare Deo & reipublicæ beneficium facere, & ideo cogitabat vnusquisque quomodo caute & insidiose Christum capere posset vt gratias à concilio & populo consequeretur.

Impij ignorantes machinantur quomodo per illicitos modos se ingeniosi antoponant.

DIFFICVLTAS V.

Ad Litteram.

Quare dicitur, quod Christus erat absconditus in ciuitate Ephrem.

1797 QVæritur ad quid Christus si neminem timebat, abscondebatur.

August. in cath. S. Th. Cedere sæuitiis persequentibus, Tyrannorum licitũ est ad tẽpus.

1. Responsio Augustini in cathena citat. *Non quia potentia eius defecerat, sed quia exemplum discipulis demonstrauit quo appareret non esse peccatum si fideles ex oculis persequentium se substraherent, & furentium sceleratorum latendo potius euitarent manus, quam se ostendendo magis accenderent.* Quasi dicat cedendum est furori impiorum aliquando, quia infirmitas naturæ humanæ multoties contradicit; & iterum fructificatur & martyrij palmam consequitur.

1798 Rupertus in Ioan. 11.

2. Responsio Rupert. in Ioann. 11. *Non metu occasus sui verus iste Sol in nube se abscondit præsertim*

præsertim cum postmodum eundem occasum suum rustico aspectu præueniret, vt claritatem gloriæ eius inuidorum ferre non possent oculi. Quasi dicat, abiit Christus iuxta regionem desertam electam habitationem gentium & mansit in ciuitate, quæ vocatur Ephrem, quia in Ecclesia faciente fructum habitaturus erat in perpetuum per fidem. *Ephrem quippe* (inquit Rupertus) *interpretatur frugifer, seu crescens.*

Ephrem interpretatur frugifer.

1799 3. Responsio abscondit se, neo videri, vt probaret discipulos quibus iam dixerat, *vos estis qui permansuri estis mecum in tentationibus.* Et nulla maior tentatio quam videre discipulos Christum abscondere se & fugere à conspectu inimicorum: & discipulos stare absconsos persequutos & à ministris Pharisæorum quæsitos, & tunc diligere Christum, & fidem suæ diuinitatis habere, probatio fuit maxima dilectionis & exhibitio operis fidelis circa suum magistrum.

Auct. mens.

Amor in aduersis & periculis probatur, non in prosperis.

TRACTATVS QVADRAGES. OCTAVVS.

Ad mores, *In cap.* 11. *Ioannis, De concilio aduersus Iesum congregato.*

DIFFICVLTAS VI. Ad Mores.

Quare dicitur, quod Pontifices & Pharisæi collegerunt concilium aduersus Iesum dicentes, quid facimus?

1800 QVæsitum, fuit quare tot Pontifices & personæ graues concilium congregauerunt contra Iesum.

1. Responsio fuit Caiet. in litt. cit. *Quia capita Reipublicæ ad maiorem grauitatem negotij publicum Concilium conuocauerunt, vt nullus postea Christum defendere auderet*, ideo Rupertus supra citatus, ait. *Istud est concilium vanitatis cum quo Psalmista non sedet: hæc est illa Ecclesia malignantium ad quam neque, lex neque Prophetæ, vnquam introierunt.* Quasi dicat, manibus alienis quasi fallaces politici Deicidium tractauerunt.

Caiet. cit. in litt.
Malitia impiorum mentem excedit.
Rupert. supra citat.

Vnde interrogat Oleaster, quare Exod. cap. 1. n. 15. dixit Rex Ægypti obstetricibus. *Quando obstetricabitis Hebræas occidite pueros?* Et respondet, *quod in Hebræo, idem est viuificatrices, & obstetrices, quia ipsæ in occulto vuluam aperiunt, & viuere faciunt creaturam.* Et erit sensus, *dixit impius Rex Ægypti obstetricibus secretè interficere infantes*, Et addit ad mores Oleaster; *Volunt impij potentes mala alienis manibus, sed quid iis prosit, ostendit sanctus Dauid, qui cum Vriam gladio filiorum Amon occidisset se innocentē arbitrabatur sed non fuit*, vt 2. Reg. patet. Quasi dicat, væ Regibus & superioribus, qui manibus ministrorum suorum innocētes infantes viduas & pauperes fame occidere faciunt & ipsi arbitrātur se immunes & liberos esse, cū reuera non sint, quia nisi illi permisissent & tacerent, illi non auderent; & conciliabuli senatores Pharisæi & Pontifices de numero istorum sunt, quia vniuersale concilium collegerunt vt manibus simplicium turbarum Christum damnarent. Hinc Galfridus in alleg. suis, super Matth. 22. explicans. *Ibi erit fletus & stridor dentium*, interrogat, *quare Rex indignatus seruum illum veste nuptiali carentem misit in tenebras exteriores, vbi erit stridor dentium?* Et respondet, *Quia vt ego arbitror, nullum erit tormentum grauius malis, quam malitia cordis & iniquitas peruersæ voluntatis.* Quasi dicat, recognoscens seruus iniquus quod ex malitia & peruersitate multa mala perpetratus, erat præcipiens aliis vt iniquè agerent non ministrando, fideliter & legaliter, sed permittendo vt sordidis vestimentis sederet indignus tali loco & mensa ideo, dicitur quod stridebat dentibus suis. Et addit Galfridus. *Multi sunt vocati pauci vero electi, nemo itaque miretur quod in multis vocatis inuenienda sit paucas electorum, quia in terrenam esse ad quantitatem stipulæ, paleæ, furfuris, parua est quantitas similæ purioris.* Quasi dicat, nemo miretur, quod inter tot ministros Aulicos & senatores Regum vocatos ad regimen & gubernationem reipublicæ, pauci sint electi qui causas pauperum & pupillorum, viduarumq; respiciant quia in concilio contra Christum congregato solus Nicodemus non consensit voluntati eorum, quia omnes manibus alienis sua commoda quærebant & vindictam de Christo vnusquisque sumere desiderabat, & ideo dicebant, quid facimus? quia hic homo multa signa facit.

Oleast. in Exod. c. 1. n. 15.
Trans. Hebr.
Viuificatrices idem quod obstetrices.
2. Reg.
Reges parum prudētes manibus senatorum & ministrorū damnantur.
Hisp. los que consienten igual pena merecen.
Galfrid. in alleg. ad c. 22. Matth.
Peccata ex nimia malicia procedentia crudeliter soluentur in inferno.
Galfrid. cit.
Singularis est minister, qui Regibus iustè vel iniustè placere nolit.

Vnde interrogat Bernardus in allegoriis Galfridi & ait, *Fletum nempe tormentorum immanitas, stridorem dentium vehementia ipsa tabescentis inuidiæ & obstinata malitia extorquebit.*

Bern. in alleg. Galfr. cit.

1801 2. Responsio fuit Theodoreti in litt. cit. *Debebant admirari & extollere eum qui talia peragebat miracula; ipsi vero conciliantur ipsum occidere.* Quasi dicat, partus peruersæ inuidiæ sunt viperæ

Theod. cit. in litt.
Viperarum filij materna viscera rumpunt.

viperæ venenosæ quæ viscera matris collidunt quia conglutinantur, & vim faciunt vsque ad interemptionem.

Oleast in Genes. 4. Transf. Pagn. *Verbum Sahac significat congregare guttas sanguinum.* 1. Reg. c. 10. Oleast. cit. *Inuidia non parcit fratribus.*

Vnde interrogat Oleaster quare Genes. 4. dicitur *surrexit Cain in Abel fratrem suum, & occidit eum, ideo vox sanguinis fratris clamat ad me de terra?* sic legit Pagninus. Et respondet, *Quod in Hebræo verbum (Sahach) significat congregare, quia cum sanguis in occisionem alicuius effunditur copia guttarum sanguinum separantur, & ideo erit sensus voces sanguinum fratris tui Abel occisi congregantes se clamant aduersus te de terra. Vnde cum 1. Regum c. 10. dicitur congregauit Samuel populum, melius vertitur conclamauit Samuel ad populum.* Et addit Oleaster ad mores: *Audis quantum malum sit inuidia quæ neque fratribus parcit, sed occidit; & guttæ sanguinum dispersæ ad Deum clamant.* Quasi dicat, recole quid fecerint fratres Ioseph quos inuidia compulit fratrem in Egyptum vendere quem debebant honorare diligere, & amare; quia castus, & innocens & plus à Patre diligebatur, sed propterea in cisternam missus est; quia insignis, & singularis erat, & ideo Pharisæi, & Pontifices hodie ad effundendum sanguinem Christi in concilio congregantur, vt quem debebant admirari, & extollere; quia talia prodigia faciebat ad mortem condemnarent, & ideo vsque in finem mundi sanguis Christi dispersus, aduersus Iudæos clamabit, vt adimpleatur quod ipsi à Pilato petierunt dicentes sanguis eius super nos, & super filios nostros.

Studiosus, & singularis à fratribus stultis inuidiosis abhorretur. Sanguis dispersus clamat contra homicidas.

Plin. lib. de natu. hist. *Elephas sanguine viso incenditur ad prælium.* 1. Machab. 6. n. 34. B. Laurent. Iustini. de charit. c. 7.

Vnde Plinius refert quod Elephas sanguinem fundens in prælio acuitur. Vnde antiquitus Elephantibus dum vterentur in bellis, eos prius sanguinis aut rei quæ sanguineum colorem referret obiectu acuebant. Huius moris etiam in sacris litteris mentio fit 1. Machabæor. c. 6. n. 34. Vnde addit B. Laurentius Iustinianus de charit. c. 7. *Accendamur amore Christi inspicientes sanguinem eius ab impiis effusum in concilio clamantibus, quid facimus?* Quasi dicat, excæcat hunc mentem qui Christum amat, dura aspera ac mortem minantia animas acuant non deprimant. Elephas quisque fit Christi sui sanguinem videns, & præconia audiens ministrorum detestabilium audiens quærentium eum, & præmia promittentium cuicunque sanguinem suum effuderit, figat in sententiam contra Christum datam oculos mentis, & se ad pugnandum contra conflictus certus in hoc sacro tempore arma spiritualia induat, & contra se & sua peccata intendens quæ causæ effusionis sanguinis Christi fuerūt clamet cū Patriarcha Iacob. *Simeon & Leui vasa vellentia iniquitatis in concilium illorum non veniat anima mea.* Quia dum Christum exaltare, & honorare debebant propter prodigia quæ operabatur admiranda concilium, vt eum occiderent collegerunt, vt adnotauit Theod.

Christianus deuotus & contritus cōtra sua peccata clamet vt elephas. Genes. cap. supra cit. Theodoret. citat.

* * *

DIFFICVLTAS VII.

Ad Mores.

Quare dicitur venient Romani & tollent locum nostrum & regnum?

QVæsitum fuit quare tanto terrore percussi dixerunt isti venient Romani, &c. 1502

1. RESPONSIO fuit Caietani in litt. cit. *Quia amor propriæ auctoritatis excæcauit illos.* Quasi dicat, Deum & mundum diligere præsumebant. Vnde interrogat Oleast. quare Gen. 31. dicitur quod Labam dixit Iacob. *Si afflixeris filias meas, nocuerisque eis?* Sic legit Pagnin. Et respondet: *Quod in Hebræo dictio, hanah, significat humiliare vel affligere, & erit sensus, si humiliaueris filias meas faciendo ex vxoribus ancillas.* Vel aliter: *Si afflixeris filias meas accipiendo etiam ancillas in vxores nocebis eis?* Et addit: *Ad mores, vides quomodo verus amor non ita ardet diuisus sicut singularis & vnicus.* Quasi dicat nemo potest duobus Dominis seruire, propriæ scilicet commoditati, & voluptati, & Deo, sicut isti qui propter amorem sæculi Christum damnauerunt & Deo placere clamabant.

Caiet. cit. in litt. Oleast. in Genes. 31. Transf. Pagn. *Hebræa dictio hanah idem quod affligere.* Oleast. cit. *Amor diuisus non est amor sed voluptas.*

Hinc interrogat Lypomanus quare Genes. 17. *Dixit Deus ego sum, & ponam pactum meum?* Et respondet: *Quia solus vult Dominus haberi, credi coli, & amari, & vt solus noster Dominus est sic totos nos exigit esse suos.* Quasi dicat, si Deus noster ita se nobis iungit quod non sit alia natio tam grandis quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut nobis Deus noster; quia omnes nationes reliquit, & solos Christianos diligit, quare homo temporalia mundi cum ipso amare prætendit?

Lypom. in Gen. 17. *Solus Deus noster est & amari solus vult. Luxuriosus Deo & rei amatæ seruire vult.*

Vnde Cyrillus explicans c. 30. Exod. *Diues non addit ad dimidium sicli, & pauper nihil minuit, ait, lib. 2. in Ioan. lex pecuniam Deo offerre iubebat, non quoniam pecuniam Deus colligere vellet, sed per figuras maiora docere.* Quasi dicat, teste Beda. *Quia siue magnus sis siue paruus meritis tener ac imperfectus & in profectu virtutum à cunctis charitas exigitur.* Quasi dicat, quod Deus solum pecuniam auream sine mixtione scoriæ vel alterius metallis quærit quæ est charitas pura, & æchrysolata quæ figuram æterni Cæsaris habet sculptam.

Cyrill lib. 2. in Ioan. Exod. c. 30. Beda ibi. *Charitas perfecta est moneta Dei.* Hisp. loc. *El ambitioso es moneda de dos caras.*

Et addit Lypomanus. *Nota autem non exigi integrum siclum sed dimidium: nam charitas imperfecta est dum peregrinamur in hoc sæculo, perficienda autem in cælo.* Quasi dicat etiam si Deus totis viribus humanis hic ametur ex toto scilicet corde, & mente, & intenso conatu: ita vt omnia mundi temporalia contemnat propter Deum summe dilectum, adhuc sic amando non habet perfectum amorem vsquequo in cælestibus regnis ab vbertate amoris Dei sit inebriatus. Quomodo igitur si hic cor diuisum est amando temporalia bona amare Deum, & placere Deo, & hominibus potest.

Lypom. cit. *Charitas perfecta hic non potest esse. Amor mundi excæcat corda.*

Hinc Augustinus lib. de Doctrina Christiana c. 22. *debuit homini ista perfectio percipi, quamuis in hac vita non possit haberi, non enim rectè curritur si quo percurrendum est nesciatur, curramus autem*

Aug. lib. de doctr. Chr. c. 22.

Amor perfectus timorem mundi expellit.

autem sperando credendo desiderando, eleemosynas dando & orando vt currentes adiuuemur; & sic precepta perfectionis audiamus nec ad pefectionem, charitatis currere negligamus. (Et addit Augustinus) *etsi Deus omni homini diligendus est, plus debet quis diligere eum quam semetipsum.*

August. cit. *Amoris manus vna sola & singularis*

Quasi dicat, qui vere Deum amat nuuquam debet timere perdere temporalia, sicut isti conciliabuli dicebant, venient Romani, &c. quia vt ipse Augustinus ait. *Putate amorem hominis quasi manum esse animæ, si aliquid tenet, aliud tenere non potest; ita qui amat sæculum, Deum amare non potest, quia occupatam habet manum.*

1803

Interlinealis in gloss. *Doctrina moribus & vita coherens.* Oleast. in Exod. c. 19. Transl. Pagn.

2. Responsio Interlinealis in litt. citat. *Quia sentiebant doctrinam Christi esse contra templum & leges Paternas.* Quasi dicat, vrgebat eos doctrina Christi quia moribus & vitæ conformis erat. Vnde interrogat Oleaster quare Exod. 19. dicitur. *Castrametati sunt filij Israel in deserto è regione montis? Sic legit Pagninus.* Et respondet, *Quia exigit doctrina secessum & à mundanis Curis expeditum hominem; ideo dominus Iudæos in desertum locū induxit vbi expeditiores ab omnibus facti, calestis doctrinæ essent capaciores: ideo apud Osean. cap. 2. dicitur. Ecce ducam eam in solitudinem & loquar ad cor eius.*

Oseæ c. 2. *Secessus Prædicatorum necessarius ad fructum doctrinæ.*

Quasi dicat, si auditores doctrinæ Dei expediti esse debent à rebus temporalibus, quid dicendum est de prædicatoribus? quomodo doctrinam in cordibus impriment si ipsi temporalibus rebus sint semper submersi? quomodo eis credent? quomodo à peccatis resurgent qua deuotione eos audient? quo fructu spirituali replebuntur. Sed væ nobis istis calamitosis temporibus, quia sicut populus sic sacerdos & prædicator stulte, criticè & rhethoricè prædicando, fructum nullum in populis colligit: ideo Christi doctrina timebatur: quia doctrina eius verbis & moribus correspondebat.

Prædicatores Culti & critici infructiferi.

Ezech. 3. n. 6.

Hinc de vita scandalosa ambitiosaque Prælatorum Ezechielis cap. 3. num. 6. dicitur. *In vmbraculo illius habitat cætus gentium plurimarū* Quę verba explicās Hugo Charnotensis ait. *Hoc est quando Prælatus defendit peccatores: & generaliter viuentes in peccatis suis.* Et addit: *Vel Prælatio malorum dicitur obumbratio; quia obumbrat subditos nē intueantur, solem iustitiæ & claritatem veræ doctrinæ.*

Hugo charnotensis in Ezech. *Prælatus scandalosus subditos tenebrescit.*

Gregorius in Ps. 101. n. 12.

Et D. Gregorius explicans Ps. 101. num. 12. *Dies meì sicut vmbra declinauerunt,* ait. *Quæsiuit ergo vmbram corporis qui prius incurrit vmbram mentis, dies namque eius inclinata fuerat & ideo illi lumen sapientiæ interius non fulgebat: Sol enim dum inclinat maiores vmbras efficit & caloris sui magnitudinem paulatim subtrahit.* Quasi dicat cum Prælatus qui est Sol communitatis declinat ab operibus virtuosis, subditos non solum non docet & calefacit in charitatis feruore, sed obumbrat illos & in tenebris ignorantiæ & conturbationis relinquit, quia in occasu suæ malæ vitæ vmbras scandalosas, relinquit.

Sol recidens Prælatus mala vita.

S. Bruno in Ps. 22 n. 4. *Arboris vmbra occidens Prælatus negligens.*

Hinc S. Bruno explicans Ps. 22. num. 4. *Si ambulauero in medio vmbræ mortis, inter superiores subditos qui non lux lucens sed vmbra mortis sunt, id est, frigidi à calore spiritus sancti & obscuri in operibus quia sicut vmbra frigida est & obscura, alios ad mortem æternam exemplis suis deducentes sicut vmbra herbas quæ subsunt interimunt.* Quasi dicat, sicut quarundam arborum vmbra

Plinius lib. de natu. hist.

teste Plinio siccare & necare herbas solet; ita vita aliquorum Prælatorum germinare & non crescere subditos in virtutibus sinunt quia exemplo ambitionis eorum & mediorum ad officia consequenda infecti & obscurati sicantur.

Ambitiosi Prælati timidi & negligentes.

Vnde Chrysostomus epist. ad Theodorum Monachum. *Vmbra quædam ipsisque vmbris inanior nequiorque est conuersatio secularis propter dignitates consequendas, plena periculorum, plena tormentorum extremo cuidam seruitio subiugata.* Quasi dicat, qui sequitur ambitionis viam subiugatur vili seruitio aulicorum, & Religiosæ vitæ totalem & vniuersalem interitum inueniț & desolationem monasticæ disciplinæ causat.

Chrysost. epist. ad Theodor. monachum. *Aulicis Principibus placere supremum genus ambitionis.*

Et D. Ambrosius lib. de Noë & arca. *Ad condemnationem cæterorum, & expressionem pietatis diuinæ dicitur Noe apud Deum gratiam inuenisse, quia ibi dicitur quod hominem iustum non obumbrauit, aliorum offensio quia ipse seruabatur ad totius generis seminarium.* Quasi dicat, Noë reseruabat Deus vt caput & superior omnium Creaturarum esset, quia ipse solus non est sequutus scandala mundi pernicosi; & subditos in arca ita ædificauit, vt omnes ex ea reformati & emendati & Deo soli seruientes post naufragium diluuij postea exierunt: quia bona superioris doctrina vrget malos & torquet eorum corda; iustos vero ad seruiendum feruorose Deo excitat. ideo Christus sua vita & doctrina Iudæos torquebat, ita vt clamantes dicerent expedit vt moriatur: quia venient Romani: & tollent locum nostrum, vt Interlinealis adnotauit.

Ambrosius lib. de Noë & arca.

Mala exempla iustos conturbāt & miraculosè non cadant. Serpentes & leones exēplo superioris mitescunt etiam sancti.

DIFFICVLTAS VIII.

Ad Mores.

Quare dicitur, Quod Pontifex dixit, vos nescitis quidquam neque cogitatis, expedit vt vnus moriatur?

Qværitum fuit in quo sensu istam celebrem sententiam Pontifex Caiphas pronuntiauit. 1804

Chrys. cit. in litt.

1. Responsio Chrysostomi in littera cit. *Quia hesitabant cæteri & in ordine concilij proponebant dicentes quid facimus; vnus inuerecundè cum crudelitate clamauit dicens, vos nescitis quidquam.* Quasi dicat, semper studiosi superbi cæteros inuerecunde contemnunt & in sua æstimatione nihil sunt, neque sciunt quia præsumptuosi cæteros vilipendunt, & vt plurimum ipsi ignorantes sunt, & coram stultis sapientes videntur, quia de omnibus subrident.

Ignorantes cæteros litteratos contemnunt, vt appareant sapientes coram stultis.

Bernard. in epist. 1 ad Corinth. c. 8.

Vnde interrogat Bernardus quare dicitur 1. Cor. cap. 8. *Qui se putat aliquid scire nondum scit quomodo oporteat eū scire.* Et respondet, *Non probat Apostolus multa scientem si modū nescierit sciendi, fructum enim & vtilitatem scientiæ in modo sciendi constituit: quid efficit modus sciendi? quid nisi vt scias, quo ordine quo studio, quo fine quæque nosse oportet: quo ordine vt id prius quod maturius ad salutem; quo studio vt id ardentius quod vehementius ad amorem, quo fine vt non ad inanem gloriam aut curiositatem aut aliquid simile sed tantum ad ædificationem tui & proximi.*

Multiplices modi sciendi boni & mali.

Finis dirigit actiones humanas.

Quaſi dicat, qui non ad ædificationem ſed ad deſtructionem, & annihilationem cæterorum ſcit, non ſolum neſcit, ſed inuerecunde, & crudeliter ſicut Caiphas dicit ore vel corde; vos neſcitis quidquam. Et addit Bernardus. *Sunt namque qui ſcire volunt eo tantum fine, vt ſciant ipſi, & turpis vanitas eſt.* Quaſi dicat, ſunt ſcientifici apparentes qui intrinſecus ſunt lupi rapaces, & multa foris loquentes, & intus nihil ſcientes ſemper de laboribus aliorum traducentes, & de ſe multa præſumẽtes, & iſti ſunt ſicut Pharmacopolæ qui titulos medicinarũ in promptu habent, ſed penitus medicinam ignorauit: ſic ſunt magiſtri, & Doctores in Sacris litteris Iubilati qui libros Pe... neque ſanctos Patres, Biblia Concilia, neque ſcripturam aut Theologiam intellexerunt, & nomine tenus, dicuntur Magiſtri, Doctores, & Iubilati quibus illud ſatyricum dici poteſt. *Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter:* quos Hiſpani vocant *Letrados de eſtomago.* Quia neque ſibi neque aliis pro ſunt ſcriptis vel operibus manuum ſuarum: ſed docti, & ſcientifici ſunt; quia curſauerunt & tempus in beneplacitis conſumpſerunt, & in labores aliorum introierunt, & ſe ipſos laudauerunt, de quibus dicit Bernardus loco cit. *Et ſunt alij qui ſcire volunt vt ſcientiam ſuam vendant, verbi gratia, pro pecunia, & honoribus, & turpis quæſtus eſt.* Quaſi dicat, ſcire bona, & male facere, ignorare ſeipſum eſt, vt in Caipha patet, qui ſcire ſolus præſumpſit non vt bene faceret, ſed vt diceret; expedit vt moriatur.

Bernard. cit. — *Sapientes & magiſtri apparentes ſimiles Pharmacopolis.* — *Iubilati multi nomine tenus.* — *Satyricum axioma.* — *Hiſpan. loq.* — *Bernard. cit.* — *Scire propter ſolos honores turpis quæſtus eſt.*

Ideo Stephanus in allegoriis Galfrid. cit. in lib. 4. c. 2. vbi dicitur: *Fecit rectum cunctis diebus Ioiadæ ſacerdotis,* ait, *Ioas interpretatur memoria Domini: Ioiadas dilectus à Domino; memoria ergo Domini, bonum facit ſi ſit cum dilectione Dei aliter non hoc eſt quod ſcientia dilectione ædificat, ſicut Ioas malum fecit, & elatus eſt mortuo Ioiade.* Quaſi dicat, memoria & intellectus in quo conſiſtit ſcientia, ſine voluntate humili, & ſuaui vanitas eſt inuerecunda, & crudelis; quia ſuperbia omnes vilipendit, & ab omnibus ipſa odio habetur, quia neminem honorificat, & omnes vilipendit, ſicut Caiphas qui dixit vos neſcitis, &c.

Stephan. in alleg. Galfr. in lib. 4. Reg. c. 12. — *Memoriâ & intellectus habitaio ſcientiarum ſed à voluntate perficiuntur.*

1805 4. Responsio fuit Auguſtini in litt. cit. *Hic docemur etiam homines malos Prophetiæ ſpiritu futura prædicere.* Quaſi dicat, nouerunt Prophetæ formaliter, quia verus Propheta capit ſenſum ſpiritualem Prophetiæ; cæteri vero vt Balam, & Caiphas non intelligebant quod prophetabant. De quo noſter Lyra ſua in gloſſa videatur, vbi in additionibus diſputat hoc eleganter, vt ſemper ſolet.

Auguſt. in litt. cit. — *Propheta ſunt materialiter loquentes.* — Lyra in additionibus ad cap. 11. Ioan.

Vnde interrogat Oleaſter, quare Numer. 11. *Dicitur ſeparabo de ſpiritu qui eſt ſuper te?* Sic legit Pagnin. Et reſpondet: *Quod dictio,* Aſal, *in Hæbræo idem eſt ac ſeparatus, & erit ſenſus; ſeparabo de ſpiritu Prophetiæ tuo vt ſenes participent de eo, & ſint ſoliciti ad regimen populi.* Quaſi dicat, quod Paulus ſupra inſinuauit, quod qui præeſt ſemper debet eſſe in ſolicitudine. Et iſto modo dicitur pro ſpiritu Prophetiæ, præſul anxius eſt de futuris, & hic ſenſus poteſt etiam Caiphæ conuenire; quia erat Pontifex anni illius anxiè præuidens futura damna populi ſui, & ideo dixit expedit vt moriatur, vt non tota plebs pereat; neſciens alium ſenſum ab ſpiritu Sancto inſpiratum, & impulſu Prophetico prolatum, vt Euangeliſta aduertit.

Oleaſt. in Numer. 11. Traſ. Pagn. — *Aſal Hebræa dictio idem quod ſeparare.* — *Prælati ſoliciti de futuris quaſi Propheta dicuntur.*

Hinc Oleaſt. reſpondit ad quæſitum primum. *Qualiter Dominus ſeperauerit de ſpiritu Moyſis quemadmodum vnius candelæ lumen ſeparatur in alias quæ ex ea accenduntur,* & hæc expoſitio eſt Hebræorum. (Et addit Oleaſter,) *Solebat enim Dominus tunc tẽporis gubernatoribus populi ſpiritum ſuum concedere, vt prophetarent, ideò 1. Reg. 10. dicitur, quod Samuel dixit Sauli, requieſcat ſuper te ſpiritus Domini, & prophetabis, & eſt idem ac ſi diceret cum impetus prophetiæ veniet tibi, prophetabis.* Et iſto modo Caiphas Prophetauit quia irruit in eum ſpiritus Domini, & dixit verba quorum ſenſum ipſe non intellexit.

Oleaſter in c. 11. Num. Tranſ. Pagn. — *Candela vna multas accendit & de vno ſpiritu multi participant.* — 1. Reg. c. 10. Saul Prophetauit & quomodo.

Et Oleaſter proſequitur. *Vnde conſtat duplicem eſſe genus Prophetiæ quia Dominus aliquando loquitur in viſionibus vt Danieli, & Ezechieli, quibus in viſionibus ſe oſtendit, aliter vero Deus loquitur ſignificando quæ ventura ſunt, non per ſimilitudines, ſed per ſe ipſum loquendo, & hoc Moyſi ſolum conceſſum eſt.* Hæc Oleaſter, ſed meo videri, tertio modo loquitur Deus per malos Prophetas vt Balaam, & Caiphas, bona prophetizando per os malorum & iſti quamuis prophetent, non ſunt formaliter Prophetæ ſed materialiter, vt ſupra adnotauimus.

Oleaſt. cit. — *Triplex modus Prophetandi.* — Auct. mens. *Caiphas materialiter fuit Propheta.*

Vnde Bernardus in allegoriis Galfridi. *Quomodo autem dicit Apoſtolus, ex parte prophetamus 1. Cor. 13. Non conſiderare quæ videntur ſine dubio prophetare eſt; ambulare vero in ſpiritu, quæ ſurſum ſunt quærere, ex fide viuere, obliuiſci quæ retro ſunt, & ad interiora extendi, ex parte prophetare eſt, ſic Prophetæ olim quaſi non inter homines ſuo tempore erant, ſed virtute, & impetu quodam ſpiritus dies illos tranſilientes exultabant, vt viderent diem Domini, & videbant, & exultabant in ea.* Quaſi dicat, ab effectibus cognoſcuntur boni & mali Prophetæ: nam vita bonorum eſt, quaſi morientiũ, & ſpiritu ſolum viuenitiũ, falſi vero, vt Caiphas temporalia ſolum perdere timent, & ideo de Chriſto blaſphemat dicens, expedit vt moriatur ne veniant Romani, & tollant locum noſtrum.

Bern. in allegor. Galfr. in 1. Cor. 13. — *Prophetæ boni ſpiritu viuunt mali autem temporalia ſolum quærunt.* — *Prælati temporales perdere ſolum temporalia timent.*

DIFFICVLTAS IX.

Ad mores.

Quare dicitur, quòd ab illo die cogitauerunt interficere Chriſtum.

QVæſitum fuit quomodo quærebant interficere, quem non audebant aſpicere? 1806

1. Responsio fuit Origenes in litter. cit. *ad iram concitati ex verbis Caiphæ taxauerunt, vt interficerent Dominum, & ideo dicitur, ab illo die.* Quaſi dicat, vt ſerui nequam concilij ſenatores, ad iram, audita ſententia, Præſidentem incitauerunt, & ad effectum homicidij prouocauerunt, quando eum debebant placare; quia rem iniuſtam præcipiebat.

Oleaſt. in litt. cit. — *Familiares à Regis ad iram vel beneuolentiam eum prouocant.*

Vnde interrogat Oleaſt. quare Exod. 33. dicitur, *& nunc quaſo Domine, ſi inueni gratiam in oculis*

Oleaſt. in Exod. 33. Tranſ. Pagn.

oculis tuis fac me scire viam tuam, sic Pagninus: Et respondet; *quod dictio* (Epho) *est composita ex obed. & hic*, & erit sensus. *Quaso Domine vt cognoscam ego vbi vel qua sit conditio tua, quia tunc sciam iam inuenisse gratiam tuam.* Quasi dicat, sciam ego vbi sit voluntas tua vel conditio tua quia tunc precibus (etiamsi iratus sis) placabo te, ideo Dauid dicebat, notas fecit vias suas Moysi, filiis Israel voluntates suas. Ac si dicat, qui enim nouit conditionem alicuius principis aut superioris, scilicet quæ diligit & quæ abhorret facilè potest eum iratum placare aut ad iram prouocare, quod nostro Hispano sermone dicitur. *Called que y a yo le conezco el humor asalano*, ideo isti iniqui conciliatij, conciliabuli cognoscentes maleuolam intentionem & voluntatem Pontificis contra Christum celeriter subscripserunt & approbauerunt sententiam contra Christum vt interficeretur, volentes iniquo Præsidi Caiphæ placere, vt adnotauit Origenes, cui debebant ab ira iniusta sedare, & sententiam iniustam & impiam non subscribere, nam teste Chrysol. supra citato; *Scintillas iræ extinguere debemus quia si peruenerint ad totum furoris incendium, sine sanguine non sedatur.* Vt in furiosa anxietate qua Christum quærebant ab isto die Iudæi patet, & quia nunquam sedati sunt vsquequo pretiosum Christi sanguinem fuderunt.

Dictio Hebrea (Epho) idem quod gratio.

Hispan. loq. Conocer lo el humor al Senor epelado gran loca.

Impij superiores, & senatores vniti excitantur plus contra iustum.

Chrysolog. cit. supra.

Ira scintilla cito extinguenda.

1807 3. RESPONSIO fuit Ruperti in lib. cit. *Quia conspirationem suam quasi rationabiliter auctoritate Concilij confirmauerunt; ab illo die multis & inauditis diligentiis interficere Christum cogitabant.* Quasi dicat, quod legem Dei contemnentes, sola passione repleti impium decretum contra Christum subscripserunt.

Rup. in lib. cit.

Malitia sub pallio potestatis crudelis, & Deo odibilis.

Vnde interrogat Oleaster, quare Genes. 6. dicitur, *Corrupta est terra coram Domino & impleta est, malitia aut subuersione*, sic legit Pagninus, Et respondet, *Quod in Hebræo, verbum:* Chamas *significat malitia violentiam facere, rapere, remouere, cogitare & contemnere:* Et addit Oleast. *Quod subuertere omnia est proprium significatiuum*, & erit sensus: *Malitia hominum, eo vsque peruenit quod omnis caro corruperat viam (id est) legem Domini, quia leges naturales à Domino traditas subnaslabant: nam homines non curabant, an mater, an soror esset, vel filia cum qua congrediebantur, & multiplicabant sibi fœminas potius ad delectationes quam ad multiplicationem generis humani.* Et addit Berosius lib. 5. de gigantibus. *Hi vastitate corporis & robore confisi inuentis armis omnes opprimebant, inseruientes, inuenerunt papilones & instrumenta musica, & omnes delitias, manducabant homines & procurabant aborsus, & filiabus, & sororibus, & masculis, & brutis, & nihil sceleris erat quod non comitterent contemptores, Deorum; aut quod homo opprimebat alium contra naturæ leges, quia tamen textus dicit non homines, solum sed omnem carnem viam seu modum suum naturalem corrupisse, sumitur etiam via pro consuetudine, aut consuetudinibus quæ ex lege naturali prodibant, vnde colligimus causas vniuersalis diluuij à malitia & subuersione legis Dei prouenire, hæc Berosius.* Quasi dicat quia malitia erant repleti qui in Concilio congregati erant in malum, & damnum Christi leges naturales subuerterunt, Innocentem damnando, & ideo diluuium calamitatum su-

Oleast. in Gen. c. 6.

Transl. Pagn.

Verbũ Chamas, idem quod ingens malitia peccati.

Berosius lib. de gigantib.

Diluuij causa signantur.

Consuetudo peccandi leges naturæ penitus subuertit.

Berosius cit.

Malitia senatorũ causat flagella & postea populorum.

peruenit ad poniendum eos tempore Titi & Vespasiani.

Hinc contra malitiosos, ait Hugo de S. Victore in alleg. Galfridi in Luc. 11. *Malitiam sapientia vincat, quia Christus dixit quod fortis armatus custodit atrium suum, atrium est cor seruis, armatus malitia fortior superbiens sapientia: Arma membra: sapientia primum malitiam cepit per cognitionem eam deprehendens, postea ligat ab opere cohibens, & deinde flagellat: quia primus affectus quasi quibusdam duris flagellis caditur, quando per studium disciplina, ab eo quod appetit refrenatur: nouissimè quasi membris in crucem extensis & à se diuisis, clauis configitur quando diuisis à se vitiis timore Dei animus penetratur, repara quaso; sapientia primum malitiam capit*, & videbis, quare dicitur, quod Christus æterna, & diuina sapientia Patris absconditus fuit in ciuitate quæ dicitur Ephrem, quia scilicet cognouit quod Iudæi machinabantur ab illo die quomodo interficerent illum, & fugiens malitiam detestabilem inimicorum abscondit se.

Hugo de S. Victore in alleg. Galfr. in Luc. 11.

Sapientia est magistra vitiorum.

Vitia refrenare scientia scientiarum.

Iudai semper contra Christum machinabantur mala.

Hinc Basilius Seleucius orat. 3. Adamum interrogat, quare dicitur Gen. 3. n. 6. *Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum & pulchrum oculis, aspectuque delectabile.* Sed quomodo quibusque oculis videre potuit bonum esse lignum ad vescendum, cum cumulus miseriarum illi subesset, Et respondet quod mutato affectu, & intellectu ante oculos proposuit Dæmon, & repræsentauit species alteri vt essent, & sic malitia inimici mutauit mentem, vel intellectum Euæ, & aliter vt res erant proposuit, nam fructus ligni, in se omnia mala inclusa habebat, & per consequens non poterat cognoscere, quod bonum erat lignum ad vescendum ex quo malitia Dæmonis fugienda, & cognoscenda [illegible]rei, audiamus Basilium cit. *Prius enim Eua videbat, sed affectum expurgauerat aspectibus, & propter puritatem ratio in seruitutem minime duci poterat, anima vero passionum vinculis impedita: cum oculo malum communicauit; qualia namque sunt animæ consilia talis & corporis motus.* Quasi dicat, malitia Dæmonis ob tenebratas iam habebat species, & lignum quod in se tot mala habebat turbato intellectu, quasi bona considerauit in se habentem, & ideo dicitur, *Vidit igitur Eua quod esset bonum.*

B. Basilius Seleucius ora. 3. in Adamum. Gen. 3. n. 6.

Malitia quomodo intellectum conturbat.

Motus corporis per oculos reguntur.

Basil. cit.

Hinc Ambrosius lib. de bono mortis cap. 9. *Errat oculus vbi errat affectus*, & dicitur Ps. 6. n. 8. turbatus est præ ira oculus meus. *Velut ex Hebræo*, legit Pagninus, *caligauit præ ira oculus meus.* Quasi dicat, trabes oculorum sunt affectus malitiæ, & vbi illa adest turbat, & conturbat omnes imaginationes, ideo ab isto die Pontifices concilij cogitabant interficere Iesum, quia malitia iam turbauerat affectus illorum, & omnia bona opera Christi in mala conuertebant, eo quod Dæmon species intellectus illorum turbauerat & commutauerat. *Propter hoc* Sap. 4. n. 11. dicitur. *Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, & ne fictio deciperet a[illegible]am illius.* Sed quæritur, quare dixit ne malitia mutaret mentem eius? an ne intellectus à vero, vel falso mutatur, vel corrumpitur? sane quidem: quia si attendas non minus pugnat, cum intellectu prauitas atque malitia, quam error aut falsitas quia malitia mutat, &

Ambros. lib. de bono mortis c. 9.

Ps. 6. n. 8.

Trabes oculorum sunt affectus.

Sap. 4. n. 11.

Prauitas & malitia pugnant contra intellectum.

obſcurat ſpecies & impedit vt clarè & vt in ſe ſunt ſpecies videantur ab ipſo & proponantur, dolo & malitia voluntatis. Ideo dicebat Seneca de beneff. cap. 4. *Sæpe enim noxia concupiſcimus, nec deſpicere, quia pernitioſa ſint, poſſumus quia iudicium interpellat affectus.* Et D.Auguſt. in manuali cap. 20. vt liberter nos Deus à tanta & tam iniqua malitia clamabat dicens. *Qui vult habere notitiam Dei amet.* Quaſi dicat, bene ſcit quod amare non pertinet ad intellectum, ſed ad voluntatem, ſed quia ſine diuina gratia Dei (vt inquit Baſilius) *reſiſtere* malitiæ Sathanæ non poſſumus, hoc dicitur. Quod idem eſt ac dicere quod totus mundus ruit eo quod malitiis plenus ſit & omnia quæ in humana mente machinari poſſunt malitia penetrat. Ideo conturbata corda Iudæorum ex patre malitiæ deprauatæ illorum in concilio ab iſto die, facultatem vniuerſis creaturis præſtiterunt vt Chriſtum caperent, cum dolo & malitia ad occidendum & crucifigendum.

Seneca lib. 4. de beneff.

Auguſt. in manuali c. 20.

Amãdo Deũ ſine impedimẽtó notitiam ſcientiarum habere poſſumus.

Baſilis. eleu. cit.

Malitia mundum tenebras ruere facient.

DIFFICVLTAS X.

Ad mores.

Quare dicitur, quod Ieſus erat abſconditus in ciuitate Ephrem?

1808 QVæſitum fuit quare Chriſtus qui neminem timebat, abſconditus fuit in ciuitate Ephrem.

1. Responsio fuit Ruperti in litt. cit. *Non metu occiſionis verus iſte Sol in nube ſe abſcondit; præſertim cum poſtmodum eumdem occaſum rutilo aſpectu præueniret eos ſua claritatis paſſ[...] illuſtrare.* Quaſi dicat, abſcondit ſe Chriſtus quia lex amicitiæ eſt triſtari & delectari cum amicis & quia Chriſtus vidit vultus diſcipulorum conturbatos & timidos propter decretum conciliabuli, ideo vt confortaret eos & confirmaret, cum eis abſcondit ſe quaſi Sol in occaſu vt poſtea in publicum oriretur & Ieroſolymam ſuo triumphali ingreſſu lætificaret.

Rupertus in litt. cit.

Legem amicitiæ ſeruauit Chriſtus cum diſcipulis.

Vnde interrogat Oleaſter. quare dicitur Geneſ. cap. 40. quod Ioſeph dum eſſet in carcere dixit miniſtris Regis incarceratis. *Quare turbati eſtis & quare facies veſtra mala hodie apparet* ſic legit Pagninus. Et reſpondet quod in Hæbreo *verbum* (Zaaph) *Idem eſt ac turbari dolere vel macie.* Ideo Ionæ c. 1. dicitur *ſtetit mare* (*AZeph*) *id eſt, turbatum*, Et cap. 1. Danielis *ſi viderit Rex vultus veſtros* (Zophaim) *id eſt mutatos vel macilentos, &c. Et erit ſenſus quare hodie facies veſtra mutata eſt vel macilenta eſt.* Nam vt Hiſpani dicunt *que triſteça teneis que en el voſtro ſe os conoſce.* Et addit Oleaſter ad mores *cum videmus aliquid mutationis in amicis, quærenda eſt cauſa, & ſolandi à nobis ſunt.* Quaſi dicat, *reſpiciebat Chriſtus facies diſcipulorũ amicorũque ſuorum; nam ipſe dixit iam non dicã vos ſeruos ſed amicos.* Et iterum *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Videbat ergo vultus eorum conturbatos & cognouit quod ex timore conciliabuli prouenıebat triſtitia eorum & vt eos ſolaretur abſcondit ſe in ciuitatem remotam & ſecuram quæ vocabatur Ephrem, quia lex amicitiæ eſt flere cum flentibus & timere cum timoratis.

Oleaſt. in geneſ. 48. Tranſ Pagn.

Dictio Hebræa (Zaaph) Idem quod turbare vel dolore maciε.

Ione cap. 1.

Hiſp. loc.

Oleaſt. cit.

Lex amicitiæ flere cum flẽtibus gaudere cum gaudent.

Ideo Seneca dicebat epiſt. 9. *Ego animum paro vt habeam qui mihi ægroto aſſideat, ſuccurrat in vincula coniecto, vel inopi.* Et Cicero lib. de amicitia. *Fructum noſtrum referamus non erit amicitia ſed mercatura quadam vtilitatum ſuarum.* Et D.Ambroſius lib. 3. offic. *nil ipſe commodi tui cauſa in honeſtum petas, non enim vectigalis eſt amicitia ſed plena decoris & gratia: virtus eſt enim amicitia non quæſtus; quia pecunia quæritur ſed gratia nec licitatione pretiorum ſed concertatione beneuolentiæ*, Quaſi dicat, noſtro Hiſpano ſermone. *el buen amigo es eſpeſo del hombre.* Quia in ipſo ſe reſpicit, & maculas & defectus tergit & ſupplet & conformatur cum eo lugens ſi luget, lætitiam habens ſi lætatur. Et Auguſt. ſiue Caſſiodorus ex ipſo lib. de amicitia. *Quid ſit vera amicitia nondum nouit qui vult aliam eſſe mercedem quam ipſam; vita enim corporis pro amico ponenda eſt, nihil eorum negandum quæ licent.* Quaſi dicat, Chriſtus ſingularis & ſolus verus amicus exemplarque amicorum futurorum & ideo ad petitiones dicipulorum ſuorum annuit, qui forſitam humiliter ſupplicabant eum vt abſconderet ſe à decreti obſeruatione in conciliabulo pronuntiati, & Chriſtus aſſentiens petitionibus eorum abſcondit ſe in ciuitate quæ dicitur Ephrem.

Seneca Epiſtola. 9.

Cicero lib. de natura Iudæorum.

Auguſt. & Caſſiodorus lib. de amicitia.

Amicus verus pro amico vitam dederit.

Chriſtus ſolus verus amicus.

VLTIMA RESPONSIO fuit meo videri, abſcondit ſe, vt probaret fidem diſcipulorum ſuorum, quia videntes quod abſcondebat ſe hominẽ tantum forſan reputarent & vt fides illorum plus tentationibus probaretur. 1809

Auct. ment.

Fides perfecta probatio dilectionis.

Vnde interrogat Oleaſter quare numerorum 23. dicitur quod Balaam malus Propheta dixit Balac Regi. *Non aſpexit iniquitatem in Iacob. Dominus eius ſecum. eſt.* Sic legit Pagninus. Et reſpondet. *Expende quæſo quæ ſit cauſa quare homo non offendit Deum; quia Deum ſecum habet*, (Et addit Oleaſter.) *In plura enim grauia peccata cecidiſſet populus ſi Deum præſentem non haberet & in nube viſibiliter etiam aduerte quanti faciat Deus fidem eorum qui licet in multis eum offenderent ſemper tamen in aliquibus fides permanſit.* Quaſi dicat, ideo Chriſtus dicipulos in fide tentauit, quia ſciebat quod dum cum illo adeſſent fideles & ſtabiles erant permanſuri.

Chriſtus fouebat diſcipulos ſuos ſicut gallina pullos.

Fides pluris habetur apud Deum.

Hinc Chryſologus in alleg. Galfridi cit. ſuper epiſtolam ad Romanos ait. *Corde creditur ad iuſtitiam ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Magnum per hoc fidei noſtra videmus eſſe compendium quando inter cor & linguam ſalutis humanæ verſatur & geritur ſacramentum. habes ò homo vnde credere debeas; corde creditur ad ſalutẽ. Habes confiteri; ore autem confeſſio fit ad ſalutem: & quid dicam totum in ſe habet homo qui Deum habet, Deum vero habet qui eum ſuum credit & confitetur. Auctorem; & quia corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem; ſanctificate corda, mundate labia, iuſtificate lingua vt vox fidei baiula & pectore toto ſanctitatis roboriſque proceda exemplo* Quaſi dicat, confortare vos & eſtote fortes in fide quia ipſa eſt ſcutum ad defenſionem omnium tentationum quas aduerſarius excitat vt interficiat animas cui reſiſtite vt Apoſtolus ait.

Chryſolog. in alleg. Galfr. in epiſt. ad Romanos.

Fides baiula Religionis Chriſtianæ.

1. Petri,

Lingua baiula fidei in omni fideli exiſtat.

Fides ſcutum Chriſtianorum.

Et Bernardus ibi in alleg. Galfr. cit. ait. *Sic ergo*

Bern. in alleg. cit.

ergo iustitia in corde tuo, & iustitia qua ex fide est, hac enim sola habet gloriam apud Deum; sit etiam confessio in ore ad salutem: confessionem inquam, & decorem induisti quammaximè Christus in discipulis suis acceptat. Quasi dicat, fides est ornatus, & honorificentia corporis Christi; quia eum in tentationibus confitentur exultantem, & triumphantem. Ideo vt confortaret discipulos suos dicebat eis. *Vos estis qui permansuri estis mecum in tentationibus*: Quia anthidorum, & medicina cordalis passioois Christi, erat fides discipulorum suorum; ideo hodie vt probaret eos sicut examinatur aurum in igne, sic abscondit se in ciuitate Ephreo, vt probaret fidem illorum videndo eum fugientem à decreto Concilij, vt robustiores existerent videndo eum crucifigi opprobriari, & quasi vermem, & abiectionem plebis tractari.

Anthidotum cordis, fides vera:

Fides in tentationibus probatur.

TRACTATVS QVADRAGESIM. NON.

Ad Litteram, *In cap.12. Ioannis. De iniqua cogitatione interfectionis Lazari.*

TEXTVS.

10. COGITAVERVNT autem principes sacerdotum, vt Lazarum in-
terficerent. 11. Quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & cre-
debant in Iesum. 12. In crastinum autem turba multa quæ venerat
ad diem festum cum audiissent; quia Iesus venit Ierosolymam. 13.
Acceperunt ramos palmarum, & processerunt ob iam ei, & clama-
bant, Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israël.
14. Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eum sicut scriptum est. 15. Noli timere
filia Syon: Ecce Rex tuus venit sedens super pullum asinæ. 16. Hæc non cognoue-
runt discipuli eius primum: sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt;
quia hæc erant scripta de eo & hæc fecerunt ei. 17. Testimonium ergo perhibebat
turba quæ erat cum eo quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum
à mortuis. 18. Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos videte; quia nihil profi imus;
ecce mundus totus post eum abiit. 19. Erant autem quidam gentiles ex his qui
ascenderunt, vt adorarent in die festi. 20. Hi ergo accesserunt ad Phillipum qui erat
à Bethsayda Galilææ, & rogabant eum dicentes; Domine volumus Iesum videre. 21.
Venit Philippus & dixit Andreæ: Andreas autem, & Philippus dixerunt Iesu. 22.
Iesus autem respondit eis dicens, venit hora vt clarificetur filius hominis. 23. Amen
amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit. 24. Ipsum
solum manet, si autem mortuum fuerit multum fructum affert. Qui amat animam
suam perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mundo in vitam æternam custodit
eam. 25 Si quis mihi ministrat me sequatur, & vbi ego sum illic, & minister meus
erit, si quis mihi ministrauerit honorificabit eum Pater meus. 26. nunc anima mea
turbata est, & quid dicam? Pater clarifica me ex hac hora sed propterea veni in ho-
ram hanc. 27. Pater clarifica nomen tuum: venit ergo vox de cœlo, & clarificaui,
& iterum clarificabo. 28. turba ergo quæ stabat, & audierat, dicebat tonitrum esse
factum, alij dicebant Angelus ei locutus est. 29. Respondit Iesus, & dixit non pro-
pter me hæc vox venit, sed propter vos. 30. Nunc iudicium est mundi nunc prin-
ceps huius mundi eijcietur foras. 31. Et ego si exaltatus fuero à terra omnia traham
ad me. 32. hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus. 33. Respondit
turba, nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum, & quomodo tu dicis
oportet exaltari filium hominis quis est iste, filius hominis? 34. dixit ergo Iesus ad-
huc modicum lumen vobis est, ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ
comprehendant, & qui ambulat in tenebris nescit quo vadit. 35. Dum lucem habetis
credite in lucem, vt filij lucis sitis, hæc locutus est Iesus, & abiit, & abscondit se ab eis.

EXPLANATIO LITTERAE.

1810 *Inuidia crudelis fera irrationabiliter facit operari.*

Cogitauerunt autem vt Lazarum interficerent, irrationabiliter procedere Iudæi; & liuoris atque inuidiæ furore, & dolore obcæcati. Non indiget alterius probatione nisi ista, quam Ioannes narrat: nam quid mali fecerat Lazarus, eo quod reuixerat, vt meditarentur eum occidere, nunquid, vt Aug. dixit qui suscitauit illum mortuum, occisum resuscitare non poterat? sed vt res manifestaretur euidenter, & Lazarum resuscitauit mortuum, & se occisum, neque tamen crediderunt reprobi in Christum.

Aug. tract. 50. in Ioan.

1811 *timidi semper machinantur falsa testimonia & sicut tyranni timent omnes. Vox populi vox Dei est.*

Ratio autem quare Lazarum occidere cogitabant; meo videri erat, ne à populo in die magno festiuitatis lapidarentur tanquam tyranni inuidi, & crudeles iudices qui Christum tale prodigium operantem occidebant, quasi machinando, quod videndo Lazarum mortuum populo, dicerent quod resurrectio eius per artem magicam operata fuerat si quidem tam citò perierat & erat euidens signum quod arte Diabolica operata erat.

1812 *Hisp. loc. Todo el mũdo desigue a este predicador.*

Pharisæi autem dixerunt ad semetipsos videtis quia nihil proficimus; ecce totus mundus abiit post eum, ac si arguerentes suam segnitiem, & negligentiam vnus ad alterum loquebatur, dicentes si decretum contra Christum in concilio determinatum executioni à ministris negligentibus mandatum fuisset; imminens periculum, non timeremus, quod accedere potest si in die magni festi crucifigimus, vel occidimus eum: nam si propter resurrectionem Lazari totus mundus, post eum vadit, quid erit in illa die cum credentes in eum vociferantes clament, laudantes eum, & nos lapidantes, ideo dicebant cautelosè & secretè oportet interficere Lazarum vt credentes in Christum, credant quod fuit apparens eius resurrectio.

Tyranni crudeliores quotidie.

1813 *Gentiles conuersi ad Iudaismum proselyti dicebantur.*

Erant autem quidam gentiles, siue isti gentiles sint Iudæi qui habitabant in ciuitatibus gentilium, siue gentiles qui propter famam templi Salomonis, famosi venerant ad diem festum siue sint proselyti qui conuersi ex gentilitate ad Iudaismum reuersi erant, siue sint gentiles pagani quod ego magis credo, eo quod Christus gratias Patri agens dixit, quod iam clarificari incipiebat nomen suum, isti ergo gentiles, tum propter multitudinem turbarum Christum sequentium, tum propter magnam reuerantiã Christo debitam, non audebant accedere ad Iesum, sed deuotione, & fide ingenti allecti accesserunt ad Philippum rogantes, vt Christum videre permitteret, & occasionem & tempus aptum quæreret.

Reuerentia Christo debita ineffabilis.

1814 *Passio Christi copiosos fructus protulit, exemplis res patent.*

Nisi granum frumenti cadens in terram, & tempus passionis suæ, vel clarificationis confirmat exemplo grani tritici, qui non potest copiosum fructum proferre nisi mortuum in terra fuerit, ita Christus per passionem suam vniuerso mundo copiosum fructum nostræ redemptionis produxit.

Anima Christi turbata in portione inferiori vt homo monstraretur.

Nunc anima mea turbata, & non dissonant verba hæc à præteritis, vbi lætantet & gauderet, dixit quod per suam passionem, clarificandus erat, sed nunc repræsentata tota eius passione sicut in horto, portio inferior humanitatis Christi turbatur, vt ostenderet quod erat verus homo, & vt talis mortem timebat, vel melius cum Augustino, vt suos instrueret ad habendam fortitudinem, cum mortem, & terribilia tormenta viderent, vt Hispani dicunt, *No se espante nadie de temer la muerte que Christo S. N. la tenuo.* *Hispan. loc.*

Ideo cum præ timore humanitas Christi secundum portionem inferiorem proponeret Patri vt clarificaret illum, & quod mortem eius excusaret; responsum accepit clarificaui, & iterum clarificabo, idest, accepto conformitatem, voluntatis tuæ sicut semper acceptaui & ita necessarium est, vt per passionem clarificeris. 1815

Christus vt homo mortem timuit. Voluntas Christi conformis cum voluntate Patris.

Turbæ ergo vt audierunt vocem dicebant tonitrum esse, alij vocem Patris in aëre formatã intelligunt, alij vocem Angeli. Rupertus Abbas nulllam, sed velut tonitrum, quia tam grandis fuit impetus aëtis tonantis, vt nullus perciperet quid diceret clarè, & distinctè, sed variè vnusquisque prout percepit, vel concepit vocem sic dicebat, quia confusè omnes sonitum aëris perceperunt, & ideo Euang. verba clarè non explanauit, sed dixit audierunt vocem, Quasi dicat discipuli bene intellexerunt quid vox dicebat, scilicet clarificaui, & iterum clarificabo, quia illis datum est nosse mysteria, cæteris confusè, & in parabolis vocum.

Rupert. in Ioann. 12. Impetus ingens auditus aëris vox vocatur.

Auct. mens.

Nunc iudicium est mundi, nunc Princeps huius mundi, &c. Iudicium in bonum, & in malam partem in scriptura accipitur, iudicium sine misericordia fiet his qui charitatem non habuerunt, & etiam dicitur in Psalmis iudicabit pauperes in iudicio id est, eis fauebit iustitiam contra diuites impios, & crudeles in eos faciendo. 1816

Iudicium in fauorem & in reprobationem accipitur.

Nunc Princeps huiusmodi, &c. dicitur autem Diabolus Princeps, huius mundi non quia ipse fecit mundum, vt Hæretici manichæi somniauerunt, sed quia per peccatũ regnauit mors: & Diabolus possidebat per peccatũ omnes partes mundi, quia Deus solus erat notus in Israël: veniente autem Christo mortuo, & resurrecto eum eiicit de mundo quia in omnem terram exiuit sonus fidei, & qui voluerint sine impedimẽto Diaboli saluabuntur per fidem perfectam, ideo Christus aliàs hoc insinuauit, Lucæ 11. Cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt omnia quæ possidet, si autem fortior ei superuenerit & vicerit, &c. 1817

Manichæorũ error circa creationem mundi. Princeps mũdi Diabolus quia per originale peccatum animas possidebat.

Neque probabilitate caret quod Rupertus; ait, quod à Principatu Diabolus eiectus sit quia ab honoribus, & cultu sacrificiisque, quæ in altaribus recipiebat eiectus est, quia intrantibus Apostolis, & nunc vexillum fidei Christi, in remotis Indis, vt in Iapone, China, & partibus Orientalibus & Occidentalibus, tuba, & voce prædicationis fidei, quotidie per diuersos Religiosos à potestate & Principatu vbi dæmon regnat, eiicitur. 1818

Rupert. infra 12. Dæmon à cultu & honoribus expulsus per Religiosos omnium ordinum.

Et ego, si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me, id est, si in Cruce fuerim positus, omnes homines venient ad me, id est, allecti fragrantia fidei sicut columbæ ad odores optimos; venient ad fidem omnes, quia ianua Baptismi omnibus aperta est. 1819

Homo particeps est omnium creaturarum.

Nos audiuimus ex lege quia Christus manet in æternum, quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis? cæcitas Iudæorum hæc erat quod Christum hominem tantum intelligebant, & ideo dicebant Christus in quantum, Christus est mori non potest, tu vero vocaris 1820

Christus in scriptura passim moriturus, & resurrecturus.

quotidie

quotidie filius hominis, quomodo ergo exaltādus es vel moriturus? sed scriptura & Christum moriturum & resurrecturum passim affirmat: Iudæi ergo quod honorificum erat in Christo tacebant: mortem vero & quod infirmum erat clamabant; diuinitatem vero & resurrectionis potentiam tacebant.

1747 Concilium salutis tempore opportuno recipiendum. Dum lucem habetis ambulate, ne tenebræ vos comprehendant. Quasi dicat, antequam lucem vitæ meæ extinguatis per passionem credite & docebo vos, quod ego sum lux mundi illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum.

1322 Diuersimode Christus abscondere se potuit. Hæc cum dixisset Iesus abiit & abscondit se: quis dubitat quod quamuis Euangelista clare non dicat quod volebant Iudæi capere Iesum quod hoc non solum cogitabant & desiderabant & per decretum determinauerunt & ita nunc exercere & tenere Christum (meo videri) tentauerunt. Vel illum lapidare vel apprehendere voluerunt. *Auct. meus.* Sed Iesus abscondit se vel inuisibilem se faciendo, vel stans coram illis & velamen oculis Pharisæorum & Iudæorum apponens & ita non videbatur ab illis (vel meo videri) vi suæ maiestatis & potestatis ita transiens per medium illorum ibat, quod timorati attoniti & reuertentialiter stupefacti remanserunt, vsquequo Christus abscondit se ab oculis eorum & in ciuitate Ephrem. *Reuerentia Regia causat in malis timorem ingentem.* Cum discipulis remansit vsque ad Triumphalem ingressum in Ierusalem.

TRANSLATIONES ANTIQVIORES & neotherica In cap. 12. Ioannis de iniqua cogitatione interfectionis Lazari.

n. 10. *Vulg. Cogitauerūt Principes sacerdotum vt Lazarum interficerent, &c.* *Translat. ex Syriac.*	1. Concilium inierunt Principes sacerdotum, vt & Loazar interficerent si quidem plurimi ex Iudæis propter eum abitant & credebant in Christum.
Translat. Vatabli.	2. Consultabant autē Principes vt Lazarum interficerent.
Caietanus in Euang.	3. Cogitarunt vocare Lazarum venienttem de alia vita vt de Christo interrogarent, quis esset.
n. 19. *Vulg. Videtis quia nihil proficimus.* *Translat. ex Syriac.*	4. Pharisæi dicebant alius ad alium; videtis vos nihil proficere; ecce totus mundus abiit post eum.
Translatio Vatabli.	5. Ecce omnis turba eum sequutus est.
n. 24. *Vulg. Venit hora vt clarificetur, &c.* *Translat. ex Syriac.*	6. Venit hora qua clarificetur filius hominis.
Transl. Vatabli.	7. Venit tempus clarificationis meæ.
Tertullianus lib. aduersus Praxeam fol. 854.	8. Pater saluum me fac ex ista hora; at quia propter hoc veni in ista hora.
n. 30. *Vulg. Non propter me hæc vox venit.* *Translat. ex Syriac.*	9. Non propter me extitit hæc vox sed propter vos.
Transl. Vatabli.	10. Non propter me hæc vox extitit.
Tertullianus loco citato.	11. Non propter me venit vox ista, sed propter vos.
n. 39. *Vbi Vulg. & ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me.* *Translat. ex Syriac.*	12. Et ego cum sublatus fuero à terra, omnes ad me traham.
Translatio Vatabli.	13. Hoc autem dixit vt indicaret qua morte moriturus esset.
n. 34. *Vbi Vulgata: nos audiuimus ex lege quia Christus manet, &c.* *Translat. ex Syriac.*	14. Nos audiuimus ex lege Meschicho in æternum permansurum; quomodo dicis fore vt tollatur filius hominis?
Translat. Vatabli.	15. Nos audiuimus ex lege Christum manere in æternum & quomodo tu dicis oportere pati.
n. 35 *Vbi Vulgata: adhuc lumē modicum est.* *Translat. ex Syriac.*	16. Dixit Ioschua: modicū ad tempus lux vobiscum est, ambulate dum lucem habetis ne tenebræ vos comprehendant.
Translat. Vatabli.	17. Adhuc breui tempore lumen vobiscum est; ambulate ne vos tenebræ occupent.
n. 56. *Vbi Vulgata. Hæc locutus est Iesus & abscōdit se.*	18. Hæc loquutus est. Ieschua & profectus abscondit se ab eis.

Trans.

Translat. Vatabli. 19. Hæc locutus est Iesus & digressus abscondit se ab eis.

Auctoris mens. 20. Et stupefactos, transiens Iesus reliquit eos, absconditusque mansit in Ephren.

Reliqua per quæstiones disputabuntur.

DIFFICVLTAS PRIMA

Ad litteram.

Quare dicitur, quòd cogitauerunt Principes sacerdotum vt Lazarum interficerent?

1813 QVæritur quid mali fecerat Lazarus, vt sacerdotes cogitarent eum interficere.

Aug. tract. 20. in Ioan. Caca stulta malitia inimicorũ gratis odientium Aug. cit. in Ioan. tract. 20.

1. RESPONSIO Augustini tract. 20. in Ioan. *Quia tantum miraculum Domini tanta erat euidentia diffamatum, vt non possent vel occultare quod factum est vel negare.* Quasi dicat, mordebantur audientes, & videntes quod tot gentes à minimo scilicet vsque ad maximum abibant ad glorificandum Christum propter resurrectionem Lazari. Ideo cogitauerunt eum occidere. *O stulta cogitatio (inquit Augustinus) quasi Dominus non posset suscitare occisum sicut & mortuum; ecce vtrumque fecit, & Lazarum mortuum & se occisum suscitauit.*

1814 *Lyr. sua in in Glossa. Diuites plutis quam pauperes æstimantur. Ioan. 9. & 15.*

2. RESPONSIO Lyrani sua in glossa: *Si autem quæratur quare magis Iudæi Lazarum quam cæcum illuminatum persequebantur, dicendum est, quod erat hoc; quia Lazarus erat homo nobilis, & famosus, & ideo miraculum in ipso factum, erat magis publicum, & famosum.* Quasi dicat pauperibus clamantibus veritatem miraculorum nocebant, & persequebantur Iudæi ita vt ea ra Synagogam eiicerent, de Lazaro autem propter auctoritatem suæ personæ non audebant loqui, & ideò occultè cogitauerunt eum interficere.

1815 *Chrysost. in Matth. cit. Vis veritatis inuincibilis torquens iniquorum corda.*

3. RESPONSIO Chrysostomi in cath. cit. *In aliis putabant criminari Sabbati solutionem; & hac causa abducere turbas a Christi opinione hic autem; quia in nullo habebant conqueri; contra Christum ideo plus torquebantur quam in cæteris miraculis.* Quasi dicat, vis veritatis inuincibilis est, & ita vndique circundati sacerdotes media sceleratissima cogitabant.

1816 *Sacerdotes mali deteriores sæculari bus & iniqua inaudita meditantur.*

4. RESPONSIO, meo videri, sacerdotum fuit hæc iniqua, & crudelis cogitatio occisionis Lazari, quia ipsi tanquã Deo sacrati erãt, & ub id eis non cõpetebat abolere resurrectionem Lazari & veluti apparentẽ, & fictitiã reddere (suo maligno, & iniquo cõceptu) quia causa, & approbatio tãti miraculi ad sacerdotalem dignitatem competebat, & ideo vnus ad alterum dicebant, occidatur Lazarus quia si verè iste homo est Deus etiam occisum sicut mortuum resuscitare poterit, sin autem occisum non resuscitat, falsus Propheta est, homo solum est, & virtute Dæmoniorum arteque magica miracula patrat, & ad nos sacerdotes pertinet populum imperitum docere veritatem in re tam graui ad legem pertinente.

DIFFICVLTAS II.

Ad litteram.

Quare dicitur, videtis quia nihil proficimus, ecce totus mundus post eum abiit?

QVæritur, quare angustiabantur Iudæi videntes turbas Christum sequentes? 1817

1. RESPONSIO Theodoreti in cathen. cit. *Quantumcumque insidiamus (ò Iudæi) tanto hic augetur, & gloria extenditur, quis ergo profectus est de tantis insidiis.* Quasi dicerent Iudæi frustra, & in vanum laboramus insidiando, & machinando contra Iesum; quia ipsis mediis, & machinationibus nostris punit, & torquet vos lassi ergo relinquamus illum.

Theodor. in cath. cit. Cauillationes impiorum esse frustratas.

2. RESPONSIO, meo videri, prima facie hæc verba videntur plena lætitiæ, & ex charitate dicta: quasi admunendo, quod crederent in Christum, quia frustra laborabant insidiantes ei, siquidem totus mundus post eum abibat, sed quia Pharisæi hæc dixerunt, non recta intentione recipienda neque pronuntianda sunt: sed vt magis furore arriperentur Senatores concilij, & remedium occisionis Lazari cogitauerunt, vt Hispani dicunt. *Precipitandose y anadiendo culpa a culpa y maldad a maldad.* 1818

Auct. mens. Charitas non loquitur sibi a quo insidiis vt Pharisæi.

Hisp. loc.

3. RESPONSIO Augustini in cath. citati. *Turba turbauit turbam quid autem turbat cæca turba; quia post eum abiit mundus per quem factus est mundus.* Quasi dicat, cætus, & conuentus malignantium excitabat partem turbæ, vt aduersus Christum loqueretur, & turba beneficiis, & miraculis obligata sequebatur eum, & mundus totus post eum abibat. 1819

August. in cath. cit. Impij & auari senatores, & consiliarij cupide rempublicã conturbant.

4. RESPONSIO Lyræ sua in glossa: Dictum Gamelielis simile huic videtur, retrahentis Iudæos à persecutione Apostolorũ, vt habetur actorum c. 5. *Discedite ab hominibus istis, & sinite illos quoniam si ex hominibus est consilium hoc, opus dissoluetur, sin autem ex Deo, non poteritis dissoluere, ne forte, & Deo repugnare videamini.* Quasi dicat, aliqui clamantes (vt Nicodemus, & discipuli absconditi,) dicebant; quid expectatis Christum sequi., quare mirabilibus Dei repugnatis, siquidem effectus declarant voluntatem diuinam, & ideo si nihil proficimus; quia totus mundus post eum abiit, voluntas Dei manifeste cognoscatur, hæc autem, sulphur, & fulgura erãnt in cordibus inuidorum, & ideo cogitauerunt, vt Lazarum interficerent. 1820

Lyr. sua in glossa. Act. cap. 5. Durum est contra stimulum calcitrare neque voluntati diuinæ contradicendum. Inuidi rationibus & mirabilibus conquerantur.

* * *

DIFFI

DIFFICVLTAS III.

Ad litteram.

Quare gentiles Philippo dixerunt volumus Iesum videre & quare Christus respondit, venit hora vt glorificetur filius Dei?

1831 QVæritur qui erant isti gentiles, & quare ipsi Christum non accesserunt, & quare Christus respondit venit hora, vt filius hominis clarificetur?

Bed. in cath. cit. *Ad famam templi etiam gentiles veniebant.*

1. RESPONSIO Bedæ in cath. cit. *Quia templum Domini Ierosolymis situm adeo erat famosum vt in diebus festis non solum vicini sed; etiam multa ex longinquis regionibus gentes illuc aduenirent.* Quasi dicat, propter famam templi veniebant etiam gentiles in diebus festiuis, vt viderent mirabilia festorum, & gaudia quæ in ciuitate fiebant, non vero gentiles ad escam agni neque ad ingressum templi admittebantur.

1832 Chrysost. in cat. cit. *Proselyti vocabantur recenter conuersi vt in Hispana, Moriscos.*

2. RESPONSIO Chrysostomi in cath. cit. *Isti gentiles erant prope exsistentes qui conuersi erant ad ritus Iudæorum, & vocabantur Proselyti toto tempore quo instruebantur in lege Moysi, & postea hoc nomine inter gentiles cognoscebantur.* Quasi dicat, Proselyti erant inter Iudæos, sicut in Hispania Mauri vel Saracæni conuersi ad fidem qui vocabantur *Moriscos.*

1833 Auct. mens. *Fama gentiles ad Christũ adduxit desiderio videndi eum.*

3. RESPONSIO, meo videri, gentiles isti erant pagani qui desiderio ex fama Christi venerunt ad solemnitatem Paschalem, vt in templo viderent, & adorarent eum, quia ibi quotidie erat docens. Ideo accesserunt ad Philippum; quia notus erat, & ex regione, & patria illorum, & fauorem, & gratiam ab illo postulantes, desiderium videndi Iesum manifestarunt, quod cum ad aures Christi peruenisset lætus, & gaudens gratias Patri suo egit dicens, *Venit hora vt clarificetur filius hominis.* Id est, in qua gentilitas ad fidem veniat, cuius primitiæ sunt gentiles isti qui amore, & desiderio meo venerunt adorare me.

1834 Lyran. sua in gloss. *Passio Christi glorificauit & exaltauit eum.* Ad Philip. 2. Hisp. loc. Auct. mens.

4. RESPONSIO Lyrani sua in glossa. *In passione sua fuit Christus clarificatus, per signa ostenta in solis offuscatione, & in terremotu, & sepulchrorum appertione, fuit etiam clarificatus in sua resurrectione, & assensione,* vt dicitur ad Philip. 2. *humiliauit se, &c. propter quod exaltauit illum Deus & dedit illi nomen, quod est super omne nomen* (Et addit Lyra) *fuit etiam clarificatus in gentilium conuersione.* Quasi dicat, Hispano nostro idiomate *Regosele à Christo la hora de te ada.* Videndo gẽtiles qui eum quærebant ad adorandũ. Quemadmodum cum aliquis videt messes dispositas ad metendum dicit venit hora, vt falces mittantur, & ideo plenus gaudio Christus statim subdit indicans suam passionem; quia erat tanquam conditio sine qua non ad eius glorificationem. Vt gentiles videntes, & audientes eius mortem non scãdalizarentur, & renuerent fidem confiteri, & ad confirmationem istius addit Christus parabolam: grani tritici dicens, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum

Passio Christi causa lætitiæ gentilitatis.

Futura prædicere diuinitatis indiciũ.

fuerit: &c. Quasi dicat, ô gentiles fælices scitote quod post passionem meam omnes gentes plaudentes manibus fidem meam recipietis.

1835 Chrysost. in cath. cit. *Exẽpla plus quam verba mouent.*

5. RESPONSIO Chrysost. in cath. cit. *Qui per sermonem non ita suadebat, vtitur experimento, quia frumentum magis facit fructum cum mortuum fuerit.* Quasi dicat, si hoc accidit in seminibus multo melius in mea passione, & morte quia post illam discipuli mei ibunt ad prædicandam fidem meam omnibus gentilibus quorum primitiæ, vos gentiles estis propter, quod Patri meo gratias ago, quia venit hora honoris, & glorificationis meæ.

DIFFICVLTAS IV.

Ad litteram.

Quare Christus dixit: nunc anima mea turbata est, & quare vox venit de cælo dicens, & clarificaui & iterum clarificabo. 1836

Caietan. in cath. cit. *Superiores verbo atque exemplo docere debẽt, vt obediatur eis suauiter & à fortiori.*

QVæritur quare in occasione tanti gaudij, & lætitiæ anima Christi turbatur.

1. RESPONSIO Chrysost. in cath. cit. *Dominus ad passionem discipulos exhortatus fuerat, & ne dicerent quod ipse extra dolores existens humanos; facile ad mores Philosophatur: ideo vt nos admoneret, opere exercere quod prædicamus in agonia positus est, & anima eius turbata est.* Quasi dicat, docere intendit verbo, atque exemplo exhortando ad martyrium & ipse tanquam caput martyrum sentiendo, & conturbando se ex memoria tam acerbæ passionis. 1837

Lyranus sua in glossa *Pars sensitiua turbatur ex timore & cõsideratione mortis.*

2. RESPONSIO Lyrani sua in gloss. *Turbari enim dicitur aliquid quando mouetur, ideo mare motum dicitur turbari, in Christo autem pars sensitiua, dicitur agere quod erat proprium sibi; ideo imminente passione, affectus sensitiuus mouebatur; timore & honore naturali, & hoc est quod hic dicitur turbatio animæ.* Quasi dicat, ista turbatio non erat extra rationem, sed magis conueniens rationi, & per rationem excitata ad ostendendem veritatem humanæ naturæ, & ad merendum nostram redemptionem sicut, & aliæ afflictiones Christi. 1838

Auct. sent. *Memoria magnitudinis præterita tẽpori tribulationis torquet cor humanũ.*

3. RESPONSIO meo videri, anima Christi turbata est quia extrema gaudij luctus occupauit, & gaudium ex adoratione gentilium, ita ingens fuit, quod passionis suæ Sacrosanctæ memoriam occupauit acerbitas dolorum, & inde exorta est turbatio ex repræsentatione tantæ maiestatis, & adoratione gentilium ad crudelitates, & tormenta inaudita Crucis cito peruenturæ.

***

DIFFI

DIFFICVLTAS V.
Ad Litteram.

Quare dicitur, nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras.

1839 QVæritur, quis sit Princeps huius mundi & quomodo eiectus fuit a Christo.

Interlinealis in glossa. A peccatoribus mundo traditus eiectus est Diabolus per fidē formatam.

1. Responsio sit Interlinealis in glossa *Princeps Diabolus erat qui dominabatur in reprobus mundo deditus.* Quasi dicat non erat Diabolus Princeps substantiæ mundi sed Princeps mundanorum & non erat remedium ad eiiciendum Dæmonium vsquequò Christus fortior illo venit, & vicit ac superauit eum, & nisi homines recepissent & Christum expellerent à se, in nullo fideli Diabolus remaneret.

1840 *August. in cath. citat. Iudicium discretionis hic facit Christus post, non damnationis.*

2. Responsio Augustini in cath. cit. *iudicium enim quod in fine expectatur erit præmiorum pœnarumque æternarum; dicitur autem iudicium non damnationis sed discretionis.* Quasi dicat iudicium hic vocat discretionem vel separationem Diaboli à suis redemptis.

1841 *Maldonat. in Euang. Atrium mūdus à diabolo custoditum. Diabolus quare Princeps vocabatur.*

3. Responsio, Maldonati in Euangel. *Princeps huius mundi Diabolus dicebatur quia quasi Tyrannus possessionem mundi in pace tenebat, eo quod velut fortis armatus custodiebat atrium suum, sed venit fortior illo Christus Dominus & eiecit eum de iniusta possessione animarum & hoc dicitur vectum iudicium, nam homo captiuus & vt vile mancipium tractabatur & Diabolus in vniuerso orbe adorabatur.*

1842 Auct. mens.

4. Responsio, meo videri potest vocari Diabolus Princeps huius mundi ironice, vt maiora tormēta & pœnas reciperet; nā ille qui super omnes gentes dominabatur & regna mundi Christo in summitate montis ostendit & promisit dicens, *hæc omnia tibi dabo si cadens in terram adoraueris me.* ad tantam miseriam peruenturus erat vt à puero exorcista audito Christi nomine fugeret: & tanquam simia ridicula à signo crucis cruciaretur; plus quā à flāmis æterni ignis. & ille qui Princeps dicebatur, iā per passionē Christi ita ab hominibus abhorretur quod omnes vnanimiter proclament dicentes. *Sed libera nos à malo.* Et nulla maior miseria in mundo quam ab omnibus abhorreri: quisquis Potens Princeps & magnus sit vt ad mores postea, ponderabo.

Princeps Ironice dicitur Diabolus quia à pueris exorcistis fugit & videtur tanquam simia ridicula. Odiosus Prælatus vel priuatus Regi infelix miseria est.

DIFFICVLTAS VI.
Ad Litteram.

Quare dicitur, quod Turba respondit, nos audiuimus quod Christus manet in æternum & quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis, quis est iste filius hominis?

1843 QVæritur quomodo turba scripturam intelligere fatetur super diuinitate Christi in æternum manentis?

Chrysost. in cath. cit. In pij inimici memores sunt inimicarum ad malo operandum. Hysp. loc.

1 Responsio Chrysostomi in cath. citat. *Hinc est videre quoniam multa eorum quæ parabolice dicebantur intelligebant, quia enim Christus prædixit mortem suam per ænigma, audientes exaltationem suam suspicati sunt de morte.* Quasi dicat, nostro Hispano idiomate: *fuesseles la lengua donde tenecom el coreun.* Et quia desiderabant vehementer mortem Christi exaltationem eius mortem in cruce intellexerunt. Et recordati sunt, quod Christus dixerat *sicut Moyses exaltauit serpentem, ita exaltari oportet filium hominis, Ioan. c. 3. n. 14.* & Pharisæi turbam ad hoc excitabant & recordabantur de prædictis.

Ioan cap. 3. num. 14.

2. Responsio August. in Cathen. citat. *Cum intellexissent Iudæi quod Dominus de sua morte dixisset, proponentes quæstionem quomodo se moriturum diceret memoriter tenentes quod Dominus assidue dicebat se esse filium hominis; nam hoc loco non dixit, si exaltatus fuerit filius hominis sed superius dixerat venit hora vt clarificetur filius hominis: hoc ergo in animo retinentes dicunt nos audiuimus, &c.* Quasi dicat, impij inimici semper audiebant Iesum fraudulenter & cautelose vt caperent eum in sermone & vt Hispani dicunt, *es lente que coio cabos y guarda palabras que oye.* & tales semper duplici corde loquuntur, 1844

Inimici semper lo pensar & audiunt cumcautela.

Hisp. loc. Hombres malicio et cautelo,

3. Responsio meo videri, verba illa interrogationis: quis est iste filius hominis? Hypocritizando & Christū tentando dixerunt: quasi suppliciter percontando quod volebant scire, quis esset filius hominis ad obediendum & obsequium illi præstandum? Ideo Christus respondit eis quod liuore & malitia erant obscurati & quia modicum lumen fidei habebant. 1845 Auct. mens.

Simulata sanctitas duplex iniquitas.

4. Responsio Lyræ sua in glossa. *Si tu loqueris de te ipso sequitur quod tu non sis Christus qui manet in æternum, si autem loqueris de alio, dic nobis, quis est iste filius hominis. Hic autem Christus non vocauit se filium hominis, tamen communiter sic loquebatur. Et erat verbum apud Iudæos quod Crucifigere (vocabatur exaltatio) & addebat tali modo loquendi homines vtebantur communiter. Sicut cum aliquis imprecatur alteri suspensionē dicit. Tu sis in altum elatus* quod nostro Hispano idiomate dicitur *yo tebea colgado en la horca* vel dicamus quod ipsi sibimetipsis contradicebant in verbis; nam si scriptura sancta dicebat quod Christus manet in æternum: ergo diuinitatem Christi scriptura clamabat, & humanitatem scriptura nō negabat: ergo vtraque diuinitas, & humanitas poterant esse, (sicut in veritate erāt,) supposito diuino vnitæ & poterat Christus exaltari in cruce secundum humanitatem: & in æternum, manere & non perire secundum diuinitatem. *Sed hæc est [amarit]udo inimicorum inquit Rupertus: quæ semper [vicino rapit] quod noxium est ad augendum contemptum.* Quasi dicat, quod inimici innumerabiles partes & pignora ingeniosi tacent: & semper infirmitatem vel minimum defectum, exaggerant: ita inimici Christi diuinitatem eius quam per miracula, & mirabilia cognoscere poterant renuebant agnoscere, & solū humanitatem considerbant: & prodigia eius abhorrebant: & lumini rebelles erant: ideo dixit illis Christus quod in tenebris ambulabant, & sine luce remansori essent cito: cum in Crucis candelabro lucem lucis expirare viderent & tenebras factas supra vniuersam rerum conspicerent. 1846 Lyran. sua in glossa.

Increpatam repulsa odiosa nimis.

Hebræa communis locutio.

Hyspana Locutio.

Auct. mens.

Inimici maleuolentia nimio sibimetipsis iactant contradicunt.

Rupert. supra cit.

Scriptores lucidi à domesticis inimicis inhonorā. ar.

Defectum vel stipulam in oculo alieno vident nō trabem in proprio.

Matth. 27.

DIFFICVL.

DIFFICVLTS VII.

Ad Litteram.

Quare dixit Christus adhuc modicum lumen est in vobis, ambulate dum lucem habetis?

1847 QVæritur quid intelligitur per modicum lumen & quomodo per lucem ambulatur.

Chrysost. in cath. cit.

1. RESPONSIO Chrysostomi in Cath. citat. *Ad huc paruo tempore ego lux vobiscum sum: per hoc ostendens quod mors eius transmigratio est: etenim lux solaris non interimitur, sed parum recedens rursus apparet.* Quasi dicat, ante solis occasum mihi credite qui Sol iustitiæ sum nam postea cum resurgam non prædicabo neque docebo doctrinam fidei per me.

Christus vi post occasum apparuit in resurrectione.

1848 2. RESPONSIO Interlinealis in glossa. *Cum intelligitis quod Christus manet in æternum, hæc pars fidei & veri luminis non sufficit.* Quasi dicat diuinitatem solam Christi confiteri, modicum lumen est, si humanitas vnita diuino supposito negatur.

3. RESPONSIO, meo videri: modicum lumen est loquutio scripturarum clara & manifesta, cum deprauata operatione voluntatis, sicut Iudæi habebant: nam scripturæ de Christo loquebantur: & ipsi scripturas optime sciebant vt coram Herode attestati sunt: sed propter malam eorum voluntatem & excæcatam intentionem renuebant applicare cognitionem intellectus ad voluntatem fidei in Christo habendam & sincero corde credendam: ideo Euangelista addit: cum tanta signa fecisset coram eis non credebant vt sermo Isaiæ adimpleretur. *Domine quis credidit auditui nostro cap. 53. n. 3. & ibi, ipsi sunt rebelles lumini.* 1849

Auct. meus.

Doctores & prædicatores sine operationibus virtuosum, lumen parum.

Matth. c. 1.

Isa. 53. n. 3.

4 RESPONSIO Lyræ sua in glossa. *Non intelligebant mortem Christi & passionem in humanitate stare, simul cum deitatis æternitate & tamen vtrumque ponit scriptura Isa. 53. & Daniel. 9.* Quasi dicat, dum mihi creditis lucem habebitis, quia ad firmandum cor sincerum, sola fides sufficit. 1850

Lyra sua in gloss.

Daniel. 9.

Fides perfecta saluat.

TRACTATVS QVINQVAGESIMVS.

Ad Mores. *In cap. 12. Ioannis. De iniqua cogitatione interfectionis Lazari.*

DIFFICVLTAS VIII.

Ad Mores.

Quare dicitur, Quod cogitauerunt vt occiderent Lazarum, quia multi propter illum credebant in Iesum.

1861 QVÆSITVM fuit quare sine vlla causa tam iniquam Lazari necem cogitauerunt Iudæi

1. RESPONSIO, fuit Augustini in in litt. cit. Quia tantum miraculum tanta erat euidentia diffamatum, vt non possent vel occultare quod factum est, vel negare. Quasi dicat, tanta & tam prodigiosa erat acclamatio populi quod sacerdotes dilecabantur cordibus suis.

August. in litt. cit.

Miracula sunt instrumenta ad Deum laudandum.

Vnde interrogat Oleaster quare Leuit. 9. dicitur. *Vidit omnis populus gloriam Domini & laudauerunt eum:* Et respondet: *Quod in Hebreo verbum* (Ranam) *Significat Clamare vociferando:* Et erit sensus. *Vidit populus ignem quem Dominus de celo misit ad comburendum, sacrificium & lachrymantes & vociferantes clamauerunt laudantes Deum eo quod dedisset signum acceptationis.* Et addit Oleaster ad mores. *Quia nullus debet miracula & stupenda Domini facta videre quin in eius laudes prorumpat.* Quasi dicat, properabat multitudo populorum vt Lazarum resuscitatum videret & cum loqueretur cum eis, Christumque clamando exaltaret, lachrimandoque & eum benedicendo mouerentur: omnes gentes vociferantes & gloriam Deo & Christo dando. Pharisæi stridebant dentibus & fremebant & repleti furore & ira cogitauerunt quomodo Lazarum interficerent: Quia Clamoribus eorum: vt Hispani dicunt; *Les metian vn puñal per los pechos.*

Oleast. in leuit 9 trans Pagn. Dictio Hebræa (Ranam) idem quod clamare ex prodigijs visis.

Vera laudatoria emplerau corda cruciaus.

Hisp. loc.

Hinc Richardus de S. Vict. lib. 2, part. 3. acute dicebat. *Concilium prudens est vt quando laudamur, terreamur magis, quam exultemus.* Quasi dicat, periculosæ sunt laudes: coram inimicis æmulatoribus, quia non solum prosunt sed multum nocent: non honores causant sed interfectionem machinantur, vt videre est in Lazaro, quem non absque alia causa, nisi quia omnes propter eum laudabant Christum, vtrumque occidere cogitabant.

Richard. de S. Vict. lib. 2. p. 3.

Laudes coram inimicis timenda valde.

Guarricus Abb. serm. 5. de ramis. Matth. 27. n. 47. *Opprobrium iusti lætificat inimicos.*

Hinc Guarricus Abbas sermon. 5. de ramis Palmarum explicans illa verba Matthæi 27. num. 46. *Deus meus vt quid dereliquisti me*, ait, *manus tuæ Pater æternæ fecerunt me, & in voluntate tua deduxisti me, & paulo ante cum gloria suscepisti me, sic repente præcipitas me, eleuans allisisti me quasi super ventum; percutis me elidens valde.* Quasi dicat, vere qui magis laudatur magis timere debet; quia ex laudibus puerorum dicentium Ossana Benedictus *Qui venit in nomine Domini*, corda inimicorum Christi ita extorta, & vsta fuerunt, quod vsque ad patibulum crucis vbi Christum crucifixerunt non cessauerunt neque quieuerunt.

Inimicus nūquam vindictis satiatur vsque ad mortem.

Guarric. cit. *Opprobria post laudes plus torquēt.*

Et addit Guarricus. *Exaltatus, humiliatus sum, & confusus, & eo confusius amplius quo nunc exaltatus sublimius, & nunc humilatus profundius, quanto laudibus altius exaltatus*, (Et pergit Guarricus citatus.) *Iustum quidem est ô Pater, vt qui se exaltat humilietur, & elatio indigni, digna puniatur deiectione; sed nunquid similiter iustum erat, vt quem tu exaltaueras, laudibus puerorum ita confusibiliter humiliaretur, & gloriam quam humiliter meruerat tanta sequeretur contumelia.* Quasi dicat Guarricus, nunquid superbus, & elatus qui laudibus exaggeratur, & inflatur, non est dignus, vt ei dicatur, amice recordare quod recepisti bona in vita tua, sed qui laudibus humanis torquentur, & magis laudes timent, quam mortem, semper plus laudari, & exaltari debent, quia non solum vanè gloriantur, sed prudenter timent ne inimici irascantur, & conturbentur laudibus alterius, & cogitent mortem, vt Pharisæi fecerunt, eoque solum quia laudabatur à populo, & clamabant Christum exaltando turbæ.

Vani gloriosi qui laudibus lætantur receperunt mercedem suam.

Laudes liuorem & inuidiam generāt contra innocentem.

1852 Lyranus sua in glossa cit. in lit.

2. Responsio fuit Lyrani in litt. citati. *Si quæratur quare contra Lazarum executioni non mandauerunt mortem quam Pharisæi cogitauerunt, quia Lazarus erat diues præpotens, & nobilis.* Quasi dicat, diuites, & potentes, timentur & nemo illis nocere intentat, quia persequuntur, & inhonorant qui tangere illos audent, vt Hispani dicunt; *A tierra los poderosos a quien los toca en el hilo de la Ropa.*

Diuites potentes nemo attingere audet. Hispan. loc.

Oleaster in Genes. 44. n. 12. & 15. Transl. Pagn. *Hebræa dictio* Chaphas *idem quod scrutari vel reuoluere.*

Vnde interrogat, Oleaster quare Genes. 44. n. 12. dicitur. *Et scrutatus est Ioseph à maiori vsque ad minimum, & inuenit sciphum in Sacco Beniamin: & dixit ignoras, quod non sit similis mei in augurandi scientia?* Sic legit Pagnin. Et respondet: *Quod in Hebræo dictio* (Chapas) *propriè significat scrutari vel reuoluere, & erit sensus, Ioseph quia erat potens in omni regno Ægypti, finxit furtum Scyphi, & posuit in Sacco Beniamin, & statim scrutatus est saccos, & voluit, & reuoluit omnia, quia offensus fingebatur.* Et addit Oleaster, *ad mores non est malum aliquod faciendum ei qui facile potest auctorem cognoscere, & cauendum est, valde ne sapientibus vel diuitibus noceas.* Quasi dicat, sapientes, & potentes, semper sciunt qui fecerunt aut murmurauerunt contra eos; & vindictam tacendo, & suo tempore reseruant, & nemo facile audet eis nocere: quia potentes sunt, & gigantes super terram, & vt Hispani dicunt: *Si ablan o se vengan los pobres de los poderosos & echar la soga tras el caldero por la soga quiebra por lo mas delgado.* Propter quod omnes cogitationes Pharisæorum potentium etiamsi contra Lazarum præpotentem non præualuerunt ad interficiendum eum, cessauerunt ab ista iniqua cogitatione, quia Christum Dominum tanquam pauperem, & humilem cruci affixerunt; quia sic conueniebat ad redemptionem humani generis. Vt Lyranus adnotauit.

Sapientibus & potentibus nocere periculosum, quia frustrantur diligentia contra illos & vindicta.

Hisp. loc. *La soga quiebra por lo mas del galo.* Lyra. cit.

Hinc Menander. apud Eusebeum citatus ser. 98. ait: *Multorum malorum velamen sunt opes.* Quasi dicat, ô quanta scelera velamine diuitiarum, & potestatum principumque committuntur: ideo tanto conatu pro diuitiis, & dignitatibus homines inhiant. Et Antonius in melisa serm. 31. *Diuitiæ multis modis quasi velum prætexunt.* Et de diuitibus operimento vtentibus ita habet textus: *Alij quidem, vitium obtectum habent opibus.* Quasi dicat, væ vobis diuitibus superioribus, & Principibus quando veniet tempus, & hora mortis vbi operimenta auferuntur, & deteguntur scelera occulta vestra potenti, & insolenti manu operata, & in præsenti impunita, & dissimulata propter potētiam, sed tunc potentes potēter tormenta maiora patiētur.

Menander apud Eusebeū ser. 98. *Dignitates & diuitiæ velamē malorum.* Antonius in melisa ser. 31. Textus Græcus. *Scelera Principum & Prælatorum non impunita manebunt per diuinam potentiam.*

Ideo Galfr. in alleg. super Ep. 2. cor. ait. *Veniet tempus quando nulla sit acceptatio personarum, nulla ibi tergiuersatio poterit suffragari; nulla ibi dissimulatio.* (Et addit:) *O quam felices qui in vita sua receperunt malum. Hæc omnia, si non creduntur, ad quid leguntur: si vero creduntur, cur non timentur; vnusquisque recipiet prout gessit, nihil enim cognatio nihil diuitiæ nihil gratia qualibet humana præstabit.* Quasi dicat, tempus cito veniet quando cogitationes iniquæ superiorum, & diuitum contra pauperes machinatæ in lucem prodibunt, & patebunt iniquæ cogitationes: quemadmodum erant Pharisæorum contra Lazarum, quas non executioni mandarunt, quia erat præpotens diues, & nobilis.

Galfrid. in alleg. sup. c. 2. ad Cor. *Væ superioribus negligentibus & voluptatibus deditis propter potentiā. Cogitationes occultæ impiæ crudeles & turpes.*

Hinc dubitari potest quare, homo quidam nomine Ioseph ab Arimatia oriundus, vt habetur in Euangelio Matthæi 27. n. 57. *audacter accessit ad Pilatum & petiit corpus Iesu, pauperis, & crucifixi?* Et respondeo, quod hoc narratur ab Euangelista, vt inter miracula, & prodigia tunc in morte Christi operata recenseatur; quia non minoris ponderationis, & admirationis est, contra potentiam præsidentis Pilati pro defensione, & honore pauperis Christi crucifixi audacter, & viriliter audere defendere, quam quod petræ, scissæ sint, & monumenta aperta sint, & quod tenebræ factæ sint super vniuersam terram; quia contra potentes, & superiores pro defensione pauperum loqui, & opponi maioris virtutis est.

Actor. tribulatio. Matth. 27. n. 57. *Diues insulsus prodigiū pauperis & fructus Christi. Diuites audaces in malum. Prodigiū est quod diues audacter pro crucifixo Potestate opponatur sicut quod petra scissa sint &c.*

DIFFICVLTAS IX.

Ad mores.

Quare dicitur videtis quod nihil proficimus ecce totus mundus abiit post eum?

QVæsitum fuit quare tam vehementer angustiantur Iudæi videntes turbas Christum sequentes. 1853

1. Responsio fuit Theodoreti in litt. cit. *Quia frustra laborabant insidiantes Iesu, & gloriam, & famam eius non extinguentes.* Quasi dicat,

Theod. in litt. cit

dicat,

Supplicium magnatum defraudatio cogitationum eorum.

dicat, scie Deus afflictos, & humiliatos opprobriatosque admirabili modo exaltare; occultè, & mirificè frustrando machinas persecutorum impiorum.

Oleast. in Exod. 15. n. 3. Transl. Pagn.

Vnde interrogat Oleaster, quare dicitur, Exod. 15. n. 3. *Equum & ascensorem proiecit in mare, seu* vt legit Pagninus, *equitem proiecit in mare*, Et respondet, *quod in Hebræo, verbum* (Ramah) *significat proiicere aut frangere*: vt Patet Ps. 52. *Sicut nouacula acuta fecisti dolum, in Hebræo est* (Remiach) *id est, dolum aut dolosè fecisti, & erit sensus, Dominum latenter, & occultè frustrauit cogitationes Pharaonis: quia latenter abstulit rotas curruum, & quasi dolosè fecit Ægiptios cadere, accipiendo dolum non vt malum sonat, sed vt idem sit quod latenter aut arte agere: nam vt in iure habetur etiam est dolus bonus, sicut dolus malus, est enim dictio Amphybologica, quemadmodum astutia, cautela, conscientia bona & ars bona & mala*. Et addit Oleast. ad mores, *audis hic quanta diligentia, & infrustratione impiorum cogitationes defraudentur cautè à Deo.* Quasi dicat, nouum genus supplicij adhuc in hoc seculo Deus potentibus sceleratis imponit; scilicet vt suis defraudentur cogitationibus: quia quanto plus iustum & litteratum, plus opprobriare, & opprimere conantur, tanto à Deo, & hominibus plus honorificantur. Hinc Galfridus in allegor. suis super Michæam cap. 5. explicans illud, & tu Bethleem terra Iuda, dicit Bethleem domus panis interpretatur, quæ prius dicta Ephrata quod sonat furorem videns, si ergo vis esse Bethleem id est domus panis qui de cælo descendit; & vis habere illum panem, oportet, vt sis Ephrata, id est, videns furorem, omnes enim qui piè volunt viuere persequutionem patientur. Prius enim esse debes Bennoni, id est, filius doloris quam Beniamin id est, filius dexteræ. Quasi dicat, contra persequutos, & opprobriatos qui multa ab impiis patiuntur tyrannicè & superbiendo, ambitionis artibus, & Machinationibus fraudulentis, vt Hispani dicunt, *Dios toma la mano, y por su quenta corre su honra y defensa*. Ideo vt hoc adimpleatur cogitationes diuitum, & potentum defraudantur à Deo, & famam quam cogitant extinguere abolere, & interficere plus (Deo fauente) aduolat, & crescit vt in Lazaro patet, quem cogitabant interficere, vt nomen Christi extinguerēt, sed frustra meditati sūt inania, quia quotidie, plus augetur in sempiternū.

Hebræa dictio Ramach idem quod frangere. Ps. 52.

Dolum est bonus & malus sicut cautela bona & mala.

Ægyptij & potentes iniqui defraudati à cogitationibus suis.

Iustus oppressionibus sicut palma crescit, & illustratur à Deo.

Galfrid. in alleg. suis ad c. Michæ 5.

Bennoni filius doloris Ioseph accrescens.

Hispan. loq. dexarse a Dios gran cosa.

Fama oppressi & opprobriati à domesticis plus valet.

1884 Auct. mens. 2. RESPONSIO, meo videri, fuit quod sibimet contradicebant Iudæi, & ideo zelo charitatis Iudæos mouere debebant, discipuli Christi dicentes, quod frustra Christum persequebantur, siquidem sibi contradicebant: & ideo totus mundus post ipsum ibat.

Zelatores honoris Dei plurimi æstimat Deus in communitatibus. Trāsl. Pagn. *Dictio (Chalab) idem quod consumere.* *Zelus piorum laudandus.*

Vnde interrogat Oleaster quare Numer. 25. n. 11. dicitur: *Phinees filius Eleazari, filij Aron auertit iram meam à filiis Israel quia zelo meo commotus est contra eos, vt non ipse delerem filios Israel*, vel vt legit Pagninus, *& non finiui eos propter Zelum Phinees*. Et respondit, *Quod in Hebræo, verbum* (Chalab) *significat finire aut consumere & erit sensus, etiam enim omnes deleturus nisi Phinees furentis, occurreret facto suo*, Et addit Oleaster, *est enim zelus quadam (vt ita dicam) inuidia ex amore nascens nimio, qua quis dolet amicum offendi aut in persona aut in honore putans se maximè lædi si amicus perdatur; dolebat autem maximè Phinees quod iste Princeps tam imprudenter propter vile scortum honorem Domini præstaret idolo* Quasi dicat, pluris facit Deus quando quis zelo amicitiæ, & charitatis honorem Dei & proximi dolet, sicut Nicodemo, & cæteris piis viris hodie contingere potuit, qui zelo charitatis honorisque Dei compatientibus de ruina Pharisæorum, & nationis Iudaicæ dicere poterant: sana & bona intentione & zelo sancto eadem verba quæ maligno spiritu, inimici dixerunt, non videtis quia nihil proficimus ecce totus mundus abiit post Christum, confitemini illi, & liberauit vos à tantis malis, & periculis imminentibus in vos & contra populum, & nationem vestram.

Inuidia in quo sensu bona.

Verba eadem malè intellecta nocent, bona autem prosunt multis.

Richard in alleg. Galfr. in Gen. 49. n. 13.

Zelatores defensores veritatis & correctores sunt vitiorum.

Hinc Richardus in alleg. Galfridi explicans, cap. 44. Genes. n. 13. *Zabulon in littore maris ambulabit, & in statione nauium pertingens vsque ad Sydonem*; *ait, debet Zabulon non solum delinquentes corripere, sed etiam iustos tempore tribulationis contra persequutores defendere, alioquin verus zelus non est, si paratior est ad feriendum quam ad protegendum: ideo namque habitat in littore maris, vt extrema terra muniat & defendat: illorum ergo periculis se opponit, quos assiduis persequutionum procellis conspicit fatigari.* Quasi dicat, verus zelator virtutis naufragantibus ad ferendum auxilium in statione nauium commoratur, quia ad Sydonem pertingit quoties hostis versutias & insidias detegit, quotiens fratrum falsorum fraudulenta consilia deprehendit quorum sermo teste Apostolo, *Vt cancer serpit*, Et addit Richardus cit. *O qualis est hic filius qui non solum seipsum, sed alios contra vitia eripit munit & defendit: nescio an possit hac gratia interim maiorem aliquam Deus homini conferre, quam vt eius ministerio peruersi homines in melius immutentur, vt de filiis Diaboli, Dei filij fiant: ô qualis dos, quanta dignitas, talem gratiam à Deo accipere.* Quasi dicas, Nicodemus & cæteri discipuli Domini occulti qui Christum defendebant, quis dubitat quod in conciliis suis cæteros corrigere conabantur, & suis argumentis & rationibus propriis reducere, ad veritatem fidei, Christum defendendo, & Pharisæos conuincendo, sic si vos dicitis, quod nihil proficimus, quia totus mundus post eum abiit, ite & vos & videbitis quomodo populum, nationem, & Ierusalem defenditis & à malis liberatis: hæc & alia Nicodemus, & cæteri tanquam veri zelatores honoris Dei dicere non est in dubium collocandum, & addit Richardus, loquens de vero zelatore honoris Dei, *Non debet Dei sponsa à suo sponso aliam dotem accipere, non debuit cælestem sponsum, sponsa sua aliam dotem dotare quam per adoptionis gratiam possit Deo multos filios generare, & de filiis iræ filiisque gehennæ, regni cælestis heredes adscribere. Vnde & merito Zabulon nato, Lya mater eius exclamat, ditauit me Deus bona dote.* Quasi dicat, Nicodemus ex Tribu Zabulon erat & clamauit dicens, Pharisæis, ex vestro ore vos iudico, si nihil proficitis contra Christum, vsquequò vos graui corde? Conuertimini igitur, & nolite temerarij esse & de vestris calumniis facite amicos Dei, idest, de mammona iniquitatis, & si totus mundus post eum abiit, quare vos singulariter vultis perire, quia qui vniuersos & totum mun

Zelator amicus in statione nauium commoratur ad defensionem iustitiæ.

Rich. cit. *Gratiā scribendi libros vt filij Dei acquirant. gratia ineffabilis est & digna præmij cælestis.*

Peccatores conuertere singulare Dei donum.

Rich. cit. *Animos Peccatorū mutare ingens Dei gratia.*

Nicodemus erat ex tribu Zabulon quia zelator honoris Christi erat & corrigebat charitatiuè.

mundum recipit, etiam vos expansis manibus recipiet; sed vt Hispani dicunt. *El Ruin mientras mas le ruegan mas se estiende.* Et peiores fiunt vt Iudæis accidit.

Hisp. loc.

DIFFICVLTAS X.

Ad mores.

Quare dicitur, gentiles rogauerunt Philippum, vt Christum eis ostenderet, & quare Christus respondit, venit hora vt glorificetur filius hominis?

1855 QVæsitum fuit ad quid gentiles veniebant ad templum, & quare ipsi fauorem ad Christum videndum quæsierunt, & quid fuit clarificatio Christi.

Beda in litt. cit.

1. RESPONSIO fuit Bedæ in litt. cit. *Quia isti gentiles (siue sint Proselyti siue, Iudæi inter gentiles habitantes) propter famam, & reuerentiam magni templi ad cultum in tanta festiuitate veniebant.* Quasi dicat, tanta veneratione, & reuerentia templa Dei sunt digna, quod gentiles è longinquo veniebant ad cultum diuinum adorandum, vt confundantur impudici qui in templis Dei irreuerenter, & enormiter tractant.

Hieron. in Isai 66. n. 1. Iudæi templū Salomonis pluris faciebant. Isai. sup. cit. Hieron. ibi. Humiles tēplum quietis Dei.

Vnde Hieronymus exponens verba Isaiæ 66. n. 1. *Quæ est ista domus quam ædificabitis mihi, & quis est locus quietis meæ.* Arguit Iudæos templum Salomonis pluris facientes ita vt putarent in illo quiescere Deum, neque aliò abiturum, propter irreuerentias in eo operatas ideo addit Isaias. *Ad quem respiciam nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos.* In quem locum Hieronymus ait, *Ergo sublato templo, & altari terreno quod humana construxerat manus creator omnium qui in terris habere se negat humilem, & quietum, & trementem sermones suos, hominem assumit in templo.* Quasi dicat, non videtur, Templum Salomonis aliquid valere, si animo iusto comparetur vbi Deus quiescit, & habitat.

S. Nilus in Isai. cit. cap. Cogitationes & verba impudica templum Dei polluunt.

Hinc S. Nylus in cap. 1. Isai. *Exerce puritatem in corde, & castitatem in corpore: ea enim vtraque templum Dei te efficient.* Quasi dicat, nisi in mente, & corpore honestatem in templo Dei custodieris; non templum Dei veneraris, sed impudice polluis.

Ambr. lib. de Virg.

Hinc Ambrosius lib. 2. de virginibus; *Si corpus virginis Dei templum est, animus quid est? qui tanquam membrorum cineribus excitatis sacerdotis æterni redopertus manu vaporem diuini ignis exalet:* Quasi dicat, suauis Dei naribus in hoc templo suffitus gratus à castis cogitationibus velut ab aromatibus odor.

Petrus de Natal. lib. 6. c. 78. Odor castitatis vincit pestifera odoramenta.

Hinc etiam quod refert Petrus de natalibus lib. 6. c. 78. *Quod cum sanctissima Rufina, & Secunda Virgines sorores tenebroso recludi carcere à præfecto iuberentur, & fumum ex stercoribus fieri quo infestarentur: contra accidit nam fumus illi suauitatem efflauit pretiosissimi odoris quo sanctæ Virgines recrearentur.* Vbi Ambrosius lib. de Virginibus, ait, *Vbicunque Dei virgo est, templum Dei est, neque lupanaria infamant castitatem, sed castitas etiam loci infamiam abolet.* Quasi dicat, væ nobis; quia his calamitosis temporibus, sicut olim ex lupanaribus, vbi luxuri fumus exhalabat templa Dei fiebant; quia castitatem redolebant, & suffitum castimoniæ emittebant; nunc propter impudicas conuersationes, & contagia fœminarum cum viris insolentibus loca sacra polluunt, & sacra templa prophanantur, & facta sunt quasi lupanar.

Rufina & Secunda templū Dei odoriferum. Conuersationes hominum & mulierum in tēplis fugienda.

Philo lib. de Seraph. Ornamenta fœminorum impudica vbera & dorsum nudū tēpla faciūt lucos & lupanar.

Vnde Philo lib. de Seraphim dicebat. *Quoniam verum Dei templum non amænitates postulat, sed seueram castimoniam.* Quasi dicat lucum plantat arboremque fœmina quæ vt templa Dei ingrediatur nimium se exornat, pulchritudinis additis pigmentis, fœde turbat; non seuera hæc apud Deum castimonia est, neque bene redolet: lucum, & arborem amænitatesque terrenas phalerasque fœmina timere debet, ne Dæmonum spelæum sit, cum Dei veri templum esse deberet, audiat in templis vbi colebantur idola, arbores plantabantur, luci finebantur subcrecere quod in suo inhibet Deus: ideo ne idolorum templis par mulier sit, superflua ornamenta reiiciat, quæ castitatis, & puritatis lucem ita opacant vt vix in illis apparere queat. Aromata virtutum habeat, castimoniæ odorem in omnes partes per omnes sensus emittat fœmina christiana, quæ omnipotentis Dei templum est; non à Salomone manu factum, sed à tota Trinitate ornatum: nam si gentiles summa deuotione, & reuerentia ad templorū festiuitatem veniebant de longe, vt Beda adnotauit, quanta honestate, & pudore quanto Christiani debent in templis Dei sistere. Ne ira Dei indebitis irreuerentiis prouocetur.

Prophana ornamenta fœminarum in Hispania irā Dei prouocāt & plus cōtra consentientes.

Beda cit.

4. RESPONSIO fuit Lyrani in litt. cit. venit hora, vt clarificetur filius hominis. *Id est hora passionis Christi qua mediante, quia humiliatus fuit, nimis exaltatus, & adoratus, & clarificatus fuit ab omni creatura.* Quasi dicat, quod glorificatio Christi incepit ab eius humilitate. 1856

Lyr. in litt. cit. Humilitas Christi glorificationis causa.

Vnde interrogat Oleaster, quare dicitur Isaiæ 11. n. 1. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet?* Et respondet: *Quod in Hebræo, verbum ascendere, idem est, quod parah id est, fructificare, & erit sensus; quia egredietur Messias ex humilitate, vel radice abscondita fructificauit fideles in maxima copia.* Et addit Albertus Magnus. *Nota quod non ex summitate, sed ex radice ascendit flos, quia non ex afflictione corporis, sed ex humilitate mentis ascendit flos, id est, spes æternæ beatitudinis.* Quasi dicat, omnia tormenta passionis Christi ab humilitate tanquam à radice virtutem, & honorem glorificationis accepit; quia flos Christus in cælum ascendit vbi omnes Angeli flexerunt ei genua, & glorificatus fuit, & collocatus ad dexteram Patris; quia humiliatus fuit, quod August. lib. 6. de ciu. Dei insinuat dicens. *Tuta veraque in cælum via, humilitas sursum leuans cor ad Dominū, non contra Dominū.* Et Beatus Humbertus iure eam scalam vocat per quam cælum ascendere quisquis potest. Audiatur prædictus Pater serm. de humilit. *Vt humilitatis fructum noueritis, agnoscatis quod est fundamentum spirituale, ædificium ne cadat sustentans, & scala ad calestia nos sublebuans.* Et Chrysost. hom. 40. in Epist. 1. ad Cor. sedebit (inquit) *In curru humilitatis* qui

Oleast. in Isai. 11. n. 1. Hebræa dictio parah idem quod multiplicare. Albert. Mag. cit. noua f. 440.

Spes fidelium flos sursum ascendens.

Aug. lib. 6. de ciuit. Dei. B. Humbert. serm. 37. de humili.

Chrysost. hom. 40. in Ep. ad Cor.

Humilitas currum maiestatis facit assessas glorif.

quis to in cælum substulit qui equos habet alatos; sint autē ab illo cecideris & in arrogantia currum transieris, nihil minus efficieris, quam serpentes humi repentes imo vero miserior & miserabilior. Quasi dicat, sicut humilitas Asseclas Christi glorificat sic superbia infælices Icaros currumque eius præcipites illidit.

August. in Psalm. 93.

Ideo S. August. in Psalm. 93. *Humiles quasi in terram se deprimunt & in cælum ascendunt.* Quasi dicat, quemadmodum potentes gigantes portantes: quo plus in terram sumerguntur & sub pedibus eorum subiiciuntur eo in altum leoare & exaltare gigantes faciunt; ita humilitas, gigantes portat & subleuat & facit vt ab omnibus exaltentur laudentur & glorificentur, quia humilitas fundamentum est omnium virtutum Sanctorum.

Humilitas gigantes facit subleuat & honorificat.

Rupert. in Exod. 7. n. 1.

Ideo Ropertus Moysem quasi gigantem ingentem cum Pharaone pugnantem sola humilitatis defensione introducit, cum in Exod. c. 7. num. 1, ait: *Quis sum ego*, vt vadam ad prædicandum. Introducit Rupertus Dominum respondentem. *Quoniam tu mitissimus virorum pro tuo glorioso negotio cum Pharaone dimicare & cum Regibus confligere te indignum ducis, atque hoc modo vsque ad nouissimam terra te deprimis, ecce ego sustollam te super altitudinem nubium, faciamque te Deum, non quem Pharao fideliter adoret sed quem seruiliter formidet vt imperet, atque pro potestate Dei.* Recole quæso: *pro tuo glorioso negotio.* Quasi dicat, quod humilitas est radix, glorificationis & quod in Christo fecit quod fideliter eum adorent omnes creaturæ: vt ex dictis Apost. ad Phill. 7. patet: *humiliauit sē &c. propter quod exaltauit illum Deus, &c.* Ideo audiens hodie: à Philippo & Andrea quod gentiles quærebant eum & desiderabant videre, dixit, venit hora vt filius hominis clarificetur.

Humilitas S. Pharaonem vincit.

Humilitas deos fecit.

Ad Phill. 7.

Passio Christi causa eius lætitiæ in agitatum.

DIFFICVLTAS XII.

Ad Mores.

Quare Christus dixit, nunc turbata est anima mea & quare venit vox de cælo, &c.

1857 QVæsitum fuit an ex tristitia anima Christi conturbata fuit.

Chrysost. in litt. cit.

Prælatum perfectum debet facere quidquid præcipit.

1. RESPONSIO Chrysost. in litt. cit. *Quia discipulos ad passionem martyrij exhortabatur, ipse in agonia positus est ex repræsentatione passionis ne diceretur quod vnum præcipiebat & alterum faciebat.* Vnde interrogat Oleaster, quare Exod. 33. numer. dicitur. *Non enim ascendam tecum, ne forte disperdam te in via, sed mittam Angelum meum, &c.* vel vt Paganinus legit, *momento vno ascendam in medio tui & consumam te.* Et respondet. *Quod in Hebræo verbum (Raga) idem est quod scindere & conterere & quiescere, & erit sensus non ascendam tecum ne forte consumam vel scindam vel conteram quia populus duræ ceruicis est: sed mittam Angelum qui præcedat & supportet te, quiesco* Et addit Oleaster ad mores; *Non debes tu Prælaturam accipere, qui non potes: aut vix potes facere quod præcipis (& si facies) non debes defectus subditorum crudeliter punire: quia ideo Dominus noluit populum ducere, sed misit Angelum suum, quia tanta maiestas & sanctitas non facile ferret eorum errores.* Quasi dicat, quare tu: qui domi clausuram vno die seruare non potes. Vis prælaturam accipere vt subditi quasi oues errantes Pastoremque suum sequentes per ciuitatem vagantes pereant? & tu qui iram vix reprimere potes, quomodo patienter onus tam graue quale est regere animas portare poteris, propter quod Christi in agonia positi turbata est anima & ex repræsentatione suæ passionis conturbata, vt cæteris discipulis exemplum daret operando & dolores patiendo, quia cæteris dicipulis ad martyrium & passiones exhortabatur vt adnotauit Chrysost. cit.

Oleast. in Exod. 33. n. 3.

Transl. Pagn.

Hebræa dictio (Raga) idem quod scindere & conterere.

Oleast. cit.

Subditi Pastorem tanquam oues errantes sequuntur.

Christi vestigia eius exemple sequenda

Et ad tolerandos defectus etiam exemplum dedit, quia eo relicto omnes fugerunt.

Chrysost. supra cit. Exod. 33 cit. Oleast. cit.

Et addit Oleaster. ad mores ideo dicitur. *Ecce ego mittam Angelum meum quiesce, &c. Nam sæpe dantur vicarij & Prælati propter peccata subditorum, quia nunquam quiescunt, tum quia seueri & rigidi sunt: quia ipsi vires fortes habent & faciunt quod præcipiunt, tunc quia mansueti & remissi plusquam decet sunt, omissionibus repleti & ad placitum omnium loquentes.* Ideo 1. Reg. 8. & 12. dicitur, *Quod Iudæi abiecerunt prælatum Deum & Samuelem sanctum sacerdotem & traditi sunt in manus Regis Tyrani qui meliora eorum sibi vsurparet & contra eum etiam clamauerunt.* Quasi dicat, Quod subditi inquieti nunquam sunt contenti. Vel propter rigidam & religiosam conditionem: vel propter nimiam mansuetudinem: quod Hispani dicunt: *buen hombre floxo tibio y remesso.* Et ad tolerandos omnium conditiones: Prælatos semper debet esse in agonia positus: vt Christus exemplo docuit.

Subditi semper nouum Prælatum desiderant.

1. Reg. 8. & 12.

Hisp. loc.

Hinc Bernardus in Alleg. ad cap. 32. Eccles. *Principem aut rectorem te posuerunt noli extolli; sed esto in illis quasi vnus ex illis*, ait: *Quomodo est tanquam vnus ex illis, qui viuet inter humiles superbus, inter subditos rebellis: immitis inter mansuetos; vt te pateamus tanquam vnum ex illis, videamus tam exhibere paratum, quam exigere obedientiam. videamus tam libenter præpositis obtemperare subiectum, quam imperare subiectis si semper vis obedientes habere, & nunquam esse, probas te non esse tanquam vnum ex illis, dum vnus esse renuis ex obedientibus; à quibus si te superbiendo segregas, reputari inter illos te nouerit de quibus scriptum est quod alligant onera grauia, &c.* Quasi dicat, quod Chrysostomos ait quod Prælatus semper debet facere & operari: quia ideò Christus turbatus fuit & in agonia positus vt discipulos doceret facere idem pati & martyrium subire.

Bernardus in Alleg. ad c. 32. eccl.

Prælati opiniones à subdita merito murmurantur.

Chrysost. cit.

3. RESPONSIO fuit quod forsitan præ gaudio passionis Christi turbata fuit anima quam summopere desiderabat; quia amoris effectus solent vehementer conturbare cor, cum possidentur ea quæ vehementer desiderantur, & est adagium Hispanicum, *Turbose como desposada.* Hinc Tertullianus aduersus gentes, ait, *spiritum cum carne dimittis prauento carnifices officio.* Quasi dicat, non ex potestatis defectu sed ex ardentissimo desiderio moriendi gaudioque percussus amoris carnifices pigros & tardos reputans festiuus occurrit ad mortem & se tanquam 1858

Auct. mens.

Amor facit amantes ex lætitia turbari.

Hisp. loc.

Tertull. aduersus gent.

Amor cor quot cor amantis. Ambrof. fer. 6. in Pf. 118. *Sacramento Eucharistiæ.* *Amor Carnifex cor amantis.*

quam agnum occisum in hostia consecrata: præstitit misticè mortuus cum adhuc viueret, & D. Ambrosius ser. 6. in Pf. 118. *Ego suscitari mihi charitatem cupio & ad me plus charitas ipsa festinat, ego dic veniam, sed ille fallit & transibit.* Quasi dicat, carnificibus & tortoribus cogitantibus Lazarũ, & Christum interficere, si vos dilaniare corpus meum cupitis amor ita lacerat cor meum, vt præ amoris gaudio spes passionis quæ differtur, plus torqueat illud quam tormentorum crudelitas, quia baptismo habeo baptizari, & delectari, sicut passer in fonte irrigans & lauans se, sed quomodo coarctor, dixit ipse Iesus quasi ardenter fatigatus, ex desiderio amoris passionis eius, ex plurima & abundanti lætitia causato. Et D Greg. Nyssenus hom. 5. de resurrect. *Non expectat Pilati iudicium, sed per ineffabilem & arcanum sacrificij modum sua dispositione, & administratione præoccupat impetum violentum ac se se in oblationem & victimam offert, pro nobis sacerdos simul, & agnus Dei.* Quasi dicat Hispano sermone, *El consente del mucho amor no tiene espera*, & ita Christus tanto agitabatur gaudio amoris patiendi pro re amata, quod nesciebat modum neque tempus, & anima illius præ gaudio, passionis repræsentatæ, partes sensitiuas omnes turbauit, quia præsentem vidit rẽ tanquã tantopere desiderabat, neq; expectauit sententiam Pilati, sed se suo gladio amoris peremit, simul in hostia carnifex, sacerdos, agnus & sacrificium, mixtus occisus, Patri oblatus, & discipulis amantibus distribuit, dicens *hoc est corpus meum quod, vobis tradetur.* Quasi separatum ab anima, sed cum diuinitate pro sicut & anima ipsa semper vnita cum diuinitate mansit quia quod semel assumpsit nunquam dimisit.

Passer in fonte lauat a qua ablust corpus. D. Greg. Nyssen. hom. 5. de resurrect. *Amor nescit sperare: nam spes quæ differtur affligit animam.* *Eucharistiæ Sacramentũ theatrum amoris Christi.* *Mysticè in Eucharistia Christus occisus est suis propriis manibus.*

Hinc Ambrosius lib. 3. off. c. 12. loquens de solemnitate & lætitia qua cor filiæ Ieptæ festiuum, & lætum ad iugulationem properabat. *Nec fefellit hora, sed rediit ad Patrem quasi ad votum rediret, vel ad nuptias properaret, & voluntate propria cunctantem impulit.* Quasi dicat, quod amore obedientiæ Patris cucurrit ad victimam quasi ad victimas euolaret: *Quia nescit tarda molimina amor spiritus sancti*, Et D. Augustinus de amore quo Christi cor ardenter passionem desiderabat, ait, *O amor cur maiestatem laseras, an quia fortis est vt mors dilectio.* Quasi dicat, ita cor amantis desiderio obligandi rem amatam torquetur, vt ipsa mors quasi pro antidoto, & remedio ac suaui medicina ad sanandum habeatur, non ergo miretur quis de nouo cogitandi modo, quod amor passionis Christi repræsentatæ, tam vehemens & lætabundus fuit, quod potius contristari animam eius: quia tempus clarificationis & magnitudinis suæ per mortem expectabat, & ideo de morte gaudebat non timebat, neque turbabatur, sed lætificabitur, quia teste Chrysologo, *Amare non potest, qui fata timet.*

Amb. lib. 3. offic c. 12. Iudic. 11. 01 *Iephte læta mortem cogitabat.* Ambr. cit. August. cit. *Amor fortior morte.* *Ista mors sitim amoris extinguit.* *Amoris tanta in gaudio transformantur.* Chrys. sup. cit.

DIFFICVLTAS XII.

Ad Mores.

Quare dicitur, nunc iudicium est mundi, nunc Princeps huius mundi eiicietur foras.

QVæsitum fuit quis erat iste Princeps mundi, & quomodo eiectus fuit. 1859

1. Responsio Interlinealis fuit, *Princeps Diabolus erat qui dominabatur mundo deditis.* Quasi dicat, Diabolus mordere peccatores potest, lædere iustis tantum. *Interlin. cit.*

Vnde interrogat Oleaster, quare dicitur Exod. 8. n. 18. *Et non potuerunt malefici educere Phinices, & dixerunt, digitus Dei est hic*, vel vt Pagninus legit, *Pediculos non fecerunt magici.* Et respondet, quod dictio (Chinim) in Hebræo significat phinices vel pediculos, & erit sensus. *Potestas quæ impedit ne pediculos possimus facere; est manifesta Dei potentia, quæ digito solet ostendi, vt Lucæ 11. dicitur. Si in digito Dei eiicio dæmonia, id est, ea facultate quæ non potest amplius dici: nam licet dæmon ex sua facultate, & virtute naturali possit prodigia facere, tamen à Domino impeditus est ita vt omnes qui non fuerint indurati, sicut Pharao cognoscent potentiam dæmonis esse mundo deditis quia Princeps tenebrarum, cæcos peccatores induratos tenet, ita vt prodigia innumerabilia non videant in se & in aliis.*

Oleast. in Exod. 8. n. 18. *Transl. Pagn.* *Dictio (Chinim) in Hebræo idem quod phinices vel pediculi.* *Dæmon Princeps potẽtiorum peccatorum.* *Peccatores indurati obcæcati manẽt.* *Dæmon Princeps tenebrarum, id est, tenebrosæ fecit.*

Vnde Bernard. in alleg. Galfridi super Matthæum. *Ecce qualis qualiter qualem vicit, sapientia vicit astutiam, abstinentia gulam, humilitate vanam gloriam; paupertate, seculi ambitionem, venit ad sapientem, abstinentem humilem pauperem, Princeps mundi nihil in eo respexit nihil rapere potuit, non lasit iaculatis omnibus astutia sua telis.* Quasi dicat, tunc Princeps huius sæculi eiicitur ab hominibus cum in eis nihil malum aut peccaminosum reperit: nam mundo deditis semper adest, quia ipsi nolunt eum à se eiicere cum peccatum amplectuntur, & deliciis delectantur.

Bern. in alleg. Galfrid. in Matth. *Diabolus eiicitur virtutibus ab animabus.* *Peccatores Diabolum vocant.*

Hinc Galfridus super Ioan. 8. *Princeps & Pater impiorum Diabolus est, non natura, sed imitatione*, Et addit, *Duobus autem modis fiunt aliqui filij Diaboli lege conceptionis, & lege imitationis, primi quidem, filij iræ, alij diffidentiæ nominantur.* Quasi dicat, Princeps & Pater erat Diabolus per originale peccatum, & per imitationem morum, sed vtroque modo per Christum liberati sumus: nam in baptismo eiicitur confusè, & in iustis per gratiam, & amicitiam Dei, quos ita timet, & trepidat quod per signum sanctæ Crucis eiiciatur à quacumque iniusta possessione, vbi habitet in hoc mundo, & ideo Princeps huius mundi dicitur quod eiiciatur foras.

Galfr. in suis alleg. supr. Matth. *Per originale peccatum regnat Diabolus in mundo.* *Digito Dæmon eiicitur.*

4. Responsio meo videri Princeps huius mundi dæmon dicitur, quia à reuerentia, & cultu quo à regibus, & potentatibus mundi adorabatur, eiicitur, & à pueris tanquam symia ridicula irridetur. D. Thimoth. Antioch. orat. de cruce. *O rem admirabilem nondum Crux à Iudæis fabricabatur, & crucis trophæum fidelibus monstra* 1900

Auct. mens. D. Thim. Antioch. or. de cruce.

Crux idololatriæ destructio.

monstrabatur. Quasi dicat, quid mirum quod Dæmones Iudæis acclamantibus crucem, & crucis virtutem sentirent si per suam sanctam virtutem idololatriæ cultores eiiciendi erant.

Nazianz. Apol. 1.

Crux arma potentissima cōtra insidias Diaboli.

D. Athanas. Synai. lib. 11. exam.

Et D. Gregor. Nazian. Apol. 1. *Quis hunc profligauit? Moyses manus in monte extendens, vt crux adumbrata, & ante indicata.* Et D. Athanasius Synaita lib. 11. exameron. *Non vides in fracta, & inuicta arma in quibus Ecclesia Dei conteret & auferet caput serpentis; crucem inquam & corpus, & sanguinem Iesu.* Quasi dicat, hæc sunt arma quæ vel à serpente adorata totum eius imperium labefactarunt, quibus munitus Christianus vbique se ab hoste timere facit.

Hylar. cit.

Odor crucis Dæmones fugat.

Hinc Hilarius fatetur, quod Dæmoniorum verba erant per os Iudæorum prolata tela ab Euangelista relata descendat de cruce, & credimus ei. *Dæmones, ait Hilarius, hoc eis immiserant; qui vellent vt descenderet statim enim Crucis virtutem senserunt, & vires suas confractas.* Quasi dicat, solo crucis vocabulo antequam fabricaretur in terris dæmon ita fuit afflictus, vt totis viribus conaretur crucem de medio tollere. Et D. Ignatius Mart. Epist. ad Policarp. *Cum paranda esset crux, Diabolus tumultuabatur, & pœnitentiam immisit proditori, & mulierculam turbans in stragesque finges vt à crucifixione cessaret, moliebatur inducere, cum ipsius perniciem sentiebat.* Quasi dicat, tanta virtus crucis erat, vt tunc pugnaret, & torqueret Diabolū, quia cognoscebat quod à suo tyranico imperio eiiciēdus erat per virtutē sanctæ Crucis, & ideo Sophron. exclamat. *Habeant Crucem in terra simul gradiētes, in mari simul nauigantes comitem, tanquam salutē vtique largientem omniumque incommodorum profligatricem.* Et Chrysost. hom. de diuite. *Crux clauis paradisi est, crux Christi aperuit paradisum.* Et D. Leo serm. de pass. *O admirabilis potentia crucis ô inefabilis gloria passionis in qua & tribunal Domini, & iudicium mundi, & potestas est crucifixi, traxisti Domine omnia ad te, & cum expandisses manus tuas ad populum non credentem & contradicentem tibi confidendæ maiestatis tuæ sensus totus mundus accepit.* Quasi dicat, ideo Christus dixit nunc iudicium est mund, quia in Cruce sanctissima sua tanquam in sede maiestatis suæ Christus Dæmones condemnauit in perpetuum exilium, & vt eiicerentur tanquam Tyranni à cultu, & idololatria vbi in toto orbe adorabantur. Et insuper per virtutem crucis omnia mala dissipauit, quia scriptum est: *Rex qui sedet in solio suo dissipat omne malum intuitu suo. Prouerb. 20. n. 8.* Sicut Christus Rex Regum, qui in solio crucis exaltatus, & inimicos dissipauit, & ad se omnes creaturas traxit.

D. Ignatius mart. Epist. ad Polic.

Crux idololatriam extirpanit.

Sophron.

Chrysost. hom. de cruce.

Crux clauis paradisi.

D. Leo serm. de pass.

Crux tribunal ad iudicādos Dæmones.

Crux solium maiestatis Christi.

Prouerb. 20. n. 8.

DIFFICVLTAS XIII. Ad Mores.

Quare dicitur, nos audiuimus quia Christus manet in æternum quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis?

1901 QVæsitum fuit quomodo turba scripturam intelligebat, & de diuinitate loquebatur?

1. RESPONSIO fuit Chrysost. in litt. cit. *Ex hoc patet quod multa quæ parabolicè Christus loquebatur intelligebant, sed malitiosè tacebant veritatem, & quod erat fragilitatis humanæ, mortem scilicet repetebant.*

Chrysost. in litt. cit.

Malitiosi inimici bona alterius tacent.

Vnde interrogat Oleaster, quare Genes. 14. n. 3. dicitur. *Visus est eis quasi ludens loqui? Vel vt legit Pagn. Fuit sicut ludens in oculis eorum?* Et respondet: *Quod in Hebræo, dictio Pacchob idem est quod ludere verbis vel irridere factis quod Hispanico more loquendi dicitur. Hablas deueras o estaste burlando.* Et erit sensus, *Quod iniqui Consanguinei Loth irridebant eum cū diceret quod exirent de ciuitate, & quasi ioco loquentes maliciosè, & irrisoriè respondebant Loth.* Hispano loquor sermone *Que diçes estas enti.* Et addit Oleaster ad mores. *Excæcare soles malitia occulos impiorum ne audiant iustorum salutaria monita. Imo solent malitiose irridere comminationes Dei.* Quasi dicat, exhortatur Christus Iudeos, & desiderat eos ad se trahere dicens. *Cum exaltatus fuero à terra omnia traham ad me.* Et impij quasi ludentes, & irridentes dicunt. *Nos audiuimus quod Christus manet in æternum,* quomodo tu dicis talia, deliria quod moriturus in cruce es?

Oleast. in Gen. 14. n. 3. Transl. Pagn.

Hebræa dictio Pachob idem quod ludere verbis vel irridere. Hisp. loc.

Oleast. cit.

Impij de comminationibus diuinis irrident.

Quibus D. Hieronymus respondet pro Christo ex ore Oseæ Prophetæ cap. 11. *Non faciam fauorem in die iræ meæ, non conuertar, vt disperdam Ephraim, quoniam Deus ego sum, & non homo in medio tui sanctus, & non ingrediar ciuitatem.* Vbi Hieronymus. *Non sum vnus de iis qui in vrbibus habitant, qui humanis legibus viuunt quibus ius summa malitia est: mea autem lex, mea iustitia, est saluare correctos.* Quasi dicat, sapientia Patris Christus Dominus ita malitiosos corrigere vult, vt ex correctione malitiam deponant, & sciant Iudæi quod simul cum diuina natura in vno supposito reperitur humana natur, aquam in cruce exaltari oportebat: vt ita ipsos ad se traheret.

D. Hieron. in Oseam c. 11.

Aulici malitiæ repleti loquuntur.

Iustitia Dei saluare correctos.

Natura diuina & humana in vno diuino supposito vnita.

Hinc Augustinus in Psal. 117. *Circundederunt me sicut apes exarserunt sicut ignis in spinis, & in nomine Domini; quia vltus sum in eos, ait, vltus sum in eos; quia & ipsi, malitia qua in eis iustos persequebatur extincta, Christiano populo sociati sunt.* Quasi dicat, non audisti vltionem inimicorum (sane) qualem decebat omnium Dominum; ab ignorantia in gratiam suam illos trahendo. O nouum vindictæ genus tunc scelera Dominus se putat vindicare non quando perdit malitiosos, sed quando correctos docet, & saluat.

August. in Ps. 117.

Nouum admirabile genus vindictæ ingratos docere:

Parcere subiectis conditio diuina est.

Hinc Chrysostomus explicans Psalm. 71. *Orietur in diebus eius, iustitia & abundantia pacis* (ait) *orta est ergo iustitia in diebus eius: Qualis est iustitia nisi vt Dominus in carne induta & hominem demonstraret & diuitatem occultaret.* Quasi dicat, quæ maior iustitia, quam pro tanto beneficio exaltationis in cruce ab iniquis sub rideri & exprobrari, à ludēribus & dicētibus *Nos audiuimus quia Christus manet in æternū: quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis. Quanta iustitia* (addit Chrysostomus) *nisi vt talia tolerare iniusta ex improbitate Iudæorum & suam iustitiam demonstraret ferocitati eorum? Ecce orta est in diebus eius iustitia quæ iustitia pietati coniuncta est, tolerantiæ conglutinata, nulli malum pro malo reddere, cum hominibus pacem habere pro ini-*

Chrysost. in Ps. 71.

Iustitia singularis opprobria pati.

Parcere iracundis, iustitia excellens.

Chrys. cit.

Iustitia & pax orta ex patientia.

micis orare. Quasi dicat, in Christo pax & iustitia osculatæ sunt quia astutias malignantium pacificè tolerabat, cum pro sua exaltatione in cruce: opprobria & vilipendia irrisoria recipiebat contra quos Dauid Psalm. 30. clamat muta fiant labia dolosa: quæ loquuntur aduersus Christum iniquitatem. Vbi Nicephorus in catena Græca: *Iustum se ipsum appellat eo quod hostes suos nunquam affecerit iniuria.* Quasi dicat, opprobriantibus & eludentibus Christus respondit suauiter & mansuete dicens, *Dum lucem habetis credite in lucem vt filij lucis sitis:* & ideo dicitur & laudatur ab hominibus & Angelis per Antonomasiam iustus Dominus.

Psalm. 30.

Nicephor in cath. græc.

Iustus per Antonomasiam Christus Dominus.

DIFFICVLTAS XIV.

Ad Mores.

Quare dicitur, adhuc modicum lumen in vobis est, ambulate dum lucem habetis.

1902 QVæsitum fuit quare restabat Iudæis modicum lumen & quæ est lux ista?

1. Responsio fuit Chrysostomi in litt. cit. *Per hoc ostendens quod mors eius transmigratio erat.* Quasi dicat, cauete ne postquam in candelabro crucis positus sit Christus, tenebræ superuenturæ vos comprehendant & cum Principe tenebrarum repente pereatis. Vnde interrogat Oleaster quare dicitur, numerorum 16. num. 4. *Si vt moriuntur homines moriuntur isti,* Sic legit Pagninus. Et respondet, *Quod dictio* (Pachad) *est Hebrea & significat mors vel visitari vel recordari & erit sensus. Recordatur enim Dominus peccatorum hominum & sic punit eos à vita abstrahendo.* (Et addit Oleaster) ad mores *Quemadmodum Dominus suis seruat vitam bonam ita pacificam & suauem mortem tribuit illis, quæ transmigratio potius, quam mors dicetur, quia transeunt deuota pacifica & quieta conscientia in vitam æternam.* Quasi dicat, *pretiosa est in conspectu Domini mors sanctorum eius*, impiorum autem mortem Christus visitat quia ipsis tenuentibus remouet à vita & in tenebris manent, sicut Dæmones qui in morte Christi ad tenebras æternas fugerunt.

Chrysost. in litt. cit.

Impij mortē abhorrent timentes rationem quam reddituri sūt

Oleast. in numerorum 16 n. 4.

Dictio (Pachad.) idem quod mori recordari vel visitari.

Pretiosa est mors iustorū.

Mors peccatorum pessima.

Hinc Eusebius lib. 4. demonstr. cap. 1. ait. *Cum in cruce Christus altam vocem emisisset, solutus à corpore abiit, ne vsque expectans dum mors ad illum accederet, sed illam cunctantem & fugientem ipse à tergo insequutus.*) Quasi dicat, mors & omnes aduersæ potestates, Dæmones & impij peccatores terga vertere conantur fugientes à visitatione Domini in die mortis: dicentes quid faciam miser, quomodo apparebo ante faciem iudicis indignati. Ideo Augustinus lib. de mirab. sacr. scrip. cap. 7. (ait) *que enim fugit percutienti dorsum dat.* Quasi dicat, in morte impij pro solatio habent fugere à facie percutientis iudicis, quia quem contempsisse se meminerant videre trepidant; mors autem Christi & iustorum quia gloriosos in die iudicij redituros speramus transmigratio dicitur: quia transeunt de bono in melius. Impiorum autē mors, lumen modicum extinctum dicitur; quia mille anni ante oculos eorum modicum lumen vitæ in tenebris cum Principe tenebrarum remanēt.

Euseb. lib. 4. demonstrat. cap. 1.

Terror impiorum ingens in die mortis.

August lib. 2. de mirabil. Sacræ Script.

Superbi intellectum ad docentes nolunt applicare.

Vita peccatorum semper videntur esse breuis.

1903 2. Responsio mea videri fuit *Quia intellectum nolebant applicare ad cognitionem scripturarum loquentium de Christi diuinitate; quia deprauata intentione interpretabantur quæcunque legebant in fauorem Christi.*

Auct. mens.

Vnde interrogat Oleaster quare Exod 18. dicitur quod Moyses interrogauit socerū suum Iethro quomodo prudēter gubernare posset populum Israel. Cui respondit Iethro *Monebis eos & annuntiabis populo statuta & leges.* Et Oleast. ad quæsitum respondens ait. *Quod in Hebreo verbum* (Zachar) *idem est quod annuntiare, declarare, docere & splendescere; quia nomen* (Zachar) *splendorem significat & erit sensus; si interrogatus fueris docebis eos & declarabis vias Domini & ambulabunt per eas splendentes* (Et addit Oleast. ad mores) annotauit D. Gregorius lib. 2. part. cap. 9. dicens. *in gestu huius gentilis, nota qualiter infirmi in fide aut qui scientes videri volunt à viris spiritualibus tractandi sunt, vt scilicet quamuis eis sapientiores sint fingant se tandem concilio indigere vt saltem sic eos Domino lucrentur, sicut Moyses cum gentili socero fecit.* Quia Pharisæi superbi & reprobi erant nunquā nunquam à Christo scire veritatem scripturarum volebant & ideo non interrogabant, sed semper ei contradicebant dicentes: quod contra scripturas docebat; ideo dicunt hodie, nos audiuimus quod Christus manet in æternum quomodo tu dicis quod oportet exaltari id est mori.

Oleaster. Exod. c. 18. Trans. Pagn. Oleast. cit.

Dictio (Zachar) *Hebrea idem quod annuntiare declarare vel splendescere.*

(Zachar) *Splendorem significat.*

Greg lib. 2. Past. c. 3.

Sapientes interrogando sapientiores sunt.

Aliter Paulus faciebat Cum Romanos videret de sua Potestate & scientia præsumere dixit. *Cupio venire ad vos vt aliquid impartiar vobis spiritualis gratiæ.* Statim tumoris arrogantiæ non immemor; corrigere se videtur ad Rom. cap. 1. num. 12 *simul consolari in vobis.* Quia cogitauerat eos cum epistolam legissent dicturos, *quis es tu vt doceas nos*, doctrinam in consolationem vertit. Quasi dicat, à Christo magistro meo hoc accepi, quia respondentibus sibi Iudæorum *nos audiuimus quia Christus manet in æternum:* sciens quia si scripturas illos doceret, respondetent. Vnde hic cum litteras non didicit nos docere respondit mansuete & humiliter *Adhuc modicum lumen in vobis est.* Quasi dicat fides de sola diuinitate parua res est, accedite ad me & illuminamini interrogando humiliter: nam ambulatis in tenebris ignorantiæ; & ideo dum apud vos sum lucens, & docens ambulate interrogando & cauete ne vos mors ignorantiæ in tenebris comprehendat.

Ad Roman. c. 1. n. 12.

Superbos humiliter respondendo lucrantur.

Ignorantia stultorum deterrima & pessima.

Hinc Bernard. in alleg. Galfr. ad cap. 15. Ioan. *Si non venissem & loquutus eis fuissem peccatum non haberent* ait: *non dicit similiter & loquutus non fuissem sed interserit* (eis) *ostendens sine dubio non ante censeri inexcusabiles de contemptu, quam ad ipsorum vsque missio notitia perueniret: nam si loquutus quidem fuisset & non eis inobedientiæ culpam ignorantia excusaret: nunc autem inquit quoniam loquutus sum eis, excusationem non habent de peccato suo* Quasi dicat non excusantur à peccato quia Iudæi scripturas ignorabant, sed quia malitiose & superbè & liuore repleti ad cognitionem veritatis, in fauorem diuinitatis Christi intellectum nolebant applicare, sed semper propter odium filium inuidiæ retinebant neque

Bern. in alleg. Galfr. ad cap. 15. Ioan

Arrogantia mater ignorantiæ quia renuit arrogans interrogare sapientes.

Inuidia nescit interrogare Magistros.

neque poterant Christo quidquam pacificè loqui, neque de illo bene concipere volebant.

Hinc Galfridus addit explicans, malitiam super malitiam Iudæorum. *Sed mirum quod intellexere eum Iudai, vnde testantur, nos audinimus quia Christus manet in aeternum, & quomodo tu dicis, &c. non eos docuit infusa sapiẽtia, sed stimulata consciẽtia, & dixere quod ipsi facere disponebant. Ecce, inquiunt, totus mundus post eum vadit, & illud, si dimittimus eum, sic omnes credent in eum: audiens hac in spiritu Isaias clamabat,* c. 2. n. 22. *Quiescite ab homine cuius spiritus in naribus eius, quia excelsus reputatus est ipse.* Quasi dicat, *dimitte Christum, quia si exaltatus fuerit, à terra, vt intenditis, multo magis omnia trahet ad se ipsum, quia in Cruce positus, clauisque fixus quasi rete proiiciet in mare magno orbis terrarum, & rete plenum magnis piscibus trahet ad se: nam quos præsciuit, & prædestinauit, vocauit & iustificauit.* Et addit Galfridus. *Felix qui sic trahitur neque retibus ignorantia deprauata intentionis obcaecatur & in tenebris detinetur: Nec clauis scandalosis affixus, neque irretitus vinculis peccatorum, neque visco noxia delectationis adhærens lucem veritatis audit clamantem, ambulate dum lucem habetis.* Quasi dicat ô fœlices qui Christum exaltatum in candelabro crucis aspicientes inflamantur, & accenduntur & in tenebris ignorantiæ non permanent.

Hinc quidam Pater, nomine Adam, cit. in alleg. Galfr. in Ioan. 12. *Et ego si exaltatus fuero, &c.* ait, *Fidelis Pastor, iam Ecclesia terra secundum aliquam similitudinem comparatur; terra enim suo pondere subsistit, quaque sibi super imposita firmitate stabili gerit sui facunditate: homines & animantia pascit: sic mirum Prælatus in Ecclesia, & propriè auctoris pondere nititur, & subditorum infirmantium, mores portat, dum compatitur & facunditatem doctrina calestis, spiritualibus & carnalibus discretione congrua opportunius elargitur.* Quasi dicat, ab huiusmodi terra Christus exaltatur, quia de Prælati vita & doctrina Christi Ecclesia honoratur.

Sed addit prædictus Pater. *Heu terra, hac vbique inanis, & vacua & quibusdam sic obuoluta tenebris, vt non tam terra, quam tenebrosus iudicetur abyssus: Quid enim Christus ad se non traheret si non retraheret peruersitas Prælatorum? quis inquam; Christum non sequeretur in Ecclesia, si Pastores Ecclesia Christum in suis moribus, & ministeriis exaltarent, sed quidquid ille sursum trahit, isti quantum in ipsis est maleuiuendo retrahunt & qui Christum portare, Christo fructificare debuerant, Christo magis insultare quam exaltare noscuntur.* Quasi dicat, ô infælices Prælati ignorantes obcæcati ambitionis causa, accedite ad Deum, & illuminamini; quia modicum lumen est in vobis, etiamsi per intellectum, & scientias fidẽ agnoscatis, si operibus scandalosis contradicitis doctrinæ Christi, vt Lyr. adnotauit.

Marginalia: Galfr. in alleg. in Ioan. — *Malitia frustratur iniustes.* — Isaiæ c. 2. n. 22. — Hisp. loc. — *Dexad le afulano que vereis presto qui en es.* — *Falices qui scripsis suis scripturam declarant.* — Adam cit. in — alleg. Galfr. in Ioan. 12. — *Prælati boni Christum sub per terram exaltant.* — Adam idem cit. — *Prælati ambitiosi vel scandalosi, obices sunt vt peccatores ad Deum non veniant.* — Lyra. cit.

TRACTATVS QVINQVAGES. PRIMVS.

Ad Litteram, *In cap. 21. Matthæi de ingressu Christi in Ierusalem cum Palmarum applausu, & puerorum acclamatione.*

TEXTVS.

1. ET cum appropinquasset Ierosolymis, & venisset Bethphage ad montem Oliueti, Tunc Iesus misit duos discipulos. 2. Dicens eis; ite in Castellum quod contra vos est, & statim inuenietis Asinam alligatam, & pullum, cum ea, soluite, & adducite mihi. 3. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite Dominus his opus habet, & confestim dimittet eos, 4. Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem. 4. Dicite filiæ Syon: ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super Asinam & pullum filium subiugalis. 6. Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Iesus. 7. Et adduxerunt Asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. 8. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via: alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via; turba autem quæ præcedebat, & quæ sequebatur clamabant dicentes; Hosanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini.

EXPLANATIO

EXPLANATIO LITTERAE.

1904 *Bethphage paruus vicus mille passus distat à Ierosolymis.*

ET cũ appropinquasset, & venisset Bethphage ad moõtẽ Oliueti &c. Bethphage vinculus est ad radicẽ mõtis Oliueti positus, & distat à Hierusalem Sabbati iter mille passus, & misit duos discipulos Petrum, & Philippum, vt aliqui Auctores affirmant siue Ioannem, & Andream, sed hoc ad libitum interpretantur.

Lyr. sua in glossa. Maldonat. Lyram refutans refellitur.

In Castellum quod contra vos &c. Lyran. Castellum villam paruam declarat esse intra muros Hierusalem; quia erat clausa triplici muro, & Hispani vocant *Arabales dentre de la ciudad.* Vbi forsitan erat castellum; quia intra loca vel ciuitates in Hispania varia sunt castella, vt iuxta Complutum castellum de Sanctoicaz quod est intra eamdem villam de Sanctorcaz, & hoc verisimile est, (quidquid dicat Maldonatus) quia in dictis castellis sunt arma, & munitiones bellicæ, & milites & isti non habent asinam, vt eleemosynam Christo facerent, Sed coloni, & agricolæ habitantes in villa vbi castellum erat, dixit Lyranus quod habebant familias greges, & asinas & iumenta, & ab illis petenda erat eleemosyna quia Dominis opus habebat.

Agricola villa illius vbi erat castellũ asinũ & gregem habebat.

1905 Mar. 11. n. 2. Luc. 19. n. 30.

Quod contra nos est, id est, vt Hispani dicunt *Signando digito id aquel lugar quella frontero de vosostros,* Et inuenietis asinam, & pullum super quem nemo adhuc hominum sedit, vt Marcus c. 11. n. 2. & Lucas 19. n. 30. narrant & solus Matthæus mensionem de asina fecit, cæteri vero de solo pullo; quia super eum solum sedit Christus: notat autem optimè Lyranus & historia scolastica quod ad vsum pauperum in quolibet loco erant destinata animalia ista, & ideo Christus tanquam pauper illis vsus est, ex quo patet quod castellum erat locus vel castellum in loco, & ibi erant animalia sicut in reliquis locis destinata ad vsum pauperum, & erat Hospitalarius, qui curabat de istis communibus animalibus, cui præcepit Dominus, vt dicerent quod ille opus habebat, &c.

Lyr. vbi supra hyst. sco.

Animalia cõmunia pro pauperibus erant in quolibet loco.

1906 *Auct. mens. Zachar. c. 9. Sicut mater protegit filiã ita Syon Hierusalem.*

Hoc autem factum est, meo videri, propter duo, tum quia vrgebat necessitas, vt Christo ingressu triumphanti videretur ab vniuersis gentibus, tum etiam vt litteraliter adimpleretur quod per Zachariam 9. prophetatum fuerat, *Dicite filia Sion* id est ciuitati Ierosolimitanæ quæ appellabatur filia Syon eo quod protegebatur, & defendebatur ab arce Syon tanquam filia à matre.

1907 *Vrbs vocatur per sinecdoche filia Syon.*

Ecce Rex tuus, hoc est Messias ille quem expectas venit tibi ad tuam salutem mansuetus, & pauper: mansuctus, & pauper idem est sicut diues, & superbus, litteratus, & inflatus. Sedens super asinam, & pullum non est dubium quod super vtrumque asynam, & pullum sedit Christus; quia sicut Propheta prædixerat Messiam venturum in Ierusalem super vtrumque animal ita Euangelista narrat impletum; sed an prius super asinam, quam super pullum indomitum non est certum, sed quantum ad mysterij significationem, posterius super pullum, quia populum gentilem denotabat.

Super vtrũque animal Christus in sedit.

Gentiles populus posterior.

1908 *Caiet. Lyran.*

Plurima autem turba, &c. considera in hoc triumpho quatuor: primum diligentiam discipulorum pallia super asinam, & pullum sternentium 2. Turbas sternentes vestes suas honoris, & amoris causa, quæ produxit talem reuerentiam, & deuotionem neque Dauidi aut Salomoni factam. 3. Attende alios cædentes ramos de arboribus. 4. Cantica noua, & inaudita Osanna vel vt Hebræi Hosihah, Latine idem quod lætifica nos.

Triumphus propter quatuor nunquã auditus.

1909 *Christus benedicitur tãquã Princeps vel Rex inuatus.*

Benedictus qui venit in nomine Domini: hic patet quod hæc verba, & præcedentia Osanna non ad Christum tanquam ad personam agentem, sed tanquam ad patientiam referantur, hæc non enim orabant, vt Christus sibi benediceret, sed vt ille aden benediceretur: precatur enim turba Deum, vt nouum Regem diuque desideratum seruet ac prosperet, sicut consnetudo est in ingressu Regis noui quo turbæ clamant dicentes viuat Rex.

1910 *Cum possessionẽ regni accipiunt Reges, turba clamat viuat Rex.*

Osanna in altissimis, &c. repetitio hæc affectu vehementi producta videmus: videmus enim in hystorijs diuinis, & humanis eum aliqua definita, & ab imperatoribus approbata repetuntur, à turba multoties repeti tum, vt complaceant magnato tum, vt omnes audientes prouocentur ad idem dicere.

1611 *Auct. mens. Hisp. loc.*

Dicitur autem in altissimis id est, ex altissimis descendens, vt Ps. 148. dicitur laudate Dominum de cælis laudate eum in excelsis, vel meo videri ita corda omnium ad se Christus attraxerat, vt depræcarentur Deum quod ad multos annos venit desideratus cunctis gentibus; quia talis ac tantus, & tam admirabilis erat Christus omnibus quæ amabilis quod dicerent Osanna in excelsis deprecãtes pro illo ad Patrem omnipotentem quasi nostro Hispano sermone dicerent *Senor viua este Rey sy senor que parece caido y venido del cielo.*

Corda hominum ad se mouentur in honoribus alterius.

Corda autem Pharisæorum, & sacerdotum Pontificumque talia audientes commota sunt, & stridebant in Christum dentibus suis, & liuore, & inuidia repleti videntes tam inauditum triumphum, dicebant: non ne hic est filius fabri? non ne dicimus nos quod Dæmonium habet, & commoti omnes ad templum cum Christo abierunt vbi prædicauit solemniter.

Impij contra honoratũ insitum blasphemant.

Reliqua per quæstiones patebunt.

TRANSLATIONES ANTIQVIORES & neotherica in caput 21. Matthæi de ingressu Christi in Hierusalem cum acclamatione puerorum.

n. 1. *Vulgata & cum appropinquassent Ierosolymis, & venissent Betphage. Transl. ex Syriac.*	1. Et cum appropinquasset Orischel venissetque Bethphage iuxta verticem montis oliuarum.
Translat. Vatabli.	2. Et cum appropinquassent Ierosolymis, & venissent iuxta Bethphage ad montem oliuarum.
Caietanus in Euang.	3. Betphage viculus dicitur iuxta montem olineti.
n. 2. *Vulgata ite in, ca-*	4. Ite in vicum istum qui vobis est è regione, & statim

stellum quod contra vos est Translat. ex Syriac.	tim inuenietis asinam vinctam soluite, &c.
Translat. Vatabli.	5. Ite in vicum qui est è regione vestri,& statim inuenietis asinam alligatã.
Caietanus citat.	6. Ingredientes castellum non discutietis quęrentes, sed statim inuenietis asinam alligatam.
n.7. *Vulgata & adduxerunt asinam & pullum,& imposuerunt, &c.* *Translat. ex Syriac.*	7. Et imposuerunt pullo vestimenta sua, & equitauit super eum Iesus.
Transl. Vatabli.	8. Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eum vestimenta sua, & eum super illa collocarunt.
Tertul. lib. de corona militis fol. 293.	9. Christus Ierusalem ingressus super asinam.
Lyran. sua in glos.	10. Non sedit super vtrumque simul, sed successiue.
n.8. *Vulgata. plurima autem turba* *Translat. ex Syriac.*	11. Plurimæ autem turbæ sternebant pallia sua in via: aliqui cædebant ramos ex arboribus, & præcedebant in via.
Transl. Vatabli.	12. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via;alij vero cædebant Ramos,&c.
Lyra. sua in glossa singulariter legit.	13. Sternebãt vestimẽta sua ne asina, & puluis offenderent ad lapides pedes, & clamabant in signum letitiæ, & gaudij.
n.9. *Ex Vulgata turba autem quæ procedebant clamabant* *Translat. ex Syriac.*	14. Cæterum turbæ illæ quæ præcedebant eum quæque eum sequebantur clamabant dicentes ô vsichauo filio Dauid benedictus ille qui venit in nomine Domini osanna in excelsis.
Interlinealis ex Hieron. *Lyra. sua in glossa.*	15. Osa, interiectio Anna salua O Domine salua: Osanna tantum valet quantum, vtinam obsecro salua.
Caietan. in Euang.	17. Repetunt desideria salutis æternæ.
n.10. *Vulgata commota est vniuersa ciuitas,* *Translat. ex Syriac.*	18. Cumque fuisset ingressus Oureschelem, commota est ciuitas, & dicebant, quis hic est?
Translatio Vatabli.	19. Et cum intrasset Ierosolima, commota est ciuitas,& dicebat, quis est hic?
Interlinealis in gloss.	20. Mirans frequentiam nesciens veritatem.
Sed, meo videri, sic lege.	21. Terrens turbam simulans veritatem dicebant quis putatis quod sit hic.
Lyra. sua in gloss.	Iste non est tantus,quod talia debeatis illi exhibere.

DIFFICVLTAS PRIMA

Ad litteram.

Quare dicitur, quod cum appropinquasset Iesus Ierosolimis, & dicipuli eius, & venissent Betphage,misit duos discipulos ad castellum?

1913

QVæsitum vnde veniebat Iesus, & quo ibat & quare discipulos misit, & quò? *Regius in cath. S. Th. citat.*

1. RESPONSIO Remigij in cath. S. Thom. cit.qui ait. *Narrauit superius Euangelista Dominum egressum à Galilea,& cepisse ascendere Ierosolymam. Postquam ergo narrauit quid in via gesserit, in incepta intentione perseuerans dicit, & cum appropinquassent Iesus, & discipuli.* Quasi dicat, pediquitabant omnes Apostoli cum Iesu & fessi peruenerunt in vicum qui vocatur Bethphage, qui distabat mille passus à Hierusalem & inde misit duos discipulos in castellum. *Pediquitãtes disiderant loca ad quiescẽdum sedentes.*

2. RESPONSIO Lyrani sua in glossa. *Misit discipulos in Hiurusalem quæ erat clausa triplici modo cum propugnaculis, & fortaliciis ad modum castri, vt habetur 3. Regum.* Quasi dicat, erat Hierusalem amplissima ciuitas, & fortalitia erant in ea, & sub quolibet fortalitio erant suburbia quæ nostro idiomate Hispano vocantur *arbales*, & ad subvrbium vnum Hierusalem misit discipulos non ad ipsam ciuitatem: nam si ad castellum alterum misisset ibi munitionés, & arma essent non agricolæ, quæ iumenta haberent, neque communia deposita animalium erant pro pauperibus in castris, sed in villis seu suburbiis vel ciuitatibus. 1914 Lyran. sua in glossa. *Suburbia largo modo dicuntur ciuitas.* *3. Reg.* Hisp. loc. *Hierusalem habebat amplissima suburbia.*

3. RESPONSIO, meo videri, Christus signans digito, & demonstrans dixit quod coram vobis est videre illud, & ite confidenter, & neminem inquiratis;quia omnia quæ dico vobis euenient, quemadmodum dixi vobis, vt his rebus & aliis corda discipulorum non hæsitatent in fide, 1916 Auct. mens. *Corda infirma miraculis non credunt.*

cum

Ire contra faciem est signū demonstratiuum.

cum viderent eum crucifixum, sed starent firmi & constantes, in credendo.

1915 Caiet. in Euang. Hisp. loc. *Quod prope cernitur digito demonstratur.*

4. Responsio Caietani in Euang. *incertum est nomen proprium huius castelli quia nullus Euangelista explicat illud oppidulum.* Quasi dicat, quia erant multi oppiduli, vel vt Hispani vocant, *Granjas alquerias o casas de campo*, signādo digito ad quem oppidulum debebant adire dixit, Ite *halli frontero a aquel lugarullo vo esta aquel Castillo*, vt loquar modo Hispano, ideoque non nominauit locum quia prope erat, & demonstratiuè signabatur.

1917 Gloss. ordin.

5. Responsio Glossæ ordinariæ, *Bethphage erat viculus sacerdotum in Monte Oliueti, in cuius montis latere est ciuitas Bethania.*

DIFFICVLTAS II.

Ad litteram.

Quare dicitur, inuenietis Asinam alligatam & pullum cum ea, soluite & adducite mihi, quia Dominus his opus habet?

1918 QVæritur quare, Christus voluit quod Asina alligata adduceretur, & quare Euangelista dixit quod Dominus indigebat illa.

Lyra sua in glossa. Hist. schol. *Hebræorum consuetudo pro pauperibus subueniendis.*

1. Responsio Lyrani sua in Glossa, & Historiæ scholasticæ, & multorum recentiorum? *Quod ista Asina erat communis pro pauperibus non habentibus animalia, ad iterandum, & qui operabatur in ea dabat sibi pabulum, & facto opere reducebat ad locum determinatum, vt alius indigens posset accipere eam, & pullus paruulus nutriebatur cum ea pro consimili opere.* Quasi dicat, quod Hebræi laudabilem habebant consuetudinem pro pauperibus animalia communia disputandi in loco determinato, & erat regimen optimum, & charitate plenum.

1919 Chrysost. super Matthæum. *Gratitudo etiam Christo amabilis pro quoqunque obsequio.*

2. Responsio Chrysost. super Matthæum; *Intelligendum est quod animal postquam ingressum est in Ierusalem ad Dominum suum remissum est a Christo.* Quasi dicat, gratus Dominus de obsequio Asinæ, & pulli, gratias & animalia misit ad Dominum proprium vel ad depositarium, & conseruatorem animalium pro pauperibus.

1920 Glossa ord. *Zacharias Propheta, testimonium inuidiæ Iudæorum.*

3. Responsio Glossæ ordinariæ: *Dominus iumentorum confestim dimisit eos in Domini seruitio mancipandos, adhibetur autem huic facto Prophetiæ testimonium, vt appareat Dominum, omnia quæ de ipso scripta erant impleuisse, & inuidia cæcati; Scribæ & Pharisæi, ea quæ ipsi legebant intelligere nolebant.* Quasi dicat, idem Euangelista Zachariæ prophetiam citauit narrans, quæ opera exercebantur vt cæcitas & malitia Pharisæorum nota esset omnibus, quia legentes intelligere nolebant, quia erant rebelles lumini veritatis.

1921 Origen. in glossa cit. *Liberalitatis & virtus etiam in sanctis reperitur.*

4. Responsio Origen. in Gloss. cit. *Neque parum existimes quod factum est, quis enim suasit Dominus iumentorum non velle contradicere volentes silere & concedere, & in hoc discipulos erudit; quoniam poterat & Iudæos prohibere, sed noluit, & docuit quodcumque petitum darent.* Quasi dicat, fidem in Christum, & liberalitatem, in necessitatibus Christus discipulos suos docuit in hoc facto.

1922 Athanasius lib. de passio Domini. *Peccatorem ligatum omnis creatura persequitur propter contumaciam.*

5. Responsio Athanasij explicans inuenieris Asinum ligatum, ait, *Qualis igitur est hic pullus qui non vnum Dominum habet, sed plures? Nunc autem complures sunt eius Domini: & nullus in eius negotio occupatur nemo illum ascendit, imò nullum illud opus in manibus suis, tenet omnes pariter non in aliud occupati sunt quam, vt asellum in biuio alligent, Asinus propterea præsepè non habet, diuersorio caret, non est qui in forum descendat, id tantummodo agitur vt pullus vinciatur.* Quasi dicat, tam Dominus pulli, quam omnis creatura ligant peccatorem ambulantem in tenebris quia scriptum est, *& pugnauit orbis terrarum contra insensatos.* Sola manus Apostolorum auctoritate Christi potest, & soluit illum & propter hanc repræsentationem Dominus dixit, & Euangelista aduertit, quod erat Asinus ligatus, & quod Dominus his opus habebat, quia peccatores absoluere, & saluos facere opus Christi erat, quia ad hoc missus est, vt peccatores, & oues peditas ad cælum portaret.

Manus sacerdotum absoluendo ligatoram tollunt.

DIFFICVLTAS III.

Ad litteram.

Quare Apostoli super pullum Asini posuerunt vestimenta sua, & Christum desuper sedere fecerunt.

QVæritur, quare super Asinam vel pullum, sedere Christum Apostoli fecerunt. 1923

Lyran. sua in gloss. *Christus successiue ascendit super Asinam & pullum.*

1. Responsio Lyrani sua in Glossa: *Non quia sederit super vtrumque simul sed successiue, quia prius ascendit super pullum, qui non erat domitus, idest applicatus humanis vsibus, vt habetur,* Lucæ 19. *ideo postea sedit super Asinam.* Quasi dicat, omnia Christus operabatur, cum singulari præscientia; & prophetatum erat quod ad populum gentilem aditurus erat, & cum Iudaico populo Congregaturus, quia ipse est, qui fecit vtrumque vnum.

1924 Chrysost. hom. 17. *Ad pacem Christus prouocauit in ingressu & in fine vitæ suæ.*

2. Responsio Chrysost. hom. 17. operis imperfecti. *Non sedit in curru aureo pretiosa purpura fulgens, neque ascendit super feruidum equum discordiæ amatorem, & litis sed super Asinam tranquillitatis & pacis amicam.* Quasi dicat, Christus omnia quæ operabatur erant plena mysteriis, ideo ad pacē & amicitiam inimicos suos prouocat: quia exitus acta probat, etsi Christo in mundum ingrediente pacē Angeli nunciauerūt, in exitu eius pacem omnia Christi opera, & insignia clamitrant, quia scriptum est Zach. 9. ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, & humilis & quæ maior humilitas quam sedere super pullum sine apparatu.

1925 Caietan. in Euang. *Scabellum Christi, Apostolorum manus.*

3. Responsio Caiet. in Euang. *Super vestimenta sedere fecerunt; quia ad sessionem ita determinatam paratamque, erat mos ministrorum recto se mentium, ad adiuuandum Dominum suum ad equitandum.* Quasi dicat, ita amorosè, & alacriter discipuli strauerunt sedem, vt super manus illorū Christus innitens ascenderit super asinam

Asinam, vt tanto Regi à talibus ministris seruiretur.

1926 Chrysost. hom. 67. in Matth. *Conclusio contra Rabbinos euidens.* Zach. 9.

5. Responsio Chrysostomi hom. 67. in Matth. *Interrogat autem Iudaeos quis Rex super Asinam delatus intrauit Ierosolymam: non vtique alium debent dicere nisi istum solum.* Quasi dicat, appareat malitia Rabbinorum, & Scribarum doctorumque legis: quia verum est quod Zacharias Prophetizauit cap. 9. Regem super Asinum subiugalem ingressurum, cum triumpho in Ierusalem, si ergo nullus alius Rex ita intrauit, quare Christo non credunt, & malitia eorum quare non confundit eos?

DIFFICVLTAS IV. Ad Litteram.

Quare dicitur, plurima autem turba, sternebat vestimenta sua in via; alij autem cædebant ramos de arboribus.

1927 Lyr. sua in glossa. *Tripliciter probatur Zacharia Prophetia.*

Quæritur ad quid turbæ prosternebant vestimenta sua Domino ingrediente.

1. Responsio Lyr. sua in Gloss. *Vt Zacharia prophetia in totum adimpleretur: nam dixerat exulta & lauda filia Syon* cap. 9. &c. *& hoc in tribus manifestatum est, primo quia in signum lætitiæ, & exultationis honorisque, ne Asina ad lapides offenderetur; vestimenta, idest pallia proiiciebant pro vestimento terræ, secundo in hoc quod dicitur, & alij cædebant ramos de arboribus, tertio in eo quod clamabant Osanna filio Dauid, benedictus qui venit.*

1928 Gloss. ord. *Libri & exempla turbas docent.*

2. Responsio Glossæ, *Ramos vel frondes cædunt, quia verba, & sententias ex libris Patrum exceperunt.* Quasi dicat turbæ exempla sumpserunt ex libris, vbi legerant quod Principes, & Reges in exordio regni sui, cum Palmis, & arboribus recipiebantur, & triumphando ingrediebantur in ciuitates.

1929 Caietanus in Euang. *Puerorum acclamatio protestatio, & confirmatio aduentus regis Messiæ.*

3. Responsio Caietani in Euang. *Vide concursum turbarum, vide gaudium & exultationem, perpende testimonia Messiæ, non solum aduenientis super Asinam & pullum, sed modum veniendi, cum honore scilicet plusquam regio: cum pompa Regis diuini, & cum professione turbarum clara & publica voce confitentium quod esset Messias in lege promissus, quia scriptum est, ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem tuam.* Quasi dicat publica protestatio puerorum, Christum regem animarum, & Messiam desideratum cunctis gentibus confirmabat.

1930 Auct. mens. *Triumphus Christi reuelare humilibus & paruulis mysteria fidei.*

4. Responsio, meo videri, turbæ vestimenta sternebant, & pueri clamabant; quia actiones & voces puerorum tot mysteria in se continebant quot excogitari non poterant, quia pueris & simplicibus lex Christi reuelanda erat, & ab oculis sapientium prudentiumq; Pharisæorum abscondenda: & reuelanda paruulis humilibusque, qui pro beneficiis acceptis Deum in Ecclesia clamant, dicentes Osanna, benedictus qui venit, ad docendum nos.

DIFFICVLTAS V. Ad Litteram.

Quare dicitur, quod turbæ clamabant Osanna, benedictus qui venit in nomine Domini.

Quæritur quid volebant dicere clamantes Osanna filio Dauid. 1931

Lyran. sua in gloss. *Osanna verbum Hebraicum compositum. Idem quod salua nos.*

1 Responsio Lyrani, Osanna est verbum, *Hebraicum compositum ex, osi, quod est salua, & anna, quod est aduerbium optandi, & valet vtinam, &* dicitur, *Osanna remota vltima littera primæ dictionis: Vnde est ibi compositio ex corrupto & integro, & ideo Osanna tantum valet, vtinam vel obsecro, salua nos.* Et de qua salute intelligatur additur, sanna in excelsis, quia Christus veniebat ad dandam salutem cælestem, & æternam.

1932 Chrysost. in cath. cit. *Pueri prophetauerunt clarius prophetis.*

2. Responsio Chrysost. in cath. *Propheta de venturo Christo clamauerunt: pueri laudantes:* & laudabant *aduentum Christi iam adimpletum.*

1933 Hier. in cat.

3. Responsio Hieronymi in cath. citat. *Turba quæ præcedebant, & sequebantur, vtrumque populum ostentant qui ante Euangelium, & post Euangelium, Domino crediderunt, & consona voce Iesum laudauerunt.*

Pharisæi vocibus Puerorum torquebantur. 1934 Auct. mens. Lucæ 11. *Pueri acclamationibus Christo honorem à Pharisæis ablatũ restituunt.*

4. Responsio, meo videri, Christo his vocibus puerorum multiplicatur honor, & restitutio famæ: nam ipsum inhonorauerant, Pharisæi dicentes Luc. 11. in Belzebut Principe Dæmoniorum eiicit dæmonia, pueri autem dicunt, benedictus qui venit in nomine Domini: ergo non in nomine Belzebut, æmuli blasphemantes dicebant, non est hic homo à Deo, pueri conclamant, Osanna in excelsis, idest, de cælo à Deo missus de excelsis venit Rex Israel, homo excelsus iste. Vnde concludit Tertullianus lib. de patientia. *Satis sequester Deus est si iniuriam deposuerit vltor, si damnum restitutor.* Quasi dicat, isto ineffabili triumpho Christus honoratur, quia humiliatus fuit ab æmulis nimis.

TRACTATVS QVINQVAGES. SECVND.

Ad mores, *In cap. 21. Matthæi, De triumphali ingressu Christi in Hierusalem.*

DIFFICVLTAS VI.

Ad Mores.

Quare dicitur, quod cum appropinquarent Christus, & discipuli Bethphage misit duos discipulos in castellum?

1935 QVæsitum fuit, vnde veniebat Christus, & quo ibat quando discipulos misit?

Remigius in litt. cit. Perseuerãtia opus coronat virtutum.

1. RESPONSIO fuit Remigij in litter. cit. *Quod Dominus è Galilæa egressus pediquitando cum discipulis, venit ad vicum qui vocatur Bethphage, & in intentione incepta perseuerabat vsque quo ad Hierusalem peruenisset.* Quasi dicat, Christus in sua primæua intentione obedientiæ ibat in Hierusalem obediendo vsque ad mortem, & perseuerando vsque ad finem in bono.

Oleaster in Genes. 17. Transl. Pagn. Hebraa dictio Saddai vel Mamma idest quod benefactor. Religiosi quomodo ambulare debent. Professores religionis perseuerent incessanter in vocatione sua.

Vnde interrogat Oleaster, quare Genes. 17. dicitur. *Ego Deus fortis omnipotens, ambula coram me?* Sic legit Pagnin. Et respondet: *Quod in Hebræa dictio* Saddai *idem est quod* Mamma, *Latine idem quod omnipotens benefactor: nam quemadmodum à mamma lac dulce, prostat quod omnes creaturæ suggant; ita ab omnipotente Deo tanquam à benefactore omnia bona cuncta procedunt.* Et erit sensus: *Si vis perfectus esse, ambula coram me perseuerans indesinenter, & ego fortis & beneuolus ero, ambula coram me quasi seruus coram Domino suo ambularet, & eris perfectus si nihil omittas eorũ quæ promisisti eo modo quo Zacharias dixit Lucæ 2. in sanctitate, & iustitia coram illo omnibus diebus vitæ tuæ.* Quasi dicat, qui viam perfectionis promiserunt, semper in incepta intentione, & perfectione perseuerent vsque ad mortem quia Christus à Galilæa progrediens, & in Bethphage requiescens perseuerauit vsque ad mortem in Hierusalem.

Chrysost. hom. 6. ad Coll. 2. 7. Desidia & torpore vitiosos fieri dum & arescunt.

Hinc Chrysost. hom. 6. interrogat, quare Paulus ad Col. 2. n. 7. dixit. *Radicati, & super ædificati in Christo, & confirmati in fide state?* Et respondet: *Quia quod est radicatum seu quod radices eiecit, non poterit transmutari: vide quam proprias, & appositas ponit dictiones.* Quasi dicat, neque in Christo, neque in homine radicatus est qui in intentione firmiter non perseuerat; sed leui aura aliò fertur quo virtutis vis non perseuerat: quia accidia, vel torpore correptus defecit, noxiaque vicissitudinis obumbratione labitur qui ad summa ascendebat.

Socrat. apud Stobeum ser. 1 de virtutibus. Statua in basi sua persistens.

Ideo Socrates apud Stobeum serm. 1. de virtute dicebat. *Statua quidem in sua basi virtutis, studiosus autem vir bono proposito nisus immobilis esse debet.* Quasi dicat, perseuerantia similis est statuæ quæ suæ nititur basi, sic vir fortis in virtute ab incepta intentione moueri non debet. Propter, quod cõtra incõstãtes, & in bono non perseuerantes conqueritur Dominus per Prophetam Ieremiam dicentem cap. 14. n. 10. *Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes suos, & non quieuit, & Domino non placuit.*

Ierem. 14. n. 10. Inconstantes in cogitationibus Deo abominabiles & odiosi. 1. Cor. c. 5.

Quasi dicat, non solum qui opere pedem mouet à via perfectionis quam incepit, Deo displicet sed & qui dilexit, id est, qui affectu, & voluntate non perseuerauit vsque in finem, sed vicissitudinis obumbrationem dilexit, & quasi folium quod à vento rapitur, mouetur; hic abominabilis Deo existit. Ideo Paulus 1. Cor. cap. 5. *Clamabat fratres mei dilectissimi stabiles, estote, & immobiles abundantes in opere Domini semper.* Ad quæ verba S. Cyrillus Alexandrinus.

Cyril. Alex. in Epist. ad Corinth. Ierem. c. 14. Perseuerãtia duobus pedibus fixa.

Proinde hoc Paulus monet, & stabiles esse nos iubet; quia qui nondum compositam firmamque mentem habent laudis omnino expertes se esse demonstrant (Et addit Cyrillus) quos, & ipse omnium Dominus accusat per Prophetam his verbis. *Dilexerunt mouere pedes suos ac non cessauerunt, & Deo etiam non placuerunt. Pedes autem hoc loco irascentem quandam significant motionem, & mentis impetum in vtramque partem: tum ad ea inquam quæ mala sunt, tum ad ea quæ admirabilia omnium opinione iudicantur, vt omnino veluti constrictos ac defixos humi esse oporteat pedes, qui constantiam tenaci animo, & habita seruent vsque quo improbitatis aut vitiorũ ingredi vereantur viã: talem se beatus Psaltes monstrat dicens Ps. 39. num. 3. statuit supra petram pedes meos.*

Ps. 39 n. 3. Perseuerãtia vt petra firmissima.

Quasi dicat, supra petram firmos pedes non habet qui in incepta intentione non perseuerat, sed huc illucque quotidie mouetur, hodie ad virtutes cras ad vitia, & ad vomitum sicut canis reuertitur.

Cyprian. lib. de discipl. & habitu virg. Ps. 2. n. 12. Hylar. in Ps. 2.

Contra quos Cyprianus lib. de disciplina, & habitu virginali clamat. *Continete disciplinam ne forte irascatur Dominus Ps. 2. n. 12.* Vbi addit S. Hilarius. *Apprehendenda itaque est disciplina, & inuadenda quodam amplexu, & vinculo corporali, ne eleuetur aut excidat.*

Memoria passionis Christi vigens esse debet.

Quasi dicat, perseuerantia passionis Christi ita incepta intentione apprehendenda est, vt Christus fecit a Galilæa vsque ad Bethphage procedens semper efficacitet

caciter, & immobiliter deſiderando crucem ſuæ paſsionis quam ab origine mundi, vt agnus occiſus deſiderabat, vt Remigius adnotauit.

Remig. cit.

1538 Auct. mens. *Amoris vis affectibus & viribus totis demõſtratur.*

2. Responsio, meo videri, fuit quod digito Chriſtus caſtellum deſignauit dicens, ite in caſtellum qood contra vos eſt; quia quæ nimis deſiderantur ocolis, maoibus, actioni us, & toto affectu animæ demonſtrari vellent, & quia amor Chriſti deſideriis flagrantibus cor Chriſti dilacerabat cupiens pati, & mori pro re amata ideo dicebat, ite in caſtellum, &c. quaſi confortans corda diſcipulorum quæ iam ex concilio, & ioſidiis Iudæorum timida erant, & vt confortaret eos dixit, ite in caſtellum, & videbitis mirabilia, & nolite timere; quia ego vobiſcum ſum vſque ad coonſummationem ſeculi, & hoc dicebat volens expellere metum, & timorem illorum, & timens eorum infirmitatem, & imbecillitatem; quia amor in propria animoſus io amici periculis, tota timet.

Amor torquetur dilationibus ſpei dilata.

Amicorũ infirmitatem plusquã propria timetur.

Hinc Adam Pater in alleg. Galfridi, cit. tenet quod Philippus qui ioterpretatur os lampadis erat vnus ex duobus miſſis in caſtellum, & erit ſenſus. *Lampas ſum Domine mi, ſed in corpus et, nunc extendens digitum tuum in me infundis olenm ſpiritus Sancti, & ignem in oſſibus meis; quia tua diuinitas ignis eſt, qui in lampade cordis extin li accenditur, ſu cordibuſque amorem infundis qui timorem expellit, & ſic feſtinantes, & læti diſcipuli abierunt in caſtellum.* Quaſi dicat, quod digito demonſtrãs Chriſtus caſtellum inflãmauit corda diſcipulorom, & quæ erant triſtitia plena tunc ardere cœperunt igne ſui amoris, & alacres fuerunt ad obedientiam, & omnia ſicut Chriſtus dixerat inuenerunt, & admirati, & confortati in fide reuerſi ſunt.

Adam ſupra cit. in alleg. Galfr.

Philippus vnus ex duobus diſcipulis.

Diuinitas, & amor Chriſti igni comparatur.

fides corda incẽdit mercum, & timorem.

DIFFICVLTAS VII.

Ad Mores.

Quare dicitur, inuenietis aſinam alligatam, & pullum ſoluite, & ſi quid aliquis vobis dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet.

1937 QVæſitum fuit quare dicitur inuenietis aſinam alligatam?

1. Responsio fuit Lyrani in litt. cit. *Quod in quolibet loco pro pauperibus erant animalia in communi pro pauperibus, vt de loco in locum portarentur.* Quaſi dicat, quod charitas erat refugium, & protectio omnium oppidorum, & ciuitatum.

charitas protectio ciuitatum.

Vnde interrogat Oleaſter, quare Deut. 23. dicitur. *Non quæres pacem Amorræorum, nec bonum eorum?* Sic legit Pagn. Et reſpondet: *Quod in Hebræo verbum* Daras *idem eſt ac quærere, inueſtigare, aut inquirere.* Et erit ſenſus. *Non cures quærere aut inueſtigare de integritate aut ſalute Amorræorum, in pœnam quod non charitatiue occurrerunt Iſraelitis venientibus ex Ægypto cum pane, & aqua, quemadmodum proximos, & quaſi fratres decebat.* Et addit Oleaſter ad amores. *Et ſi defectus virtutum malus ſit, peſſimus autem eſt defectus charitatis, & miſericordia in proximos quem punire ad auctorẽ vitæ noſtræ pertinere, locus iſte deſignat.* Quaſi dicat, propterea Iudæi in omni loco animalia in communi pro pauperibus tenebant, ne propter defectum charitatis adeo punirentur quemadmodum Amorræis contigit, eo quod Iſraëlitis ex Ægypto venientibus in extrema neceſſitate non ſubuenerunt.

Oleaſt. in Deut. c. 23. tranſ. Pagn. *Hebræa dictio Daras idem quod quærere vel inquirere.*

Charitatis defectus in Deum refunditur.

Hinc Richardus de S. Vict. interrogat, quare Pſal. 44. n. 10. dicitur. *Aſtitit Regina a dextris tuis?* Et reſpondet: *merito Regina virtutum charitas eſſe dicitur, quia in ſiniſtra Dei ſunt bona temporalia, in dextris autem bona æterna, a dextris ergo ſtare charitas dicitur quia bonis æternis non temporalibus innititur: infelix numque illis charitas regnat quos amor æternorum inflammat.* Quaſi dicat, quomodo cœleſtia diligit, qui pauperibus temporalia non retribuit.

Richard. de S. Vict. in Pſ. 44. n. 10.

Charitas Regina virtutum.

Ideo Gregorius Niſſenus hom. 4. in cant. interrogat, quare dicitur cant. 2. n. 7. *Ne ſuſcitetis neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit?* Et reſpondet legendo. *Ne excitetis neque expergiſci faciatis charitatem, donec ipſa velit.* Quaſi dicat, qui charitatis amore ardet nunquam à præſentia Dei excitatur, neque ſeparatur, quia vt 1. Epiſtol. Ioann. cap. 4. num. 16. dicitur *Deus charitas eſt & qui manet in charitate, in Deo manet.*

Greg. Niſſ. hom. 4. in cant.

Cant. 2. n. 7.

Charitatis vis ineffabilis.

1. Ep. Ioan. c. 4. n. 16.

Vnde Iſidorus Peluſiota lib. 4. Epiſt. 5. *Deus verbum in terra veniens, nobis charitatem quaſi quandam Angelicam ſtolam texuit, in qua vniuerſam virtutis armaturam fabricauit.* Quaſi diceret, qui ſtola charitatis caret, non eſt particeps myſteriorum Dei. Et S. Zenon ſerm. de fide, ſpe & charit. *O charitas quam pia quam opulenta, & quam potens, nihil habet qui te non habet. Tu Deum breuiatum paulisper in maieſtate ſua immenſitatis peregrinari feciſti. Tu virginali carcere nouem menſibus relegaſti.* Quaſi dicat, quid mirum eſt quod charitas ſit tam potens, & opulenta & quod in qualibet ciuitate, vel vico ligatam aſinam habeant pro pauperibus ſubueniendis, ſi charitas Chriſti vrget nos audiendo quod in vtero virginali nouem menſibus relegatus eſt, & propter nimiam charitatem; qua dilexit nos, & hanc charitatem Iudæorum laudat Lyranus; quia pro pauperibus ſubueniendis habebant animalia communia.

Iſidorus Peluſiota lib. 4. epiſt. 5.

S. Zenon ſer. de fide, ſpe. & char.

Charitas Chriſtũ relegauit in vtero virginali.

Pauperes hoſpitato maxima charitas.

Lyra. cit.

1938 2. Responsio fuit D. Athanaſij in litt. cit. Id tantummodo agitur, vt pullum id eſt peccatorem omnes vinciant, & ligent. Vnde Galfr. in allegor. ſuis ſupra Iſaiam. *Vaqui peccatorum ſuorum funibus conſtringitur, quia non facile a neruis inueteratis ſoluitur,* & ita Hiſpana locutio eſt. *Nudo ciego cortille ols erren pelle luego: nam frons area impudica eſt,* (addit Galfridus) *Licet enim valde teratur, difficile eſt, vt exteratur, illorum ergo frons area eſt, qui confuſione non ſunt confuſi, & erubeſcere neſcierunt.* Quaſi dicat, vltima peccatorum miſeria eſt, non ſentire ſe laqueis mille peccatorum ligatum, & ſarcina iniquitatum antiquarum non grauari.

Galfrid. in alleg. ſuper Iſaiam.

Peccator quotidie plus irretitur laqueis ſceleribus.

Hinc Drogo. lib de ſacra. dominicæ Paſſi. loquens de corde indurato Iudæ. ait. *Iam diu erat quod à Chriſto diſceſſerat, & auaritia laqueo ſe ſuſpenderat, ſed quod fuerat in occulto palam omnibus innotuit.* Quaſi dicat, non tunc primus erat hic in iuda laqueus quo apparuit ſtrãgulatus ab eo die quo Chriſti iugum excuſſerat ſe ſequi

Drogo de Sacr. Dom. paſſi.

Peccator intus ligatus ante foras ſtrangulatus apparet.

cupiditatum, & Dæmoniorum dominio tradidit fortiter illaqueatus est; etiam si vincula non videbantur, sed illo moriente laqueus qui latebat apparuit.

Chrysol. ser. de prodigo. Luc. c. 15. Crudelis possessor Diabolus.

Vnde Chrysologus ponderans laqueos multiplices peccatorum insensibilium, contra quos pugnat orbis terrarum tanquam contra insensatos ait, serm. de prodigo. *Cupiebat (inquit) saturari de siliquis: Lucæ c. 15. quam crudele ministerium; quia neque communis porcis qui vivit porcis.* Quasi dicat, qui tanta & iam continua supplica peccatorum non sentit, quid plura à Diabolo expectas, vt à dominio Dæmonis fugiat, & ad Deum conuertatur?

D. Paulinus epist. 4.

Et addit D. Paulinus epist. 4. loquens de Sampsone laqueis muliercularis irretitum, & tandem mola asinaria ligatum. *Stabat in via peccatorum compeditus vinculis cupiditatum, & ipse sibi carcer est obsessus tenebris erroris sui in semetipso: pistrini ergastulum portat farinam hostibus suis, de corrupta anima sua fruge conficiens.* Quasi dicat, quid mirum quod vinculis ad molam asinariam Sampson ligetur; quia iam diu antea vinculis peccatorum Dalilæ irretitus erat, & amore religatus, non sentiebat vincula dura quæ corpus eius ligabant; quia cor durioribus passionibus amaris ligatum erat. Ideo Christus Apostolis dixit soluite asinam, & pullum ligatus, & adducite mihi; quia ad soluendum cor ligatum, & irretitum vinculis amoris & voluptatibus fœminarum sola manus Christi potest esse efficax, & necessaria; quia duo corda fœminæ solum, & mulieris fortiter ligata difficillimè soluuntur.

Pulchritudo fœminarum cũ voluptate & amore cõnexa corda Samsonis eiusdem ligat.

Duo corda amore firmiter ligata omnipotens Christi manus est necessaria ad soluendum ea.

DIFFICVLTAS VIII.
Ad Móres.

Quare dicitur, quod Apostoli super asinam, & pullum posuerunt vestimenta sua, & Iesum desuper sedere fecerunt?

1939 QVæsitum fuit quare super vtrumque, asinam solum, & pullum Apostoli vestimenta sua posuerunt?

Lyra. cit. in litt. Successiue Christus super asinam & pullum ascendit. Christi actiones mysteriis plena.

1. RESPONSIO fuit Lyræ in litt. cit. *Non quia super vtrumque simul, sed successiue Christus ascendit, & quia pullus non erat domitus, id est, vsibus humanis applicatus ideo Christus postea super asinam ascendit.* Quasi dicat, omnia quæ Christus fecit mysteriis plena sunt, & quia populum gentilem, & indomitum, simulque, & Iudaicum iugo legis domatum significabat, ideo super vtrumque ascendit.

Oleast. in Leuit. 18. Transl. Pagn. Dictio Hebræa Misphat.

Impij sine mensura & sine lege votis ad peccandum se constringunt.

Vnde interrogat Oleaster, quare Leuit. 18. *In statutis gentilium non ambulabitis, & iudicia mea facietis?* Sic legit Pagnin. Et respondet: *Quod in Hebræo dictio* Misphat *idem est quod mensura iusta, & legi conformis.* Et erit sensus, *in statutis gentilium non ambulabitis, quia sine mensura, & sine lege, id est, contra naturam, & contra legem Dei, & statuta iudiciaque hominum peccant.* Et addit Oleaster ad mores, *esset satis impiis impiè viuere, modo statuta iniqua non stabilirent; nam quemadmodum piis non sat est, bona facere, sed se se iuramentis votis, & statutis ad ea facienda ligant; ita etiam impiis non sat est mala facere, nisi statutis votis, & iuramentis ad ea facienda astringant se.* Quasi dicat, ita aliqui homines sine Deo, sine lege sine Rege, sine ratione, & sine mensura viuunt quod sicut Hispani dicunt. *Mas parecem gentiles a theistas que Christiano.* Quia sine ratione, & iudicio semper Dæmoni mundo, & carni seruientes, votis, verbis, dictis, & iuramẽtis peccatis nouis, & inauditis se astringũt, & protestatur, s. esse paratos ad omne nefas possibile vel impossibile irritando naturam, & impotentiam votis, & desideriis, & maleficiis prouocando ad peccata enormissima committenda.

Hisp. loc. Pecadores des almados a peccar sõ pre preparados.

Idem In libris Danielis dicitur, quod impij consiliatij Regis qui Danielem accusabant, statum fecerunt, quod Rea malum quod delinquentibus parabat per triginta rerum spatia reuocare posset, & quia Christus peccatores huiusce mundi indomitus, & feroces domare, & conuertere veniebat, & iugo suauissimo legis suæ ad se attrahere, & populum gentilem vocare: ideo super pullum indomitũ ascendere dignatus est.

Daniel sup. cit. Peccatores in domiti pulli ligati.

B. Bruno in alleg. Galfr. sup. Deut.

Hinc B. Bruno in alleg. Galfridi super Deut. ait. *Quod si huiusce modi gentiles vel vitam gentilium viuentes venerint ad nos fugientes à facie gladij, & indignationis ira Dei, cum panibus consolationis occurrere debemus, & quantum possibilitas afferet iugum legis Christi super humeros eorum imponere.* (Et addit citat. Bruno.) *Ideo scriptum est Deut. 22. non tradas seruum Domino suo qui ad se confugerit habitabit tecum in loco quo ei placuerit, & ne contristes eum.* Quasi dicat, omnis qui facit peccatum seruus est peccati, huius autem Dominus est Diabolus; si enim talis seruus pœnitens de peccatis suis ad nos confugerit, non abiiciamus eum neque à nostra receptione repellamus, sed habitet nobiscum & in sanctorum cætu conuersetur: nemo eum tristetur, nemo eum de peccatis præteritis publicè reprehendat: hoc enim agere quid aliud est nisi iterum Diabolo trahere, & in desperationem inducere?

Impij contriti hoc tempore passionis Christi suscipiendi. Triumphat Christus cum fœderatis parit.

Dominus peccatoribus triumphat & facit victorias.

Hisp. loc. Pecadores conuertidos gala y triumpho de Dios.

Recole quæso. *Sed in sanctorum cætu conuersetur.* Quasi dicat, à processione, & turba puerorum clamantium, & Christum comitantium cum palmis, & ramis de arboribus non expellantur quicũque sceleratissimis peccatorũ, sed charitatiuè recipiantur: quia Dominus his opus habet vt sint tanquam hamus piscatoris ad capiendos pisces magnos. *Quia magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, eo quod super peccatores indomitos sedet, & mites facit iugo suauitatis, & legis Christi domatos, & conuersos ad eum.*

Hamus peccatorum ingens peccator conuersus.

2. RESPONSIO, Chrysost. in lit. cit. *Non sedet in curru aureo nec ascendit super equum rigidum discordiæ amatorem, & litis sed super asinam tranquillitatis, & pacis amicam.* Quasi dicat, super rigidos, & amatores sui ipsius superbos, & elatos non sed & Christus neque sedem dignitatis merentur qui omnibus nocent, & sibi solis cere cupiunt. 1940

Chrysost. in litt. cit.

Oleast. in Exod. 14. Transl. Pagn. Verbum Hebræũ Lacham idẽ quod comedere vel pugnare.

Vnde interrogat Oleaster quare Exod. 14. dicitur. *Dominus pugnabit pro vobis, & profectus est Angelus qui stat ante Castra Israel?* Sic legit Pagninus, Et respondet, *Quod in Hebræo verbum* (Lacham) *significat comedere vel pugnare: eo quod in pugna homines comedere solent: vnde acies gladij dicitur os gladij, quod quasi ea deuorat gla-*

Dominus suos amicos liberat ab hominibus asperis & terribilibus superbis & elatis.

Prælati rigidi in alios, & in se mites confundendi.

Oleast. cit.

dius, & comedat homines scindendo, eos, velut dentes panem, & vt Hispani dicunt, *Ay honbres que con la vista sequieren comer ay matar a otros. Et Dominus pugnabit pro vobis scindendo, & perdendo eos qui vos devorare volunt respicientes asperitate magna.* Quasi dicat, tunc glorificabitur Deus: quando Angelus eius, ambulauerit post amicos Domini, vt liberet eos de manibus Pharaonis superbi, elati & terribilis conditionis; Et addit Oleaster, *Perierant iusti nisi Dominus medium inter rigidos Prælatos, se poneret vt mitescant & suauiter subditos tractent.*

B. Lau. Iust. in Ps. 79.

Asperitas & iniustitia Prælatorum non nocet studiosis & iustis sed sicut spina rosam pulchriorem reddunt.

Hinc Laurentius Iustinianus interrogat quare Psalm. 79. dicitur, *Vineam de Ægypto transtulisti*, Et respondet; quia Deus non solum per Angelos bonos, sed per malos homines iratos, & iracundos protegit, & defendit suos; quia sæuitia & crudelitas ipsorum, bonos conseruat in gratia Dei, & in virtute vitis à qua palmites procedunt, & à qua fortitudinem, & defensionem accipiunt, verba B. Iustiniani sunt: *Vineam de Ægypto transtulisti, quia sicut in vinea foliis fructus tegitur, sic in Ecclesia boni vmbra peccantium obumbrantur.* Quasi dicat, sicut spinæ nocere videntur rosis quando conseruant, & protegunt candorem, & pulchritudinem earum, sic Prælati iniusti non inhonorant doctum, & litteratum spinis ignorantiæ suæ immeritos, & insufficientes honorando, sed tunc fragrantiam & odorem laborantis, & in vinea Domini Sabbaoth perpetuo desudantis plus spargunt, & laudes eius in vniuerso orbe contra insensatos pugnant, crudeles impiosque condemnando, & humiles laboriosos exaltando: quia Dominus protegens suos humiles, & abiectos sedet super illos, & tuba virtutis suæ magnificat eos, & triumphali ingressu ab vniuersis cætibus, & pueris acclamantibus exaltantur dicentibus benedictus qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis, id est sis Deus in cælis benedictus eo quod superbis resistis, & humilibus dat honorem, & gratiam inter extraneos, etiamsi in patria sua accepti non fuerunt.

Scriptor opprobriatus Rosa inter spinas.

Deus Protector est suorum laborantium in vinea Sabbaoth.

Conciues. & compatriotæ plus liuore consumuntur contra studioses laborantes.

Galfrid. in alleg. ad c. 9. Marci.

Philosophi axioma

Prælati boni sibi asperi aliis mites.

Inæqualitas in communitatibus pacem frangit lites excitat.

Hinc Galfridus ad caput 9. Marci, *Habete sal in vobis*, vel vt Mattheus *vos estis sal terræ. Hic secularium sapientium vnus, ait, ignoscas aliis multa, nil tibi, quod non bene aliqui peruertendo adimplent amantes, vt legimus semetipsos, & sibi propitij, subditis autem graues, & regidi habent sal inter se, & pacem in semetipsis.* Quasi dicat, quæ maior asperitas, & crudelitas excogitari potest quam sibi suisque amicis, & consodalibus ignorantibus placere, idiotas honorare, & & venerari, potibus & cibis delicatis vti, & sapientibus, & prudentibus subditis religiosis & obseruantibus acetum mirratum præbere, & panes ordeaceos ministrare, subditis nihil parcere, & sibi ad placitum, viuere hi autem quomodo capaces sunt, vt Christus sedeat super illos neque ipsi sedeant loco ipsius & præsint aliis, quia rigidi, & indomiti singularesque sunt, non subiugales, pacifici, mites & suaues.

DIFFICVLTAS IX.

Ad mores.

Quare dicitur, plurima autem turba sternebant vestimenta sua in via, alij ramos cædebant de arboribus.

QVæsitum fuit, quare homines & pue- 1941
ri prosternebant vestimenta sua Christo transeunte.

Lyr. cit. in litt.

Tyranni est subditos violenter expoliare.

1. Responsio fuit Lyrani, quod ex lætitia *& gaudio vt adimpleretur Prophetia Zachariæ cap. 9. exulta, & gaude satis filia Syon, ecce Rex tuus venit, &c.* Quasi dicat, gaudebant; quia spontanei, & voluntate propria allecti vestimenta pro Christo prosternebant: & dabant non violenter tollebantur, & Tyrannico modo auferebantur: quia de hoc non gauderent, sed tristarentur nimis.

Oleast. in Exod. 30.

Tráſ. Pagn.

Dictio Hebræa, Gad, idem quod pars superior.

Ministri Regis oues ficta intus lupi Rapaces.

Ad Rom. 13.

Violentia contra pauperes ad cælum ascendunt.

Vnde interrogat Oleast. quare dicitur, Exod. cap. 30. *Et altare tectum erit aureo.* Et respondet, *quod in Hebræo dictio*, Gad, *significat partem superiorem altaris, non parietesqui ad latus sunt, & erit sensus, ad tegendam partem superiorem quæ est Rex (si vrgeat necessitas) dignissima res est pallia sternere, non ad parietes, & ad familiares & consiliarios Regis, qui sunt ornamenta domus eius.* Et addit Oleaster ad mores. Ideo Paulus ad Roma 13. *Dixit induimini Dominum nostrum Iesum Christum, sed quare non dixit induimini vestem Christi*, Et respondet, *Quia sub veste, ouili multi ministri sunt lupi rapaces, & sub nomine obsequij Regis, vestes pauperum violenter tollunt, qui lachrimantur ad Deum, vindictam contra violentias ministrorum postulantes, non triumphos, & victorias desiderantes.* Ideo Christo ingredienti, cum pompa & triumpho Ierosolyman, pueri & homines pallia voluntariè non coactè prosternebant, cum ingenti lætitia, & gaudio.

Galfr. in alleg. suis ad caput 10. Matthæi.

Impij ministri gaudia & diuitias emunt sudoribus pauperum.

Violentia contra pauperes

Ianua per quas ad paradisum intrant.

Galfrid. cit.

Tres portæ paradisi quales.

Patientia vel amara pro Christo ablata digna merces paradisus est.

Hinc Galfr. in alleg. suis in Matth. 10. ponderans quomodo imperia, & gaudia & regna mundi multi commutant, & emunt pro infernorum pœnis, ait, *A diebus Ioannis Baptistæ regnum cælorum vim patitur, & violēti rapiunt illud Matth.* 10. *Non est*, inquit Pater citatus, *regnum Dei esca, & potus sed iustitia, & pax & gaudium in spiritu sancto.* Quasi dicat, quomodo potest pax esse si non est iustitia, & quomodo potest esse iustitia, vbi pauperes fame pereunt, & diuites regnant in esca, & potu, quomodo potest gaudiū esse vbi vestes polymitas auro textas habent diuites, & pallia lapidibus pretiosis fulgentia, ex sudore pauperum, & vestibus pupillorum & viduarū vi & violentia tyrannica sublata. Et addit Galfr. loc. cit. *Si non potes vim facere saltem vim patere, & ingredieris cælum quasi compulsus: nam ab Oriente porta tres comparantibus regnum Dei, per opera misericordiæ, per exercitia iustitiæ, per studia sapientiæ salutaris, ab Occidente porta, tres furantibus occultas afflictiones per humiles subiectiones, & per secretas orationes, ab Aquilone porta, tres patientibus, dum substrahitur quod delectatur, imponitur quod affligit, quod terreat intentatur.* Quasi dicat, nulla porta cœli, & paradisi

certior quam vim ministrorum regum patienter sufferre, & superiorum molestias, & afflictiones humiliter portare, & concludit Galfr. *Pater itaque regnum cælorum hominibus, qui patienter tolerant violentias tyrannorum, qui pro mũdi imperio infernorum pœnas mutauerunt.* Quasi dicat detestabiles ministri, & conciliarij Regum qui non spontanea volũtate, & violentia tyrannica, pauperum vestes subtrahunt, titulo Regis triumphaturi, contra illos pueri non gaudentes clamant osanna, sed lamentantur vindictam in excelsis postulantes.

Galfr. cit. Iniustitia tyrannica aper. ta iana pro pauperibus sufferentibus. Clamores pauperum exaudit Deus.

1942 2. RESPONSIO Gloss. in litt. cit. *Vel frondes scindũt ex arboribus quia in libris legerunt exẽpla & sententias antiquorũ Patrum vbi Reges in principio regni sui triumphalibus & festiuis gaudiis recipiebantur.* Quasi dicat, nulla maior consolatio pro afflictis, & tristitia patientibus quam pro solatio libros, & Scripturas sanctas habere legere, & meditari. Vnde Hugo Foilleto in alleg. Galfr. cit. in ioan. 8. ait. *Quatuor sunt libri vitæ, vnus scriptus fuit in paradiso, alius in deserto tertius in templo, quartus scriptus ab æterno adhuc habetur in cælesti claustro. Primus scriptus est, à Deo in corde hominum. Secundus à Moyse in tabulis lapideis, tertius à Christo in terra: quartus in præsentia diuina. Primus liber erat rationis, secundus correctionis, tertius gratiæ, quartus diuinæ sapiẽtiæ. liber qui in paradiso scriptus est ibidem est corruptus, nec emendatus secundus multoties corruptus, & multoties emendatus, tertius à Iudæis accusatus, non tamen adeo reprobatus; quartus nunquam est corruptus, sed semper idem permanet, nec vllius mendacij macula indiget.* Quasi dicat, omnes qui volunt consolationem in hac lachrymarum valle habere, legant libros istos, & considerent quæ in eis scripta sunt; quia omnia ad nostram consolationem sunt, vt spem habeamus, & consolemur; quia sacramenta, & mysteria ibi signata aliquando clara, & aperta videbimus. Et addit cit. Patet. *Cum aliquis cogitat quod agere debeat, & hoc rationabiliter disponit; quasi in libro rationis legit, cum vero peccat, & correptus panitet & quasi in libro correctionis legendo studet: si autem accusatus ab aliquo patientiam habet, quasi ramos ab arbore Christi scindit, & prosternit in terram vt honoretur, & conglorificetur, & eum pueris poterit dicere, osanna, in excelsis, benedictus qui venit in nomine Domini.* Quasi dicat, qui in libro vitæ legit, ibi in qualibet pagina inueniet documenta virtutum, extirpationem vitiorum, & consolationem in tribulationibus.

Glossa ord. in litt. cit.
Gaudiũ consolatoriũ libros legere sanctos.
Hugo de Foilleto cit. in alleg. sup Ioan. 8.
Infelices qui libros non legunt & abhorrent studere in illis.
Hugo cit. Christus crucifixus liber scriptus in quo consolationes animarum scripta sunt.

Vnde interrogat Oleast. quare Genes. 1. n. 26. dicitur. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram?* Et respondet. *Quod in Hebreo dictio Tselem significat imaginem, vel lineam, vel vmbram; & erit sensus faciamus hominem qui sit quasi lineamentum rationis ad imaginem, & similitudinẽ nostram.* Quasi dicat, faciamus hominẽ velut librum plenum lineamentis, & potentiis, vbi possit legere quid sit Deus, & quis sit homo.

Oleast. in Genes. 1. Hebrea dictio Tselem idem quod imago velli... nea mentum. Homo liber signatus à Deo.

Ideo Athanas. lib. de incarn. genus humanum vocauit librum plenum lineamentis diuinis vbi homo capax rationis possit discernendo quasi per ænigmata, & per vmbras cognoscere esse creatoris, *Humanum genus (inquit Athanas.) creauit Deus, sed ad suam ipsius imaginẽ, dedit que illi sua rationis dotem, vt velut vmbras quasdam, ac lineamenta rationis possidentes rationalesque effecti perseuerare possent in beatitudine.* Quasi dicat, creauit Deus mundum vniuersum velut librum diuersis lineis scriptũ, vt homo capax rationis discernendo in vnoquoque folio admiratus, & quasi in excessu raptus mirabilia quæ fecit Deus legerer, & laudes Deo daret dicens, mirabilis facta est scientia tua ex me. Ideo Orig. in cath. Græca explicans c. 4. Thren. n. 20. *In vmbra eius viuemus (legit) ad imitationẽ eius viuimus.* Quasi dicat, libri excitant corda hominum, & inflamant, ita vt legendo vitas Patrum sanctorumq; doctorum ad imitationem eorum prouocemur, & è contra qui libros prophanos legũt aẽ impudica, & enormia excitantur; quia phantasma repræsentationum in libris, & in spectaculis comediarum ita inseparabiliter remanet in imaginatione, quod quasi character libidinis imprimuntur. Ideo Apocal. 4. n. 9. dicitur. *Si quis adorauerit bestiam, & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte sua aut in manu sua; hic bibet de vino iræ Dei quod mixtum est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne, & sulphure.* Audiant hæc Principes, & Reges, & ministri eorum qui libros prophanos, & imagines, & picturas prophanas habent nudas impudicas, & enormes & quispectacula comediarũ quæ iam sanctè, & ritè prohibitæ erant, iterum in Hispania reinscitare conantur; quia ex his omnibus characteres, & imagines bestiæ infernalis imprimuntur in adolescentibus, & flagitibus feais fæminarum, & qui tam horrenda permittunt in horribili igne, & sulphure puniendi sunt; aliter vero accidit illis qui libros deuotos meditantur, & sacras historias pro solatio habent: nam teste Absalone Patre Abbate ser. de natiuitate virginis: *Libri sunt rami sancti virtutibus, & perfectionibus ad sustentationẽ prouocantes longitudine spei, & latitudine charitatis circumquaque diffusi.* Quasi dicat, sicut Ramus arbori insertus vitam ab arbore accipit vbi insertus est, qua vita videtur destitutus si non pullulet, & folia, & fructus producat, sicq; arbori vitæ Christo qui liber est intus, & foris scriptus, insertur meditãdo, & passionem ipsius legendo fructus copiosos gratiæ producit quibus Christum honorat, & de foliis arboris huius excisis, & proiectis in terram triumphalẽ Christo ingressum præparant, & vestigia passionis eius honorãt, & cum pompa, & maiestate, in cordibus suis recipiũt, vt in glossa adnotatur.

D. Athanas. lib. de incar. Mundus liber scriptus manu Dei.
Folia libri in... mundi sunt mirabilia operationes creationis.
Origenes in cath. græca. Libros deuotos legere excitat ad inflamat. Libri prophani comediarum non sunt legendi neque habendi.
Apocal. c. 4. n. 9. Spectaculum, nudorum permittentes. Picturæ impudicæ signa bestiæ in ... Hispaniæ comœdiæ circa piscinam deleantur.
Absalon abbas serm. de nat.
Rami sunt libri deuoti ex arbore Christi procedentes.
Gloss. ord. cit.

DIFFICVLTAS X.
Ad mores.

Quare dicitur, quod turba clamabant, Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini.

QVæsitum fuit si pueri intelligebant, quod dicebant Osanna, &c. 1943

1. RESPONSIO fuit Lyr. in litt. cit. *Quod sanna est dictio Hebrea, & significat affectum vehementem, quasi dicerent, ô vtinam saluos nos facias ô Benedictus à Deo qui in excelsis est.* Vnde interrogat Oleast. quare Exod. 15. dicitur. *Tulit Maria timpanum, & dixit, cantemus Domino gloriosè* & statim sequitur, *& perrexerunt tribus diebus per desertum, &c.* Et respondet: *Quod in Hebræo dictio*

Lyra. cit. in litt. Osanna idem quod salua nos.
Oleast. in Exod. 15. Transl. aga.

Dictio Hebræa, Mecholah. Idem quod chorus ordinatus. Oleaſt. cit.

dictio (Mecholah) *idem eſt quod chorus ſeu multitudo ordinata: quia vnus incipiebat, & omnes proſequebantur canticum, & erit ſenſus quod ab omnibus debet laudari Deus, & omnibus inſtrumentis, ſed ordinate non confuſè, ſed ſicut in choris, & organis bene ſonantibus.* Et addit Oleaſter, ad mores. *Ideo ſequitur, quod poſtquam Deum laudauerunt vocibus, & inſtrumentis inde perrexerunt tribus diebus per deſertum, quia quam primum donum aut beneficium acceperis, pares animum tuum ad tentationem.* Quaſi dicat voces laudantium & Chriſtum acclamantium. Oſanna filio Dauid, poſt tres dies in luctum conuerſæ ſunt quærentes animam Chriſti vt eum occiderent; quia acclamationes honoris huius mundi cito tranſeūt nam extrema gaudij luctus occupat. Quaſi dicat ſola perfecta lætitia virtutum conſiſtit durat & permanet; nam cætera gaudia cito in luctum conuertuntur, id quod dicebat Philo lib. de ſacrif. Cain, & Abel. *Feſtum animæ eſt perfectè lætari virtutibus.* Cui affinit & aliud Senecæ ep. 59. *gaudium non naſcitur niſi ex virtutum conſcientia, non poteſt gaudere niſi fortis & temperans: quid ergo inquis ſtulti ac mali non gaudēt, non magis quam prædam nacti leones.* Quaſi dicat falſum & inane eſt gaudium quod verum putatur, & addit Seneca citatus. *Cum fatigauerunt ſe vino & libidinibus, cū illos nox inter vina defecit, cū voluptates anguſto corpori vltra quam capiebat, ingeſta ſuperare cœperunt, tunc exclamant miſeri Virgilianum, illum verſum.*

Mundus inconſtans quos hodie laudat cras inhonorat.

Philo lib. de ſacrif. Cain, & Abel. Seneca epiſt. 59.

Virtutes producunt vera gaudia, voluptates falſa.

Virgil lin. Luxurioſi nunquam ſatiantur falſis gaudiis.

> *Namque vt ſupremam falſa inter gaudia noctē.*
> *Egerimus noſti.*

Omnem luxurioſi noctem, inter falſa gaudia & tāquam ſupremam agunt. Quaſi dicat valde à vero gaudio diſtat qui falſum ſectatur, qui vero ſupernis gaudiis fruūtur calcāt terrena vt Symmachus ait de quodam prudente viro, *Corporis caduca gaudia calcaniſſe.* Econtra vero impiorum gaudia deſcribit Iob cap. 18. n. 6. *Lucerna quæ ſuper eum eſt extinguetur.* Sed ſi quæras quare non dixit iuxta, ſed ſuper eum eſt. Reſpondet Gregorius lib. 14. Moral. c. 4. *Bene autem de lucerna hic non dicitur quæ apud eum eſt. Sed quæ ſupra eum eſt; quia mentem iniquorum terrena gaudia poſſident: Sic quæ eam in voluptatibus abſorbent, vt ſupra ipſam ſunt non apud ipſam; iuſti vera etiā cum proſperitatem vitæ præſentis habent, eam ſub ſemetipſis premerē nouerunt.* Quaſi dicat ſupra mundanos ſemper lætitia humana dominatur & vt Hiſpani dicunt: *los Ambicioſos, andan abſortes anneando por mādar.* Iuſti vero quaſi inania gaudia mundi calcant. Ideo S. Paſchaſius lib. 2. in Matthæum ait, *gaudium magnum non alibi quam in Deum propter ſe ipſum accipitur.* Quaſi dicat fugienda ſunt ſemper gaudia quæ ſemper fugiūt, abiiciēda. Et gaudia ne nos premant Philo lib. de Cherubim, *dicebat nihil Purificatam mentem maiori afficit lætitia, quam quod Dominum habeat quem agnoſcit Regem rerum omnium.* Quaſi dicat ideo lætitia puerorum ſuperabat omnem lætitiam creatam quia Chriſtum Regem deſiderabant: & affectuoſe dicebant, Oſanna in excelſis. Benedictus qui te de cælis mittit in nomine Domini. Hinc Iſaias cap. 41. n. 16. dicebat *in ſancto Iſrael lætabor.* Vbi Oleaſter ex Hebræo vertit *in ſancto Iſrael laudabo te & erit ſenſus; gaude & lætare filia Sion, quia veniet Rex tuus manſuetus ſanctus Iſrael & tacta te lætanter quia ſis ſeruus ſancti Iſraelis.* Quaſi dicat, qui Chriſtum vt Dominum ſuum Regemque Angelorum agnouerunt lætitia inenarrabili & permanēte gauiſi ſunt & ex præcordiis dicebant lachrymas effundendo. Benedictus qui venit in nomine Domini Oſanna, ſaluifica nos, quia expectātes eramus te vt nos tuo pretioſo ſanguine redimeres? Impij autem nunc laudabant Chriſtum & cito clamabant Crucifige Crucifige: quia gaudia huius mundi tranſeunt ſicut vmbra.

Iob cap. 18. n. 6.

Greg. lib. 14. Moral. c. 4. Impij ſupra ſe gaudio habent.

Hiſpana loquutio.

D. Paſchaſius lib. 2. in Matth.

Gaudia mundi velut vmbra fugiunt.

Philo lib. de Cherubim.

Iſaiæ cap. 41. n. 16.

Oleaſter ex Hebræo.

Serui Dei lætantur dum Deo ſemper cognoſcunt.

Gaudia ſeruorum Dei ex præcordiis procedunt. Impij ſunt inconſtantes.

4. Responsio fuit meo videri, quia pueri reſtituebant honorem Chriſto quem parentes eius abſtulerant, dicentes quod in virtute dæmoniorum mirabilia prodigia patrabat & laudibus puerorum Chriſto datis, plus parentes eius inimici torquebant. 1493

Auct. mens. Ad laudes Dei iuſti ſe vniunt & prouocant.

Hinc interrogat Chryſoſt. hom. 5. in geneſim quare c. 1. dicitur, *vidit Deus quod eſſet bonum, non ne omnia quæ a tam bono artifice producta erant bona erant? quid neceſſe fuit quod Deus firmaret voce ſua quod bonum erat, id quod patrauerat?* Et reſpondet, *vidiſti quomodo ſingula quæ facta ſunt oſtendit laudantem opificem vt homines poſtea hæc dicentes ex facturis ad factorem recurrerent, nam ſi creaturæ ſuperiores ſint quam vt ab hominibus laudari pro dignitate queāt; quid de opifice ipſo dicere poteris?* Quaſi dicat in creaturis laudandus eſt opifex, qui eas dum condidit exaltauit: ne nos eius laudes ſileremus. Ideo Chriſtus pueros laudantes exaltat dicens, *non audiſtis ex ore infantium & lactantium perfeciſti laudes propter inimicos.* Pſal. 8. n. 3. ac ſi diceret ſi ego Deus & homo creaturas laudo, etiam delector ab ipſis laudari, quia conditor earum ſum & laudibus iuſtorum glorificor.

Deus reſtituet damnorum & opprobriorum.

Chryſoſt. hom. 5. in gen. c. 1. Grata Deo laudes iuſtorum.

Pſal. 8. n. 3. Omni tempore Deo gratias & laudes dare.

Hinc interrogat S. Baſilius Seleucius quare Iob 38. n. 4. dicitur. *Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ cum iubilarent omnes filij Dei. Velut ſeptuaginta legunt, cum laudauerunt me voce magna Angeli mei?* Et reſpondet. *Lux cum producebatur, Deus voce præiuit meritò nunc loqui occupat, vt tunc quod ſit ſenſu & admiratione Angelorum turbas noſcas quo imperium effectionem comitatum conſpicantes, eóque perculſi ſpectaculo ad cognitionem & hymnum Creatoris conuertantur; dixit enim Deus, cum Iob diſſerens, cum Aſtra faciebam, laudabant me omnes Angeli mei.* Quaſi dicat creaturæ quæ audiendo laudare Deum prouocantur & æmulantur ad ſimiles laudes dandas Deo, Angelis ſimiles ſunt, qui videntes aſtra & ornamenta ex cælorum Deo fabricata ipſum laudibus exaltabant & benedicebant. *Vt Hiſpani dicunt, bien aya manos que tal hicieron.*

Baſil. Seleuc. ora. Iob. 38. n. 4. Itanſ. 70.

Angeli laudantes Deum ipſi lætantur in operibus ſuis.

Hiſpana loquutio. Benditas ſean tales manos.

Hinc Chryſoſt. in Pſal. 148. ait: *Moyſes breuiter dixit Geneſ. 1. & vidit cuncta quæ fecerat & erant valde bona vt eum qui fecit gloria afficerent & ſpectatorem ducerent ad Deum laudandum qui fabricatus erat.* Quaſi dicat recole omnia quæ Chriſtus in mundo fecit vſque ad tempus ſuæ ſacratæ paſſionis & omnia te vrgent vt cum pueris clamando dicas. Oſanna filio Dauid, Benedictus qui venit in nomine Domini.

Chryſoſt. in Pſal. 148. Ad laudes Dei nos prouocant opera Dei.

Hinc Richardus de S. Vict. in c. 30. Geneſis, ait. *Abſque dubio ſtudiū ſapientiæ nos habere deſiderat vt ſecum laudes dicamus Dei, quia libenter recipimus quem multum diligimus & ſemper laudare non ceſſamus & alios ad laudandum eum prouocamus* (& addit Richardus loco citato) *quid clamas pro Iuda, quod idem eſt ac confitebor Domino*

Richardus de S. Vict. Amans ſemper laudare rem amatam non ceſſat.

Amor desideria demonstrando suspiriis, & affectibus respirat. *Semper laudatur quod amatur.*

mino, semper enim laudas sempérque desideras si semper amas. Quasi dicat affectus amoris sunt desideria significata, quia amor respirat & requiem capit repetens affectus cordis. Et ideo turbæ Christum videntes venire in Hierusalem clamantes dicebant Osanna, Benedictus qui venit in nomine Domini, id est visita nos iterum atque iterum quia tuo aspectu mouemur, lætificamur & respiramus.

1914 *Hierom. in litt. cit.* *Adulatoribus non credendum.*

Aliter respondet Hieronym. in litt. cit. *turba autem quæ præcedebant & quæ sequebātur vtrūque populum ostendunt: qui ante Euangelium & qui post Euangeliū Christo crediderunt & consona Iesum voce laudauerunt.* Quasi dicat quibus consona erat fides laudando Christum credidit Christus non omnibus, qui impulsu & nouitate allecti cum cæteris eum laudabant quia *non omnes qui dicunt Domine Domine intrabunt in regnum cælorum*, neque omnibus verbis credere debemus. *Matth. c. 7. n. 21.*

Oleast. in Gen 43. n. 9. Trāsl. Pagn. Dictio Hebræa, Harab, idem quod fidem facere obligari ligarique. *Oleast. cit. Faciles ad credendum non possunt præesse aliis. Ambitio fallax mendax, & inimica veritatis.*

Vnde interrogat Oleast. quare Gen. 43. n. 9. dicitur. *Ego suscipio puerum, de manu mea require illum*, vel vt legit Pagn. *Ego fidei iubeo pro eo?* Et respondet, *quod verbum*, Harab, *in Hebræo, significat fidem facere vel ligari, vel obligari, & erit sensus, ego obligabo me pro eo, id est, pro Benjamin.* Et addit Oleast. ad mores. *Iridem dixisse Ruben patri, præcedenti capite, didicimus sicut modo Iudas neque aquieuit Pater (scilicet Iacob) vt discamus non omnia verbis, & fidesiussionibus esse fidendum.* Quasi dicat, prudentes non facilè credant neque adulatoribus aures patefaciant: quia scatent Palatia Regum, & superiorum habitationes adulationibus, mendaciis, fallaciis, & ambitiosis, vbi veritates nunquam reperiuntur, quia Chrysol. ait, *Quod eliminat adulatio à palatiis veritatem.*

Chrysolog. supra cit. Galfrid. in alleg. suis in Iudith c. 2. Iob cap. 39. n. 13. Greg. lib. moral.

Hinc Galfr. suis in alleg. interrog. quare Iudith 2. dicitur. *Sagittarij Holofernes cooperuerunt faciem terræ sicut locustæ*, Et respōdet, *quia adulatores Diaboli sunt sicut atomi solis, & lingua eorum ad modum locustæ, quæ totum vigorem gratiæ depascit.* Vnde Iob dicitur, c. 39 n. 13. *Nunquid suscitabit eum quasi locustas.* Vnde Greg. in Moralibus *Quia lingua adulatoris est sicut locusta, quæ torpet in frigore aduersitatis; & Psallit in æstate prosperitatis.* Quasi dicat, multi ex his qui Christum acclamabant tempore felici, & triumphante dicentes, osanna filio Dauid, tempore passionis frigescentes, & timentes, reliquerunt eum & persequuti sunt: alij impij, inconstantes, adulatores nunc, & cito blasphemantes de quibus, Hispani dicunt. *Gente voltaria que ponen la capa como corre el viento, y alque oy alaban si vale manana, si cae blasfeman del.*

Adulatores tempore calamitatis fugiunt. *Hisp. loq.*

Ideo Galfrid. cit. dixit. *Quod gloria mundi est sicut locusta; quæ cito à saltu cadit.* Quasi dicat, gloria triumphi huius tam cito transiuit, quod teste sancto Antonio de Padua, serm. in Dom. Palmorum. *Ingresso templo omnes Christum reliquerunt, neque aliquis inuitauit ad manducandum, neque audebat loqui, cum illo quia omnes principes sacerdotum, concilium ibi in templo contra Christū collegerunt.* Et ideo dicitur, quod abiit, & abscondit se Ioan. 12. idest, absconditus est, vt Caietanus explicat.

Galfr. cit. in alleg. Gloria mundi sicut locusta cito cadit. *S. Anton. de Padua serm. in Dom. Pal marum. Ioann. 12. Caietan. in Euang.*

Hinc Bernard. in alleg. Galfr. cit. ait, *Qui conscientias suas, in alienis laudibus posuerunt, modo magni, modo parui, modo nulli secūdum quod adulantium linguas, vel vituperare placuerit vel laudare.* Et Galfr. in alleg. *Mors est vita ista mortalis, ignorantia tenebras terra & culparum obscura caligine in ea tamen consurgens, amico suo voce grandi benedicit, qui in vita sua laudare hominem, & non parce laudare præsumit.* Quasi dicat ille similis est maledicenti qui cum somnum excutit modo beatificat, & cito derelinquit & negat, de quo scriptum est Prou. 27. *Qui de nocte assurgens magna voce benedicit amico suo, maledicenti similis erit.* Quasi dicat, qui non consona voce Iesum laudat quemadmodum turba antecedens, & consequens, hic maledicit non exaltat, de quo scriptum est. *Et diem hominis non desideraui, tu scis, Ieremiæ 17. n. 16.*

Bernard. in alleg. Galfr. Lingua adulantium inconstans & varia. *Galfr. cit.* *Inconstantes fugiendi. Prou. 27. Adulatores mentiuntur.* *Ieremiæ 17. n. 16.*

Recole quæso, verba Bernardi, *Qui in alienis laudibus sua posuerunt, siue magna, siue parua sicut linguis alienis placuerit, &c.* Quasi diceret mihi, de laudibus Cathenæ à te laboratæ, non cures, sed Deo soli placere, cui laus & gloria, & pro dilatatione cursus vitæ meæ, vsquequo quartus tomus de passione Christi in lucem prodeat.

Bern. cit. Auctoris deprecatio.

Finis tertij Tomi Cathenæ Aureæ nostræ.

Laus Deo, B. Mariæ Virgini, & B. Claræ in cuius festiuitatis die Completum est imperfectum opus hoc, anno 1651.

INDEX

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ,

Quæ in hoc Volumine explicantur, illuſtrantur, & expenduntur.

p, *paginam*, n, *verò numerum marginalem deſignat.*

VETVS TESTAMENTVM.

Ex Geneſi.

Celebre

48.1. Cùm

Ex Libro Exodi.

Loqueris

Ex Leuitico.

Ex Numeris.

11. *Ecce*

Peccaui

15.20.

17. Diru

Ex Prouerbiis.

Ex Cantico Canticorum.

5. Surrexit

Ex Libro Sapientiæ.

Ex libro Ecclesiastici.

Ex Isaiâ.

Ex Ieremia.

Ex Threnis.

Ex Ezechiele.

3.8. *Omnis*

12.24. *Qui*

Ex actis Apostolorum.

Ex Epistola ad Romanos.

Ex Epist. I. ad Corinthios.

Ex Epist. II. ad Corinthios.

Ex Epist. ad Ephesios.

Ex Epist. ad Philippenses.

Ex Epistola ad Colossenses.

Ex Epist. ad Thessalonicenses.

Ex Epistol. ad Timotheum.

Ex Epistola ad Hebræos.

Ex Epistola Petri.

Ex Apocalypsi.

INDEX RERVM ET VERBORVM,

Quæ in hoc volumine continentur.

p, *paginam*, n, *verò numerum marginalem designat.*

Index Rerum

Ambitiosi

Amoris

Index Rerum,

Aulici

Compassio

Diabo

Exercitus.

Hispanorum

Impij

Impudicus.

Inæqualitas.

Inauditum.

Incapax.

Incarnatio.

Incestuosus.

Incipere.

Inconstans

Incorrigibilis.

Ineptus.

Infans.

Infelicitas, Infelix.

Manus

Obediie

Parcere.

Prases

Cum

Signum.

Vxor

FINIS.